eût vu peut-être assez peu de fruit de ses discours. Et ce peuple, naturellement obstiné, aurait résisté, selon sa coutume, à la force de ses justes répréhensions. Tels durs, leur dit autrefois le premier des saints martyrs, *hommes incircuits de cœur et d'oreilles, vous résistez toujours au Saint-Esprit, et vous êtes tels que vos pères ont été.... Vous qui avez reçu la loi par le ministère des anges, et qui ne l'avez point gardée*. Esdras, éclairé de la lumière de l'Esprit de Dieu, prend donc une voie sans comparaison plus forte que les paroles. Il se tient couché devant le temple; il prie; il pleure; il implore la miséricorde de Dieu; il se confond avec les pécheurs; il représente aux yeux du Seigneur, d'une part, ce qui les rendait inexcusables devant sa justice, et, de l'autre, le sujet qui leur restait d'espérer encore en sa divine bonté, à cause de la fidélité de ses promesses. Enfin, la posture d'un saint prêtre étendu par terre et pleurant pour eux tous, et une prière si touchante et accompagnée d'une si profonde humilité, à la force d'amollir ces cœurs de pierre, et tire, pour parler ainsi, de ces rochers les eaux de la pénitence qui sont les larmes. (Sacy.)

uxores, id est, quæ sunt de filiabus populorum alienigenarum. Sed nunc est spes, id est, aliquid spei est Israeli ut convertatur ad Dominum et respiciat, q. d., nos quidem peccatores sumus : at Deus noster misericors est. Alii exponunt : Spes est Israeli, ac si dicat, possunt Israelitæ abjicere à se uxores suas alienigenas. Alii : Nunc ergo si est spes Israeli super hoc, nunc, inquam, percutiamus, etc. Alii, Nunc autem estne spes Israeli super hoc (1)?

(1) Vers. 2. — SECHENIAS FILIUS JERIEL. In tertio Esdræ 8, 23, appellatur *Sechenias Jehel*. Nomen Sechenias non legitur inter eos qui uxores profanas absciderant, descriptos inferioribus, v. 20. Legitur verò Jeriel, v. 20. Cæterum verisimilimum est, hunc ex illis fuisse, qui Babylone cum Esdrâ redierunt. Quare cum hic eorum verba usurpat, loquitur nomine populi, quem ad humilem criminis sui confessionem inducit.

SE EST PENITENTIA IN ISRAEL SUPER HOC. Hebraeus : Nunc expectatio Israeli super hoc. Sperandum est populo fore ut à Deo veniam criminis impetret ; neque enim malum est deploratum. Rogandi etiam potest : Genus est ex Israele super hoc. Populus coivis, vel contus populi habendus est, ut huius mali medicina adhibeatur. Legimus v. 4, populum convenisse ad Esdram, ut illum hoc crimine nocentem videret. (Calmet.)

Vers. 2, 3. — *Nous avons violé la loi de notre Dieu. Nous avons épousé des femmes des nations étrangères. Et maintenant, si Israël se repent de ce péché, faisons alliance avec le Seigneur notre Dieu, chassons toutes ces femmes avec ceux qui en sont nés, etc.* Celui qui parle en ce lieu au nom de tout Israël pouvait bien n'être pas coupable lui-même du violer de la loi, son nom n'étant point marqué dans la suite avec ceux des autres. Et ainsi il parlait peut-être par le même esprit de charité qui faisait parler Esdras, comme s'il avait porté les péchés du peuple. Mais, quoi qu'il en soit, considérons dans ses paroles les marques certaines d'un vrai repentir. Et maintenant, dit cet homme, si Israël se repent de ce péché, chassons toutes ces femmes avec ceux qui en sont nés, nous conformant à la volonté du Seigneur, et de ceux qui résistent ses préceptes. Il ne suffisait donc pas à Israël de verser des larmes comme il le fit ; car Dieu demande de dignes fruits de pénitence. Et ces fruits étaient de se séparer de celles avec lesquelles les Israélites s'étaient unis contre sa loi, et qui leur avaient été un vrai sujet de scandale, en les engageant dans les abominations de leur infidélité. Ce peuple était dans la disposition très-sincère de témoigner au Seigneur son repentir par ses œuvres, puisque celui qui porta pour lui la parole au saint prêtre Esdras, s'engageait pour lui à faire tout ce qui serait conforme à la volonté de Dieu et à la lumière de ceux qui avaient de la vénération pour ses préceptes, et qu'il demandait au nom du peuple, que toutes choses se fissent selon la loi. C'était la disposition la plus parfaite où il pût être, dans le dessein qu'il avait de briser la colère de Dieu, et justement irrité contre lui, puisque ce n'est nullement

Vers. 3. — *PRACUTIAMUS FORNAS, etc., q. d. : Resipiscamus abjiciendo uxores nostras alienigenas. Uxores; sub. alienigenas, ut paulo post, v. 10. ET NATOS EX IIS, id est, liberos earum (1).* Apud Hebræos vigebat jus illud, ut ea quæ lege prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur (Grot.). Præterea Judæi privilegio libelli repudiij sibi permisi usi sunt merito ad matrimonia tam periculosa et contra legem initia dissolvenda. Filii verò jubentur matrem sequi, ut in illicitis nuptiis fieri solet; et ne educati in superstitionibus alios filios corrumpere, et ne ipsorum amor patres sollicitaret ad matres revocandas. Probabile est matribus et liberis de annuo alimentis provisum esse.

Vers. 4. — *SURGAT JACOBAT ENIM HUMI. AN TE PERTINET ANS, AD VERBUM, SUPER TE RES, id est, tuum est istud facere. Et nos erimus tecum, id est, nos aderimus, ac favemus tibi, feremusque opem. COSORTIAR ET PAC, id est, fortè animo aggredere rem ipsam. Illis verbis utuntur Hebræi ad exhortationem (2).*

aux malades à déterminer ce qu'ils doivent faire, mais aux autres qui ont la lumière et la crainte du Seigneur, et qu'il était juste que ce fût la loi de Dieu même qui redressât ce qui avait été fait contre la loi ; la règle de la vérité étant, comme dit saint Augustin, une règle qui ne pisse point, pour se conformer à la volonté de l'homme, mais à laquelle notre volonté doit nécessairement se rendre conforme, pour être droite. (Sacy.)

(1) Arbitrati sunt quidam, filios cum matribus extorres aeternis non fuisse, sed jussos solummodo circumcidi atque educari ad legem præcepta in scholis publicis, ab oculis patrum suorum remotos, ne forte puerosum aspectu matrum pietate moverentur, quas constanter adeo abjicerant. Sed opinio hæc male fulta nititur. Narrat inferioribus, v. 42, Scriptura, plures ex illis dimissis uxoribus filios peperisse; quo innui videtur, nihil in hac re indulgentie datum, sed omnes inexorabili severitate ejectos fuisse. Credibile tamen est, in ejus rei executione nihil omisum fuisse temperamenti, quod per Dei legem liceret, ac postularet humanitas, ne in servitium roeretur. (Calmet.)

Potes in saltem non nimis durum, abjicere etiam filios proprios qui de uxoribus alienigenis nati erant. — Respondet cum Cajet : Non abjiciebant prorsus et absolute filios illos suos, quasi nullam eorum curam deinceps haberent ; sed juxta salutatem, Heb. et Græcè, *consilium Domini*, et plurum virorum qui timent legem Dei. Nempe ex harum præscriptio dimittentur à se filios ad aliquam pedagogiam, ubi à præbīs præfectis instituantur, pauperes à publico arario, divites à peculio parentum. Ex sanè sic expeditus erat, ne si liberi penes parentes remanissent, assiduo eorum intuitu, et amore inde exardesciente, animi parentum ad matres repentes accederentur. (Arlinus.)

(2) Vers. 4. — *SURGAT, TUUM EST DECERNERE.*

VERS. 5. — ADJURAVIT, vel juramento adest. Ut viderent secundum verbum hoc id est, ut ita tacerent.

VERS. 6. — A FACIE DOMUS, vel : A CONSPPECTU

Gentis principatum cum supremâ potestate pro Artaxerxe in universos Judæos tum Eadras gerebat. Præterea viri eruditio, plurimque studium id apud omnes obtinebat, ut ultra ad ejus judicium deferrentur quicunque ad legem observantiam pertinerent. (Calmet.)

VERS. 4, 5. — *Levez-vous, c'est à vous à ordonner. Nous serons avec vous, redites-vous de force, et agissez. Eadras se leva, et demanda que les princes des prêtres et les Lévites lui promissent avec serment de faire ce qu'on venait de dire, etc.* Comme Eadras était prosterné devant le temple, celui qui parlait au nom du peuple le pria de se lever, et de ne s'effrayer point plus long-temps, parce que son affliction avait produit sur les cœurs tout l'effet qu'il aurait pu espérer. Il ajoute que c'était à lui à ordonner, ce qu'il dit, tant à cause qu'il avait une parfaite connaissance de la loi, selon laquelle il était besoin de réformer toutes choses, que parce qu'il avait reçu un plein pouvoir du roi des Perses, de faire observer aux Juifs la loi de leur Dieu. Il est étonnant qu'on l'exhortât à se redresser de force pour agir, comme si Eadras n'avait pas eu cette force toute divine qui convient aux ministres du Seigneur, lui qui était tout rempli de son esprit. Mais c'est qu'il était très-digne de la charité et de la sagesse de ce saint homme, d'engager en quelque façon la force avec laquelle il devait agir pour la réformation d'Israël, de ceux-mêmes qui devaient être réformés, c'est-à-dire, que pour travailler d'une manière plus avantageuse à leur salut, il fallait qu'ils lui missent eux-mêmes, pour le dire ainsi, entre les mains les armes dont il devait se servir pour les faire rentrer dans la voie dont ils s'étaient écartés. Car un ministre de Dieu n'agit jamais plus efficacement pour sauver les âmes, que lorsqu'elles s'abandonnent ainsi à sa conduite, sans craindre la sévérité de la discipline qu'elles savent leur devoir être salutaire, et dont elles souhaitent pour cette raison que l'on use à leur égard. C'est ainsi que saint Augustin, évêque, mettait en quelque façon le fer et le feu entre les mains de Dieu même, lorsqu'il lui disait, dans l'extrême ardeur qu'il sentait pour satisfaire à sa justice par les souffrances : *Morbore et setis, dâms in aeternum pareas. Brûlez et coupez présentement, ô mon Dieu, pourvu que vous m'épargniez dans l'éternité.*

Cependant la connaissance que le prêtre Eadras avait de l'inconstance effroyable de ce peuple, toujours prêt à faire les plus belles résolutions de se donner tout entier à Dieu, et toujours prêt à violer ses promesses, le porta à s'assurer autant qu'il lui fut possible de la véritable disposition des cœurs. C'est pourquoi il est marqué qu'il demanda avant toutes choses que les princes des prêtres et les Lévites lui promissent avec serment de faire ce qu'on avait proposé, c'est-à-dire d'exécuter ce qui serait ordonné par le jugement des personnes qui connaissent la volonté du Sei-

TEMPLI. JEHOCHANAN FILII ELIASIB. Jebochanan erat junior filius Eliasib pontificis, nam filius ejus primogenitus, qui ei successit Joizda dicitur 2 Esd. 12, 10 (1). LUGERAT, etc., vel, marte- bat, etc. Alii : Quod laceret propter transgressionem transmigrationis, id est, eorum qui de transmigratione Babylonicâ redierant in terram sanctam duce Zerobabel, ante an. 79.

VERS. 7. — ET TRANSMIGRANTES VOCEM PER JEHUDAN, etc., id est, voce præconis significavit, etc. (2).

gneur, et qui révéraient ses saints préceptes. Car il craignait que cette première ferveur fût seulement passagère en eux, et ne vint pas d'un vrai regret d'avoir violé le précepte que Dieu leur avait donné pour leur salut. Ainsi, étant éclairé dans la loi de Dieu, il ne voulait pas qu'ils renouvèlassent à la légère une alliance avec lui, comme ils l'avaient demandé, de peur que s'ils la rompaient ensuite, ils n'ajoutassent un nouveau poids à leur propre condamnation. (Sacy.)

(1) VERS. 6. — JOHANAN FILII ELIASIB, summum sacerdotum tunc gerentis. Eliasib natus est filius Joizda, qui in sacrâ dignitate patri successit, et alter Eliasib filius, Johanan, nisi unus idemque cum Joizda constitueret pro solemnâ Judiciorum more, et unus viri plura sæpè sint nomina. In tertio Esdræ 9, 4, legitur : *Jonathas filii Nathsai*. Eadram adiasse Joannem et Eliasibum, scribit Josephus.

(Calmet.) Vel non erat hic Eliasib pontifex, sed et synonymus, nam Eliasib pontificis filius dictus est Joizda, ut habetur 2 Esdræ 12, 10; vel, quod probabilius est, Johanan, cujus hic mentio fit, secundò aut tertio genitus fuit Eliasib pontificis. (Menochius.)

ET ABIT AD CUBICULUM JOHANAN, vel, 4^o ut consilium de hac re ibi haberet; vel, 2^o ut se reficeret cibo et potu, ut qui jam luctum depulisset, ob juramentum populi, etc. Habebat templum cubicula quedam in quibus degabant sacerdotes et Levitæ, quando vires suas obibant. (Synops.)

(2) VERS. 7. — ET MISSA EST VOX IN JUDA, q. d. : Missa est præco, qui sua voce omnes Judæos citaret, et convocaret in Jerusalem sub pœnâ excommunicationis et confiscationis bonorum, ut audirent mandatum Eadras et principum de dimittendis uxoribus gentilitiis. Porro sub Judd et Benjamin intellige cæteros Israëlitas, qui se tribui Judæ aggregarant sub duce Zerobabel et Jesu pontifice.

VERS. 8. — ABSCIETUR, etc., SEPARABITUR A CORTU. id est, excommunicabitur. Alii : Mittetur in exilium; exilium non erat inter pœnas legis, sed licebat senatui novis decretis novas pœnas addere. (Synops.)

ABSCIETUR UNIVERSA SUBSTANTIA EJUS, ET IPSE ABSCIETUR DE CORTU TRANSMIGRATIONIS. Hebræus ad litteram : *Erît anathema omnis substantia ejus, et ipse separabitur à cortu transmigrationis*. Sacro templi thesauri ejus res et bona addicuntur; ipse verò inustus anathemate, à gente sua pellitur; exaret omnibus privilegiis, jure republicæ; exilio damnabitur. Execret hic Eadras, juncto cum optimatibus populi

VERS. 9.—*IPSE MENSIS NOMEN, IN VICESIMA MENSIS.* Id est, vicesima die mensis noni. Mensis nobis est *Casles*, respondet partim novembri, partim decembri. *PROPTER REM*, vel, ob negatam illud, ob quod scilicet convenerant illuc. Et *PROPTER PLUVIAS*. Erat enim tunc tempus pluviosum (1).

VERS. 10.—*UT ADHERETIS DELICTO ISRAEL*, vel, ut adderetis delictum *delicto* Israelis, hoc est, ut delicta Israelis auctiora et majora faceretis.

VERS. 11.—*DATE CONFESSIONEM*, id est, fateamini peccatum vestrum coram Domino. Alii: *Date* (tamen Domino, vel, gloriam, id est, agnoscite vos esse peccatores, et respiciate (2).

VERS. 12.—*Sed, secundum, etc.*, ad verbum, consilio, potestatem sibi à regibus Persidis traditam superius, 7, 16. (Calmet.)

(1) **VERS. 9.**—*TREMENTES PRO PECCATO.* Tremebant interius, ex conscientia sceleris, metuque iudicii divini: exterius, ob pluvias et frigora. Et *PLUVIAS*. Pluviae solito majores indicta erant irae Dei. Opportunus erat hic metus ad reprimendam contumaciam, et obtinendam emendationem. Cruciabatur eis peccatum suum. Qui serio non dolent de peccatis, etc., imaginariam tantum, non veram, poenitentiam habent. (Synopsis.)

In *PLAYA* domus Dei, in aërio videlicet populi, nullis adhuc clauso aedificiis, sive porticibus, ubi ab imbrebus, per eam anni tempestatem copiosis, perfugium querebatur. (Calmet.)

(2) **VERS. 11.**—*ET NUNC DATE CONFESSIONEM DOMINO DEO.* Hebr., *date tsduka*, id est, confessionem, *tamen, gloriam*, q. d.: Poenitentiam vos, ac confitemini Domino reatum peccati vestri, cum serio et efficaci satisfactionis et emendationis proposito, repudiandi scilicet uxores alienigenas. Haec enim confessio et poenitentia vestra valde Deum laudabit et glorificabit. Nam primò testabitur ipsum esse iustum, vos verò peccatores; secundò, subdit vos Deo Deique voluntati et legi, tertio abdicabit à vobis periculum idololatriæ. Quartò, separabit vos quasi fideles et sanctos à contumaci et contaminatione infidelium et immodorum. Vide dicta Josue, 7, 19, ubi Josue ait ad Achan: *Fili, da gloriam Deo.* (Corn. à Lap.)

Et *NUNC DATE CONFESSIONEM DEO PATRI VESTRO*. Placitum hoc Dei intelligit Esdras præceptum Dei, Deut. 7 et alibi; quo prohibebantur filii Israel ducere alienigenas. Et notandum quod est expressè aliud præceptum non esset, nisi de Chanaanitis in conjugium non assumendis, quorum terram possessuri essent, tamen Esdras etiam extendit (ut patet cap. præc.) ad Ammonitas, Moabitas et Ægyptios; idcirco, scilicet, quia jam eadem ratio in istis locum habebat, quæ nuper in Chanaanitis solis, in quorum medio habitabant, nempe ne abducerentur per eos ad cultum idolorum. Uràm verò hæc separatio fuerit tantum quoad solum, non habitationem, an etiam quoad vinculum, non ita constat. Similiter non satis constat utrum cum matribus; et filii ex hujusmodi conjugis nati, rejecti sint. Bechonias quidem princeps dixit ad Esdram:

etc. secundum verbum suum super nos, ut faciamus, id est, ita ut dicis, debemus, sive teneamus facere (1).

VERS. 13.—*ET NON EST VIS AD STANCIUM FORIS*, vel, neque est virtus, neque sunt vires, sub., populo *ut consistat foris*, id est sub dio. *MULTI SONES* quæ, etc.; ad verbum, *multiplicavimus transgressi in hac re (2).*

VERS. 14.—*STENT, OBSCURO, etc.* Hebraismus, id est, perficiantur principes nostri universo multitudini, vel, *stent principes nostri*, sub. in hac re, id est, cognoscant de hoc negotio usque ad, etc. *DUXIT*, ad verbum, *habitare fecit*, sub. secum. *VENIAT*, sub. ad principes istos. Vel Jerusalemis congregati erant, vel singulas urbes obitant; et ad illos communes arbitros veniebant seniores urbis civesque, personarum et factorum circumstantias noscentes, ut testes essent simul et alii iudicibus assessores. *SCHOOLARUM CIVITATUM*, ad verbum, *urbis, et artis*. A *MENS* PROPTER HOC, id est, quam commercium et aliis et hæc nostrâ transgressione. Alii vertunt: *A nobis usque ad hanc rem*, id est, à peccatis nostris usque ad poenitentiam, hoc est, donec propositâ respiciant nostrâ, vel per respiciant nostram placemus Deum nostrum iratum in nos. Judei post tot promissiones, juramenta, lacrymas, etc., videntur rediisse ad vomitum. Nehem. 13, 25 (3).

ut projiciamus universas azeres, etc. Tamen utrum ita factum sit, Scriptura non commemorat. Bada quoque annotat quod filios non abjecerint, sed sponde se servatos docuerint renuntiare matriæ infidelitati, et per circumcisionem eos Domino et fidelium societati consecraverint. (Estius.)

(1) Exemplum obedientiæ verbo Dei nos accusanti: Non querunt effugis, etc., castigationem patienter ferunt, et se in viam revocari patiuntur. Rara hodie talis in auditoribus obedientia. (Wolfphus.)

(2) **VERS. 13.**—*NON SUSTINEMUS STARE FORIS.* Citra periculum valetudinis. Opus non est diu usque, etc., q. d.: Opus est aliquo tempore, ne quid precipitanter aut perperam fiat; ne uxores nimium inhumaniter dimittendo, sicut prius cupide accipiendo, demò peccemus. (Oslander.)

VEREMENTER PECCAVIMUS IN SERMONE ISTO, id est, latè patet hoc peccatum, et ad multos perlinet. (Menochius.)

(3) **VERS. 14.**—*CONSTITUTANT PRINCIPES*, qui exequantur edictum jam editum, accurrent ut singuli qui uxores alienigenas duxerunt, eas dimittant. Hinc videtur edictum hoc executioni mandatum fuisse, ac singulos partim spontè, partim coactos à principibus dimisisse uxores gentilitas; id enim factum esse expressè narrat Josephus, l. 11, c. 5, ac lib. 3 Esdræ cap. 9, 36. Negat tamen hoc Cajet., atque Esdræ non prævaluisse, ut id posset exequi ob multitudinem resistentium,

VERS. 15. — VERUNTANEN, q. d. : Non omnes principes profecti fuerunt huic negotio, sed isti tantummodo qui hic recensentur. CONSTITUTI FUERUNT SUPER HOC, ad verbum *steterunt super hoc*, id est, profecti fuerunt huic negotio (1).

VERS. 16. — PER DOMUM PATRUM SUORUM, id est, per familias suas. PER NOMINA, sub. fuerunt designati, id est, omnes quidem nominati. Omnis populus distinctus fuit in familias, et quilibet familia in capita, ut videretur confusio. Esdras vero et principes sese contulerunt ad urbes alii alias ut, etc. Syr. : Separavitque Esdras viros principes, etc., nempe qui de hoc negotio iudicarent. Ut QUERERENT REM, id est, ut cognoscerent de hoc negotio (2).

qui uxoris suis agglutinati erant, sed id perfectissimum post decem annos Nehemiam, c. 13, 25 : *In diebus, inquit, istis, vidi Judaeos ducentes uxores Aethiopes, Ammonitas, Moabitas ; et filii eorum ex mediis parte loquebantur Aethiopicis, et nesciebant loqui Judaicis, et loquebantur juxta linguam populi et populi.*

Verum hic locus non convincit. Dicit enim potest, estque valde probabile, Judaeos post tot promissiones, juramenta, lacrymas et gemitus rediisse ad vomitum, ac easdem uxores alienigenas revocasse, vel alias similes duxisse. Nam discreti totus populus hoc loco consensit Esdræ in alienigenarum repudium, ut patet v. 12, ubi dicitur : *Et respondit universa populi multitudo, dicensque voce magna : Juxta verbum tuum ad nos (sicut locutus es et edixisti nobis) sic fiat.*

(1) VERS. 15. — IGITUR JONATHAN... ET JASAI. Ex sacerdotum ordine hi duo isti negotio profecti fuere, nimirum inter illos principes quos constitutos modo dixit. VERUNTANEN, etc., q. d. : Non omnes principes profecti erant huic negotio, sed isti tantummodo qui hic recensentur. Videntur hi duo solummodo inter sacerdotes hujus criminis non fuisse reos. Nec summus quidem sacerdos huic concilio interfuit. (Synopsis.)

(2) VERS. 16. — ET ADIERUNT, ESDRAS SACERDOS, ET VIRI PRINCIPES FAMILIARUM, IN DOMOS PATRUM SUORUM, contulerunt se in urbes singulas ut accuratum singulorum familiarum catalogum describerent, ac nosset quinam connubia cum feminis profanis miscuissent. Operi vacare coeperunt primâ die mensis decimi. Hebraeus ad litteram : *Et separati sunt Esdras sacerdos, viri capita patrum (principes familiarum) per domum patrum suorum, et auctores ipsi per nomina, et sederunt in die mensis decimi*; quasi Esdras et defecti in eâ causâ iudices distribuissent inter se urbes, ut eorum quisque de re inquirerent. Praefendam censui lectionem Syriacam, et tertiâ libri Esdræ. Dicitur ibi Esdræ à principibus familiarum elegisse certum iudicem nomen, quos de nomine appellavit, ut eâ de re secum cognoscerent : selectasque iudices primâ die mensis decimi simul convenisse. Vingt iudices fuisse Syrus definit. Hebraeus, levi adhibita mutatione, reddi potest : Esdras

VERS. 17. — ET PROPEGERUNT, etc., id est persisterunt in hoc negotio per tres menses, nempe usque ad mensem primum quo illud absolverunt (1).

VERS. 19. — ET DEDERUNT MANUM SUAM, etc. Hebraismus, id est, tunc ejecerunt, sive expulerunt uxores suas alienigenas (2). ANIETEM RECORUM, vel, *anietem*, vel *gregis*, id est, captum è grege. PRO DELICTO SUO, id est, in expiationem delicti quod admiserant in ducendis uxoribus alienigenis (3).

VERS. 20. — ET DE FILIIS ISRAEL, sub. inventi sunt ; et sic infra.

VERS. 25. — QUI ET CHELITHA, id est, qui alio nomine dicitur Chelitha.

VERS. 25. — ET RE ISRAEL, id est, de plebe sive plebeis (4).

VERS. 44. — ERANT EX HIS MULIERES, QUAE POSUERUNT FILIOS, ad verbum, *et erant ex eis mulieres, et posuerunt filios*, id est, quibusdam ex illis alienigenis illae mulieres procreaverant liberos, qui et ejeti fuerant unâ cum matribus. Alii interpretantur, sed non bene, hæc res enim non spectabat ad mulieres : quæ exposuerunt liberos suos arbitrio ac voluntati judicium, ut efferrent eos aut retinerent (5).

separati à principibus familiarum, etc. Separare usurpatur interdum pro deligere. Eodem sensu etiam ab Josepho hic locus accipi videtur. Illud hic animadvertendum est, Josephum facile usum esse Græco textu tertiâ libri Esdræ, ubique enim per historiam easdem phrasas persequitur, quæ in eo libro, sub nomine prioris libri Esdræ in editione Romani Septuaginta impresso, leguntur. (Calmet.)

(1) VERS. 17. — ET CONSTATI SONT OMNES VINI ; id est, planè et planè numerati, et in catalogum redacti. (Synopsis.)

VERS. 18. — DE FILIIS SACERDOTUM, etc. Indicat hoc magnam morum corruptionem, quæ sacerdotes quoque pervaserat. (Synopsis.)

(2) VERS. 19. — DEDERUNT MANUS ; vel fidem dederunt, sponderuntque expulsores se profanas uxores. Dare manum ritus erat sollemnis et irrevocabilis fidelis obligandi apud Persas, qui tunc in Asiâ regnabant. (Calmet.)

(3) ET PRO DELICTO SUO ANIETEM, etc. Quia sicut aries est dux gregis, ita sacerdotes sunt duces populi communitatis. (Lyranus.)

De meris Israelitis, nempe laicis, ut distinguantur à precedentibus, qui omnes sacerdotio vel leviticâ dignitate ornabantur. (Calmet.)

(4) VERS. 25. — SEDU. Hebraeus et Septuaginta, *Jaddan*. (Calmet.)

(5) VERS. 44. — FUERUNT EX HIS MULIERES, QUAE PERPELERANT FILIOS. Animadverti hæc videntur, ut ostendatur, nullâ ex parte militiam esse latæ ab iudicibus sententia severitatem ; quævis enim plures ex hisce feminis liberos genuissent, nullus tamen misericordiam locus habitus est, sed omnes cum filiis expulso.

AUGUSTINI CALMETI IN LIBRUM SECUNDUM ESDRÆ Prolegomenon.

Nehemias, cognomento Achersatha, vide 1 Esdr. 2, 65; 2 Esdr. 7, 65, nempe Pincerna, à munere quod apud Artaxerxem Longimanum regem Persidis obibat; Nehemias, inquam, verus hujus operis auctor vulgò esse reputatur. E familia Levi, et ex ordine sacerdotali originem dicens, uti quidam sentiunt, nempe Malv., Est., Tirin., Menoc., sive è tribu Judà, ut putant alii, Euseb. Isidor. Genebr. in Chronic. Rab. Arab. in Gabbal., Scaliger. ad Euseb. Chronic., patrem habuit Helchiam sive Chelchiam. Qui è genere sacerdotali virum arcessunt, laudant in eam rem illud 2 Mach. 4, 18, 21: *Joasit sacerdos Nehemias aspergi sacrificia aqua*; ac illud: *Edificata templo et altari oblati sacrificia*. Insuper hoc libro 10, 1: *Signatores autem fuerunt, Nehemias, Sedecias, Saraias, etc.* Vers. 8: *Hi sacerdotes*.

Eo tamen Machabæorum testimonio nequidquam obstante, ea que virum ad tribum Juda revocat opinio, tum apud veteres ferme omnes, tum apud plerisque recentiores obtinuit. Persuasum enim habebant veteres, eos omnes, qui populo è captivitate restituito jura dederunt usque ad Asinonæos, ad tribum Juda spectasse. Nehemias ipse Hasani et alios è tribu Juda, Judæam repentes, fratres suos appellat: *Veni Hasani unus de fratribus meis, ipse, et viri ex Judà*. Denique pincernæ munus, quod illustrè erat eà ætate, unusquisque viris clari generis demandabatur; nonnulli virum principem è tribu Judà decebat. Tandem Nehemias ne in templum ingrederetur se continuit, quasi sci-

In tertio Esdræ 9, disertissime exprimitur: *Omnes isti conjunxerunt sibi uxores alienigenas, et dimiserunt eas cum filiis*. Textus Hebræus reddi etiam potest: *Fuerunt ex eis mulieres que pepererunt filios suos*. Sed plerique sensum retinent Vulgate et Septuaginta. Clericus: *Phares ex iis viri filios ex his mulieribus genuerunt*. (Calmet.)

Et ex his uxoribus alienigenis fuerunt non paucæ mulieres, que jam pepererant maritis fueros. Sed et hæc nullominus ejectæ sunt è toro maritali, et illi seorsim quoque positi.

licet sese non initiatum ingredi nefas esse reputaret: *Et quis ut ego ingredietur templum et viveat? Non ingredietur*, 2 Esdr. 6, 11.

Auctoritati autem ex Machabæis adducimè reponunt, 1^o Nehemiam à sacrificiis per se offerendis abstinuisse, jussisse tantum, veluti totius gentis principem, à sacerdotibus offerri: familiari enim sermone usurpamus, ut quæ per alios, auctoribus nobis, gesta sunt, eadem à nobis facta habeantur. 2^o Textus Græcus sacerdotalem viri dignitatem non legit, habet enim: *Joasit sacerdotes Nehemias aspergere aqua* (crusâ scilicet, è pæteo, ubi olim ignem abdiderant, haustâ) *ipsas sacrificia et ligna, etc.*; quo aperto satis documento intelligimus, non sacerdotalem seu leviticam dignitatem egisse illum, sed universo populo præfectum, huc rei præfuisse. 3^o Si nomen suum in adscriptionibus primum ante sacerdotes et Levitas posuit, illud in causâ fuit, quod summum in republicâ, locum, veluti regis Persarum nomine regionem administranti, sibi debere arbitraretur. 4^o Denique viri nomen nusquam in censu sacerdotum sive apud Esdræ, sive apud Paralipomena legitur.

Cum Nehemias afflictas esse prostratasque res Hierosolymæ, Babylone agens, didicisset; monitus insuper, manibus defectis, crematisque portis, Judæos in summo luctu et genium omnium opprobrio versari; effusus in preces, corpusque jejuniis macerans, tempus opperiebatur, quo et munus suum obiturus, et regi pro urbe sua supplicaturus accederet, 2 Esdr. 1, 4, et seq. Conanti igitur regi illè munus suum fungens adfuit; cumque tristiter consueto videretur, 2 Esdr. 2, 1, etc., rex vix illum intultus, turbidum aliquid illum moliri suspicatus est; ut verò intellexit, patris illum sui vices dolere, copiam fecit ut in Judæam reverteretur, eâ tamen conditione, ut intra præscriptum tempus rediret; quod benevolentie in illum regis certissimum erat argumentum. Scriptæ insuper pro Nehemiâ regis epistolæ

ad præfectos provinciarum trans Euphratem, quibus ligna omnia præberi Nehemias jubebantur, quotquot opus esset in usum templi, mœnium, et salum præfecti regionis.

Venit itaque Nehemias Hierosolymam, 2 Esdr. 2, 11, 12, etc., totoque triduo consilium suum suppressit. Nocte tertia die totam urbem circumivit, mœnia lastrans, ut eorum statum penitus exploratum haberet. Tunc optimatibus ad concionem vocatis, auctoritatem suam et adventus consilium aperuit, hortatus ut mœnium portarumque Hierosolymæ restorationem aggredierentur. Omnium assensu ac favore excepta Nehemias concione, statim operi manus adnota est. Ea re intellectâ, gentis adversarii, quæ tenebantur in Judæos invidiâ, cum opus inhibere, regis jussionibus prohibiti, non possent, ad irrisiones versi, 2 Esdr. 5, 19, 20, et 4, 1, 2, illud invicem dictabant: Quid Judæi strues hic cœmentis et lapidum molientur? Si vulpes suffodere muros incipiunt, perfectio mœnem omnem dejicient? Cum verò reparata mœnia, statimque urbem viderunt, verso consilio, omni operâ sibi annitendum cœnserunt, ut Nehemiam perderent. Frustra tamen; insidias enim Nehemias revelatis, 2 Esdr. 4, 7, etc., ipse armari suos, ac militari ordine adversarios opperiri jussit. Illi, cum se proditos intellexissent, abjecto consilio destiterant. Exinde Nehemias civium suorum partem semper sub armis tenuit, dum ceteri urgendo operi incumbabant; jussit etiam populum ita reparationali vacare, ut simul suis armis instructus semper præstò esset ad prælium, 2 Esdr. 4, 16, etc.

Minimè tamen Sanaballat ceterique gentis hostes animis despondentes, insidias struere Nehemias moliti sunt. Ficto igitur fœderis ineundi consilio, virum invitârunt, ut secum in agrum conveneret, quibus tamen ille respondendum imperavit, 2 Esdr. 6, 1, etc., presentiam suam opus exigere, nec aliò divertere interim posse; quod non semel, et iterum, sed quartò respondit, viros à Sanaballat mœnos, simili semper responso vacuos remittens.

Denique Sanaballat ejusque clientes datis ad Nehemiam litteris significarunt, sperso in populum rumore vulgatum esse, illum res novâ adversis regem moliri, eoque consilio mœnia urbis reparare; prophetas sibi amicos illum fugere, qui populum ad eligendum se gentis regem excitarent; proinde, ut invidiam in se conceptam amoliretur, simul secum op-

portuniora consilia suscepturus conveniret, Esdr. 6, 6, 7. Nihil his commotus Nehemias respondit, mera esse et ad arbitrium excogitata commenta. Consulendum tamen cœnsu Semaiam, quem prophetam esse reputabat: quo hortante ut in templum sese reciperet, futurum enim ut proximâ nocte in illius eadem armati hostes clam venirent, reperiit Nehemias, statimque didicit, illum adversariorum arte corruptum ficta oracula vendidisse. Plures etiam ex optimatibus Hierosolymæ, juncto cum hostibus consilio, secretò in ejus necem conspiraverant, 2 Esdr. 6, 7, 17, 18. Nihil tamen deterrere Nehemiam ab opere incipio valuit; brevique ejus potissimam operâ laeta duorum et quinquaginta dierum spatium tota moles stetit, 2 Esdr. 6, 15.

Habita deinde est absolutorum mœnium dedicatio, eo apparatu, qui tantum opus decebat, 2 Esdr. 12. Divisi igitur in duas choras sacerdotes, Levitæ, principes, ac vulgus, ambo seorsum super mœnia intecabant, alteri meridionale latus, alteri septentrionale mœnium tenentes, omnibus interim perstrepentibus tum musicis vocibus, tum instrumentorum concentu, donec templum ingrederentur, quò duo simul chori coevertunt. Habita ibi lectio Moosaicæ legis, oblata sacrificia, nullaque omissa ingentis gaudii significatio. Cum verò in idem tempus incidisset festum Tabernaculorum, geminata solemnitas gaudium convalevit, 2 Esdr. 8.

Amplior erat restitutz urbis ambitus, quam raris incolarum numerus exigeret; quare, ut huic rei consuleret, imperavit Nehemias, singuli optimates aedes suas Hierosolymis cederent, et decimam totius populi portionem, jacta sortium ejectione, ad migrare cœgiss. Hic arte tum ex iis quibus sortitò urbs obtigis, tum ex iis qui spontè venerant; stans frequens civium numerus comparatus est, 2 Esdr. 11. Militum excubias ad portas urbis distribuit Nehemias, ne quid ab hostibus, exacidium novæ urbis molientibus, pateretur, 2 Esdr. 7, 1, 2, etc. Quâ castione satis ab externorum injuriis tutus, curas suas omnes adferendis, quæ irrepserant in populum, criminibus vertit.

In eo maxime cœnium laboravit, quod gravissimum videbatur; servitù nempe, quæ divites in tenuiores furebant, eò enim crudelitatis processerant, ut eorum filios et illas mancipiorum jure servitù suis addicerent, omnesque illorum res obliquarent, 2 Esdr. 8, 1, etc. Tot miserorum clamoribus excitatus

Nehemas, in frequenti optatum et magistratum cœtu eorum sævitiam pluribus detestatus est: Cùm enim nos, inquit, fratres sororesque nostras à captivitate redemptas in hanc regionem reduxerimus, vos iterum excussæ captivitatis iugo opprimitis. An iterum nos redimere captivos cogitis? Ego meique plura mutuo dedimus: jus nostrum omne remisimus: remittatis et vos suades; quæque opprimeretis servatis, ultrò restituite. Dicentem pronisauribus exceperunt Israelitæ, ære alieno statim remisso, manumissis Hebræorum mancipiis, restitutis, quos loco pignoris tenuerant, fundis.

Alterum supererat perniciosum maxime et vetus in populo vitium, quod Esdras delere laboraverat; connubia nempe Israelitarum cum feminis peregrinis. Prospero illud eventu delevit Nehemias, quo suadente, omnes præcepto legis morem gesturi, peregrinas uxores, unâ cum filiis eo connubio genitis, dimiserunt, 2 Esdr. 9, 1, 2. Verùm cùm abesse deinde urbe, ac Babylonem proficisci duodecimo anno præfecturæ suæ cogeretur, 2 Esdr. 5, 14, 15, 26, etc., non defuerunt, qui per ejus absentiam pristinas uxores revocarent; quin et Joiada ipse, filius Eliashib summi sacerdotis, filium suum connubio cum filiâ Sanaballat Moabide junxit. Eam rem iniquissimè ferens Nehemias, studio legis armatus, illum urbe expulit, omnemque suppellectilem Tobie, in domo Domini commemorantis, ejici jussit à templo, ceterosque deinde Israelitis coegit reductis iterum feminis filiisque repudium dare.

Cùm pristina sacerdotibus et Levitis stipendia deessent, atque adjunctas templo ædes, sibi destinatas, à Tobia occupari cernerent, deserto templi servitio, aliò diverterant, 2 Esdr. 15, 16, 17, etc. Nehemias jussu omnia suo loco restituta sunt, coactus populus stipendia ministris Domini præbere, ministri ad pristina munia revocati. Præscriptæ sacerdotum vicibus et tempori illorum ministerii regulæ, ex constitutis olim à Davide et Salomone sanctionibus; reddita sabbato sua religio, hæcenis Hierosolymis neglecta, clausaque portis prohibiti peregrini, ne quid vendere eâ die audent.

Ut autem rectissimus urbis ordo perpetuus fieret, inductaque in Israelitam disciplinam divinis servaretur, renovatum solemniter ritu inter Deum et populum foedus, juratis pollicentibus fidem Nehemias, sacerdotibus, cæteris-

que optimatibus. Sanctum est, ut jussionibus Domini morigeros se Israelitæ præstarent, legem Moysicam sanctè custodirent, connubia cum peregrinis feminis ne conciliarent, neve quid venderent, emerentive die sabbati; septimo quoque anno terra feriaretur; singulis annis tertia siccæ pars pro sartis tectis templi Domini penderetur; ligna in usum sacrificiorum conferrentur, primitiæ fructuum offerrentur, pretium solveretur primoribus nata redimendis, etc. Hæc statim post mensem adificationem gesta sunt, 2 Esdr. 9 et 10. Hactenus secundus liber Esdræ de rebus Nehemias.

Nonnulla etiam de Nehemias in libris Machabæorum occurrunt, 2 Mach. 4, 19, 20. Legimus enim ibi, Nehemiam misisse quæsitum sacrum ignem, quem sacerdotes in arenâ et profundo puteo occuluerant; inventumque pro igne aquâ lutulentâ, altare aspersisse, quæ aqua ut radiis solis intepuit, excitatum statim divino prodigio ignem victimas in altari cremasse. Eâ de re monitum regem Persidis, prodigio attonitum, plura Israelitis concessisse, ibid. vers. 34, 35, auctis sacerdotum urbis preventibus, ejusque sanctione loco, ubi ignis delituerat, mœnibus clauso.

Tandem Nehemias, ut de posteris suis omnibus optimè mèreret, bibliothecam instruxit, 2 Mach. 2, 15, omnibus, quot unquam reperiri potuerunt, libris Prophetarum, Davidis, et principum, qui munera templo obtulerant, repletam. Tandem felici senectute diem clausit extremum Hierosolymis, administratâ triginta circiter annorum spatio republicâ.

Ut autem ad librum Nehemias regrediamur, communi licet sententiâ genuinum ejusdem auctoris opus, cujus nomen in primi capituli fronte præ se fert, habeatur, cùm præsertim in primâ personâ veluti de se auctor loquatur; plura tamen, neque contemnenda, rationum momenta in dubium revocant, nam liber, saltem qualis nunc existat, à Nehemias exaratus sibi: nullus enim dubio locus esse videtur, quin ipsâ re liber opus Nehemias, sit, vel saltem ex relictis ab eo commentariis alterius labore derivatum. 1^o Enim observant, in textu Hebræo unâ serie cum præcedenti libro olim conjunctum fuisse; quasi scilicet ad unum eundemque auctorem uterque pertineat. Ita Hieron. Præfat. in Esdr. et alii passim.

2^o Commentarii Nehemias in Machabæis laudantur (1); recitataque ibi verba in libris (1) 2 Machab. 2, 45: Inferrebat autem in-

eiusdem nomine inscriptis auspiciis occurrunt; quare alterutrum statuimus oportet, vel partem solummodò et epitomen librorum Nehemiæ nostrâ ætate superesse; vel præter eos qui in Machabæis, libros, alium à Nehemiâ exaratum esse, quem nomine *Verberum Nehemiæ* inscripserit. Id autem vix contingere potuisse censemus, ut scilicet duos de eodem argumento libros Nehemias scripserit.

3^o Liber Nehemiæ, qualis nunc exstat, plura continet à Nehemiâ planè aliena. Recitat monumenta sive commentarios, in quibus nomina referebantur sacerdotum et Levitarum, ad ætatem Jonathani nepotis Elisibi, quin et Jeddou vel Jaddi summi sacerdotis, regisque Darii Condemani pertinentium, 2 Esdr. 12, 25; qui ambo, utpote ad ætatem Alexandri Magni spectantes, amplius 120 annis Nehemiæ in Judæam adventu recentiores sunt. Igitur ejus capituli auctor Nehemias non est. Præterea quoriam ejusmodi commentarii recitandi erant? An ut constaret fides rebus eâ ætate exploratissimis? Hujus generis testimonia tum exiguntur, cum res supra fidem vel incognitam narranda sunt, vel saltem cum de rebus agitur à scriptoris ætate remotissimis.

4^o Agit ibidem auctor de Nehemiâ quasi de alieno, et longè jam ætate fatiuncto: *Hi in diebus Joacim filii Josue, et in diebus Nehemiæ ducis, et Esdræ sacerdotis scribique*, 2 Esdr. 12, 26. descriptionibus et commentariis Nehemiæ hæc eadem.

5^o In narrationis serie multa extra sedem vagantur. Ita dedicatio mensium extra locum aberrat, ibid. v. 27; aberrat caput quintum, in quo Nehemias de rebus gestis anno duodecimo regiminis sui disserit, 2 Esdr. 5, 14, quanquàm ea quæ præcedunt ac sequuntur caput 4 et 6, ultra quinquagesimum ab adventu diem non feruntur. Quare illud statuendum est, aliquidem Nehemiam operis auctorem esse arbitremur, saltem versus 22, 25, 24, 25, 26, imò omnes viginti sex versiculos capituli duodecimi aliè manu in textum irrepsisse; vide Capel. Chronol. Sacr.; sive potius Nehemiam accuratas regiminis sui ephemerides reliquisse, ad ætatem usque Machabæorum servatas; ex quibus monumentis hic liber, ipsi Nehemiæ phrasibus servatis, quanquàm non rerum serie nec tempore, pluribus etiam omissis, derivatus erit. Hanc sententiam maxime omnium probamus. Hujus libri scriptorem Esdræ reputandum esse Genebrardus putavit; qui sanè Esdras debuisset diutissime vitam prorogare, ut hunc litteris mandaret. Adde, inter utrumque librum, Esdræ et Nehemiæ, adeò multa in censibus earundem familiarum recitanda variare, ut neque eadem utrinque succurrere veterum monumenta appareat.

Nehemiæ liber historiam continet triginta circiter annorum, à primo ejus viri in Judæam adventu anno 3559, usque ad annum 3580, emortualem ipsius.

IN LIBRUM NEHEMIÆ,

QUI ET ESDRÆ SECUNDUS DICITUR,

COMMENTARIUM.

Hic liber à Nehemiâ nomen accepit, quod ex commentariis ab ipso compositis, fermè verbo ad verbum exscriptus fuerit. Nehemiæ profectorem evenisse postquàm ascendit Zorobabel anno 32, et postquàm Esdras ascendit, anno 15, patet ex annotatis ad marginem libri, cum hujus, tùm superioris. Vidit hic Esdras, eique superstes fuit. Esdræ secundus dictus liber, qui olim à priori non discriminabatur, ut testis est Hieronymus. Continet autem instaurationem Jerosolymorum, correctionem reduciis populi, et labentis Dei cultûs renovationem. Historia est annorum circiter 31, ab anno scilicet Artaxerxis Longimani 20, qui est mundi 3559, ad regnum jam inchoatum Darii Nothi, ejus filii, qui anno mundi 3581 auspicius est.

CAPUT PRIMUM.

1. Verba Nehemias filii Helchias. Et factum est in mense Casleu, anno vigesimo, et ego eram in Susis castro.

2. Et venit Hanani unus de fratribus meis, ipse et viri ex Judā : et interrogavi eos de Judæis, qui remanserant et supererant de captivitate, et Jerusalem.

3. Et dixerunt mihi : Qui remanserunt et relictī sunt de captivitate ibi in provinciā, in afflictione magnā sunt, et in opprobrio : et murus Jerusalem dissipatus est, et portæ ejus combustæ sunt igni.

4. Cumque audissem verba hujusmodi, sedi et flevi, et luxi diebus multis : jejunabam, et orabam ante faciem Dei cœli.

5. Et dixi : Quæso, Domine Deus cœli, fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt, et custodiunt mandata tua.

6. Fiant aures tuæ auscultantes, et oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam ego oro coram te hodie, nocte et die, pro filiis Israel servis tuis : et confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi : ego et domus patris mei peccavimus :

7. Vanitate seducti sumus, et non custodivimus mandatum tuum, et caeremonias et judicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

8. Memento verbi quod mandasti Moysi servo tuo, dicens : Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos :

9. Et si revertamini ad me, et custoditis præcepta mea, et factatis ea, etiamsi abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, et reducam in locum quem elegi, ut habitaret nomen meum ibi.

10. Et ipsi servi tui, et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tuā magnā, et in manu tuā validā.

11. Obsecro, Domine, sit auris tua attendens ad orationem servi tui, et ad orationem servorum tuorum, qui volunt

CHAPITRE PREMIER

1. Paroles de Néhémias fils d'Helchias. Et il arriva que la vingtième année, au mois de casleu, lorsque j'étais dans le château de Suses,

2. Hanani, l'un de mes frères, vint, lui et quelques-uns de la tribu de Juda ; et je leur demandai des nouvelles des Juifs qui étaient restés de la captivité et qui vivaient encore, ainsi que de celles de Jérusalem.

3. Ils me répondirent : Ceux qui sont restés de la captivité et vivent dans la province sont dans une grande affliction et dans l'opprobre. La muraille de Jérusalem est toute détruite, et ses portes ont été consumées par le feu.

4. Ayant entendu ces paroles, je m'assis, je pleurai, et je demeurai tout triste pendant plusieurs jours ; je jeûnai, et je priai en la présence du Dieu du ciel ;

5. Et je dis : Je vous prie, Seigneur, Dieu du ciel, qui êtes fort, grand et terrible, qui gardez votre alliance, et conservez votre miséricorde à ceux qui vous aiment et qui observent vos commandements,

6. Que vos oreilles soient attentives et vos yeux ouverts pour exaucer la prière de votre serviteur, que je fais maintenant devant vous nuit et jour pour les enfants d'Israël vos serviteurs. Je vous confesse les péchés que les enfants d'Israël ont commis contre vous ; nous avons péché, moi et la maison de mon père ;

7. Nous avons été séduits par la vanité ; et nous n'avons point observé vos commandements, vos cérémonies et vos ordonnances que vous aviez prescrites à Moïse, votre serviteur.

8. Souvenez-vous de la parole que vous avez dite à Moïse, votre serviteur : Lorsque vous aurez violé ma loi, je vous disperserai parmi les peuples ;

9. Et si vous revenez à moi, si vous observez mes préceptes, et que vous fassiez ce que je vous ai commandé ; quand vous auriez été emmenés jusqu'aux extrémités du monde, je vous rassemblerai de ces pays-là, et je vous ramènerai au lieu que j'ai choisi, pour que mon nom y habite.

10. Or ceux-ci sont vos serviteurs et votre peuple que vous avez racheté par votre souveraine force et par votre main puissante.

11. Je vous supplie, Seigneur, que votre oreille soit attentive à la prière de votre serviteur et aux prières de vos serviteurs qui

timere nomen tuum : et dirige servum tuum hodie, et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

sont résolus de craindre votre nom. Dirigez aujourd'hui votre serviteur, et faites-lui trouver miséricorde devant ce prince que je sers. Car j'étais l'échanson du roi.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verba Nechemiah filii Chachabiah. Et fuit, in mense Chisleu, anno vigesimo eram in Susan castris. — 2. Et venit Chagani, unus ex fratribus meis, ipse, et viri de Iehudah, et interrogavi eos de Iehudis (Iehudæorum statu), nempe de eorum conditione, qui remanserant ex captivitate, et de Jerusalem. — 3. Et dixerunt mihi: Residui qui remanserunt de captivitate, ibi in provinciâ, sunt in malo magno, et opprobrio, et murus Jerusalem dirutus est, et portæ ejus combustæ sunt igni. — 4. Et fuit, cum audissem verba hæc, sedi, et flevi, et luxi per dies : et jejunavi, et oravi coram Deo cœli. — 5. Et dixi : Quæso, Domine Deus cœli, Deus magne, et terræ illius, custodiens pactum et misericordiam diligenter te, et custodientibus mandata tua. — 6. Sit, quæso, auris tua intendens, et oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam oro coram te hodie die ac nocte, pro filiis Israel servis tuis : et confiteor pro peccato filiorum Israel, quod peccavimus tibi, et ego, et domus patris mei peccavimus. — 7. Corruptione corrupti sumus tibi, et non custodivimus præcepta, et statuta, et iudicia quæ præcepisti Moysi servo tuo. — 8. Memento, quæso, verbum quod mandasti Moysi servo tuo, dicendo : Vos prævaricabimini, et ego dispergam vos in populos. — 9. Et si reversi fueritis ad me, et custodieritis præcepta mea, et feceritis ea : si fueris expulso vestro ad extremum cœli, inde congregabo vos, et adducam vos ad locum quem elegeri, ut habitare facerem nomen meum ibi. — 10. Et ipsi servi tui, et populus tuus, quem redemisti in fortitudine tuâ magnâ, et in manu tuâ fortis. — 11. Quæso, Domine, ait, obsecro, auris tuâ attendens ad orationem servi tui, et ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum, et prosperare fac, quæso, servum tuum hodie, et da eum in misericordia coram viro isto : ego verò eram pincerna regis.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — VERBA NEHEMIAH, id est, sequuntur sermones, vel gesta Nehemæ (1). IN MENSE CHISLEU : is est mensis novus, incipiendo à mense nisan ; sed Persarum annus, sicut et Judæorum civilis initium duxisse videtur à mense tiseri, cum in anno vigesimo Artaxerxis sit mensis Cætes hic, et mensis Nisan, inf. 2. 1. Chisleu respondet partim novembri, partim decembri. (Chisleu, est novem-

ber (1). Anno vigesimo, sub regni Artaxerxis (Hebræi dicunt hunc fuisse Darius), vel Mneumonis, vel ut docent communiter, Longamani. IN SUSAN CASTRO (2), id est, cum essem in Susis regiâ, vel palatio. Susa sic dicta ob æmulationem.

(1) IN MENSE CHISLEU, qui novus est anni æri, et tertius civilis, respondetque novembri ac decembri. Tres amplius menses : à mense cætes ad nisan usque, Nehemias in Iudæâ et ægritudine fuit, oppellens, et vicem suam regis mense ministrandi iure. (Calm.)

In Chaldaeorum annorum ratione mensis cætes erat tertius ; quam rationem hic Nehemias sequitur. (Synops.)

(2) EGO ERAM IN SUSIS CASTRO, id est, vel in ædibus, quas ibi reges Persidis ad hibernum domicilium habebant : erat enim conf. illis grata temperies per hiemem, æquæ ac minimè ferendæ per æstatem calor. Nomini Susarum jungit perindeque Scriptura nomen Caser ; ac si diceret, Susi Palatio. Ibi versabatur Nehemias apud regem, mensibus novembri et decembri. Veterum plures docent, reges Persidis vernam anni tempestatem egisse Susi, molivam Echatanis ; que tamen non repugnans his quæ ex Athenæo discimus, Sasis nempe illos hibernasse. Ducti enim Sasis hieme, verum etiam tempus ibidem transigebant. (Calm.)

Susa, urbs nota historicis et poetis, sic dicta ob æmulationem, à illis, quod τὴν ἑβραϊκὴν, cœtes Persis, ut notat Athenæus : unde et cœtes παρὰ, sive γίγνηται, arguuntur 2 libro, memoratum eidem Athenæo, Theophrasto, Dioscoridi. (Gros.)

(4) VERB. 1. — VERBA NEHEMIAH FILII HEBCHIE, vel, ut Hebræus et veteres codices manuscripti, filii Chachabiah, Nehemias Artaxerxis cognomento Longamani, pincernus, ut intellexit, hostes gratis suæ post Edræ in Iudæam adventum interessisse, ne moenia Hierosolymæ restituerentur, vel etiam moenia deiecisset, et cremasse portas, facultatem ab eo impetravit migrandi in Iudæam, ac directæ patriæ viæ nomina restituendi. Ista liber quem aggredimur narrat, Nehemias venit Hierosolymam anno mundi 3550, Artaxerxis vigesimo, ab adventu Edræ tertio decimo. (Calm.)

Nehemias sub Cyro cum Zorobabel Iudæos à Babylone reduxerat in Jerusalem : mox cum Cambyses Cyri filius urbis templique fabricam impediret, rediit in Babyloniæ, ac sub industria, sanctitate et obsequio Artaxerxem regem sibi et Iudæis devinxit. (Corn. à Lap.)

Fuit Nehemias sacerdos ex tribu Levi, qui vivente Eliab possidit reipublicam administravit, missus à rege Persidis, ut etiam habemus 2 Machabæorum 1. 20. (Menochius.)

tem, à illo quod Susan Hebræis, *Sôseer* Persis. Reges Persarum *crastatem* exigebant *Echastatē*. *Susa* autem *vor* et *lygemem*.

VERS. 2. — ET VENIT (1). Sub. in Susan. E FRATRIBUS MEIS, id est, sociis, vel sodalibus meis, hoc est, ex Judæis (2). *Israē*, ET VIRI DE JERUSALEM, id est, unā cum aliquot comitibus; venit, inquam, à Judæā: refertur ad initium versūs (3). De *Jehudæis*, nempe, etc., id est, de rebus ac statu *Jehudæorum* qui eraserant, et salvi redierant in Terram sanctam. Ex CAPTIVITATE, ET DE JERUSALEM, id est, de captivitate *Babylonica*, et de statu urbis *Jerusalem*. Vide *Joseph*, *Antiq.* lib. 2, cap. 5 (4).

(1) ET VENIT. Aliqui libri habent: Et venit ad me *Hanani*. Sed vñ, ad me, non est de texto. Unde dicit *Josephus*, quod *Nehemias* vidit istos tanquam peregrinos intrantes civitatem, et auditus eos loquentes, *Hebr.*, et *nunc* aliam suam fuit eor. (Lyranus.)

(2) USUS DE FRATRIBUS MEIS, ex tribu scilicet mea *Leviticā*.

VIRI EX JUDA, ex Judæa venientes, et ad tribum *Juda* pertinentes.

QUI REMANERANT, etc. Videtur interrogasse de statu eorum qui variis temporibus ex captivitate venerant *Hierosolymam*, et adhuc erant superstitēs. (Menochius.)

ISRAË ET VIRI EX JUDA. Hinc collige multos Judæos, qui cum *Zorobabele* vel *Esdra* in patriam redierant, duram ibi fortunam expertos, cum eodem *Zorobabele* in *Babylonem* rursus repedisse. (Sanctius.)

(3) ISRAË, ET VIRI EX JUDA. Reddi etiam potest *Hebræis*: *Hanani*, et viri quidam ex *Judæa* venientes. *Hanani* vir erat *Nehemias* necessarius, quem *Nehemias* socum reduxit *Hierosolymam*. Tradit *Josephus*, *Nehemiam* cum forte extra urbem versaretur, advenas quosdam vidisse ad urbem venientes, colloquentesque *Hebræos*. Propius igitur accedens, quid de rebus *Judæorum* sciscitatus est, auditque respondentes, pessimè cum illis agi, jacentibus *Hierosolymorum* montibus, agro penitus infesto, vastatoque à finitimis, quosque quoslibet seu captivos agebant seu trucidabant, ita ut eorum cadaveribus viæ impedirentur. Doluit *Nehemias*, totoque annixus est animo, ut remedium toti malis gentem suam premensibus quaereret. Latius quidam veteres codices legunt, *Hanani* aliosque ad *Nehemiam* venisse, veluti ab *Judæis Hierosolymitanis* ad illum legatos: *Venit ad me Hanani*, etc. Sed textus nihil ejusmodi præ se fert. (Calmet.)

(4) VERS. 3, 4. — *Cœux qui sont restés après la captivité, et qui demeurent en la province de Juda, sont dans une grande affliction et dans l'apprehension.... Ayant entendu ces paroles, je m'assis, je pleurai*, etc. *Nehemias* était obligé de suivre la cour, étant l'échanson du roi. C'est pourquoi il est dit ici qu'il était dans le château de *Suse*, où les rois de *Perse* faisaient leur séjour pendant une partie de l'année. Mais, si ce saint homme était obligé par sa charge de demeurer à la cour d'*Artaxerxès*, son cœur était à *Jérusalem* avec ses frères, qui s'y étaient rétablis depuis leur retour de

VERS. 3. — IN PROVINCIA, *Judææ* scilicet. IN MALO MAGNO, ET OPPRESSIO, vel, in afflictione maxime et ignominia, id est, vehementer affliguntur, et probis affliguntur (1).

VERS. 4. — SEDI, ET FLEVI, ET LUXI PER DIEM. *Sedi*, nempe humi, vel in cinere, more lugentium; et *flevi*, id est, deploravi miseriam ac calamitatem fratrum ac popularium meo-

capivité. Et se regardant près de la personne de ce roi païen comme établi par l'ordre de Dieu, non pour son propre avantage, mais pour procurer par tout son crédit le bien de son peuple, il vivait en quelque façon au milieu de cette cour, comme saint Paul a dit depuis que les Chrétiens devaient vivre dans le monde, lorsqu'il les exhorta à s'arrêter du monde, comme s'en ayant point.

Ayant donc trouvé l'occasion de s'informer de l'état où étaient alors les Juifs, et quelques-uns de ses frères revenus nouvellement de *Jérusalem*, peut-être pour solliciter la protection du prince, lui ayant dit l'oppression qu'ils souffraient de la part des peuples voisins, à qui leur retour et leur rétablissement paraissaient insupportables, il fut percé de douleur; il ne put se regarder comme heureux dans cet emploi honorable dont il jouissait, tandis que ses frères les autres Juifs étaient affligés, et que la ville de *Jérusalem* ne pouvait se rétablir. Il s'attriste donc, il pleure, il jéme, et il prie en la présence de Dieu du ciel, qu'il savait être et plein de bonté pour ceux qui le cherchent, et fidèle pour accomplir ses promesses en faveur d'un peuple qu'il avait choisi, et tout-puissant pour rendre inutiles tous les efforts de ses ennemis. (Sacy.)

(1) VERS. 3. — ET MORBUS JERUSALEM DESPERATUS ERAT. Interpretum plures sicut monia *Hierosolymæ* hæcenus derelicta jacuisse, neque ullum pro illorum reparatione officium latum fuisse à *Cyro*, *Dario* et *Artaxerxe*; eo autem urbis statum usque adeo opportunè *Judæorum* adversarios, ut regionem excurrerent, vexarentque *Judæos Hierosolymæ* commorantes. Alii tamen mororis *Nehemias*, dejectorum monium, crematarumque portarum causam regeant in novum adversariorum odium potius quam in veterem *Hierosolymæ* desolationem per *Chaldæos*. An ignorabat *Nehemias* monia portasque *Hierosolymæ* ignis et ferri injurias à *Nabuchodonosore* sensisse? Hærum potissime *Artaxerxe*, *Hebræorum* hostes detulerunt *Judæos* eo nomine, quod monia metropolis suæ repararent, coque ab opere, jubente rege, cessatum est. *Esdra*, ut *Hierosolymam* venit, grates Deo egit, quod populo suo septem claustrumque in *Judæa* et *Hierosolymæ* dedisset: *Ut daret nobis septem in *Judæa* et *Jerusalem**. Quid hæc verba sonant, nisi *Hebræos* toto ab injuriis hostium loco donatos fuisse à Deo, *Hierosolymam* à *Zorobabele* munibus cunctis? Valida equidem argumenta: nihil tamen secius agrè admodum continetur, ne magis priori sententiæ domus, spectatæ libri totius serie, præsertim capite 3 et 4, in quo *Nehemias* restitutioni monium *Hierosolymæ* omnem operam impendit, quasi nemo hæcenus id post captivitatem tendit. (Calmet.)

rum, àusque diebus aliquot (1). CORAM DEO COLI, q. d., coram Deo omnipotente, qui condidit machinam illam celestem, qui fecit celum et terram.

VERS. 5. — DEUS MAGNE, VEL, FORTIS, MAGNE (2).

VERS. 6. — INTENDENS, vel attendens, sub. orationi meae. QUOD PECCAVIMUS, vel, qui peccavimus. ALII, quis peccavimus. PECCAVIMUS, sub. tibi (3).

(1) VERS. 4. — LUXI DIESBUS MULTIS. Hebræus ad litteram : *Luxi diebus*, quatuor circiter mensibus, à mense cales ad mensem nisan. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — FORTIS, MAGNE ATQUE TERRIBILIS. Reddi potest Hebræus : *Qui Deus es, vel fortis, magnus et terribilis*; vel Deus maximus, et maxime terribilis. (Calmet.)

(3) VERS. 6. — CONFITEOR PRO PECCATIS FIATOREM ISRAEL, etc. Sic et Tobias, c. 3 : *Ne stultitatem meam de peccatis meis, neque remissionem delicti mei, vel parentum meorum. Et Daniel, c. 9 : Cùm confiterer peccata mea et peccata populi mei. Quidam hæc sic interpretantur, ut quavis isti fuerint innocentes, tamen in confessione junxerint se peccatoribus, tantum quia membra erant populi peccatoris; sed hoc dici non potest. Nam si tantum dicerent : Nos peccavimus, et non in singulari per vocem, *Ego*, aut per vocem, *peccata mea*, confessionem suam pronuntiarent, nisi mentiri voluissent. Proinde dicendum sanctos veraciter etiam propria peccata confiteri et agnoscere, quod propter illa patiebantur afflictionem in qua erant constituti. Quomodo autem multis modis iusti inter peccatores participes fiebant peccatorum ipsorum, et per consequens etiam vindictæ et afflictionum temporalium, docet explicat D. Aug. lib. 1 de Civitate, per multa capita. (Eusius.)*

PECCAVIMUS. in Heb. et apud Sept., peccavimus. (Menochius.)

VERS. 6, 7, 8, 9. — Je vous confesse les péchés que les enfants d'Israël ont commis contre vous. Nous avons péché, moi et la maison de mon père. Nous avons été séduits par la vanité et le mensonge.... Mais souvenez-vous de la parole que vous avez dite à votre serviteur Moïse, etc. Néhémias, qui connaissait les promesses que Dieu avait faites à son peuple de le protéger contre tous ceux qui le haïssaient, pourvu qu'il gardât fidèlement ses préceptes, jugea aussitôt qu'il fallait que les péchés d'Israël lui eussent fait mériter d'être exposé de nouveau, après leur retour de Babylone, aux insultes de ses ennemis. C'est pourquoi, comme il n'y a que l'humiliation qui soit capable de fléchir Dieu, irrité par notre orgueil, il confesse devant lui les péchés de tout le peuple; il se reconnaît lui-même pécheur avec toute la maison de son père, et il avoue qu'ils ne se sont éloignés de la vérité de ses ordonnances que pour suivre la vanité et le mensonge qui les a séduits. Car il est très-important de se bien convaincre qu'on ne se peut écarter des saints préceptes que par une illusion de la vanité et du mensonge, qui se substituent en quelque façon dans notre cœur à la place de

VERS. 7. — CORRUPTIONE CORRUMPTI SUMUS, vel, corruptione corrumpimus, sub. præcepta tua tibi, id est, in dedecus tuum : nam qui peccant, videntur quasi perdere, sive corrumpere præceptum, ac mandatum. Illic chabaf, corrupti, pro peccare accipitur. ALII vertunt : Oppignerando oppignerati sumus tibi, id est, culpam apud te contraximus (1). QUE FRAC-

la vérité, laquelle mérite seule d'occuper tout son amour. Heureux ceux qui, ayant été séduits de la sorte, reconnaissent à la fin cette séduction et la détestent; mais plus heureux sont encore ceux, s'il y en a néanmoins, qui n'ont jamais pris la vanité et le mensonge pour la vérité, et qui se sont conservés toujours dans l'amour et dans la pratique des divins commandements, où se trouve, comme dit le saint Prophète, la vérité! Omnia mandata tua veritas.

Après que Néhémias s'est humilié profondément devant Dieu dans la vue de ses péchés et de ceux de tout le peuple; après qu'il s'est efforcé de le fléchir par ses larmes et par ses jeûnes, il ne craint pas de le faire souvenir de la promesse.... si solennelle qu'il leur avait faite par la bouche de Moïse, de les rassembler de tous les pays où il les aurait dispersés, pourvu qu'ils retournassent à lui. Dieu se souvient assurément de ses promesses, et il est toujours fidèle à les accomplir. Mais il est bien aisé que son peuple, s'appliquant à l'en faire souvenir comme s'il les avait oubliées, se représente à soi-même les conditions auxquelles il lui a plu de les attacher, et qu'ainsi, en même temps qu'ils le prient de n'oublier pas ces promesses qu'il leur avait faites, de les rassembler lorsqu'ils reviendraient à lui, ils se souviennent eux-mêmes qu'il ne les a dispersés que pour les punir d'avoir violé sa loi. Tant s'en faut donc que Dieu se tienne offensé comme les hommes, quand on le fait souvenir de sa parole, qu'il ne nous exauce jamais avec plus de joie que lorsqu'on le prie en vertu de ses divines promesses; car il ne nous a promis que ce qu'il a résolu de nous accorder. Mais il est très-digne du prix infini des dons qu'il s'est engagé de nous faire, que nous les lui demandions avec ardeur. Comme donc tout notre bonheur consiste en ce qu'il a plu à Dieu de nous promettre ce que nous ne méritons pas, lorsque nous le faisons souvenir de sa promesse toute gratuite à notre égard, nous le prions de n'oublier pas la bonté avec laquelle il s'est obligé de nous faire grâce quand nous nous humiliâmes devant lui, et que nous reconnûmes l'infidélité de notre conduite. C'est alors véritablement qu'il se souvient, selon qu'il est dit ici, que nous sommes ses serviteurs qu'il a rachetés par sa souveraine force et par sa main toute-puissante, en nous arrachant au démon dont nous étions les esclaves, comme il avait arraché Israël d'entre les mains de Pharaon, qui le traitait en tyran; et depuis encore d'entre les mains des Chaldéens, sous le joug desquels il avait gémé durant tant d'années. (Sacy.)

(1) VERS. 7. — VAMITATE SEDUCTI SUMUS. Variis rationibus reddidit Hebræus, ut, in-

præceptis, etc., id est, quæ tradidisti ac præceptisti servanda nobis per Moysen servum tuum.

VERS. 8. — PRÆVARICABIMINI; sub. in me et præcepta mea. Vel, transgrediemini, sub. præcepta ac mandata mea, id est, cum transgressi fueritis, ego dispergam vos, etc. Vide Deut. 30, 1. Postquam confessus est peccata sua, proponit, et quasi ob oculos ponit promissiones Dei quibus fecit respicientibus. Vos prævaricabimini, etc., q. d.: Ut vestram est et vobis peculiare prævaricari in me, et transgredi præcepta mea, ita meum est, et meæ interest punire vos et affligere, atque poenâ sumere de vobis. Proponit nobis Deus infirmitatem nostram, et simul commendat justitiam suam (1).

VERS. 9. — ET CUSTODIETIS PRÆCEPTA MEA, ET FECERITIS. Quidam exponunt, si custodieritis corde præcepta mea, et opere sive reipsâ feceritis. Oportet enim comprobare respicientiam cordis. Expulsio vestra, sing. Heb. pro plur., *expulsi vestri*, id est, si qui à patriâ vestrâ effecti fuerint in regionem remotissimam, quæ videatur contingere eorum ipsum. Nam finitæ, sive horizon nostri hemisphærii videtur contingere eam (caeli) regionem quam terminat (2). Nomen *strum*, id est, gloriam nominis mei.

quinti annis; vel corripimus legem tuam; vel, pignus à te accepimus; vel, oppigerati sumus tibi. Septuaginta: Dissolutione dissolvimus erga te. (Calmet.)

(1) Respicit promissiones et minas Deut. 29 et 30. (Wolpinus.)

(2) VERS. 9. — ET SI REVERTAMINI. Per veram poenitentiam. AD EXTREMA CŒLI. Quod Deut. 30, vers. 4, ad cardines cœli, polum Arcticum et Antarcticum. Ad extremas, seu ultimas, terræ regiones, quæ, quia in nostro horizonte extremæ sunt, videntur cœli extremitatem contingere. Scriptura sacra sæpè loquitur secundum hominum opinionem, non veritatem; quomodo Joseph dicitur pater Christi, et stellæ dicuntur de cœlo cadere. Ad extrema cœli, id est, terræ subiacentis cœlo, meton. adjuncti. COMPARATIO vos, Heb. *eos*. Metaphoræ hic personæ. (Synopsis.)

ETIAM ARDUCTI PUGNATIS AD EXTREMA CŒLI, IDEO CONSERVATO VOS. In Deuteronomio 30, 4: Si ad cardines cœli fueris dissipatus; ad cardines, nempe, quibus cœli torquentur. Insuper limes terræ habitabilis, cuius oris cœlos in-

VERS. 11. — ET DA TIBI IN MISERATIONIBUS, etc., id est, da illi misericordiam eoràm vris isis Artaxerxe, hoc est, fac ut ejus miseretur vir iste (1). Finis est orationis, quæ quidem plenâ est pietatis et eruditionis (2). Sequentiâ pertinent ad caput sequens. Ego vnao miam pincerna regis, id est, eram à poculis regis.

cumbere vulgus putat, ut concameratus fornicis fundamentis innotuit. Cœperat Deus jam à Cyri statu opus liberationis populi sui, idemque sub ejus successoribus procegit. Regis Nehemias ut absolatur, rediganturque in Judæam reliquis ex Judâ et Israël. (Calmet.)

EXTREMA CŒLI. Septuaginta vertunt: In amicitia fundamenti cœli, id est, alii ea parte, ubi videtur cœlum fundari, ac quasi inniti et inscumbere extremitati terræ. (Corn. à Lap.)

(1) QUOS ADMIRARI, ex Egypti servitute, ac deinceps sæpè à jugo Philistinorum, Ammonitarum, Madianitarum, etc., ut patet ex libro Judicum et Regum. (Corn. à Lap.)

(2) AD ORATIONEM SERVORUM TUORUM, qui volunt timere nomen tuum, q. d.: Hactenus servorum tuorum nudum nomen habuimus, jam cum nomine et officium conjungemus. Digne, etc. Suggere sans conseils; suggérer occasions, etc. Frustra conatus nostri, nisi deus secundos eventus. Da mihi, id est, Nehemias. MANDUCATIONEM, id est, propitiâ esto in eo quod molior, etc. (Synopsis.)

Que votre oreille soit attentive à la prière de votre serviteur. ... Conduisez aujourd'hui votre serviteur, et faites-lui trouver miséricorde devant ce prince, etc. Nehemias, étant établi en dignité auprès du roi, ne crut pas que ce fût assez pour lui de faire des vœux à Dieu pour la prospérité des affaires de son peuple, et il jugea sage de lui faire même qu'il occupait l'engagement à quelque chose de plus grand. Ce n'est pas pour moi, disait-il sans doute en lui-même, que Dieu m'a mis en cette place honorable où je me vois, mais c'est pour mes frères qui gémissent sous l'oppression de leurs ennemis, et qui ont besoin que quelqu'un parle en leur faveur. Il résolut donc de s'exposer pour leur salut, et de se servir de la confiance que le roi lui témoignait; pour lui faire entendre l'injustice avec laquelle on traitait les Juifs sous son nom et sous son autorité, de peur qu'il ne négligeât d'employer à ce saint usage le crédit que Dieu lui avait donné, il ne se rendit digne du choix qu'il avait fait de lui, lorsque'il ne l'avait placé en ce lieu qu'admirant sa vertu ses frères. C'est dans cette vue qu'il demanda à Dieu de vouloir être attentif à sa prière, de tendre son serviteur, et de lui faire trouver miséricorde devant ce prince, afin que, lorsqu'il lui parlerait, il l'écouterait favorablement. (Sacy.)

CAPUT II.

1. Factum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis: et vinum erat ante eum, et levavi vinum, et dedi regi: et eram quasi languidus ante faciem ejus.

CHAPITRE II.

1. Or il arriva la vingtième année du règne d'Artaxerxès, au mois de nisan, que, le vin étant devant le roi, je le pris et le lui servis. Alors le roi, me trouvant le visage un peu ébranlé,

2. Dixitque mihi rex : Quare vultus tuus tristis est, cum te agrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde ac nimis.

3. Et dixi regi : Rex, in æternum vive : quare non inderat vultus meus, quia civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est, et portæ ejus combustæ sunt igni?

4. Et ait mihi rex : Pro quâ re postulas? Et bravi Deum geniti.

5. Et dixi ad regem : Si videtur regi bonum, et si placeat servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam, ad civitatem sepulcri patris mei, et ædificabo eam.

6. Dixitque mihi rex, et regina que sedebat juxta eum : Usque ad quod tempus erit iter tuum, et quando reverteris? Et placuit ante vultum regis, et misit me : et constituit ei tempus.

7. Et dixi regi : Si regi videtur bonum, epistolas decet mihi ad duces regionis trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Judæam.

8. Et epistolam ad Asaph custodem saltis regis, ut decet mihi ligna, ut tegere possim portas turris domus, et muros civitatis, et domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta mandatum Dei mei bonam mecum.

9. Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum et equites.

10. Et audierunt Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites : et contristati sunt afflictione magnâ, quod venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israël.

11. Et veni Jerusalem, et eram ibi tribus diebus :

12. Et surrexi nocte ego, et vidi pauci mecum, et non indicavi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo, ut facerem in Jerusalem, et jumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam.

13. Et egressus sum per portam Vallis

2. Me dicit : Pourquoi avez-vous le visage si triste, quoique vous ne me paraissiez pas malade? Ce n'est pas en vain, mais vous nourrissez dans le cœur je ne sais quel chagrin. Et je fus saisi d'une très-grande crainte.

3. Et je dis au roi : O roi, que votre vie soit éternelle! Pourquoi mon visage ne serait-il pas abattu, puisque la ville où sont les tombeaux de mes pères est déserte et que ses portes ont été brûlées?

4. Le roi me dit : Que demandez-vous? Alors je priai le Dieu du ciel.

5. Et je dis au roi : S'il semble bon au roi, et si votre serviteur vous est agréable, envoyez-moi en Judée, à la ville des sépultures de mes pères, afin que je la fasse rebâtir.

6. Le roi et la reine, qui était assise auprès de lui, me dirent : Combien durera votre voyage, et quand reviendrez-vous? Et il plut au roi de m'envoyer. Et je lui marquai le temps.

7. Je lui dis encore : Je supplie le roi de me donner des lettres pour les gouverneurs du pays de delà le fleuve afin qu'ils me fassent passer jusqu'à ce que je sois arrivé en Judée.

8. Et une lettre pour Asaph, grand maître de la forêt du roi, afin qu'il me donne du bois pour pouvoir couvrir les portes des tours du temple, les murailles de la ville et la maison où je me retirerais. Le roi m'accorda ma demande, selon la main de mon Dieu qui était favorable sur moi.

9. Et je me rendis auprès des gouverneurs du pays de delà le fleuve, et je leur présentai les lettres du roi. Or le roi avait envoyé avec moi des officiers de guerre et des cavaliers.

10. Sanaballat Horonite, et Tobie, officier ammonite l'entendirent et furent saisis d'une grande affliction, parce qu'il était venu un homme qui cherchait à procurer la prospérité des enfants d'Israël.

11. Étant arrivé à Jérusalem, j'y demourai pendant trois jours :

12. Et je me levai la nuit, ayant peu de gens avec moi. Je ne dis à personne ce que Dieu m'avait inspiré de faire dans Jérusalem ; et je n'avais point de bête, hors l'animal sur lequel j'étais monté.

13. Je sortis la nuit par la porte de la Val-

nocte, et ante fontem Draconis, et ad portam Stercoris, et considerabam murum Jerusalem dissipatum, et portas ejus consumptas igni.

14. Et transivi ad portam Fontis, ad aquæ-ductum regis, et non erat locus jumento cui sedebam, ut transiret.

15. Et ascendi per torrentem nocte, et considerabam murum, et reversus veni ad portam Vallis, et redii.

16. Magistratus autem nesciebant quò abissem, aut quid ego facerem; sed et Judæis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et reliquis qui faciebant opus, usque ad id loci nihil indicaveram.

17. Et dixi eis: Vos nōstis afflictionem in quā sumus, quia Jerusalem deserta est, et portæ ejus consumptæ sunt igni: venite, et ædificemus muros Jerusalem, et non simus ultra opprobrium.

18. Et indicavi eis manum Dei mei, quòd esset bona mecum, et verba regis quæ locutus esset mihi, et aio: Surgamus, et ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

19. Audierunt autem Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites, et Gosem Arabs, et subsannaverunt nos, et despexerunt, dixeruntque: Quæ est hæc res quam facitis? numquid contra regem vos rebellatis?

20. Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos: Deus cœli ipse nos juvat, et nos servi ejus sumus; surgamus et ædificemus: vobis autem non est pars, et justitia, et memoria in Jerusalem.

14. Je vins devant la fontaine du Dragon, et à la porte du Fumier; et je considérais les murailles de Jérusalem, qui étaient abattues, et ses portes, qui avaient été brûlées.

14. Je passai de là à la porte de la Fontaine et à l'aqueduc du roi; et il n'y avait point de lieu par où pût passer la bête sur laquelle j'étais monté.

15. Et je montai durant la nuit par le torrent; et je considérais les murailles; et je rentrai par la porte de la Vallée, et m'en revins.

16. Les magistrats cependant ne savaient point où j'étais allé ni ce que je faisais; et jusqu'alors je n'avais rien découvert ni aux Juifs, ni aux prêtres, ni aux princes, ni aux magistrats; ni à aucun de ceux qui avaient le soin des ouvrages.

17. Et je leur dis alors: Vous voyez l'affliction où nous sommes; Jérusalem est déserte, et ses portes sont brûlées. Venez; rebâtissons les murailles de Jérusalem, afin qu'à l'avenir nous ne soyons plus en opprobre.

18. Je leur rapportai ensuite de quelle manière Dieu avait étendu sa main favorable sur moi, et les paroles que le roi m'avait dites; et je leur dis: Levons-nous et bâtissons. Et leurs mains furent afferries dans le bien.

19. Mais Sanaballat Horonite, l'officier Tobie, ammanite, et Gosem, Arabe, en ayant été avertis, se raillèrent de nous avec mépris, et dirent: Que faites-vous là? Vous révoltez-vous contre le roi?

20. Et je leur répondis, et leur dis: C'est le Dieu du ciel qui nous assiste lui-même, et nous sommes ses serviteurs. Levons-nous et bâtissons; car pour vous, vous n'avez aucune part ni aucun droit à Jérusalem, et votre nom y sera toujours en oubli.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, in mense Nisan, anno vigesimo Artachessæthe regis, vinum erat ante eum, et accepi vinum, et dedi regi, et non eram solutus esse tristis coram eo. — 2. Et dixit mihi rex: Quare vultus tuus est tristis, et non ægrotas? non est hoc nisi malum cordis. Et timui multum valde. — 3. Et dixi regi: Vivat rex in æternum: quomodo non erit tristis vultus meus, cum civitas domus sepulcrorum patrum meorum deserta sit, et portæ ejus consumptæ sunt igni. — 4. Et dixit mihi rex: Pro quo postulas? Et oravi ad Deum cœli. — 5. Et dixi ad regem: Si regi bonum est, et si placet servus tuus coram te, rogo ut mittas me in Jehudâ ad civitatem sepulcrorum patrum meorum, ut ædificem eam. — 6. Dixitque mihi rex, et regina sedens apud eum: Usquequò eris hic tuum, et cum reverteris? Et placuit coram rege, et misit me, et constitui ei tempus. — 7. Et dixi regi: Si regi est bonum, epistolas dent mihi scribere ad duces qui sunt trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Jehudâ. — 8. Et epistolam ad Asaph custodem pomarum quod est regi, ut det mihi ligna ad contiguandum portas palatii, quæ erant domui et muro civitatis, et

domui in quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam super me. — 9. Et veni ad duces qui erant trans flumen, et dedi eis epistolas regis. Et misit mecum rex principes exercitus, et equites. — 10. Et audivit Sanballath Choronites, et Tobiah servus Hammonites, et displicuit eis displicentia magnā, quod venisset homo ad querendum bonum filiis Israel. — 11. Et veni in Jerusalem, et fui ibi diebus tribus. — 12. Et surrexi nocte, et viri pauci erant mecum, et non indicavi homini, quid Deus dedisset in cor meum, ut facerem in Jerusalem, et jumentum non erat mecum, nisi jumentum super quod sedebam. — 13. Et egressus sum per portam Vallis nocte, et ante fontem Draconis, et ad portam Stercorum, et consideravi muros Jerusalem qui erant diruti, et portas ejus quæ consumptæ erant igni. — 14. Et transivi ad portam Fontis, et ad piscinam regis, et non erat locus jumento sub me ad transeundum. — 15. Et ascendi per torrentem nocte, et consideravi murum, et reversus sum, et veni ad portam Vallis, et redi. — 16. Et magistratus nesciebant quid abissem, et quid facerem, et Judæis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et residuis facientibus opus, eò usque non indicavi. — 17. Et dixi eis: Vos videtis malum in quo sumus, quia Jerusalem deserta est, et portæ ejus succensæ sunt igni: venite, et ædificemus murum Jerusalem, et non simus ultra opprobrium. — 18. Et indicavi eis manum Dei mei, quid esset bona super me, et verba regis quæ dixit mihi. Et dixerunt: Surgamus, et ædificemus. Et confortaverunt manus suas in bonum. — 19. Audivit autem Sanballath Choronites, et Tobiah servus Hammonites, et Ghesem Harbotes, et subsannaverunt nos, et desperaverunt nos, et dixerunt: Quid est hoc quod facitis? numquid contra regem rebellatis? — 20. Et reddidi eis verbum, dixique ad eos: Deus cæli, ipse prospere faciet nos, et nos servi ejus sumus: surgamus, et ædificemus: vobis autem non est pars, et justitia, et memoria in Jerusalem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN MENSE NISAN. Nisan à 33 nos venisset. Bellica vexilla illo mense primū eductur. Eandem ob causam dictus est Bithynis Apoc., Romanis Martius. Is est mensis primus respondens partim Martio, partim Aprili. Describit Nehemias occasionem, quam nactus, petiit facultatem à rege eundi in Judæam, ut instauraret, ac muro cingeret Jerusalem. Non ante mensem Nisan vices ministerii ad Nehemiam redierant. ERAT. Alii subdiciunt, attulerunt (1). NOS ERAM, etc., id est, non so-

(1) VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM IN MENSE NISAN, ANNO VIGESIMO ARTAXERXIS, Longiniani; hic enim (non verò Xerxes pater ejus, cui proinde perperam hoc adscribit Josephus) 52 annis et amplius regnavit, ut dicitur c. 13, 6; ita Julius Africanus, S. Hieron., Aug., Euseb., Chrysost., Theod. Beda, Rupert. et alii quos citat Perer. l. 11 in Daniel., qui proinde passim ab hoc anno vigesimo Artaxerxis, quo ipse Nehemias facultatem dedit Hierosolymæ reedificandæ, inchoant 70 hebdomades Danielis c. 9, 25.

ET LEVAVI VINUM (de mensis), ET DEDI REGI IN MANUS, ut biberet, quasi ejus pincerna. Quæ res: Quomodo Nehemias adeo evectus est, ut Artaxerxi monarcha fuerit familiaris, imò à poculis, quod officium in aula est primum, nec nisi magnis et fidelissimis committitur? — Resp.: Prima causa fuit sapientia, virtus et gratia Nehemias, ut dixi, quæ se insinuat in animos principum, ut eos sibi assueque genti Judæicæ conciliaret. Secunda causa fuit, quod multi censeant Esther fuisse uxorem hujus Artaxerxis, quæ illum sibi, Nehemias et Judæis astrinxit. Tertia causa magis particularis extitit, quod reges Persa-

leham esse coram eo vultu tristi, sed hilari ac jucundo. Alii, et non erant ingrati coram eo, id est, illi: hoc est, eram illi gratissimus.

rum biberent vinum Syriacum, sive à Syriâ advectum, teste Suidâ l. 15, et Athenæo: Syriæ autem pars vel appendix est Judææ. Quare Nehemias Judæum voluit Artaxerxes esse suum pincernam, ut is velut vinorum patrum suorum apprime peritus, mellora vina à Judæâ vel Syriâ sibi advehi curaret, eaque accuratè conservaret et regeret et arte et modo, quo in Syriâ conservari et regi solebant, ne acorem aliudve vitium contraheret.

Audi Athenæum l. 4, c. 26: « Persarum reges, inquit, vinum Chalibonum tantum bibebant. Possidonius in Damasco Syriæ gigni tradit, illicque satas à Persia vitæ. » Porro de eorum aquâ, quam potabant, ita scribit idem Athen. l. 2, c. 6: « Herodotus, alt, l. 4, scribit regi Persarum aquam vehi ex Choaspe fluviò Sessa præterlabente, ex quo tantum et alio nullo bibit. » Fuit hæc mira regum superstitio, ut dignitate regis indignum ducerent aliam aquam bibere. Audi Aelianum l. 12: « Cum illi comestus magnificentiæ et ostentatione pleni sequebantur Xerxem, tunc etiam aqua ex Choaspe simul vehabatur. Cum verò in loco deserto sitiarent, neque siti remedium ullum invenirent, proclamatum in exercitu est, si quis eam ex Choaspe haberet, ut regi eam daret bibendam, et inventus est quidam qui paxillum haberet, idque patridum. Bibit igitur illam Xerxes, et cum qui dederat in benefactoris loco habuit, quodam nisi illa fuisse inventa, perisset. »

ET ERAM QUASI LANGUIDUS ANTE FACIEM EJUS. Hebr.: Et antea non fueram malus (hoc est, tristis) coram eo. Ita Pagn. Verum noster pro

Vers. 2. — MALUM CORDIS, id est, malitia animi; hoc est, id non accidit tibi nisi ex malitia cordis, q. d. : Tu machinarius ac moliris quidpiam mali in corde tuo. Vox Hebræa significat et tristitiam. Et timui, etc. Ne scilicet

M^o, io, per M, id est, nos, legitur. Io, per I, id est, ei, unde versu : Et eram quasi mialis, id est, tristis, macilentus, exhaustus, languidus coram eo; nimirum moror, vigilia, tristitia faciem ejus pallentem, macilentam et languidam effecerant. (Gom. à Lap.)

LEVAVI VINUM, ET DEDI AGNI. Pincerne manus amplissimum erat apud Persas, quod optimatum liberis demandari plerumque solebat. Apud votores Græcos Romanisque miscere vinum in mensa publicisque convivis amplissimum habebatur, ut vel ipsi regum filii id præstare non recusarent. Apud Homërum, regis Menelaï filius vinum convivis miscet. Septuaginta legebat : Et non erat alius coram eo : et dixit mihi rex : Quare facies tua mala? Chui linitis ego regi idcessem, quas legebat in ore meo; tristitia et terroris notæ suspitionem regi indicarent. Meritis enim est, ne quid perhædæ animo versarem, prodente agitatione illius conscientiam oris pallere, ac speciem exhibente eui hominis turbidum et pravam aliquid meditantis. Græcæ voces indicare etiam posse arbitror : Cùm peregrinas non fides coram illis, nec ignotus eram illi, nec ingratus; Arabis : Neque exorta eram ipse, nec ita qui erant in conspectu ipsius. Syrus : Cùm non scierim mentis esse in conspectu regis, dixit mihi rex : Quam ob causam videtur dux tristitia, cùm in non sit agrotus? Non est hoc nisi afflictio cordis. (Calmet.)

Vers. 3, 2. — La vingtième année du règne d'Artaxerxès, au mois de nisan, on apporta du vin devant le roi. Je la pris et le lui donnai. Alors le roi, me trouvant le visage tout abattu, me dit : Pourquoi votre visage est-il si triste...? Je lui racontai à ces paroles d'une grande crainte. La tristesse qui parut sur le visage de Néhémias, était un effet de la douleur très-sincère qu'il ressentait de l'état des Juifs. Mais une personne attachée à sa fortune temporelle serait regardée comme une très-méchante politique de faire paraître un visage triste devant son roi, puisque les princes ne se plaisent pas à voir ces objets de tristesse qui les troublent dans leurs plaisirs. Cependant ce vrai serviteur de Dieu songeait plutôt à ce qu'il devait à sa religion qu'à sa patrie qu'à ce que la complaisance pouvait demander de lui, et peut-être même qu'il était bien aise de faire connaître au roi, par la tristesse de son visage, le sujet qui l'affligeait si sensiblement. Il est vrai que la demande que lui fit ce prince le satisfit et le frappa d'une grande crainte; ce qui pourrait donner lieu de croire qu'il ne s'était pas attendu à une telle demande, qui l'obligeait de se découvrir. Mais peut-être aussi que quelque résolution qu'il eût prise de parler, Dieu permit après que, dans l'ignorance qu'il était de la disposition du roi, il sentit alors sa faiblesse, par la crainte qu'il avait tout-à-coup, afin que la fermeté qu'il sentait ensuite lui parût plus clairement venir de Dieu seul. (Sacy.)

rex quidpiam mali et sinistri de me suspicaretur.

Vers. 3. — IN ÆTERNUM, id est, quàm diutissimè (1). Domus, pro loco accipiendum est.

(1) REX, IN ÆTERNUM VIVE, q. d. : Opto ut diutissimè et in æternum, si fieri potest, vivas. Dicit hoc ut timerem regi eximui, scitque se nihil contra ejus vim moliri.

QUA CIVITAS DOMUS SEPULCRORUM PATRIS MEI DESERTA EST, q. d. : Ego mortuus sum, quia Jerusalem, in qua sepulsi sunt patres mei, ex-tantique eorum sepulcra, deserta est. Sepulcra vocat domus, quia domus Hebræis significat quemvis locum, antrum, thesaurum, loculum, qui aliquid corpus amittit et continet : sic nudi vocantur domus avium; flumen et mare vocantur domus piscium. Porro magna fuit precæ cura et religio sepulcri patrum et avorum, ne ossa eorum exhumarentur et alijterentur, aut profanarentur, et rebus profanis vel impudis miscerentur. Unde Baruch, c. 2, 24, idipsum à Chaldeis factum lugeat et deplorat dicens : Stetit verbum me quæ locutus es in manibus sacerdotum tuorum prophetarum, ut trans-ferrentur ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo, et ecce projecta sunt in calore solis et in igne noctis. Hoc enim eis comminatus erat Deus per Jeremiam c. 8, 1 : Efficent, inquit, ossa regum Juda, et ossa sacerdotum, et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitaverunt Jerusalem de sepulchris suis. Apud omnes gentes enim valde gravis injuria et infamia habita fuit violatio sepulcrorum. Unde Horatius in Epodo, ode 16, id metuens ita lugeat :

Barbaras, heu! cineres iniustas victor, et urbem

Equos sonante verberabit ungula

Quæque carent vestis, et solibus ossa Quirini

(Nepos visere) dissipabit insulæ.

Quocirca Artaxerxes hanc justam gravemque Néhémias querelam aquis auribus accepit, memor, quid Scythæ Dario avo suo respon-dissent. Item gestam narrat Valer. Max. l. 5, c. 4 : Dario, inquit, totius regni sui viribus in eorum regiones subinde impetum facienti, paulatim cedentes ad ultimas Asia solitudi-nes pervenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent, responde-runt, se neque urbes ullas, neque agros cul-tos, pro quibus dimicarent, habere. Cate-rim cùm ad parentum suorum monumenta venisset, scitum quemadmodum Scythæ præliari solerent. Sic etiam quædam Arabes, licet feri et barbari, sepulcra suorum decum et patrum tuerentur, pro liquis quasi pro aris et locis depugnare, ut mihi Romæ narrarunt eorum vicini Maronitæ. (Gom. à Lap.)

REX, IN ÆTERNUM VIVE. Ita salutabant reges Persidis, uti ex Daniele et profanis intel-ligimus.

CIVITAS DOMUS SEPULCRORUM PATRIS MEI DESERTA EST. Eandem pariter causam arguit inferius, v. 5. Nôrat utque Néhémias Persas reli-giosissimos esse avitorum sepulcrorum cultores. Fama est, illos cadavera suorum cerâ obdita in ædibus suis conservasse. Tradit Herodotus mortuos cerâ obductos apud Persas sepeliri. (Calmet.)

IGNI? id est, magno illo incendio quo flagrahat cum expugnata fuisset?

VERS. 4. — PRO QUO POSTULAS? id est: Quidnam à me petis (1)?

VERS. 5. — CORAM TE, id est, tibi. AD CIVITATEM SEPULCHROSUM. Hinc iterata sepulchrorum mentio innuit etiam Persis commendabilem

VERS. 3, 4, 5. — Pourquoi mon siége ne serait-il pas abattu, puisque la ville où sont les tombeaux de mon père et de mes ancêtres est toute déserte... Le roi me dit: Que me demandez-vous? Je pris le Dieu du ciel, etc. Comment accorder cette frayeur extraordinaire dont Néhémias fut saisi avec cette liberté qu'il lui parait à découvrir le sujet de sa tristesse; sans qu'il pût savoir encore ce que le roi lui disait? C'est sans doute que Dieu, exauçant dans ce moment même son cœur humilié en sa présence, le rendit d'autant plus fort qu'il se regardait comme plus faible. Mais parce que la prudence n'est point défendue dans ces rencontres, et qu'on a vu de grands saints user de pieux ardeurs pour faire mieux réussir ce qu'ils avaient entrepris, comme saint Paul même en usa pour diviser ceux qui s'opposaient contre lui pour opprimer la vérité; Néhémias, dans la réponse qu'il fit au roi, n'employa que ce qui pouvait être mieux reçu de lui. Il ne parla point de l'oppression que souffraient les Juifs, mais seulement de l'affliction particulière qu'il ressentait; de ce qu'une ville où son père et ses ancêtres étaient enterrés demeurait déserte, et dans la dernière désolation. Et comme il vit que le roi lui demandait ce qu'il désirait, il s'adressa aussitôt à Dieu par une prière secrète qu'il lui fit au fond de son cœur; pour lui demander sans doute qu'il tournât favorablement l'esprit de ce prince à son égard; afin qu'il lui accordât ce qu'il avait à lui demander.

On peut donc dire que cette conduite de Néhémias renfermait tout ce que l'humilité, la foi, la sagesse et la confiance au secours de Dieu pouvait inspirer à un de ses serviteurs. Aussi il obéit plus facilement qu'il n'eût osé espérer tout ce qu'il voulait, parce que Dieu, comme parle l'Écriture, tenant en sa main le cœur des rois, le fait pencher du côté qu'il lui plaît: *Sicut desiderantes aquarum, ita cor regis in manu Domini*; qu'on ne peut contester, puisqu'il dit: Et c'est ce qu'il reconnaît lui-même, lorsqu'il dit ensuite que ce prince lui accorda sa demande, parce que la main favorable de son Dieu était sur lui, c'est-à-dire, parce que Dieu l'assistait invisiblement, non touchant le cœur d'Artaxerxès en sa faveur. (Sacy.)

(1) VERS. 4. — Quidam DEUM. Ut linguam meam dirigeret, et cor regis secretet. Exemplum vide orationis ejaculatorie. Qui procer ad regem preferre vult, prius ad Deum perferat, cuius in manu corda sunt regum.

(Synopsis.)

ET AJT MIHI REX: PRO QUO RE POSTULAS? Queset dicat: Paratus sum concedere, quia voluntate Dei animus regis mutatus fuerat subus de indignatione contra Néhémiam ad ejus benevolentiam, secundum quod dicitur Proverb. 21: Cor regis in manu Domini, quomodoque voluerit inclinat illud.

(Lyrani.)

fuisset sepulchrorum curam. Vide Herod., lib. 4, cap. 140. Ut respondet RAB, id est, ut instaurarem eam, q. d., per te mihi liceat ire in Jerusale, et instaurare Jerusalem.

VERS. 6. — QUOTIDIANUS, id est: Quotidianus temporis insimies in eo iunere faciendo? CORAM REGE, id est, regi. Et constitui ei; etc., vel, postquam dedit ei tempus: Aut hic et; per postquam vertendum est; id est: Dedit mihi facultatem abscondi posteaquam dedit ei tempus aliquod quo revertens essem. Aut talis esse debet oratio: Et dedit illi tempus, et placuit regi, et misit me. Tempus hoc videtur fuisse duodecim annorum, inf. 5, 14 et 15, d. (4)

VERS. 7. — ET SCRIBI, id est, placet. Scribit, sub. regis (1).

VERS. 8. — POMANII QUOD EST ANCI, vel, ANCI regis. Sic vocant regionem à Libano ad Antilibanum, propter immensitatem, in cuius extremitate, fuit oppidum nomine PARANIS, de quo Pline, 5, 25. AD CETEROSQUE PARTES PALATII, quæ erant domus. Verbum *in p. palatii*, significat componere signa, sive trabes, id est, ad extruendas portas palatii domus, sive ædis, hoc est, templi Dei. Templum quidem adificatum erat,

(1) VERS. 6. — CONSTITUI MI TEMPUS. Interpretum quidam censent, Néhémiam rediisse Babylonem, reparatis muribus Hierosolymæ, rectoque politæ ordine constituto, prius vel altero post adventum anno. Sed vulgaris opinio docet, illum ibi annis duodecim perseverasse, nec rediisse Babylonem nisi anno secundo et trigesimo Artaxerxis Longimani; iterum verò octo, vel decem annis postea, sub exitum regni Artaxerxis, remigrasse Hierosolymam. Vide Inferius, 13, 6. Hæc reputandum est, Néhémiam duodecim annorum dimissionem postulasse, et sarcinulis patris muribus operam navaret. Et spatio temporis evoluta, revocatus est à rege, ut in primum munus restitueretur.

Itaque quæ scribitur iuxta ante. Artaxerxis sunt plures, regines hæc ipsam fuisse Estherem. Assueti uxorem. Ille tamen Artaxerxes longior est ab Assuero Estheris. Sermonem hic fieri censuit Vassierus de regibus Persarum, quam Ctesias uxorem Artaxerxis tribuit. In solemnibus epulis semine vel eadem regine raro cum viris convivio astant; sed perant ad mensas uxores cum viris discumbentibus. (Calmé.)

(2) VERS. 7. — EPISTOLIS DEI SCRIBI, vel, scribit, vel dedit, sub. scribit, vel scribit regi. Vel: Tradamur mihi, nempe, ah illis quibus hoc demandabatur à regi. Verba actus tertie persone sæpe passivè significant; ut 1 Sam. 23, 22; Esth. 2, 2. Ut tradamur ac. Esther quidem præsidium hujusmodi non petiit, nec accepit, quia sacerdos erat, et scriba. Néhémias tamen erat princeps regis; nec minus ad tuendam majestatem regis, quam ad ipsius salutem conservandam, perhibebat; ut ne quæ parte læderetur. (Synopsis.)

sed appendices templi non erant extructæ. Et muro, id est, portas muri quo cingitur mons Sion et Moriah in quo extructum est templum ipsum (1). QUAM INGRESSUS FUERO, hoc est, domum in qua habitem, cum pervenero illuc. DEDIT, sub. epistolas. Juxta manum, etc. Hebraismus, id est, pro favore et gratia Dei mei erga me, sive, quo prosequabatur me Deus meus.

VERS. 9. — MISIT, etc., id est, mandaverat ut mitterentur, sub., qui me tuio deducerent (2).

VERS. 10. — ET AUDIUIT, etc., vel, cum situm audisset, sub. adventum meum. Ibi erant inimici Judæorum. CHORONITES. Natus erat in Choronem civitate Moabiticæ, et à rege Persarum prefectus erat Samaritanis. SERVUS HAMONITES, q. d., servus ille pessimus, qui erat de genere filiorum Ammon : vel, erat Ammonitarum toparcha, beneficiarius regis Persidis. DISPLICUIT HIS DISPLICENTIA MAGNA. Hebraismus, id est, displicuit eis maximè ; sive ægerimè tolerunt. AD QUERENDUM BONUM FILIIS ISRAEL. Hebraismus, id est, qui consulere vellet commodis filiorum Israel ; sive, cui res filiorum Israel curæ essent (3).

(1) VERS. 8. — ASAPH CUSTODEM SALTUS REGIS. Hebræus ad litteram : Asaph custodem hortii (paradis) regis, Persæ, Hebræi, et post illos Græci Latinique Paradisus appellant vireta, et umbrosa amœnæ memora. Censet Grotius, id nominis inditum fuisse regioni inter Libanum et Antilibanum. Paradisi Plinio locus est in Syriâ Cavâ. Opinantur alii, Nebemiam designare hic cedros montis Libani, quæ hæcens cedruum materiam ædificio templi suffecerant.

PORTAS TERRIS DONT. Hoc alii exponunt de vestibulo templi, cui in Paralipomenis tribuitur mensura centum viginti cubitorum, ea scilicet altitudo, quæ merito nomen terris sibi vindicat. Sed alii sunt portæ atrii, instar turrium extructæ, quibus nondum suprema manus imposita erat. Vide 2 Esdræ 10, 9. Denique plures consent, sermonem hic esse de turribus regum aditum, quas extructa porticus templo jungebat. Quorsum verò id operis tunc suscipiendum erat? Cui usui ejusmodi ædes? Id prefecto temerè suspicionem regi peperisset. (Calmet.)

(2) VERS. 9. — MISERAT REX MECH, etc. Præter id quod Nebemias petiit, hoc etiam rex adjunxit. (Sanctius.)

(3) VERS. 10. — SANABALLAT HORONITES. Censet Grotius regulum fuisse urbis Oronaim in Moabide ; cur hic tamen statuendus sit rex in eâ regione, non video. Vir erat ortu Horonites, Moabites origine, et prefectus à rege Persidis datus Samaritanis. Vitam distulisse præcipue necesse est, si idem sit Sanaballat, qui facultatem cœdendi templi in monte Garizim ad usum Samaritanorum, adversis Hierosolymitanum, ab Alexandro Magno

VERS. 11. — ET VENI, vel, ingressus sum in Jerusalem (4).

obtinuit. Geminus Sanaballat distinguit Pottavius ; unicum Josephus historicus et Scaliger.

TONIAS SERVUS AMRANTIS. Parebat hic regibus Persidis, non secus ac Sanaballat, hic Moabites, ille Ammonites : ambo prefecti Samaritanorum, vel Cuthæorum, ministri erant et servi regis Persarum. Ii reges subditos suos et ministros perinde habebant ac servos, nec melior erat in eâ re prefectorum provincie conditio. (Calmet.)

(1) VERS. 11. — ERAM IN TRIBUS DIEBUS. Quos scilicet quieti, ut fit, et salutationibus dedisse videtur, et explorandis civium animis, partimque oïis calidat. (Synopsis.)

VERS. 11, 12. — ETANT SEUL DANS JÉRUSALEM, j'y demeurai pendant trois jours, et je me levai la nuit, ayant peu de gens avec moi. Je ne dis à personne ce que Dieu m'avait inspiré de faire dans Jérusalem, etc. Plus les ennemis du peuple de Dieu étaient jaloux de sa gloire et opposés à son rétablissement, plus ce saint homme se crut obligé d'user de précautions pour exécuter plus sûrement ce qu'il avait résolu, quoiqu'il eût pour cela l'agrément du roi. On ne peut donc considérer qu'avec admiration le zèle joint à la sagesse qu'il fit paraître dans cette affaire. La bonté toute singulière dont le roi et la reine lui donnèrent des marques si suprenantes, lorsqu'ils parurent ne se mettre en peine que du temps de son absence et de celui de son retour, ne fut point capable de ralentir son ardeur pour le dessein qu'il avait pris de travailler autant qu'il pourrait à réparer les ruines de Jérusalem. Tous les charmes d'une cour aussi florissante que celle de Perse ne le purent détourner de la fatigue d'un long voyage, ni des périls où il serait exposé en rendant à sa patrie ce qu'il avait lieu de croire que Dieu exigeait de lui. Et abandonnant sa propre fortune à la providence de celui pour les intérêts duquel il agissait, il marcha où son devoir l'appelait, sans se mettre en peine si dans son absence ses ennemis, dont on ne manque jamais lorsque l'on est en faveur auprès du prince, ne feraient point leurs efforts pour le mettre mal dans son esprit.

Que si en cela il fit éclater son détachement et son zèle, il donna encore des marques aussi éclatantes de sa sagesse. L'expérience lui avait appris que ce n'était pas assez d'avoir obtenu les ordres du roi pour être assuré de pouvoir les exécuter, ayant affaire surtout à des ennemis aussi fins, aussi entêtés et aussi puissants qu'étaient ceux qui haïssaient Israël. Il eut aussi le désespoir où ils étaient de cette même protection que le prince leur donnait. Ainsi, voulant prévenir leur mauvaise volonté et servir son peuple sans faire un trop grand éclat, il tint secret son dessein, et se disposa à prendre toutes ses mesures avant que les habitants de Samarie et les autres peuples voisins pussent rien savoir de ce que Dieu même lui avait inspiré de faire dans Jérusalem. Ce fut donc cette raison qui lui fit choisir la nuit pour aller faire la visite des murailles de la ville, ou, pour mieux dire, de ses ruines,

VERS. 12. — ET VIRI PAUCI, ad verbum, et virorum parum quid, id est, paucus numerus : hoc est, cum paucis. HOMINIS, id est, cuiquam. Sic paulo ante versu 10 : Quid tenuisset homo, id est, aliquis. Nemini indicavi, inquit, quid Deus induxisset in animum meum. In JERUSALEM, vel ipsi Jerusalem, vel pro Jerusalem, sive in gratiam Jerusalem (1).

VERS. 13. — PER PORTAM VALLIS, quæ occidentalis erat (2). Sub. Josaphat, id est, per

adn qu'il y mit tout d'un coup des ouvriers qui travaillèrent partout en diligence.

C'est ainsi qu'on travaille sûrement à bâtir, non pas seulement la Jérusalem des Juifs, mais encore plus celle des Chrétiens, qui est l'Eglise. Il faut que ceux qui s'engagent à ce grand ouvrage soient détachés comme Nébémias de toute la gloire et de tous les vains plaisirs du siècle; il faut que l'amour de leur chère patrie les possède souverainement; il faut que leur zèle soit accompagné de sagesse pour réussir dans un dessein si divin : car, quoiqu'ils soient assurés qu'ils travaillent sous les ordres d'un grand Roi, qui est Jésus-Christ, ils doivent savoir aussi qu'ils ont beaucoup d'ennemis très-artificieux et très-obstinés à les combattre; qu'ils sont comme des brebis au milieu des loups, selon qu'il le dit lui-même dans l'Evangile, et qu'ils ont besoin d'une très-grande prudence pour se garantir de tous les pièges qu'on leur tend. Mais cette prudence, qui leur est si nécessaire, n'est pas celle de la chair, que saint Paul appelle la mort de l'âme; c'est celle de l'esprit, qu'il appelle au même lieu la vie et la paix. Or, cette prudence, et cette sagesse qui vient de l'Esprit de Dieu, consiste à prévoir et à éviter avec soin tout ce qui peut être contraire au dessein que nous avons de travailler, soit dans nous-mêmes, soit dans les autres, à l'édifice tout spirituel de la chère Jérusalem, comme nous voyons ici que Nébémias, quoique appuyé de toute l'autorité du roi de Perse, ne laisse pas d'employer toute sa sagesse pour se garantir des artifices de ceux qui persécutaient le peuple de Dieu, et qui haïssaient la ville de Jérusalem, figure de la sainte Eglise. (Sacy.)

(1) VERS. 12. — JUMENTUM NON ERAT MEUM, etc. Solus ipse equitabat, ceteri pedibus erant, ne nocturnus equorum strepitus silentio et secreto, quod querebant, officeret, quam etiam ob causam noctem elegerat, et modicum comitatum. Voluit etiam explorare murorum statum per totum ambitum, ne quid temerè in magno negotio aggrederetur, et res tota prius ageretur, quam illius suscipiendæ consilium ad adversarios deferretur.

(Menochius.)

(2) VERS. 13. — PER PORTAM VALLIS. Portam hanc alii ad orientem, alii ad occidentem urbis ponunt. Nobis est ad orientem, spectans vallē, quam interluit torrens Cedron, cum Nébémias, peragrata circum urbe, venerit ad torrentem Cedron, ac per portam Vallis ingressus fuerit, v. 15 : *Accessit per torrentem nocte... et reversus venit ad portam Vallis, et rediit.*

quam ibatur ad vallē Josaphat. ANTE FONTEM DRACONIS, vel contra fontem Draconis, id est, ad locum qui erat contra, vel è regione fontis, aut coram fonte Draconis, sic fortè dicto à figurâ draconis lapidei, vel aenei aquam evomentis, vel à dracone ibi stabulari solito, dum urbs desolata erat. Fons ille videtur esse Schéloach, seu Ghichon, qui erat occidentalis urbi. Item, q. d., incendio illo quo conflagravit in expugnatione.

VERS. 14. — PISCINAM, BEREATH. Hæc dictio ex doctorum Hebraeorum sententiâ, significat aquam congregatam, sive collectam, sive locum lapidibus calceque constructum, quod pluviales colliguntur aquæ, vel è fonte laustæ. Videtur esse aqueductus Esachia, de quo 2 Paral. 32, 3, 4, et 30. JUMENTO SUB ME, AD TRANSIENDUM; ad verbum, jumento ad transiendum, sub me. Ordinem convertit noster interpres, obscurum alioqui, id est, jumento cui insidebam, per quem transire possem, q. d., non potuit jumentum meum illuc transire (1).

VERS. 15. — PER TORRENTEM, nempe Cedron (2).

VERS. 16. — NESCIERAM QUOD ARISSEM, ET QUID FACEREM, vel, nescieram, non noveram quod arissem, et quid facerem (3). ET OPTIMATISSUS, vel,

ANTE FONTEM DRACONIS, cui nomen è draconis simulacro, quod hiantibus faucibus aquam evomebat; vel è dracone, fortè ibidem invento; vel è magnis piscibus, qui illa aquis innatahant. Hebraicum enim *tsav* usurpatur æquè de magnis piscibus, et colubris ingentibus. Septuaginta : *Fontem Fissum*. Nullus in eâ regione fons erat, præter Siloem, cui plura erant nomina.

PORTAM STRACONIS. Portam cordium, quæ ad vallē Ennom, ad orientem urbis, aditus patebat.

(Calmat.)

(1) VERS. 14. — ET NON ERAT LOCUS JUMENTO, UT TRANSIRET, quia rudibus vel aquis plena erant omnia; unde pedibus mihi eandem, vel circumcurrendum fuit.

(Tirinus.)

(2) VERS. 15. — ET REVERSI SUMUS, ET VENI, etc., per quam exieram, ut patet ex prædictis, et sic patet quod circumivit totam civitatem, ad videndum diligenter qualiter murus posset reedificari.

(Lyraeus.)

PER TORRENTEM (Cedron), qui ex parte aquilonari versus meridiem decurrebat. Nébémias verò ab occidentali latere urbis versus aquilonem tendebat.

(Menochius.)

(3) VERS. 16. — MAGISTRATUS, Hebraeus : *Saganis*. Designari creduntur hic civiles magistratus, principes, copiarum duces, sacerdotes à summo sacerdote secundi. Ea vox è Chaldeis ad Hebraeos transit; atque hinc derivasse Latini videntur verbum *sagire*, unde præsignum, et Germani *sagen*, quod sonat benedicere. Septuaginta : *Optimatores, autopes*.

RELIGIUS QUI FACERENT OMNIA. Neminem adhibui socium, non opificem, non adiutorem

et nobilibus. *Oves*, sub urbis, id est, qui operantur in reparatione murorum. *Eo usque*, id est, ad hoc usque tempus; vel, quousque fecissem sic, non indicavi eis. Quisdam vertunt, *Hoc*, sive, *hoc ipsum*. Alii vertunt, *Item*, sive, *similiter*.

VERS. 17. — *Malum in quo gentes*, vel, calamitatem in qua sumus, quod *Jerusalem* desolata sit, etc. (1). *Venite*, et *edificemus*, id est, agite, instauremus, etc. *Et nos*, etc., id est, ut posthac alii non afficiant probris.

VERS. 18. — *Manum*, id est, gratiam, sive favorem, vel opem, sive auxilium quo Deus meus me magnopere adjuvit, q. d., magnum illum favorem quo Deus meus me prosecutus fuerat. De hoc Hebraismo, vide supra versu 8. *Sciamus*, et *edificemus*, etc., id est, agite, sine illa mora instauremus; tunc coeperunt esse bono animo ac forti. *In tempore*, vel, propter bonum illud, id est, propter magnum illum favorem Dei erga se. Vel respicit beneficentiam, sive beneficium regis; ac si dicat: Cum intellexissent Deum et regem sibi favere (2).

VERS. 19. — *Contra regem rebellatis*? id est, vultisne à rege delictare? (3). *operis*, ne consilium meum proderem.

(Calmet.)

MAGISTRATUS, id est, gentiles qui erant positi ex parte regis ad custodiam terræ.

Ubiq; in ibi loci, etc., id est, usque ad illud usque, ita quod accipiat hic locus pro tempore; tenuit enim secretum quod intendit reedificare civitatem, donec videret quid esset sibi possibile, ita quod nec Judæis, nec gentilibus qui eum conduxerant in viâ preposuissent eum aperuerat. (Lyranus.)

ET OPTIMATES, Heb. *aviv*, qui vestibus utuntur albis, nempe hyssini. Vide Esther. 8, 26. Qui faciunt *opus*, sub. *avis*, in reparatione murorum. Intelligit opifices; non quod de templo operarentur, sed quod ex officio ad operandum destinarentur, sicut ob hostium incursionem, etc.; opus vel intermiserant, vel tardè exercebant. (Synops.)

(1) **VERS. 17.** — *Et dixi eis*, etc. Hæ consequenter describitur voluntas quam eis spernit, qui postquam viderat reedificationem muri possibiles, hæc difficiliter, aperuit Judæis voluntatem quam habebat de reparatione muri, et gratiam quam super hoc habebat à rege, indicens eis id opus, et dicens:

Vos videtis afflictionem in qua sumus, quia Samaritani et alii gentiles multis eis molestias inferebant. *Cujus causa* subditur:

Quia Jerusalem deserta est. Et si adversarii poterant eam invadere de seclis, tam quia habuerat ejus erant parvi; tam quia porte erant destructæ, et muri in pluribus locis diruti. (Lyranus.)

(2) **VERS. 18.** — *Et confortati sunt manus nostræ in tempore*, id est, factis auspiciis, quod eis bene verit; vel, ego Dei. (Synops.)

(3) **VERS. 19.** — *Adversum autem Sanaballat*

VERS. 20. *Et reddidi eis verbum*, id est, respondi. *Prosperare faciet*, etc., id est, dabit nobis prosperum successum, prosperabit nobis. *Sciamus*, et *edificemus*, vel, *argemus*,

Heronites, etc. Alius est hic à Sanaballat co-cero Manassis, primi pontificis Samaritanorum in monte Garizim. Ille enim Heronites idem Manassis sacerum aulecessit 109 annis, ait Sallustius, de quo plura inferius.

ET TORIAS servus Ammonites, qui ex servo et mancipio erectus, ac Ammonitis prefectus à rege Persarum erat constitutus, aequè ac Sanaballat Samaritanæ, et Gosen Arabiæ. Hi ergo tres prefecti vicinarum regionum Nebemæ et Judæis fuisse infensi et in fabricis adversarii. (Corn. à Lap.)

Gosen Arabiæ. Prefectura facili in gybat Arabum, Judæis hostiliorum. Consilio nemper punctus videtur adversus Judæos cum Sanaballat et Tobîd, Samaritanorum prefectis. Delationem ille tulit adversus Nebemam, illum nempe resistentis moribus Hierosolymæ consilium agitare defectionis, atque avertendi ad se gentis suæ imperii. (Calmet.)

VERS. 19, 20. — *Sanaballat, Heronites, Tobîd...* et *Gosen*, *Arabe*, *apud id avertit de nostre entreprise*, se raillèrent de nous avec mépris.... *Je leur dis*: C'est le Dieu du ciel qui nous assiste lui-même.... *Continuons donc à bâtir*. Car pour nous, vous n'avez aucune part si nous devons à Jérusalem, etc. Les Juifs ont presque toujours été méprisés par leurs ennemis; et c'est ainsi le caractère de tous les vrais serviteurs de Dieu, dont la piété est l'objet de la persécution des méchants. Les habitants de Samarie se raillaient du peuple Juif, parce qu'ils le regardaient comme un peuple faible et méprisable, et ils s'efforçaient de les effrayer, en traitant leur entreprise de vaine chose contre le roi. Mais ils ne considéraient pas que s'ils avaient paru faibles jusqu'alors c'était été par leur faute, et pour avoir violé la loi de leur Dieu. C'est pourquoi Nébémias leur répond avec assurance qu'ils continueraient sans crainte à bâtir Jérusalem, parce que le Dieu du ciel les assistait lui-même, et qu'ils étaient ses serviteurs.

Tant qu'on ne dégénère donc point de la qualité si honorable de serviteurs du Très-Haut, on n'a rien à craindre de la part des ennemis de Jérusalem; car on peut s'assurer de sa divine assistance. Et il ne faut pas qu'aucunes persécutions de ces ennemis de la piété soient capables de nous empêcher de continuer à bâtir la ville et le temple du Seigneur. Leurs railleries et leurs mépris nous sont honorables, depuis qu'ils se sont raillés de notre chef, et qu'ils l'ont traité avec les derniers outrages. Il est vrai qu'on travaille inutilement à bâtir cette divine maison, si le Seigneur n'est avec nous, et ne nous assiste pour la bâtir: *Nec Dominus edificaverit domum, in vanum fabricaverunt qui edificaverunt eam*. Mais il n'est guère moins véritable qu'on ne travaille point d'ordinaire impuissamment à ce divin édifice: mais les persécutions, comme Jésus-Christ l'a dit lui-même, font partie de la récompense qui est promise en ce monde à ceux qui se rendent ses disciples. Ils ne doivent donc point s'éton-

et ædificabimus, id est, sine ullâ morâ instaurabimus urbem nostram muros. Vos autem non estis pars, et iustitia, et memoria, etc., id est, in hac structura nulla est vobis portio, nulla ratione ad vos pertinet, cum sitis Samaritani et alieni à religione nostrâ; præsertim non est vobis meritis ullum, hoc est, punquam estis bene meriti de Jerusalem; neque memoriam vestri ullam relinquitis in eâ, q. d., neque in labore partem habebitis, neque in merito, neque in famâ, vel, non est jus vobis ullum in hunc

ner non plus qu'on les accuse de révolte contre le roi, aussi bien que Nébémias, qui ne faisait cependant qu'exécuter les ordres mêmes du roi, puisque les ennemis de leur divin maître ont bien osé l'accuser aussi de persécuter leur nation, et d'empêcher qu'on ne payât le tribut à César, lui qui, au contraire, avait déclaré si nettement qu'il fallait rendre à César ce qui était à César, et à Dieu ce qui était à Dieu.

Continuons donc à bâtir Jérusalem; disait Nébémias aux ennemis d'Israël; car pour vous autres, vous n'avez aucune part ni aucun droit à Jérusalem; c'est-à-dire, toutes vos raisons ne pourront nous empêcher de continuer l'ouvrage que nous avons commencé. Nous ne sommes point des séditieux, mais les serviteurs du Dieu du ciel, qui est avec nous; et nous agissons avec l'agrément du roi. Mais pour vous autres, vous n'avez rien à voir sur Jérusalem, où vous ne pouvez prétendre aucune part ni aucun droit. Il parlait ainsi sans doute, parce que le royaume de Samarie ayant été séparé du royaume de Juda, et ce premier ayant renoncé au temple de Jérusalem, qui était alors le seul endroit où Dieu voulait être adoré, ses peuples étaient déshabitués de tout droit sur cette ville et sur son temple, outre que ceux qui demeuraient en ce temps-là dans Samarie, étaient proprement, comme on l'a dit, des infidèles, que les Chaldéens y avaient fait transférer en la place des Israélites. (Sacy.)

CAPUT III.

4. Et surrexit Eliasb sacerdos magnus, et fratres ejus sacerdotes, et ædificaverunt portam Gregis: ipsi sanctificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et usque ad turrim centum cubitorum sanctificaverunt eam, usque ad turrim Hanameel.

2. Et juxta eum ædificaverunt viri Jericho: et juxta eum ædificavit Zachur filius Amri.

3. Portam autem Piscium ædificaverunt filii Asna: ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes. Et juxta eum ædificavit Marimuth filius Uriæ, filii Accur.

4. Et juxta eum ædificavit Mosollam

locum. *Justitia* significat meritum, vel jus (1).

(1) Vers. 20 — Vos non estis pars, et iustitia, et memoria in Jerusalem. Simili formâ responso Zerobabel legatos Samaritanorum, gentium ut in societatem ædificandi templi admisterentur, rejecti. Non est vobis memoria; nec vos novimus, nec qui sitis scimus; nulla erit vestri mentio in hac urbe, è qua perpetuo excludemini. Porro jus civitatis Hierosolymæ privilegium erat, quod sollicitâ cautione sibi unis servabant Judæi: Numquid Sicut dicit; ait Propheta: Homo, et homo natus est in eâ, et ipse fundavit eam Abrahama? Dominus narrabit in scriptis populum et principes (in causa populorum), horum, qui fuerunt in eâ. Sicut servatum omnium habitatio est in te, id est, incolæ tui, Sion, lætos semper dies agent.

Vos autem non estis pars, et iustitia, et memoria in Jerusalem. Dicit hoc Nébémias ad Samaritanos volentes impedire murorum ædificationem, sicut et ante conati fuerant ædificationem templi. Scopus ergo est: Hanc structurâ nihil pertinet ad vos, cum sitis Samaritanæ, et alieni à religione nostrâ. Justitia enim ponitur pro jure, quasi dicat: Nullum jus habetis in civitate, nec unquam de eâ bene meriti estis. Nihil mysticè sciendi potest infidelibus non esse admittendum ad baptismum et Ecclesiam, quamvis fide ac devotione non plene cendant, ac ejus societatem ex amico desiderare. (Boiss.)

Justitia, id est, jus, q. d.: Vos quasi Samaritani estis (olim à Assyriis traditi ad incolendam Samariam, 3 Reg. 17), Ammonitæ et Arabes, à Persis jus acceptis ad administrandum Samariam, Ammonitidem et Arabiam, non autem ad Judæam et Jerusalem: nec hæc eritis in Jerusalem habitantes; nulla enim in eâ vestri est memoria. Quare agite res vestras apud vestros vobis commissa, nostris autem rebus nolite vos immiscere: ego enim à rege Persarum potestatem resuscitantes Jerusalem pleno jure accepti: quare cavete ne vos mihi opponatis; alioquin enim regi Persarum vos opponetis, eumque vindicem experiemini. Ita, Cafet, Sanchez et alii. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE III.

4. Alors le grand-prêtre Eliasb, et les prêtres ses frères s'appliquèrent à l'ouvrage; ils bâtirent la porte du Troupeau, et la consacrèrent; ils posèrent le bois, le squelette et les poteaux, et en consacrèrent tout l'espace, jusqu'à la tour de cent coudées, jusqu'à la tour de Hananéel.

2. Ceux de Jéricho bâtirent d'un côté auprès de lui, et de l'autre Zachur, fils d'Amri.

3. Les enfants d'Asna construisirent la porte des Poissons; ils la couvrirent, et y mirent les deux battants, les serrures et les barres. Marimuth, fils d'Urié, fils d'Accur, bâtit auprès d'eux.

4. Mosollam, fils de Barachias, fils de Nésé-

filii Barachiz, filii Mesezebel : et juxta eos ædificavit Sadoc filius Baana.

5. Et juxta eos ædificaverunt Thecueni : optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui.

6. Et portam veterem ædificaverunt Joiada filius Phases, et Mosollam filius Besodia ; ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes.

7. Et juxta eos ædificaverunt Melchias Gabaeonites, et Jadon Meronathites, viri de Gabaeon et Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen.

8. Et juxta eum ædificavit Eziel filius Araia aurifex : et juxta eum ædificavit Ananias filius pigmentarii : et dimiserunt Jerusalem usque ad murum plateæ latioris.

9. Et juxta eum ædificavit Raphaia filius Hur, princeps vici Jerusalem.

10. Et juxta eum ædificavit Jedaia filius Haromaph contra domum suam : et juxta eum ædificavit Hattus filius Haseboniz.

11. Mediam partem vici ædificavit Melchias filius Herem, et Hasub filius Phath-Moab, et turrum Furnorum.

12. Et juxta eum ædificavit Sellum filius Alohes princeps mediz partis vici Jerusalem, ipse et filius ejus.

13. Et portam Vallis ædificavit Hanun, et habitatores Zanoë : ipsi ædificaverunt eam et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes, et mille cubitos in muro usque ad portam Sterquilini.

14. Et portam Sterquilini ædificavit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam : ipse ædificavit eam, et statuit valvas ejus et seras et vectes.

15. Et portam Fontis ædificavit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maspha : ipse ædificavit eam, et texit, et statuit valvas ejus, et seras et vectes, et muros piscine Siloe in hortum regis, et usque ad gradus qui descendunt de civitate David.

16. Post eum ædificavit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiz partis vici Bethsur, usque contra sepulcrum David, et usque ad piscinam, quæ grandi opere com-

zabel, bñit auprès de lui ; et Sadoc, fils de Baana, bñit auprès d'eux.

5. Ceux de Thécua bñirent auprès de ceux-ci ; mais les principaux d'entre eux ne sou-mirent point leur cou dans l'ouvrage du Seigneur.

6. Joiada, fils de Phaséa, et Mosollam, fils de Bésodia, construisirent la vieille porte, la couvrirent, et y mirent les deux battants, les serrures et les barres.

7. Melchias Gabaeonite, et Jadon Méronathite, qui étaient de Gabaeon et de Maspha, bñirent auprès d'eux devant la maison du gouverneur du pays d'au-delà du fleuve.

8. Eziel, fils d'Araia, orfèvre, bñit auprès de lui ; et auprès d'Eziel, Ananias, fils du parfumeur ; ils laissèrent ensuite Jérusalem jusqu'à la muraille de la grande rue.

9. Raphaia, fils de Hur, capitaine d'un quartier de Jérusalem, bñit auprès de lui.

10. Jedaia, fils d'Haromaph, bñit auprès de Raphaia, vis-à-vis de sa maison ; et Hattus, fils d'Hasebonias, bñit auprès de lui.

11. Melchias, fils d'Herem, et Hasub, fils de Phath-Moab, bñirent la moitié d'une rue, et la tour des Fours.

12. Sellum, fils d'Alohes, capitaine de la moitié d'un quartier de Jérusalem, bñit auprès de ce dernier, lui et ses frères.

13. Hanun et les habitants de Zanoë bñirent la porte de la Vallée. Ce furent eux qui bñirent cette porte, qui y mirent les deux battants, les serrures et les barres, et qui refirent mille coudées des murailles, jusqu'à la porte du Fumier.

14. Melchias, fils de Rechab, capitaine du quartier de Bethacharam, bñit la porte du Fumier ; il bñit cette porte, et y mit les deux battants, les serrures et les barres.

15. Sellum, fils de Cholhoza, capitaine du quartier de Maspha, bñit la porte de la Fontaine ; il bñit cette porte, la couvrit, y mit les deux battants, les serrures et les barres, ainsi que les murailles de la piscine de Siloë, le long du jardin du roi, jusqu'aux degrés par où l'on descend de la ville de David.

16. Néhémias, fils d'Azboc, capitaine de la moitié du quartier de Bethsur, bñit proche de Sellum, jusque vis-à-vis du sépulcre de David, jusqu'à la piscine qui avait été bñie

structa est, et usque ad domum Fortium.

17. Post eum edificaverunt Levite, Rêhum filius Benni : post eum edificavit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Cella in vico suo.

18. Post eum edificaverunt fratres eorum, Bavaï filius Enadad, princeps dimidiæ partis Cella.

19. Et edificavit juxta eum Azer filius Josue, princeps Maspha, mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli.

20. Post eum in monte edificavit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni.

21. Post eum edificavit Merimoth filius Urie, filii Haccus, mensuram secundam, à portâ domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib.

22. Et post eum edificaverunt sacerdotes, viri de campostribus Jordanis.

23. Post eum edificavit Benjamin et Hasub contra domum suam : et post eum edificavit Azarias filius Massias filii Ananie contra domum suam.

24. Post eum edificavit Benni filius Enadad mensuram secundam, à domo Azarias usque ad flexuram, et usque ad angulum.

25. Phalel filius Ozi contra flexuram et turrim, quæ eminet de domo regis excelsâ, id est, in stris carceris : post eum Phadaia filius Phares.

26. Nathinæi autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem, et turrim quæ prominet.

27. Post eum edificaverunt Theceni mensuram secundam à regione, à turri magnâ et eminente usque ad murum templi.

28. Sursùm autem à portâ Equorum edificaverunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam.

29. Post eos edificavit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum edificavit Semaia filius Sechenia, custos portæ orientalis.

30. Post eum edificavit Hanania filius Selemie, et Hanun filius Selep sextus, mensuram

avec grand travail, et jusqu'à la maison des Coureurs.

17. Les Lévites bâtirent après lui ; Rêhum, fils de Benni, et après Rêhum, Hasebias, capitaine de la moitié du quartier de Cella, bâtit le long de sa rue.

18. Leurs frères bâtirent après eux ; Bavaï, fils d'Enadad, capitaine de la moitié de Cella.

19. Azer, fils de Josué, capitaine de Maspha, bâtit auprès de lui une seconde mesure vis-à-vis de la montée de l'angle très-fort.

20. Baruch, fils de Zachai, bâtit après lui sur la montagne une seconde mesure depuis l'angle jusqu'à la porte de la maison du grand-prêtre Eliasib.

21. Mérimuth, fils d'Urie, fils d'Haccus, bâtit après lui une seconde mesure depuis la porte de la maison d'Eliasib, jusqu'au lieu où se terminait la maison d'Eliasib.

22. Les prêtres, habitants des plaines du Jourdain, bâtirent après lui.

23. Benjamin et Hasub bâtirent ensuite vis-à-vis de leur maison ; et après celui-ci, Azarias, fils de Massias, fils d'Ananias, bâtit vis-à-vis de sa maison.

24. Benni, fils d'Enadad, bâtit après lui un double espace, depuis la maison d'Azarias jusqu'au tournant et jusqu'à l'angle.

25. Phalel, fils d'Ozi, bâtit vis-à-vis du tournant et de la tour qui s'élève au-dessus de la haute maison du roi, c'est-à-dire, le long du vestibule de la prison ; après lui, Phadaia, fils de Phares.

26. Mais les Nathinéens demeuraient à Ophel, jusque vis-à-vis de la porte des eaux vers l'orient, et jusqu'à la tour qui s'avance en dehors.

27. Ceux de Théca bâtirent après lui une seconde mesure vis-à-vis, depuis la grande tour qui s'avance au dehors, jusqu'à la muraille du temple.

28. Les prêtres bâtirent en haut depuis la porte des Chevaux, chacun vis-à-vis de sa maison.

29. Sadoc, fils d'Emmer, bâtit après eux vis-à-vis de sa maison ; et après lui, Semaia, fils de Séchéniâs, qui gardait la porte d'orient.

30. Hanania, fils de Sélémiâs, et Hanun, sixième fils de Sélep bâtirent après lui une

secundam; post eum ædificavit Mosollam filius Barachias, contra gazophylacium suum. Post eum ædificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathinæorum et scruta vendentium, contra portam Judicalem, et usque ad consueculum anguli.

31. Et inter consueculum anguli in portâ Gregis ædificaverunt aurifices et negotiatores-

seconde mesure, et après lui, Mosollam, fils de Barachias, bâtit le mur vis-à-vis de sa trésorerie. Melchias, fils de l'orfèvre, bâtit après lui jusqu'à la maison des Nathinéens et des marchands de friperies, vers la porte des Juges, et jusqu'à la chambre de l'angle.

31. Les orfèvres et les marchands bâtirent à la porte du Troupeau le long de la chambre de l'angle.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et surrexit Eliash sacerdos magnus, et fratres ejus sacerdotes, et ædificaverunt portam porcorum: ipsi reparaverunt eam, et statuerunt ostia ejus, usque ad turrin Mesai, reparaverunt eam usque ad turrin Chamuel. — 2. Et juxta locum ejus ædificaverunt viri Jerecho, et juxta locum ejus ædificavit Zacchar filius Ineri. — 3. Et portam piscium ædificaverunt filii Hassenaah: ipsi consignaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras ejus, et vectes ejus. — 4. Et juxta locum eorum instauravit Meremoth filius Uriah filii Hachos; et juxta locum eorum instauravit Mesullam filius Berechiah filii Mesezabel; et juxta locum eorum instauravit Sadoc filius Bahana; — 5. Et juxta locum eorum instauraverunt Techebiaz: et majores eorum non adduxerunt collum suum, in opere Domini sui. — 6. Et portam veterem instauraverunt Joladiah filius Paschah, et Mesullam filius Besodiah. Ipsi consignaverunt eam, et stare fecerunt valvas ejus, et seras ejus, et vectes ejus. — 7. Et juxta locum eorum instauravit Malathiah Ghibbonites, et Jadon Moronothites, viri Ghibbon et Mispah pro solio ducis trans flumen; — 8. Et juxta locum ejus instauravit Hurziel filius Charboiah, qui erant aurifabri; et juxta locum ejus instauravit Chananiah filius Barachachim; et instauraverunt Jeraschaim usque ad murum latum; — 9. Et juxta locum eorum instauravit Bephalah filius Chier princeps mediarum partium Jerusalem: — 10. Et juxta locum eorum instauravit Jedaiah filius Charumaph, et contra domum suam: et juxta locum ejus instauravit Chasab filius Chasabneiah. — 11. Mensuram secundam instauravit Malchiah filius Charim, et Chasab filius Paschath Moab, et turrin Fortiorum: — 12. Et juxta locum ejus instauravit Sallum filius Halleches, princeps dimidiæ partis Jerusalem, ipse et filio ejus. — 13. Portam Vallis instauravit Chanun, et habitatores Zanoah: ipsi ædificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus, et mille cubitos in muro, usque ad portam Stercorum. — 14. Et portam Stercorum ædificavit Malchiah filius Rechab princeps partis Bethlacharem: ipse ædificavit eam, et statuit valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus. — 15. Et portam Fontis instauravit Sallum filius Cholchozeb princeps regionis Mispah: ipse ædificavit eam, et texit eam, et statuit valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus; et murum piscinæ pomarii juxta hortum regis usque ad gradus descendentes de civitate David. — 16. Post eum instauravit Nechemiah filius Harbuch princeps dimidiæ regionis Bethsur, usque contra sepulchra David, et usque ad piscinam factam, et usque ad domum Fortium. — 17. Post eum instauraverunt Levitæ: Rechum filius Bani: juxta locum ejus instauravit Chasabiah princeps dimidiæ regionis Chehilah in regione sua. — 18. Post eum instauraverunt fratres eorum Bonvai filius Chenadad princeps dimidiæ regionis Chehilah. — 19. Et instauravit juxta locum ejus Hezer filius Jesuah princeps Mispah mensuram secundam è regione ascendens murorum anguli. — 20. Post eum accendit sese (exardescens), et instauravit Baruch, filius Zacchai mensuram secundam ab angulo usque ad ostium domus Eliash sacerdotis magni. — 21. Post eum instauravit Meremoth filius Uriah filii Hachos mensuram secundam, ab ostio domus Eliash, usque ad perfectionem domus Eliash. — 22. Et post eum instauraverunt sacerdotes viri plurissimi. — 23. Post eum instauravit Benjamin, et Chasab contra domum suam: post eum instauravit Hicriah filius Mahaseiah filii Hemanah apud domum suam. — 24. Post eum instauravit Dinnai filius Chenadad mensuram secundam, à domo Hazariah, usque ad angulum, et usque ad angulum. — 25. — Palsi filius Usai contra angulum, et turrin quæ egrediebatur è domo regis excelsam, quæ erat in stris carceris, post eum Pediah filius Parhos. — 26. Et Nethinim qui habitabant in area usque contra portam aquarum ad orientem, et turrin egredientem. — 27. Post eum instauraverunt Techebiaz mensuram secundam è regione turris magnæ egredientis, usque ad murum arcis.

— 28. Super portam Equorum instauraverunt sacerdotes unusquisque contra domum suam. — 29. Post eam instauravit Sadoe filius Immer contra domum suam; et post eam instauravit Semahiah filius Secheniah custos portae orientalis. — 30. Post eam instauravit Chananiah filius Sele-niah, et Chanun filius Salaph sextus mensuram secundam. Post eam instauravit Mesulam filius Berechiah contra cubiculum suum. — 31. Post eam instauravit Maltchiah filius aurificis usque ad domum Nethinim, et negotiatorum contra portam Praecepti usque ad cornaculum anguli. — 32. Et intra cornaculum anguli ad portam Pecorum instauraverunt aurifices et negotiatores.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET SURREXIT, id est, post haec surrexit. Hoc capite describitur quo modo, quoque ordine murus Jerusalem instauratus fuerit, et à quibus. ELIASIB, filius Joachin filii Joasdech. ALII, filius Joas filii Joachin filii Joasdech. ET FRATRES EJUS, id est, qui erant de eadem familia aut tribu; aut socii et sodales. PORTAM PECORUM, vel Gregis. Fecerit per hanc portam ingrediebantur greges in urbem; vel ibi erat forum pecuarium. Prope illam portam aint fuisse piscinam Probaticam, de qua Joan. 5, et in illa piscina abluta pecora fuisse, et inde illata in templum immolanda. REPARAV-ERUNT EAM, ad verbum, sanctificaverunt eam, id est, insignem et claram edificio reddiderunt. Vel eam et conjunctum illi spatium rebus ad usum templi pertinentibus consecraverunt: in ejus ambitu erant auri fabri, et aromatarii, inf. v. 32, et in platea forum pecuarium et piscina. ALII sic exponunt: Mundaverunt à ruinis et rudibus, et profanatione incendii, et pri-stino decori restituerunt (1). USQUE AD TURRIM

(1) VERS. 1. — SANCTIFICAVERUNT EAM, id est, dedicaverunt eam Domino, quia haec erat porta Gregis, per quam victimae Deo sanctificandae et per immolationem consecrandae induce-bantur in templum, idcirco portam hanc ipso pontifex et sacerdotes edificaverunt et conse-craverunt Deo, ac per eam reliquas portas, to-tamque urbem. Erat enim et vocabatur Jera-salem urbs sancta, utpote separata à profano gentium ritu, Deique veri cultui dicata, Dei-que quasi speculum, maxime per templum à Solomone Deo tam magnifice erectum. Unde Mariae, Salomon, Emmanuel Sâ et Sanchez, censent Eliasib pontificem hanc portam gregis urbemque totam solemnè precò, vel sacrificio, vel aqua lustrali similive benedictione Deo (cui propria erat) dedicasse et consecrasse; idque satis colligitur ex eo quod de eis dicitur Samaritan cap. sequenti, v. 2: Nam sacrificia ei complebant et usque ad cap. 12, v. 27, ubi dicitur: In dedicatione autem muri Jerusa-lem requisierunt Levites. Et v. 30: Et mundati sunt sacerdotes et Levites, et mundaverunt popu-lum, et portas, et muros. Idem imitati sunt gentiles. Unde Servius, in librum 5 Aeneid., tradit eos in fundatione urbis sacrificasse Libero patri, ut libera esset civitas. Audi Aeneam à Troja profugum in Thraciâ novam molientem urbem, Aeneid. 3, paulò post in-itionem:

Nam prima loco, satis ingratum iocatus

MEAM, etc. ALII, turrim centum. Sensus esse potest: Portae structuram usque ad turrim ad centum cubitos extenderunt, usque ad turrim, inquam, Chanaan.

Enedusque nos nomen de nomine fingo.

Sacra Dionae matri divinae ferebam.

Auspiciis corporum operum; superque missum

Canticum regi mactabam in amore sacrum.

Porrò apud gentes portae et muri sacri erant, ut docet Alexander ab Alex., lib. 6, Genial., c. 14, et ibi Tiraquellus. (Corn. à Lap.)

Mysticè, per hoc quod instauratio civitatis capta legatur à sacerdote magno, et fratribus ejus sacerdotibus, docetur, quod qui in ordine et dignitate praecedunt alios in Ecclesiâ, prece-dere etiam debeant in Ecclesie edificatione, hoc est, in studio honorum operum, et sanctae conversatione. Tali enim modo spiritaliter aedificantur muri Jerusalem (Estius.)

Nonnulli interpretes, inter quos Cornelius à Lapide, Malvenda, censent hoc loco indicari solemnem dedicationem, quam sacerdotes praestarent. Legimus tamen inferius, solemnem mœnium dedicationem his omnino completis habitam fuisse: quare peculiaris haec dedicatio superflua erat et inutilis, adeoque nobis incre-dibilis. (Calmet.)

USQUE AD TURRIM CENTUM CUBITOS, scilicet inter portam Gregis et turrim Chanaeolis; forte sic dictam, quod centenis cubitis ab utro-que loco distaret. Ego credam significari, prae-ter portam, muri partem ad cubitos centum ex-tinxisse, siveque verterem. Et apud ad turrim centum cubitos sanctificaverunt eam, q. d.: Portae structuram usque ad turrim ad centum cubitos extenderunt, usque ad turrim (inquam) Chana-neel, quae erat in angulo orientis et aquilonis; vel potius occidentem versus; nam Ne-hemias, à portâ Gregis incipiens, ad occi-dentem progreditur, indeque in septentrionem, etc. Porrò, turris haec celeberrima erat in Jerem. 51, 38; Zach. 14, 10. Omnes haec turres erant in muro urbis. (Synopsis.)

Tout ce chapitre est employé à marquer les noms des différentes personnes qui s'appliquèrent à réparer les murailles de Jérusalem. Comme c'était un ouvrage qui regardait tout le peuple, tous aussi y prirent part sans dis-tinction. Le grand-prêtre Elisib ne s'en dispen-sa point, non plus que les autres prêtres, ses frères. Et cette union du chef principal avec tous ses membres, nous marquait admi-rablement celle qui doit lier encore plus étroi-tement ensemble tous ceux qui sont engagés à travailler à l'édifice, sans comparaison plus anguste, de la sainte et spirituelle Jérusalem. Chaque fidèle à son partage dans ce travail tout divin. Il faut que les principaux pasteurs montrent les premiers l'exemple, comme Eli-

VERS. 2. — ET JUXTA LOCUM EJUS AD VERBUM, et juxta manum ejus, id est, juxta eum, id est, summum sacerdotem. ZACCHUR; hunc puto fuisse caput civium Jericho (1).

sib le fit alors. Et tous les autres se tenant unis à eux sont obligés de satisfaire chacun avec zèle à la portion du travail qui leur est échue par l'ordre de la divine Providence.

Or c'est nous-mêmes, selon saint Paul, qui sommes ce saint édifice que Dieu bâtit : *Dei edificatio estis*. Jésus-Christ est le divin fondement de cet édifice, et personne ne peut poser d'autre fondement. *Fundamentum aliud non potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus*. Ce sont les apôtres, qui, comme de sages architectes, ont posé ce fondement, et tous les fidèles bâtissent dessus avec le secours de Dieu, sans l'aide duquel ils travailleraient en vain, selon que l'assure le prophète-roï. Mais c'est à chacun, continue saint Paul, à prendre garde comment il bâtit : *Ut sapiens architectus fundamentum ponit : alius autem superedificat. Unusquisque autem videat quomodo superedificet : c'est-à-dire, que ce qu'on bâtit sur le fondement posé par les saints apôtres, doit être un ouvrage à l'épreuve du feu, dont Dieu même doit se servir pour l'examiner : Et unicuique opus quale sit ignis probabit. Il faut donc s'efforcer de bâtir sur ce fondement ce qui est figuré par l'or, par l'argent et par les pierres précieuses, c'est-à-dire, la charité, la crainte chaste du Seigneur, et toutes les autres vertus. Aussi nous voyons que dans la description que saint Jean fait de la céleste Jérusalem, qui lui fut montrée dans cette célèbre vision de l'Apocalypse, et qu'il nomme au même lieu la sainte Épouse de l'Agneau, il est dit que la muraille de cette ville était bâtie de jaspé, et la ville d'un or pur semblable à un verre très-clair, et que les fondements de la muraille de la ville étaient ornés de toutes sortes de pierres précieuses.*

Il est sans doute que l'Écriture, inspirée de Dieu pour notre édification et pour notre instruction, ne serait point descendue dans tout ce petit détail des noms de ceux qui travaillèrent à bâtir les murs de Jérusalem, et de la mesure du travail de chacun d'eux, si elle n'avait voulu marquer par là d'une manière figurée, ce qui se passe durant tout le cours des siècles dans l'édifice de la sainte Église, qu'on peut assurer que Dieu a toujours eue principalement en vue, toutes les fois qu'il nous a parlé dans les livres saints de la ville de Jérusalem. Et quoiqu'il soit au-dessus de notre lumière de pénétrer dans le sens de toutes ces différentes figures, il est toutefois utile d'avoir au moins cette vue dans l'esprit en les lisant, pour révéler humblement les vérités qui nous sont cachées sous ces voiles.

(Sacy.)

(1) VERS. 2. — ET JUXTA EUM, etc. In Hebræo et Græco est : *Ad manum ejus*, quasi dicat : *Ubi manus ejus operantur aut opus finiunt*, ibi sequentes inchoabant. Alii vertunt : *Ad latas ejus*, quod eodem redit. In explicandâ autem murorum extractione, ordine procedit Nehemias, ex orientali latere per aquilonem ad occidentum et meridianum progrediens, de-

VERS. 3. — PORTAM PISCUM. Sic vocat, ve quod proxima esset foro piscario, vel quod per eam pisces inferrentur in urbem (1). HASSENAAR. Potius est cognomen, sive agnomen, quàm nomen proprium, quod tamen pro nomine proprio ponitur. CONTINGERUNT HAM, vel, *signa ejus appaeruerunt*, id est, signis ac trabibus texerunt eam.

VERS. 4. — INSTAURAVIT, sub. murum; ad verbum, *fortificavit*, et sic infra.

VERS. 5. — TECHOHITÆ, id est, habitatores Techohah (2). MAJORES EORUM. Vel, *fortes vero* nec redeat ad portam Gregis, unde ductum est initium.

VIRI JERICHO. A turri Hamanuel et deinceps edificaverunt Jerichuanini, et fortasse de causâ quod latus illud civitatem eorum respiceret.

ZACHUR FILIUS AMRI, scilicet usque ad portam Piscum. (Menochius.) Non solum urbani operam suam impenderunt, sed etiam ex universâ Judæâ ac Galilæâ plurimi. Porro, viri Jericho specimen hic præbent civium pietatis et gratitudinis ob beneficium illis præstitum 2 Reg. 2, 15, et quod ipsorum urbis veteris ænigmatibus occulte levata, et in integrum restituta esset. Idcirco se proximos sacerdoti, etc., sistunt. (Synopsis.)

(1) VERS. 5. — PORTAM PISCUM, quàm nos ad occidentem urbis, quâ respicit Mediterraneum et urbes maritimas Palestinæ, collocamus. Hæc, auctore S. Hieronymo, iter Diospolis et Joppen versus dabat, mare spectans. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — ET JUXTA EOS EDIFICAVERUNT TRECHUNI. OPTIMATES AUTEM EORUM NOS SUPERAVERUNT COLLA SUA IN OPERE DOMINI sui. Trechuni vocantur, sicut, v. 2, viri Jericho. Sensus igitur est : *Pebei loci Thece (ex quo Amos propheta oriundus erat) certam suam partem murorum quoque extruxerunt; sed optimates ejusdem loci, id est, ditiores et potentiores non paraverunt Domino, nec præfecto suo, præcipienti ut collaborarent in instauratione murorum. Ubi duo moraliter considerare possumus : unum est, scilicet pauperes et piores plus ministerii et subsidii conferre ad opera Ecclesiæ, quàm ditiores et potentiores. Alterum, quod per istos optimates, qui non superaverunt colla sua in opere domini sui, significari possunt illi Ecclesiæ præfecti, quos Dominus in Pharisæis reprehendit, quod assis imponunt onera gravia et importabilia, et ipsi digno suo nolint ex mœcere.* (Estius.)

Il est dit à la lettre, des principaux de Thécus, qu'ils ne soulevèrent point leur cou pour travailler, etc., ce qui est une comparaison prise des bœufs, sur le cou desquels on met le joug qui sert à tirer. Rien n'est, en effet, plus commun dans les saintes Écritures, que ce langage figuré. Estius nous fait remarquer que lorsqu'il est dit que les peuples de Thécus, d'où était originaire le prophète Amos, travaillant comme les autres à bâtir un certain espace des murs de Jérusalem, les principaux, c'est-à-dire, les plus riches et les plus puissants d'entre eux, refusèrent de s'abaisser à ce travail, cela peut nous figurer deux vérités : l'une est que

eorum, id est, preclarissimi et prestantissimi eorum. Magni nominis apud Hebræos vir exponit, divites eorum, id est, qui inter eos ditiores erant. Non adduxerunt, vel non induxerunt, immiserunt, imposuerunt, sub, in jugum. Domini sui, qui scilicet perfectus fuerat toti familie in instauratione muri urbis; hoc est, non paraverat domino ac prefecto suo, mandanti ac precipienti ut laborarent in instauratione muri. Metaphora à bobus et aliis jumentis qui colla sua in jugum inferunt ut laborent in agro.

VERS. 6. — PORTAM VETEREM (1), vel, portam les personnes du peuple et les pauvres contribuent souvent beaucoup plus aux ouvrages de l'Eglise que les riches et que les puissants du siècle, qui regardent d'ordinaire comme une bassesse de s'occuper aux choses de Dieu, parce que ne connaissant point la véritable grandeur, ils prennent pour quelque chose de grand ce qui est très-méprisable à ses yeux. L'autre est qu'il se trouve des ministres dans l'Eglise, qui, semblables à ces principaux de Thècia, ne veulent point abaisser leur cou pour travailler à l'ouvrage de leur divin Maître, et que ce sont ceux que le Fils de Dieu reprend en la personne des Pharisiens, lorsqu'il les blâmait de ce qu'ils mettaient sur les épaules des autres des fardeaux pesants et qu'en ne pouvaient porter, et de ce qu'ils n'avaient pas voulu eux-mêmes les avoir remis du bout du doigt. (Sacy.)

(1) VERS. 6. — PORTAM VETEREM. (Que erat in medio lateris aquilonaris, ita dicta, quod vestigia ejus apparerent à tempore Jebusorum et Melchisedechi. (Menochius.)

Aliiter : Portam Judicium, vel seniorum, ceteris ibi suis agentium. (Calmet.)

Nota et Villalpando, tomo 3, l. 3, c. 26, precipuas Jerusalem portas fuisse duodecim, quæ sitæ erant ad tria urbis latera, tres mundi partes respicientia : quodlibet enim latius habebat quatuor portas; nam quantum latius respiciens meridiem, in quo præruptæ rupes montis Sion urbem claudabant, exitumque et introitum negabant, nulla erat porta. Orientale latius ergo habebat primò portam Grægiæ jam dictam; secundò portam Equestrum, per quam equi ducebantur equatum ad torrentem Cedron; tertio portam Aquarum, ita dictam à collectione aquarum fontis Siloe, quam ibidem fecit Ezechias; quartò Fictilem, eò quod juxta eam figuli suam figulinam artem exercerent, et fictilia vasa formarent. Septentrionale urbis latius habebat primò portam Benjamin, quia per eam ibatur in sortem tribus Benjamin; secundò portam Piscinam, per quam places in urbem et forum piscium invehantur; tertio portam Judiciorum, in qua sedebant iudices, et judicia tam advenarum quam civium exercebant, quæ erat vicina templo et portæ Grægiæ. Eadem hoc versu vocatur Vetus, eò quod in ea veteris fabricæ Jebusorum et Melchisedech vestigia extarent; quartò portam Ephraim; per quam scilicet ibatur ad tribum Ephraim. Quarta hæc, æquæ ac sequens porta Angulæ, hic non nominantur, eò quod restauratione non indigerent, ut insinuat v. 8.

verò veteris, vel, antiquæ, sub. piscinæ, cujus scilicet meminit Jesaias cap. 22, 11. CONTINGERUNT EAM. Vide postea ante, v. 3.

VERS. 7. — VIRE, id est, cives (1). PRO SOLIO DECUS, vel, usque ad solium decus, id est, ad illum locum in quo vel palatium extractum, vel solium positum erat gubernatori Persico, qui tum erat fortè Nehemias ipse.

VERS. 8. — QUI, sub. pater et filius, autem AURIFABRI; vel, qui erat de familiâ aurificum. vel, Tseraphim nomen est familie (2). FILIUS

Occidentale latius habebat primò portam Angulæ, ita dictam quod in angulo urbis occidentali et aquilonari consisteret; secundò portam Vasis cadaverum et Calvarie; tertio portam Sterquilini; quartò portam Fœtis; de quibus cap. proced., v. 13.

Ad has duodecim portas Jerusalem alludit S. Joannes Apoc. 21, v. 12, ubi totidem Jerusalem celestis portas recenset.

(Corn. à Lap.)

(1) VERS. 7. — JADON MERONATHITES, vel è Meronath oriundus. Occurrit in primo Paralip. 27, 20, Jadas Meronathites; sed urbs Meronath nos penitus latet.

PRO SOLE, QUI ERAT IN REGIONE TRANS FLUMEN. Hebræus ad litteram : Pro sole ductis trans flumen. Quasi scilicet laborasset construendis ædificiis ad usum præfecti regionis, vel solæ, ubi tribunal statueretur, ubi ille venisset in urbem, ut nomine regis Persarum jus diceret. Ex Nehemiâ discimus, antequam hic veniret, præfectum constitutum fuisse, Hierosolymis commorantem. Post Esdræ verò, Hebræi suis se legibus gubernaverant, habuerantque è gente suâ iudices. Certus erat locus, ubi regionis præfectus jus diceret, ac propè eum locum Mellias et Jodon operi vocabant. Interpretum quidam designare se ipsum Nehemiam censent nomine ductis trans flumen. Sed multum utique aberrat, quin ejus auctoritas ad universam regionem eis annuum porrigeretur. Præterea nunquam de se Nehemias in tertii personâ loquitur. Censet Grotius, plures fuisse præfectos à rege Hierosolymis constitutos, è quibus ibi adhuc versantes centum quinquaginta veniens Nehemias nactus fuerit : quod tamen nos in animum inducere non possumus. Dux, de quo Nehemias, unicus fuisse videtur, et nullus fortasse adhuc fuerat post Esdræ, uti animadvertimus. (Calmet.)

(2) VERS. 8. — EZIEL AURIFEX. Hebræus : Eziel filius Aroiss fuser metallorum seu vitri ; quam vitam professionem Eziel ejusque pater exercebant.

DIMISERUNT JERUSALEM USQUE AD MURUM PLATEÆ LATIORIS, quod spatium à Chaldeis incitum reparatione non indigebat. Alii aliter vertunt : Pronocuerunt, auxerunt, instauraverunt, clauserunt, vel, ut placet Ludovico de Dieu, straverunt Jerusalem usque ad latius murum. (Calmet.)

ET DIMISERUNT JERUSALEM, quod non fuerat solliciti de instaurando muro meridiano, qui ab eò parte quæ supra portam Ephraim erat, usque ad portam Veterem protendebatur, ut superiora et inferiora Jerusolaima civitatem-

Haraccrachem, id est, nepos Haraccschim, ve-
rgementarium, sive aromatarium. Est etiam
nomen familie. JERUSALEM, id est, murum
Jerusalem.

VERS. 9. — PRINCEPS MEDIE PARTIS, vel, dux
dimidie regionis, vel, dimidii unius regionis.
Jerusalem distributa erat in regiones, ut Roma
quoque olim distributa fuit, quarum dimidie
parti unius iste præerat; vel, unus erat ex
duobus, qui præfecti erant operibus, ad duo
scilicet urbis latera: Sallum inf. v. 12, erat
præfectus alter (Grot.) (1).

VERS. 10. — ET CONTRA DOMUM SUAM, vel,
et à regione domus sue (2).

VERS. 11. — MENSURAM SECUNDAM, id est,
portionem alteram muri, quæ proxima erat
illi quæ jam instaurata erat ab Hattus, et quæ
æqualis erat parti instauratæ ab Hattus. TUR-
RIM FURNORUM. Sic dictam vel à fornibus panili-
corum, vel à furis calcæis, sive lateralis.
Arab.: Ad fornium fabricarum rusticiorum.

VERS. 12. — HALLOCHES. Cognomen potius
quàm nomen proprium, significatque incu-
tatores. DUBILE PARTIS. Vide paulò ante, v. 9,
id est, dimidie regionis, vel, dimidii unius
quæ Davidis inter se divideret. Illam partem,
utpote minùs necessariam, præterierunt, ut
opera magis necessaria citius promoverent.
(Al. sic:) Significat hos viros non continuè
manum operi admovisse, sed designatum re-
liquisse, ut suo tempore construerent.

(Synops.)

(1) VERS. 9. — PRINCEPS VICI JERUSALEM.
Hebræus: Princeps dimidii vici Jerusalem, vel
dimidii Jerusalem. Ea urbs, non secus ac re-
liquæ majores urbes, in vicis distribuebatur.
Sunt qui erant, in duas partes sectam fuisse
Hierosolimam, cujus altera pars esset filio-
rum Juda, altera Benjaminitarum. Censet Gro-
tius, totum opus in duas æquas partes divisum
fuisse, singulis autem portionibus ad duo urbis
latera constitutum fuisse operis sibi commissi
perfectum. Sententia hæc favet caput 4, 19.
Raphaël unus erat ex hisce præfectis, alter
Sallum. Vide inferiùs, v. 12. Ille Benjaminita,
hic à tribu Juda. Sed ex narrationis serie di-
scimus, præter duos hosce duarum partium
præfectos, alios fuisse qui præessent opificibus
à Maspha, Gabaone, Bethsur, Bethacharem et
Cella. Hæc opificum cateræ facili ex urbibus
agri Hierosolymitani veniebant, habebantque
sua singula loca operi assignata. (Calmet.)

JUXTA EUM ÆDIFICAVIT RAPHAËL. Dicitur Ra-
phaël ædificasse juxta Ananiam, quia primus
post illum ædificavit, licet satis amplum spa-
tium intercederet, quod reparatione non in-
digeret. (Ménochius.)

(2) VERS. 10. — CONTRA DOMUM SUAM, in e-
dem scilicet urbis regione sitam: quod præ-
cedente à Nebemias dispositum est, ut quisque
tantò majori diligentia ædificaret, quantò ma-
gis se sæpe in loco collocare desiderabat.

(Ménochius.)

regionis. IPEX ET FILLE EJUS, id est, unà cum
filibus suis (1).

VERS. 13. — Vallis, occidentalis, sub Jo-
saphat. ÆDIFICAVERUNT EAM, vel, extruxerunt,
instauraverunt eam. STERQUON, vel, Sterqui-
lini, ut capite præcedenti, y. 15 (2).

VERS. 14. — BETHACHAREM. In tribu Benja-
min, Jerem. 6, 1 (3).

VERS. 15. — POMARI. Hamachelach significat
hortum arborum pomiferarum, ab extensione,
quod hinc et illic extendit ramos, sive pro-
pagines suas pomiferas. Alii versant: Piscina
Silsachi. Juxta HORTUM. Alii subaudiunt: Quæ
decurrebat in hortum. Alii nihil subaudiunt,
versantes: Pomarii hortii regis, id est, quod erat
in horto regis (4).

VERS. 16. — POST EUM. Quod priùs dixit,
juxta murum, vel, locum ejus, hunc exponit,
dicens: POST EUM. SEPULCHRA DAVID. Nomen
loci, id est, ad locum qui erat, vel est con-

(1) VERS. 12. — PRINCEPS MEDIE PARTIS VICI
JERUSALEM. Hebræus: Princeps dimidii partis
Jerusalem. Vide superiùs, v. 9.

SELLUM FILIUS ALONIS. Alon Hebræicè sonat
incutatore. Quare veriti posset: Sallum filius
incutatoris, quo nomine notus erat pater Sel-
lum, quod fortè angues excantare nòset.

(2) VERS. 15. — ET PORTAM VALLIS, sub Jo-
saphat. Hic denique Nebemias à parte orientali
ad meridianam transiit; quia reliquos muros
ab oriente ad septentrionem non ita labefactos
fuit. Ad PORTAM STERQUONUM. Extremus
hic terminus Jerus. ab oriente. (Synops.)
ZANON, urbs tribus Juda. (Calmet.)

VERS. 15. — ET PORTAM VALLIS ÆDIFICAVIT
HANAN, etc. Hæc est quarta pars, sic nunc
vocabatur, eò quod per eam erat egressus
versus vallem. (Lyranus.)

(3) VERS. 14. — PRINCEPS VICI BETHACHAREM.
Hebr. Bet-Acharem, nomen ejus regionis,
seu vici. Oppidum est in tribu Benjamin inter
Jerusalem et Tekoah, ex Jerem. cap. 6, 1.
(Synops.)

ET PORTAM STERQUONUM ÆDIFICAVIT, etc. Hæc
est quinta pars, et vocabatur sic ista porta,
eò quod immundities civitatis per illam emitte-
bantur in torrentem Cedron tempore pluviali;
civitas enim Jerusalem sita est in declivi mon-
tis, et ideo aquæ pluviales descendentes, et
secum trahentes immundities civitatis, habe-
bant cursum versus illam portam. (Lyranus.)

(4) PACI MASPHA, vici Hierosolymitani, Maspha
appellati, fortasse ab altitudine sitis; nam
Maspha speculum significat.

MUROS PISCINE SILON. Hos muros lateritios
fuisse putant, et piscine aquas reservatas ad
rigandos hortos regios. (Ménochius.)

USQUE AD GRADUS QUI DESCENDUNT DE CIVITATE
DAVID. Inæqualitas soli, cui insidebat Jerusa-
lem, gradus identidem depositos exigebat,
præsertim quibus à civitate David ad Mello seu
in urbem inferiorem descendens dabitur. De
gradibus sermo etiam reddit inferiùs, 12, 35.

(Calmet.)

ura, sive e regione sepulcrorum Davidis. **FAC-
TAM**, id est, quae mirā arte, et mirō ingenio
eique industriā constructa erat. **DOMUM FOR-
TUM**. Nomen loci in Jerusalem (1).

VERS. 17. — **DIMIDIE REGIONIS**. Vide supra
v. 12. Vel princeps erat dimidiae partis Celli-
tarum laborantium. Sic etiam v. seq. (2).

VERS. 18. — **FRATRES HOMINUM**, id est, alii
Levite. **DIMIDIE REGIONIS CENILAH**, id est, alto-
rius dimidii regionis, sive vici Cellah.

VERS. 19. — **ASCENSUS ARMORUM**. Nomen loci,
sic fortasse dictū, quod in eo angulo reponen-
rentur arma. **ANGULI**, vel, usque ad angulum,

(1) **VERS. 16.** — **ET USQUE AD PISCINAM FAC-
TAM**. Sic dicitur ad differentiam piscinae Siloe,
quae ex vicino fonte implebatur: haec autem
manu facta est, et industria aqua pluvia, etc.,
implebatur.

AD DOMUM FORTIUM. Nomen loci sic dictū, vel
1° quod ibi juvenes Jerosol. militariis exer-
citiis exercebantur; vel 2° quod inde fortes aut
arma sumebant, bellum ingressuri; aut, re
praeparare grati, ibi deponebant, tanquam vir-
tutis insignis. (Synopsis.)

PISCINAM, QUAE GRANDI OPERE CONSTRUCTA EST.
Hoc aquarum receptaculum facile constructū
Ezechias, ut sese adversus Sennacheribum
muniret.

DOMUM FORTIUM. Inui hic credimus domi-
cilia custodum corporis Davidis virorumque
fortissimorum illius exercitus, de quibus est
sermo in libris Regum et Paralipomenon.

(Calmet.)
Haec domus sic vocatur quia ibi manserunt
agoristi, vel forte quia fortes David ibi habi-
tabant, quando veniebant ad regem. Et secun-
dum hoc et usque ad domum Fortium, intelli-
gitur exclusive, quia fortes David cum aliis
nobilibus manebant intra secundum murum.

(Lyranus.)
Haec domus sic dicta, vel quod ibi habitas-
sent fortes David, vel quod in ea Jerosolymi-
tana juvenes militariis exercitationibus ex-
colebantur, ut fortes et periti bellatores fierent;
vel quod milites praesidarii civitatis David in
(2) VERS. 4. — ET SUPER HOC ERAT ELIASIB SACERDOS: quasi dicat: Super custodiam legis jam citatæ, v. 1, constitutus erat Eliasib pontifex, cujus erat curare ne quis Ammonites ad officia publica in Israele admitteretur; sed ipse adeo id non curavit, ut Tobiam Ammonitam sibi affinem fecerit, idcirco gazophylacio præposuerit. Unde sequitur: Qui (Eliasib) FUERAT PRÆPOSITUS IN GAZOPHYLACIO DOMUS DEI NOSTRÆ, ET PROXIMUS TOBIAM, etc. Tobias hic erat servus Ammonites, ut dictum est e. 2, v. 10, idcirco infensus Judæorum hostis, sed dives et potens, idcirco cum eo affinitatem per connubium contraxerat Eliasib pontifex: quod de causâ eam ut sibi affinem præfecerat gazophylacio templi, quæ erat magna Tobiam dignitas, æquæ ac utilis, sed major Israelis indignitas et noxa, quod scilicet servus Ammonita ad tantam dignitatem in Israele eveheretur contra legem Deut. 23, 3, citatam, v. 1. Erat et noxa, quia Tobias gazophylacium non ad usus sacerdotum et templi, ad quod institutum erat, sed ad sua commoda vertebat, reponens in eo omnem suam suppellectilem. Quod indignissimum ratus Nehemias eum à gazophylacio expulsi, illudque Israeli restituit.

(Corn. à Lap.)

VERS. 5. — ET FECIT EI, scilicet TOBIE, CUCULUM GRANDE (1). Nempe ex compluribus ali-

Eliasib summus sacerdos nepoti suo uxorem adsciverat filiam Sanaballat, ejusque connubii causâ amicitia vinculo junctus est Eliasib cum Tobia, amico et socio Sanaballat. Hebræus versiculi hujus ita reddi potest: Antea sacerdos Eliasib constitutus erat super concleaves (super loca ad habitandum) domus Domini, etc. Veri speciem habet maximam, Eliasibum hunc, præfectum thesaurorum, alium fuisse à summo ejusdem nominis sacerdote. Eliasib iste summus sacerdos antequam summam illam dignitatem adiret, templi præfecturam gerebat. Usurio autem neganti Eliasibum hunc summam sacramque dignitatem nunquam obtinuisse easentis verbis repugnat versiculus 23 capituli 13. De filiis autem Jojada fuit Eliasib Sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites. (Calmet.)

(1) VERS. 5. — LOCUS hic in Hebræo ambiguus est: designare enim potest, Tobiam, vel Eliasibum fecisse sibi gazophylacium, vel Eliasibum illud construendum curasse in usum Tobie; vel planius, Eliasibum permisisse Tobie, ut domicilium sibi in templo edificaret, in locis, ubi res necessarie usibus sacerdotum continebantur. Hæc interpretatio probabilior videtur. Series narrationis demonstrat, Tobiam domicilium in templo, quò ne pedem quidem inferre illi ex lege sua erat, fuisse. Id gestum est non modò assentiente, sed et moliente Eliasibo, qui occasionem hanc præbuit occasionei sacerdotum et Levitarum, quorum plerique sacrum ministerium deseruerunt, utpote carentes rebus vitæ necessariis, dolentesque, quòd Eliasib homini profano et peregrino loca annorum sacerdotum destinata concessisset. Consentit quidem, Eliasibum locasse solummodò hanc templi partem Tobie, cui et custodiam ac præfecturam dederit redditum sacerdotum. (Calmet.)

GAZOPHYLACIUM. Alii cameram, vel cubiculum vertunt. Erat autem locus amplus, in quem recondabantur varia munera, et decimæ, non solum quæ pontifici obveniebant, sed etiam quæ Levitis quibus Eliasib præfecerat Tobiam propinquum suum ex affinitate, qui cum esset hostis Judæorum, quæ ad Levitarum sustentationem pertinebant, intervertebat, aut malignè distribuebat. mixtus auctoritate Eliasib. (Menoctius.)

Le pontife Eliasib, qui avait en l'intendance du trésor de la maison de notre Dieu, et qui était allié de Tobie, lui avait fait une grande chambre dans le lieu du trésor, où l'on portait devant lui les présents, etc. Nous avons vu dans le chapitre précédent qu'on avait choisi entre les prêtres et les Lévités des hommes fidèles pour les établir comme Intendants des chambres du trésor, où l'on renfermait toutes les offrandes, les prémices et les dîmes. Mais on voit ici que cet établissement, si nécessaire pour conserver aux saints ministres du temple ce qui était dû à leur dignité, fut bientôt changé pendant l'absence de Néhémie, lorsqu'il se vit obligé de s'en retourner vers le roi de Perse, ainsi qu'il l'avait promis. Ce qui paraît le plus étonnant, c'est que le pontife même, nommé Eliasib, fut l'auteur de ce changement.

quot contiguas, eximendo partes intergerinos, ut docent verba sequentia. Et *vasa*, sub., illa quibus opus erat in templo. Jussam, ut datur, etc., ad verbum, *præceptum Leviticæ*, id est, quas Deus præceperat dari Levitis.

VERS. 6. — ET IN OMNI HOC NON FUI, etc. (1),

lui qui aurait dû employer toute son autorité pour maintenir ce qu'on avait si sagement établi. S'étant allié, contre la défense de la loi, à Tobie, gouverneur des Ammonites, l'un des plus grands ennemis d'Israël, il voulut, par une suite de cette première faute, lui complaire et favoriser son ambition. Ainsi il lui fit bâtir une grande chambre dans le vestibule du temple, afin que l'on y portât les prémices et les dîmes, et toutes les autres offrandes du peuple, et qu'ainsi un étranger devint le maître de tous ces biens qui étaient sacrés. Tobie, abusant de ce pouvoir qui ne lui appartenait pas, osa même s'approprier le bien des Lévitiques, et par le refus qu'il fit de leur donner ce qui leur était destiné, il les obligea, ainsi que les chœurs et les autres ministres, de quitter Jérusalem, et de ne plus s'acquiescer de leurs saintes fonctions dans le temple.

Un si grand désordre surprit et toucha beaucoup Néhémias, lorsque sur la fin de ses jours, ayant employé ses sollicitations et ses prières auprès du roi, il obtint de lui la permission de revenir à Jérusalem : car il fut témoin lui-même du mal qu'avait fait Elisib, en introduisant dans le temple un étranger et un ennemi du peuple Juif, qui volait les saints ministres, et les empêchait, en leur ôtant ce que la loi leur donnait, de s'acquiescer comme ils auraient dû de leur ministère. Il crut donc devoir user de l'autorité du prince dont il était revêtu, pour chasser du temple cet étranger ; et, plein d'un zèle très-digne de sa pitié, il jeta hors du trésor tous ces meubles, fit purifier ce lieu profane, et y fit ensuite rapporter les vases sacrés, le sacrifice, ou ce qui était destiné pour le sacrifice, et l'encens. Bien loin de pouvoir être accusé d'avoir blessé en cela le respect dû à la dignité du grand-prêtre, il lui donna lieu plutôt de réparer un si grand outrage qu'il avait fait à la majesté de Dieu, et en se servant du roi, pour faire exécuter les divines ordonnances, il rétablit toutes choses dans l'état où elles devaient être selon la loi. (Sacy.)

(1) Hinc colligendum videtur, Néhémiam fuisse Hierosolymis ab anno Artaxerxis vigesimo ad usque secundum et trigessimum ejusdem principis ; et post annuam moram Babylone, rediisse Hierosolymam annuente rege, ibique invenisse pessimè infecta plura, quæ jam inanimata, quæque etiam deinceps narrabuntur. Sed animadversum est superius, omnia hæc majora esse quàm quæ brevi adeo temporis spatio confici potuerint. Itaque censendum est, Néhémiam absentem fuisse diu ante secundum et trigessimum Artaxerxis annum, eundemque hunc annum finem esse, non initium itineris Babylonicæ : nisi maluerimus, diu perseverasse illum Babylone post annum secundum et trigessimum Artaxerxis : quæ posterior sententia chronologorum ple-

id est, dum autem hæc fierent, etc., q. d. : hoc totum factum est me absente. Quia anno trigesimo et secundo, etc. Inde inferre proclive est Néhémiam, postquam duodecim annis in Judæâ mansisset, ad regem rediisse ; et in fine dierum, id est, uno anno evoluta, quod annus integer ac completus constet omnibus suis diebus, vel potius exactis aliquot annis, veniam Hierosolymæ repetendi impetrisse. POSTULAVI, etc. Nischaliki voce passivè utitur, ac si diceret, magnis precibus egi cum rege, atque obtinui ut liceret mihi per eum reverti in Jerusalem.

VERS. 7. — PROPTER TOBIAM, id est, in gratiam Tobie. UT FACERET ES (1), vel, faciendo ei ; permissu saltem, id est, quod permisisset extruendum illi in atris templi cubiculum.

VERS. 8. — PROPTER OMNIA VASA (2), etc. Ut

risque placuit. In eam sententiam ita reddi Hebræus potest : In omnibus his non fui in Jerusalem ; sed trigesimo secundo anno Artaxerxis regis Babyloniæ, veni ad eum (Artaxerxem) et aliquantulum post vocatus fui à rege, et veni Jerusalem. Post longam plurium annorum moram Babylone, reditum in Judæam meditans Néhémias, facultatem impetraturus regem adivit, et aliquantulum post admissus à rege, eo annuente rediit Hierosolymam anno secundo et trigesimo Artaxerxis.

Sed opinio quæ Néhémiam Hierosolymis mansisse docet duodecim annis, et post absentiam octo vel decem annorum in patriam iterum venisse, congruere magis textui videtur. Ita enim in hæc sententiam reddi potest : In omnibus his non fui in Jerusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis veni ad regem ; et in eandem diem (absoluto temporis spatio, quod ab illo postulaveram, 2. Esdr. 2. 6) missus fui à rege, rediturus Babylone. Veni igitur in Jerusalem, atque ea pessimè infecta deprehendi, quæ modo narrare aggredior. (Calmet.)

NON FUI IN JERUSALEM. In hoc tempore Elisib id valde distulit, ut eo absente quæ vellet facilius obtineret (Wolphius.) ARTAXERXIS ANCIUS BABYLONIS. Persici enim reges tunc Babyloniæ tenebant (Osiander.) VENI AD REGEM. Rediit ad officium meum alicum. (Grotius.)

(1) Ob amicitiam, homini alienigenæ non tantum intrare intra septa Israelitica, quod vel ipsum nefas fuerat, sed et servare res sacras, permiserat. Vide supra, 6. 18. et infra, 28. (Grotius.)

(2) Nempe suppellectilem. Néhémias utitur eâ quæ pollebat auctoritate, utpote præfectus Judæorum, cum summus sacerdos res et dignitatem ministerii sui negligenter, minime prohibens, se Elisib Tobie domicilium in templo concederet. Quare, negligente sacerdote, præses muneris sui esse censuit alicui templum, pagani hominis domicilio profanatum. (Calmet.)

VASA DOMUS, id est, suppellectilem omnem domesticam illius, foris eiecit ; et mundatis gazophylaciis à sordibus profanarum suppellectilium, pristinis illa usibus restituit, asser-

regioni à rege prefectus, eieci domesticam Tobie suspectilem.

VERS. 9. — ET DIXI, sub. ut mundarent ORATIONEM. Heb. *Mischah*, id est, far, vel similitam ad sacrificium (1).

VERS. 10. — COGNOMI, etc., id est, intellexi quid Israelita desissent dare partes ac portiones debitas Levitis. Ovis, sub. Dei in templo, id est, facientes cultum divinum (2).

VERS. 11. — ET INCEPAVI, vel, objurgavi, aut, *litigavi cum magistratu* : sive causam egi adversus magistratum. ET STARE PECI EOS, sub. Levitas et cantores, id est, restitui eos in locum suum in quo antea erant (3).

VERS. 12. — AD THESAUROS, id est, in horrea que ad id destinata fuerunt.

VERS. 13. — JUXTA MENTEM MEAM. Hebraismus, id est, juxta eos erat. ET EIS INCUMBENT, etc., id est, officium eorum erat distribuere partes ac portiones fratribus suis ex illis que collecta ac congregata erant in horrea illa.

VERS. 14. — MISERICORDIAS, vel, beneficentias meas. ET IN OBSERVATIONIBUS EIUS, id est, in caeremoniis ejus (4).

vandis nempe vasis sacris templi. ET SACRIFICIO, id est, rebus ad sacrificium offerendum spectantibus.

(1) VERS. 9. — RETULI IN VASA DOMUS DEI, SACRIFICIUM ET THUS. Textus Hebraicus habet oblationes fructuum, segetum, similit, liquorum, que sistebantur templo cum thure. Restituit hæc Nehemias horreis suis, è quibus illis Eliash transulerat, ut vacuum fieret domicilio Tobie locum. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — PARTES LEVITARUM NON FUERUNT DATAE; sive illas sibi raperent vel pontifex, vel Tobias, vel Tobie ministri, vel ipsi cives qui sacrificabant; sive cives parum bonæ fide darent. (Wolfius.)

FUERUNT IN ARCEONEM SUAM, id est, in prædia sua, ut sibi victum compararet, ex operibus rusticis. (Synopsis.)

(3) QUASI DICERET : Suis locis et officiis restitui Levitas et cantores. (Corn. à Lap.)

ADVERSUS MAGISTRATUS : In quorum exemplo malo et secordia omnis hujus rei culpa fuit.

QUARE DERELIQUIMUS DOMUM DEI? contra sponsonem vestram. Videmus autem hic quid spectat Satas, quando ministris religionis subtrahit alimenta, nimirum, ut religionis omnis usus aboleretur. (Wolfius.)

ET DIXI : QUARE DERELIQUIMUS DOMUM DEI? Associavi se illis in crimine, quævis esset innocens, ut melius inclinaret eos ad correctionem. (Lyrano.)

(4) VERS. 14. — SOUVENEZ-VOUS DE MOI, Seigneur mon Dieu, pour ces choses, et n'effacez pas de votre souvenir les bonnes œuvres que j'ai faites dans la maison de mon Dieu, et à l'égard de ses cérémonies. C'est une chose très-édifiante de voir ces justes de l'ancienne loi dans des sentiments si humbles sur le sujet de leurs bonnes œuvres. Néhémias en avait fait un grand nom-

VERS. 15. — ACINIVOS, sub. manipulorum. Describitur zelus Nehemias qui ferre non potuit sabbatum violari. ET CONFESTATUS SUM, vel, et testificatus sum, sub. contra, sive adversus

bre. Et cette dernière, par laquelle il n'avait pas craint de redresser le souverain prêtre, qui, selon l'expression de saint Paul, ne marchait pas droit dans la voie de la vérité, était sans doute très-louable. Mais les humbles serviteurs de Dieu se craignent eux-mêmes dans leurs meilleures actions, comme parle saint Grégoire, en expliquant ces paroles du saint homme Job : *Je tremblais à chaque action que je faisais*. Sur quoi ce grand pape dit : « Que si nous voulons plaire à Dieu véritablement, nous devons, après avoir surmonté le mal en nous, craindremême pour nos meilleures actions, parce qu'il y a deux choses qui doivent être principalement le sujet de notre crainte, et sur lesquelles nous sommes très-obligés de veiller, la lâcheté et l'hypocrisie ; que la lâcheté naît en nous d'un certain engourdissement, et que l'hypocrisie est le fruit de notre amour-propre ; que la première s'augmente à mesure que l'amour de Dieu diminue en nous, et que la seconde croît aussi à proportion de l'amour de nous-mêmes qui la produit, parce que cette hypocrisie, ou cette tromperie dans l'œuvre de Dieu, consiste en ce que quelqu'un s'aimant soi-même d'une manière qui est contre l'ordre, cherche dans le bien qu'il fait une récompense temporelle : *Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, qui quæ semetipsum inordinat diligens, per hoc quod rectè operit, ad remunerationis transitoria bona festinat*. »

Néhémias avait donc fait plusieurs bonnes œuvres ; mais la crainte qu'il pouvait avoir qu'elles ne fussent accompagnées de quelque amour-propre, ou de quelque vanité ; ou même qu'elles n'eussent été pures jusqu'alors, elles ne fussent souillées dans la suite par quelque secret égoïsme, lui fait faire cette excellente prière à Dieu : *Souvenez-vous de moi, Seigneur....., et n'effacez pas de votre souvenir ces bonnes œuvres que j'ai faites*. Vous vous en souviendrez sans doute, si elles sont pures devant vous. Et vous ne les effacerez point de votre souvenir, si elles sont faites par votre Esprit, et si elles sont conservées dans leur pureté par votre grâce. Souvenez-vous donc de moi, ô mon Dieu, lui dit-il encore plus bas, et pardonnez-moi selon la multitude de vos miséricordes ; ce qui est de même que s'il lui disait : Quelque j'aie fait ce qui m'a été possible pour faire observer vos très-saintes ordonnances, et pour rétablir la pureté de votre culte divin dans Jérusalem, je reconnais, ô mon Dieu, que j'ai besoin que vous me traitiez encore selon l'indulgence de votre abondante miséricorde, qui couvre à vos yeux la multitude de nos péchés. Ce n'était pas là sans doute se glorifier de ses bonnes œuvres, comme le Pharisien de l'Evangile ; mais c'était plutôt pratiquer comme par avance le commandement que le Fils de Dieu a fait depuis à tous ses disciples, de se regarder comme étant véritablement à son égard des serviteurs inutiles, après même qu'ils seraient fait tout ce qui leur était commandé, parce

eos, id est, adhibitis testibus admonui eos die quā vendebant escas, ne quo pacto id facerent. Paulò post, versu 21, plena est locutio.

VERS. 16. — *Et Soriet*, id est, Tyrri. In Jerusalem, vel idque in Jerusalem, q. d., idque in Jerusalem urbe sanctā, cujus cives prae ceteris debebant observare ad unguem precepta ac mandata Dei, et non admittere alienigenas qui cum ipsis habitarent.

VERS. 17. — *Quod malum est*, id est: Quidnam sibi vult hoc quod, etc.

VERS. 18. — *Nocte sic fecerunt*, etc., q. d., omnia mala quæ nos et patres nostri posui sumus, et quæ perpessa est urbs ista, evenerunt nobis ob violationem sabbati: vos autem vultis denique inducere iram Dei super populum, violatione ipsius sabbati.

VERS. 19. — *Obscuratæ essent*, id est, ob-
tenebrescere cepissent. *Ante sabbatum*, id est, jam apparente ac imminente sabbato, quod quidem incipiebat à vespere in occasu solis. *Dixi*, id est, jussi ut clauderentur fores, vel januæ. His indicat quanta sollicitudine ac diligentia curaverit servandum sabbatum. Ut non intraretur, vel, se intraret, id est, inferretur aut importaretur per eas in urbem (1).

VERS. 21. — *Et contestatus sum eos*, vel, et testificatus sum contra eos, id est, coram testibus interminatus sum illis; vel monui eos ne postea tale quidpiam admitterent. Vide paulò supra, versu 15, *Manetis ex adverso*, vel, vos pernoctatis; noctem vigiliis è regione muri, etc. *Manetis*, sub. fortiter, hoc est, turbam hominum quæ vos cædet, vel comprehendet, et in carcerem conjiciet. Non tenebantur lege sabbati, sed rempublicam turbabant (2).

quæ n'aurant fait que ce qu'ils étaient obligés de faire. (Sacy.)

(1) VERS. 19. — *Cum quævisset portæ Jerusalem in die sabbati*. A suo officio emittendi et admittendi ingredientiæ. *Heb.*: Cum observatis essent portæ, id est, cum advesset vespere ferie sabbati; tunc enim inchoabatur sabbatum, ut jam dixi. Unde Sept. vertunt, ante diem, scilicet artificialem, sabbati. Jussit ergo Nehemias claudi portas tota die naturali sabbati per 24 horas, ne quis per illas olera portando violaret sabbatum.

Ut olera intraret oves, per portas. Hinc porta dicta est, quod per eas oves importentur et exportentur, als. Casu, et ex eo Isidorus lib. 15 Etymol. cap. 2, licet Donatus portam dici vellet ab aratri portatione, quia, inquit, in designatione urbium, subjunctis vocat et tauro, qui urbem designabat in portis, aratrum manu suspendebat, ne fulem faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 21. — *Se sabbato hoc feceratis*,

VERS. 22. — *Dixique etc.* id est, jussi Levitas mundari, vel mundare sese.

ET VENERENT CUSTODES PORTARUM, id est, ut essent custodes portarum.

AD SANCTIFICANDUM DIEM SABBATI. Sanctificas sabbatum qui quod præcepit Dominus in eo fieri, facit. Levitas custodie portarum præficiunt, quia res ad sabbati sanctitatem pertinebat, et ut populus eorum reverentiā ductus, non auderet aperire illas (1).

VERS. 25. — *Aspidochitas* (2), etc., id est, ex Azoto urbe Palestinorum. Per hos tres populos intelligit et reliquos.

VERS. 24. — *Et filii eorum*, vel: *Et ex filiis eorum*, vel, eorum, ut sit pro 2, ac si diceret, media pars eorum loquebatur, etc. In eodem familiā, alii ex filiis Azoticis, alii Judaicis loquebantur, quique eorum linguam matris suæ; vel, idioma eorum mixtum erat ex Judaico et Azotico. Lingua Palestina eadem videatur esse cum Phœnicum linguā, quæ multum tunc temporis discrepabat à sermone Judaico.

SECUNDUM LINGUAM, etc. Istud refertur ad latinitatem versus, loquebatur Asdodice, et sermone singulorum populorum. Ad verbum, populi et populi (3).

MANEM MITTAM IN VOS. Jussit hoc comminatur Nehemias, etiamsi alienigenis. Et ratio est, quia, licet ipsi lege sabbati non tenerentur, peccabant tamen et perturbabant rempublicam, Judaicam scilicet populum à sua legis observatione impediētes, et ad transgressionem sollicitantes. Et quamvis isti alieni erant, poterat tamen Nehemias eos punire, utpote peccantes in loco sui jurisdictionis. Patet autem clarissime ex hoc loco, etsi emere, et vendere non sint propriè opera servilia, prohibita tamen illa esse lege de sabbato. Exod. 21.

(Etiā.)

(1) Levitas custodie portarum præficiunt, vel 1^o quia domestici ipsius onus illud diu obire non poterant, cum instaret præfectura sue finis; vel, 2^o quia res ex fine videbatur sacra, et ad sabbati sanctitatem pertinebat; vel, 3^o ne populus, eorum ductus reverentiā, eos auderet aperire; vel, 4^o ne, his apertis, quidquam introducti permitterent, quod ad violationem sabbati aliquo modo pertineret.

UT MUNDARENTUR, ET VENERENT AD CUSTODIENDAS PORTAS. Levitis die quoque sabbati, ut reliquis præfatis diebus, necessaria (ad cultum divinum) comparabant. Lassarari eos jubet, quia res sacra erant, et dies sabbati religione observandus.

ET PACE MAM, etc. Ita fiduciam ponit, non in meritis suis, sed in misericordia Dei.

(Synopsis.)

(2) UXORES AZOTICAS, Philistinas scilicet. Jacobus Azotus in regione Philistinorum ad Mediterraneum.

(Cabal.)

(3) Lingua matrum suarum loquebantur, Filii in prioribus annis maternos potius mores

VERS. 25. — ET CONTENDI CUM EIS, VEL IDEO
 obprobriavi eos. ET MALEDIXI EIS, id est, eieci eos
 de synagoga. De excommunicatione intelligunt.
 Describitur severitas Nehemie. Ista videtur
 fuisse excommunicatio major, quæ erat inter-
 dictio igne et aqua, et aliquando bonorum pu-
 blicationem secum trahebat. Hujus non repe-
 riuntur in Scripturis vestigia ante reditum ex
 captivitate Babylonicâ. ET PERCUSI EX EIS ALI-
 quos, flagris, aut fustibus, aut virgis. ET CA-
 PILLIS EVULSI EIS. Decalatio erat extrema igno-
 minia apud Judæos. Depilatio, quæ capilli erec-
 lebantur, erat apud Athenienses adulterorum
 pœna. ET AMURAVI EOS, etc., sub. in hunc
 modum: Non dubitis, etc., et non accipietis. Si
 pro vos; aut subaudiendum: Hoc et hoc faciat
 vobis Deus si dederitis, etc.

VERS. 27. — ET VOS NUMQUID OBSER-
 VAVIS, etc., id est, parebitisne vobis, qui non
 estis tanti quantus erat Salomon?

VERS. 28. — DE FILIIS, etc. Manasses frater
 Jaddi summi pontificis duxerat in uxorem filiam
 Sanaballat, de quo vide Jos. Antiq. lib. 11,
 cap. 8 (1).

exprimunt quàm paternos, quia matribus
 familiariter amnescent. Porro, lingua Asiati-
 cam, id est, Philistinorum (quorum pars Asio-
 ti), media erat inter Ægyptiam et Hebræam;
 nam Philistini ex Ægypto venerunt, et partem
 terræ Chanaan occupaverunt. (Synopsis.)

ET FILII HOMINUM EX MEDIA PARTE (Hebr. *medie-
 tas*, sive *mediæ pars* illorum) LOQUENTES AP-
 PTOICE (lingua autem Aethiopia olebat religionem
 exoticam et Asiaticam; alia enim medietas loque-
 batur Moabiticè, vel Ammoniticè, vel Madianiti-
 ticè), Juxta linguam POPULI ET POPULI, id est, sin-
 gulorum populorum, ex quibus matres erant
 oriundæ; illi enim à matribus educati, earum
 linguam cum lacte imbibebant. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 28. — DE FILIIS AUTEM JOIADÆ FILII
 ELIASER SACERDOTIS MAGNI (pontificis) GENER ERAT
 SANABALLAT HORONITES. Ita Rom., licet Com-
 plut. et prisca Biblia habeant *Heronides* in
 genitivo, itaque legendum videtur; nam sic habent
 Hebr., Septuag., Vatabl., Pagnin. et alii, ut
 sensus sit: Unus è filiis Joiadæ duxerat filiam
 Sanaballat Horonitis, idcirco erat ejus gener.

QUONIAM FUGAVI ME, ET À CORTE ISRAEL, indignum
 ratus Sanaballat Samaritanum et infidelem con-
 sultum miscere cum Israele, imò cum pontifice.

PORRO alius est hic Sanaballat à Sanaballat
 præfeto Samarie, qui, teste Josepho lib. 11,
 c. 7 et 8, filiam suam dedit uxorem Manasse
 fratri Jaddi pontificis sub Alexandro Magno,
 idcirco Manassen pontificem templi schismatici
 à schismaticis constructi in Samaria, in monte
 Garizim, de quo templo perpetua fuit in inter
 Judæos et Samaritanos, etiam tempore Christi,
 ut patet Joan. 4, v. 24. Alium fuisse liquet ex
 eo quòd hic Sanaballat Horonites sacer erat
 fili Joiadæ; ille verò Josephi sacer erat Ma-
 nassis fratri Jaddi pontificis; ergo hic ille non
 fuit: Joiadæ enim fuit avus Jaddi: Joiadæ enim

VERS. 29. — RECORDARE NOBIS, sub. in ma-
 lum. Vel, recordare hujusce rei illis, id est, in
 perniciem illorum. CONTRA EOS QUI POLLUUNT SA-
 CERDOTIUM, id est, qui cum delinissent esse bono
 exemplo aliis, tamen malo exemplo conati sunt
 polluere sacerdotium ipsum, fœdes quoque
 sacerdotale et Levitarum.

VERS. 30. — OBSERVANTIAS, id est, ordines;
 hoc est, distribui sacerdotes et Levitas per
 classes ac vices.

VERS. 31. — ET ORATIONI LICENTIAM (1), id
 genuit Jonathan, Jonathan verò genuit Jad-
 dum; Jaddi autem frater Manasses, fuit gener
 hujus posterioris Sanaballat. Fortè hic poste-
 rior prioris fuit filius, vel nepos.

QUONIAM FUGAVI À RE, per, quem, accipe non
 tam Sanaballat, quàm generum Sanaballat
 filium scilicet Joiadæ pontificis, qui filiam
 Sanaballat uxorem duxerat; hunc enim Nobe-
 mis expulsi, et sacerdotio privati, ob ductam
 alienigenam, ita Sanchez. Nec enim Sanabal-
 lat sacerat, multò minùs subiectus erat Nobe-
 mie, sed ipsi sacerat; et subiectus erat filius
 Joiadæ; unde et expulsi eum. (Corn. à Lap.)

De hoc Sanaballat disputatur, videlicet utrùm
 ipse idemque sit qui amicitiam sibi conciliavit
 Alexandri Magni, facilius pro Manasse genero
 suo condendi templi in monte Garizim ex eo
 impetrat. Unica ambigendi ratio sumitur ex
 ætate Sanaballat, quem ætate oportuit centum
 quinquaginta annorum senectutem, cùm Ale-
 xander Magnus Tyrum obsessurus venit. Hec
 tamen ratio non absolveret viros quosdam do-
 ctissimos à sententiâ, quæ utrumque hunc Sa-
 naballat conjungit. Producta sunt superius
 exempla Esdræ et Nehemie, quæ Judæam tunc
 frequentasse homines ætate longævus demon-
 strant. Connubium filie Sanaballat cum nepote
 summi sacerdotis Eliashib; hic nepos Hieroso-
 lymis à Nehemiâ pulsus, cognomen *Heronitis*
 utrique Sanaballat datum; hoc, inquam, om-
 nia pro opinione unum eundemque virum
 ejusdem nominis agnoscente, mentem nostram
 occupant. Manassis livor, quòd amotum se è
 regione patriâ et sacerdotio ægerimè ferret,
 impellere virum potuit, ut templum in Garizim
 condere moliretur. Docet Nehemias, Sanabal-
 lat Horonitam fuisse, id est, è regione Horo-
 naim in Moabide.

Sed contraria huc sententiâ non minoribus
 argumentis fulcitur. Præterdiffinitam ætatem
 Sanaballat, quam attigimus, addit Josephi
 auctoritas, asserentis, Sanaballat hunc missum
 fuisse in Samariam à Dario regem Persarum
 postremo, Chazarum, perinde ac ceteros Sa-
 maritanos, origine. Ne verbo quidem meminit
 hujus Sanaballat, qui Nehemie Hierosolymam
 reduci adversatus est. Josephum sequuntur
 Usserius, Tirinus, Tornellius, alique non
 pauci. Fatendum est utique, discrimen hoc
 duplici Sanaballat difficultatem penitus amo-
 vere; sed vicissim aliam exhibet, utrùm scilicet
 discrimen hoc summi aliquâ necessitate
 exigat. Id utique nobis definiendum non du-
 citur. (Calmet.)

(1) Conditions, quibus in dedicatione tem-
 pli populus sece obstrinxit, iterum hic Nobe-

est, constitui, inquam, ordines in oblatione lignorum, ad fovendum ignem illum celestem qui perpetuo ardebat in altari. Vide annot. sup. 40, 54. PRIMITIVIS, sub. constitui ordines,

mias inducis, innovat, et servandas curat. Librum hunc Vulgata claudit voce Amen, quæ tamen in Hebræo et Græco deest.

Debitas laudes Nehemias denegare religioni ducimus; laudes, inquam, quas sibi jure optimo vindicavit, egregie meritis de religione ac de populo Domini, dignissimus proinde, cujus memoriam encomiis prosequamur: Dignum duxit S. Spiritus, quem cum cæteris magnis gentis Judaicæ viris speciali elogio donaret: *Nehemias in memoriam nostri temporis, qui erexit nobis muros everfos, et stare fecit portas et ceras, qui erexit domos nostras.* Postrema hæc verba spectasse videtur Josephus scribens, Nehemiam suis sumptibus adificasse domos illis qui sedem Hierosolymis elegerant. Addit, ingenio fuisse ad justitiam et virtutem veluti à natura formato, dignamque generoso animo liberalitatem exercuisse. Pio ardori suo parem sapientiam et constantiam in eo exhibuit, quod membra urbis restituere aggressus est, nequicquam repugnantibus adversariis. Ceptum opus tantæ animi constantiæ et virtute promovit, ut invidiam adversariorum deiecerit ac superârît; Deoque largiente brevi ad id temporis spatio absolutum vidit, ut prodigium intercessisse plures suspicerent. Quam constans ille adversus vim locupletum, atque auctoritatem primorum inter sacerdotes, cum id postularet et Dei gloriam et honorem sacerdotum censuit! Quam liberaliter indigenti populo condonavit debita præfecturæ suæ stipendia, et quæ postulare videbantur sumptus quos pro populo erogare cogeretur! Quam

id est, quæ offerri deberent Deo *RECORDARE* MEI, vel, *Memento* horum omnium *MEI*, id est, in gratiam mei. In *EXCELSU*, id est, ut postea beneficias mihi.

prudens sholendis criminibus, quæ adversis legem gliscbant! Quam pius in restituendo cultu Domini, curandæque sacrarum caeremoniarum observantiâ! Patriæ studium inter præsentis solummodò temporis fines non claudatur: posteris etiam consuluit, collectâ sacrarum voluminum atque annalium bibliothecâ, quibus posteritas doceretur, opamēnecens, inter calamitates imperio perniciosissimam esse religionis ignorantiam.

Si politice ejus virtutes Nehemiam inter summos reipublicæ Judaicæ viros collocant, affirmari pariter jure merito potest, cæteris virtutibus, quas vocant morales, perfectum animo Israëlitarum fuisse formatum. Quis minis superbus, meritis suis minis fidens, quis mitior aut patientior? *Memento mei, Domine, iuxta opera coram (adversariorum) talia.* *Recordare, Domine Deus meus, asserens* *ess qui possunt sacerdotum, jusque sacerdotale et leviticum.* Et alibi: *Memento mei, Deus meus, in bonum, secundum omnia quæ feci populo huic.* Equè mirabilis est spectatâ Nehemias cum Jesu Christo similitudine, qui sanctorum omnium exemplar, et figurarum omnium veteris Testamenti finis est. Nehemias Hierosolymæ restaurator, et alter conditor inclitæ urbis, morum populi sui reformator, juris sacerdotalis patronus, novi fœderis sequester, præces populi Dei, typum gerens vivamque imaginem Jesu Christi, qui eadem, sed perfectior et sublimior, Judaicæ et Ecclesiæ beneficia, quæ Nehemias Judæis et sacerdotibus Hierosolymitanis præstitit. (Calmet.)

IN TERTIUM LIBRUM ESDRÆ

Dissertatio.

Duo postremi libri Esdræ nomine inscripti, communis Ecclesiæ Latine consensu, nostrâ ætate, inter apocrypha rejiciuntur. Nihilò tamen minis adeò remota vetustatis sunt, tanque frequenter à Patribus Ecclesiæ laudantur, et eorundem Patrum de illis opinionem in examen revocare operæ pretium duxerimus, adjectâ insuper disquisitione de auctore, tempore scripti operis, et de illis, quæ majoris momenti in historiâ occurrunt.

De tertii Esdræ auctoritate Ecclesia Græca à Latina discrepat; Græci enim eodem veneratione, quâ duos priores, hunc recipiunt.

Exemplaria Græca vetustissima et probatissima, veluti Romanum, ita seriem librorum constituunt, ut primo loco tertium librum Esdræ præ se ferant, secundus Nehemias, tertius primo Esdræ locus detur. Alius quidem ordo in nonnullis Græcis editionibus servatur (1), ut tertius Esdræ soarsim positus sit post Canticum trium puerorum in fornace, et ante Sapientiam Salomonis; in aliis iisdem Græcis idem liber omnino desideratur. (Edit. Aldi Venet. anno 1518.) Verum

(1) Edit. Græc. Francofurtian. 1597, et Basileens. an. 1545.

extra controversiam positum est, ut Sixtus Senensis l. 4, c. 8, animadvertit, Patres Græcos tertium Esdræ, ante Nehemiam constitutum, tanquam canonicum habuisse.

Neque magis quam apud Græcos editiones, in veteribus manuscriptis et editionibus Latinis ea de re constat. In nonnullis manuscriptis (1) primus Esdræ, Nehemias, secundus Esdræ (ita, quem nos tertium, appellamus) sibi succedunt. In aliis tertius Esdræ omnino desideratur. Alii vetustiores codices in novâ editione S. Ambrosii Admonit. in lib. Ambros. de Bono mortis, laudati, multo magis etiam à nostris editionibus recedunt. In vetustissimo manuscripto S. Germani à Pratis, post duos libros canonicos Esdræ una serie continuatos, succedit historia trium custodum corporis Darii, et problema ab his regi propositum. Deinde statim sequitur initium quarti Esdræ in hæc verba: *Incipit liber Esdræ propheta secundus*; cui post duo priora capita jungitur tertius Esdræ, exceptâ historiâ trium custodum corporis Darii; tum quædam Esdræ resumitur, hoc titulo: *Liber Esdræ quartus*. Anno trigesimo minus ætatis, eram in Babilone ego Salathiel, qui et Esra; ac deinceps ad finem usque. In alterum incidit, notatum 1775, in quo Esdræ quartus à capite tertio exorditur.

D. Faber, Ludovici XIII præceptor, quartum librum Esdræ magnopere ab impressis discrepantem invenerat, cujus variantia ad cardinalem Baroniæ censuit transmittenda. In veteribus Bibliis Latinis impressis plerumque tres libri Esdræ ordine adscribuntur; ita ut primo Esdræ succedat liber Nehemias, ac deinde tertius, vel, ut nonnulla ferunt exemplaria, secundus Esdræ. Is ordo mansit usque ad Biblia Sixti V, ex quo tempore tertius et quartus extra ordinem canonicorum amandati sunt.

Apud Hebræos duo priores Esdræ, vel, si mavis, primus Esdræ et liber Nehemias unicum librum constituunt. Pars Græci servant: in eo tamen dissident quod primus Esdræ in exemplaribus Græcis, et in pluribus Latinorum is est, qui apud nos tertius appellatur. Eum ordinem Patres sequuntur, quemadmodum satis intelligimus ex Origene in fine Homilias nonæ in Joannem, Pseudo-Athanasio in Synopsi, ex S. Augustino (2), et S. Cypria-

(1) Manuscrip. Monasterii S. Michael. in Lotharing. Item duo alia S. Germani à Pratis. (2) August. lib. 15 de Civit. Dei, c. 36: *Nisi forte Esdras in eo Christum prophetisæ intelligendus est, quod inter juvenes quosdam ordi-*

no (1), qui duo postremi problema trium præfectorum Darii tanquam à vero Esdrâ descriptum laudant. Laudat et S. Athanasius, seu auctor Synopsi, de quo nihil est quod miremur, cum recepta satis apud Græcos opinio, et probatissima illorum ac vetustissima exemplaria idem problema in primo libro legant. Legebat et Josephus historicus Antiq. c. 11, c. 3, omnibus his Patribus vetustior: quare constitutum habeamus oportet, ante versionem S. Hieronymi tertium librum Esdræ in universâ Ecclesiâ canonicum reputatum fuisse; cum ante id tempus vel exemplaria Græca, in quibus primus locus huic libro datur, vel saltem Latina versio ex Græcâ, in usa essent. Cum verò Patres et concilia priorum seculorum (2) geminos libros Esdræ in Canone recensent, id intelligamus oportet de primo Esdræ et libro Nehemias in unum eundemque librum continuatis, et tertio Esdræ, quem ipsi primum constituebant.

Solemne est etiam PP. Græcis (3) et Latinis (4), ut quem nos tertium Esdræ dicimus, contra hæreticos, et in asserendis fidei dogmatibus constantissimè laudent. Denique cum hic liber nihil fermè contineat, præterquam historiam in primo libro narratam, paucis mutatis, adjectâ solâ narratione problematis à tribus corporis custodibus Darii propositi, 3 Esdr. 3, 4, 5, arduum planè videtur ad apocrypha prorsus rejici debere opus, quod certè totius Ecclesiæ Græcæ consensu probatum est. Ad hæc, nihil habet fidei et bonis moribus absonum; et historiam problematis suffragio suo tanquam veram assertamque recipiunt Patres, et vetustissimi plures, recentioresque scriptores ecclesiastici. Hæc omnia Genbrardo persuaserunt, ut pro auctoritate ejus libri certaret, in Chronico ad annum 3750, pag. 96, 96. Hebræi quidem è cæcis protocanonis hunc librum arcent; tamen inter deuterocanonicos summo assensu recipiunt. Hæc in libri favorem congeri potuerunt.

quæstione quid amplius valeret in rebus, cum regem assensu dixerat, alter nunc, tertius mulieres, idem tamen tertius veritatem asper omnia demonstravit esse pietatem.

(1) Epist. 74 ad Pompeian. : *Apud Esdras veritas sincer.*

(2) Conc. Carth. 5, c. 47; Canon. Apostol. can. 85; Laodicen. can. ult.; D. August. de Doct. Christ. l. 2, c. 8; Innoc. I; Ep. 3, art. 7.

(3) Athanas. Orat. 3 contra Arianos, Justin. Martyr. Dialog. cum Tryphon. pag. 207, et alii passim.

(4) August. lib. 18 de Civit. c. 36. Cyprian. ad Pompeian.

Verum Ecclesie Latine auctoritas opus rejecit, apocryphum pronuntians: quod satis esse censendum est, ut de ejus auctoritate questio institui nentiquam possit. An Græcorum opinione moribusque tanquam lege ducamur, præsertim repugnante concilio Florentino sanctione, quâ unis libro Eadræ et libro Nehemiæ auctoritas asseritur? Veterum Patrum plerique, qui librum tanquam canonicum laudaverunt, ignorare poterant; et facili etiam ignorarent, illam magnopere ab Hebræo-textu discrepare; quod si novissent, multo cautiore falsum, ne opus reciperent, sodes professi, nullum à se probari librum, quem canonicis Hebraici auctoritas responderet.

His rebus instructissimus S. Hieronymus, de hoc libro pronuntiat, Epist. ad Dominian. et Rogatian. «Nec apocryphorum tertii et quarti Eadræ somnis delectetur. Quæ non habentur apud illos (Hebræos), nec de viginti quatuor senibus, sunt procul abjicienda. Si quis autem septuaginta opposuerit interpretes, exemplarium varietas ipsa esse laqueata et inversa demonstrat. Neque potest utique verum asseri, quod diversum (inconstans sibi) est. Agnoscit ergo S. Hieronymus, tertium hunc librum à Græcis probari; ipse tamen tanquam à textu Hebraici fide aberrantem penitus rejiciendum censet. Licet autem illa suspitionis causa non esset, invidiam in illum creanda satis haberetur problema regi Dario propositum. Totam hanc historiam, ad arbitrium confictam, plura veritatibus historice Eadræ repugnantia continere, infra demonstrabimus.

Quod ad auctorem tertii Eadræ spectat, testimonium esse, quamvis ignotum, ex eo constat, quod Josephus, et vetera Græca exemplaria historiam problematis in eo libro relatam legant. Judæum Hellenistam credimus, qui fabellis pluribus adjectis, et Zorobabelis gloriam augere, et lectorem rerum varietate delectare voluerit. Nolo enim ergo virtuti doli mali in his quæ addenda de suo consuit, accusare; potuit enim fieri, ut constanti apud suos narratione acceptam, libro Eadræ, raris se nonnulli verum scribere, fabellam hanc adjunxerit. Sed narrationibus hisce popularibus veritas non semper est cominus, quæ interdum veris rerum eventibus plurium fabularum accessione auctoritatem minuunt. Ita in re præsentis contigisse reputandum est: mendacium ultro se prodit, quem admodum infra demonstrabimus; et in eo

sane auctor dammandus, quod corruptis pluribus veri Eadræ locis fabellam suam asseruerit, ne quis unquam fraudem suboderetur.

Contines ergo liber descriptionem solemnem Paschatis sub Josiâ celebrati, 3 Eadr. c. 1. Addit deinde Josiæ obitus, cæterorumque deinceps regum, usque ad eversionem Hierosolymæ, historia. Hæc omnia è duobus posterioribus capitibus Paralipomenon derivata sunt. Secundum caput narrat historiam solutæ, Cyro auctore, captivitatis Judæicæ, vasorumque sacrorum restitutionem; tum quibus multis conatibus hostes Judæorum templi adificationem oppugnavit. Adhuc Judæorum ad Artaxersem, et Artaxerxis ad Judæos epistolæ (1). In tertio capite, Darius regio convivio excipit ante sum optimates, Mediæ pariter et Persidis magistratus, additis præfectis 127 ditionis suæ provinciarum. Cùm verò rex largiori cibo recreatus in somnum resolutus dormiret, tres corporis custodes, qui excubias agebant, proposito problemate, constituto etiam victori præmio, quale à rege traderetur, se invicem provocarunt. Qui enim, inquebant, ingenio vicerit, ille purpuræ vestietur, aureo poculo potabit, aureo lecto cubabit, deductusque in curia magnifico, equis auro phaleratis, aureo pariter torque, et Cydari, capitis integumento nonnulli honestissimis concessis, ornabitur. Locus etiam illi erit sub Dario, et regis necessarius appetabitur. Ea igitur spe delicti, suum singuli problema scriptum, annuloque obsegnatum sub regis pulvinari deposuerunt. Prior tuebatur, vinum esse omnium fortissimum; alter regem; tertius feminas, veritatem tamen omnibus præstare affirmabat. Expectatas domum rex singulorum scripta tenuit.

Convocatis igitur omnibus aulæ optimatibus, et provinciarum præfectis, in eo contum lectum est singulorum problema, tum jussu stare singuli, quid pro sua quisque sententiâ offerrent, auditi. Primus pro vino dissorrens, ejus vim super mortalium mentes ostendit: vinum miseriarum sensum hebetat, hilaritatem, alacritatem, animi robur, liberalitatem conciliat, nec rarè furorem incendit. Alii proximè secordes, potentiam regis, mari æquæ et terris imperantis, verbis extulit, cuius nutu tremerent gentes, cujus armis cœcu-

(1) Secundum caput usque ad v. 14, idem est ac primum caput primi Eadræ, et à v. 14 usque ad exitum convenit cum quarto primi Eadræ v. 9, etc.

men suum montes demitterent, etiam turres et monia deprimerentur, omnia cadibus, sanguine et terrore replerentur; inque vicissim indulget, confirmat, tuetur. Subjecti illi gentes laborum suorum tributa certatim afferunt, hostes verentur, orbis universus in obsequium inclinatur.

Tertius successit Zorobabel, qui feminarum potestatem pluribus commendavit: illis enim, inquit, subjecti sunt vulgares aequè ac reges; illis pusilli aequè ac summi viri originem suam ferunt accepto; ac tandem quicumque vineam colunt, vinumque bibunt, ablatis feminis esse non potuerunt. Unde vestes, et pretiosa quæque ornamenta? An non mares, relictis patre, amicis, patriâ, feminæ adhaerent? Mulierum beneficio feroces animi mitescunt; effrones quique ad officium redeunt. Reges ipsi, quamvis cæteris dare jura noverint, quandoque à feminâ, quam depereant, se superbè tractari ferunt patienter. Vidi ego Apemen filiam Bezais, quæ dexteræ regis assidens, ex ejus capite detractum diadema suo imposuit, regemque ipsum lavâ manu blandè percussit.

Verùm, ait ille, quamvis femina potens sit, multò tamen mulierum blanditiis validior est veritas, cui gentes omnes parere, quam lavocare singuli noverunt; cælum veritatem commendat, terra times, et colit. Vinum, rex, et mulieres possunt quandoque ad scelera et licentiam excurrere: incorrupta semper æternumque manens veritas; neque enim fugaci virtute pollet, nec vicissitudinibus obnoxia est. Nunquid illi uni magis quam alteri favesit injustè, semper in judiciis rectam æquitatis lancem servans. Ex eâ via, decore, ornatumque potentia, *Benedicamus autem Domini veritati*. Excepta est summo auditorum plausu hominis oratio, clamantibus cunctis: *Magna est veritas*.

Tùm rex causæ victoriam discedenti pro veritate adjudicavit; eumque non immodè, quæ sibi certantes sponponderant, præmiis cumulatam voluit, sed et quacumque posceret, omnia se daturum pollicitus est. Tum Zorobabel in genua provolutus rogavit, ut Darius meminisset voti, quo se olim, antequam regnum capessere, obstrinxerat, restituendū scilicet templi, ab Idumæis (cùm urbs à Chaldeis expugnaretur) incendio vastatū; uti et remittendū vasa sacra, à Cyro, Babylone capta, ut Hierosolymam referrentur destinata; id autem adiecit se cujusvis præmiū loco habiturum. Supplicem complexus Darius, postu-

lata concessit, præfegit provinciarum Trans-euphrateis jussis, ne grave quid in Judæos tentarent, sed quietam regionis suæ possessionem immunemque relinquerent; quibus et Idumæos, urbes, quas olim occupaverant, vacuas illis remittere cogerent; curarent insuper, ut necessaria è Libano materia Hierosolymam veheretur, quæcumque ad victum et vestes sacras Levitarum et ministrorum templi requirerentur, sufficerent, donec urbs et templum absolverentur. Adiecit insuper, ut viginti talenta è regio censu quotannis ob instaurationem templi promovendam ponderentur, et alia decem ad sumptus jugis sacrificii, matutini scilicet et vespertini. Præterea esse voluit Judæis privilegium perpetuæ libertatis, tum et urbis metropolim restituendæ. His privilegiis suctus Zorobabel, Hierosolymam veniens, nihil antiquius habuit, quàm ut de omnibus regibus provinciarum præfectos faceret certiores; secum reducens duos et quadraginta milia, trecentos et quadraginta Judæos, additâ innumerâ servorum multitudine. Hæc epitomè capitulum 5, 4, 5, tertii Esdræ, simulque eorum, quæ pariter in toto libro majoris momenti occurrant, eorum denique, in quibus potissimum à primo libro Esdræ hic tertius discrepat.

De universâ hæc triem corporis regii custodum historiâ hanc sententiam ferimus. Primò plurimum ab historiâ genuinâ Esdræ, in libris Hebræorum, et in exemplaribus canonicis relata. Si Darius Judæos unâ cum Zorobabele Hierosolymam remittens, regis pro illis litteras ad præfectos Trans-euphrateos dedisset, nunquid illi interrogatum venissent Judæos, quæ potestate restituendum templum susciperent. Nota illis fuissent regis edicta, quibus pariter impensas in idem opus sufficere cogebantur. Cur etiam novam hanc facultatem non produxit Zorobabel, 1 Esd. 5, 45, potius quàm veterem à Cyro datam? 2^o Ponit scriptor, Zorobabelem neque reducem, neque reducem gentillum suorum, cùm primò à Cyro facta est redeundi facultas, ducem fuisse. Equidem illum? Salmanazarum, Judææ præfectum, 3 Esd. 2, 15. Omnino præter veritatem, 1 Esd. 4, 3^o Altaris consecrationem, 3 Esd. 5, 45, etc., ac restitutorum sacrificiorum epocham post Zorobabelis reditum secundo Darii anno rejicit; cùm genuinus Esdras hæc omnia post septem menses, sub ipso Cyri regno, ante intermissam templi adificationem jussu Artaxerxis, facta commemorat,

4^o Silet epistolas à præfectis Transcaphratæis ad Darium datas, quibus permotus rex quæri in archivis edicti Cyri pro Judæis exemplar jussit, eoque invento, intermissum opus ressumi permisit, 4 Esdr. 5, 6; 6, 1, etc. 5^o Duo insuper auctor, fide sua tantum asserta narrat: primum Zorobabelem inter corporis regii custodes Babylone versatum eo tempore, quo certè Hierosolymis erat, 4 Esdr. 5, 2: alterum nihilò meliòri fide assertum, Darium ante initum regnum voti religione interposità promississe, templum Hierosolymitanum à se restitutum iri. Id si cum veritate constat, cur excuti plures jussit, ut certior fieret de permissà à Cyro ejus rei facultate? 6^o Darii beneficio concessam Judæis asserit ab oneribus omnibus immunitatem, cum tributis oppressos Hebræos ex Nehemià noverimus, 2 Esdr. 5, 4; 9, 47. 7^o Nehemià et Athersatham tantum duos viros distinguit, cum Athersatha non viri, sed officii, paterne scilicet, quo Nehemià apud Artaxerxem fugebatur, nomen sit. 8^o Putidum est mendacium, sibi que repognat, quod ab auctore asseritur de Zorobabele Darium rogante, ut Hierosolymam remittat sacra vasa quæ olim Cyrus mittenda paraverat (1), quasi Cyrus nihil remississet; cum planè oppositum apud Esdram et ipsum etiam hujus libri auctorem legatur. Idemque invidià lacens templi, quæ certè liberandi videntur, onerat. 9^o Omnem chronologiæ rerumque ge-

(1) 3 Esdr. 4, 44: *Omnia vasa remittere, quæ separavit Cyrus, quando movit Babylonium, et voluit ea remittere.* Vide et v. 37.

starum ordinem turbat, volens singula in historià Esdræ narrata colligere. Ad calcem postremi capituli rejicit historià nonnisi sub Nehemià, ejus tantum in libro legitur, consignandam. 10^o Præsidium mille equitum Judæis à Dario assignatum narrat, quibus tutum illis iter Hierosolymam pararetur; quasi scilicet quinquaginta circiter hominum millibus aliquid timendum fuisset. 11^o Universæ tandem historiæ suæ fabulæ suspensionem creat, cum tres illos viros munera sibi destinasse refert, quasi necessitatem regi imposituros, ut problematis victorem constituto ab illis præmio remuneraretur. Quodnam illud? summum planè, et immodicum: quid enim aliud sperare potuisset supremus exercitûs imperator, post adjectas regno provincias, et confectam gloriosam aliquam expeditionem? Quæ deinde vera in libro referuntur, vel saltem quidquid verum et argumenti connexionem constans est, totidem penè verbis à primo Esdræ derivatur, ut proinde illud recitare opus non sit. Persuassum igitur habemus, auctorem ejus libri Judæum aliquem Hellenistam esse habendum, qui historiæ problematis fidem conciliaturus, opportunum censuit, ut veri Esdræ narrationem suam annexeretur. Cum verò majus esset quàm pro ejus viribus opus, in aperta mendacia identidem labitur, quod in causâ fuit, cur jure meritoque ab Ecclesiâ rejiceretur, textûs Hebræi, cujus apud Hebræos usus, et veterum exemplarium Græcorum fidem secuti, in quibus nihil ejusmodi legitur (CALMET.)

IN QUARTUM LIBRUM ESDRÆ

Dissertatio.

De quarto Esdræ non eadem sedet omnibus sententiâ. Ecclesiâ ejus verba in ecclesiasticis officiis usurpans, probare videtur. Introitum foris tertix Pentecostes ex hoc libro, 2, 36, 37, derivavit: *Accipite jucunditatem gloriæ vestræ... Commendatum donum accipite, et jucundamini, gratias agentes et qui vos ad celestia regna vocavit.* Et in officio paschali Martyrum: *Lux perpetua lucebit vobis per aternitatem temporis,* 4 Esdr. 2, 35. Et: *Hi sunt qui mortalem tunicam deponerant... modo coronantur, et accipiunt palmas,* 4 Esdr. 2, 45. S.

Barnabas hæc verba tanquàm auctoris sacri laudat: *Et quando hæc consummabuntur? et dicit Dominus: Cum lignum inclinatum fuerit, et resurrexerit, et cum de ligno sanguis stillaverit*(1). Eò spectare pariter S. Joannes Apoc. 6, 9, visus est: *Vidi sub altari animas interfectorum propter verbum Dei... et clamabant voce magna, dicentes: Usquequid, Domine, sanctorum et*

(1) Quod legitur in 4 Esdr. 5, 4. Item citatur ab auctore Comment. in Marc. inter opera S. Hieronymi, et in tract. cui titulus est: *Testimonia de adventu Domini in carne*, inter opera Greg. Nysseni.

verus, non iudex, et non vinctus sanguinem nostrum? Confer hæc Apostoli verba cum 4 Esdræ 4, 35: *Nunc de his interrogaverunt animæ iustorum in promptuariis suis dicentes: Usquequid spero sic? Et quando veniet fructus arbor mercedis nostræ? Facilius tamen crediderim, non Esdræ ab Apostolo, sed Apostolum à Pseudo-Esdræ spectatum fuisse.*

Veteres PP. Græci et Latini, non sine elogio auctoris divino Spiritu afflati, idem opus laudant. S. Ambrosius de Bono Mortis cap. 10, n. 45, sententiam ex eo, tanquam à libris Esdræ derivatam, idcirco se laudare profiteatur, ut intelligant profani, quæcumque habent in libris suis probata, nostris libris debere. Et infra cap. 11, n. 51, ait, Apostolum non Platonis, sed Esdræ divino Spiritu afflati dogmata esse secutum; quo beneficio, inquit, Esdræ multo superior philosophis omnibus habendus est. Paria scribit pluribus in locis (1); at in Egipt. 38 ad Horonitiam lectionem ejus libri suadet, ut anima præstantioris esse, quam corpus, naturæ intelligatur. Ubique Esdræ non sine sacri auctoris elogio commemorat.

Tertullianus idem opus, sed nomine et elogio suppresso, tanquam sacram Scripturam laudat. Tertull. de Præscript. initio hæc citat: *Omnis Domini, atq. ex 4 Esdr. 8, 20, et contra Marcion. lib. 4, illud: Loquere in aures audientium, ex 4 Esdr. 15, 1. Differt quidem nonnihil Vulgata, sed sententiam tenet S. Clemens Alexandrinus, Strom. lib. 1, Danielis vaticinium exponens, Esdræ testimonio utitur, quod tamen frustra in Esdræ quæras. En autem ad litteram: In Esdræ scriptum est: Et sic fuit Christus, dux Iudæorum, cum implete essent septem hebdomades in Jerusalem, et in sexaginta diebus hebdomadis quiescit universa Judæa, et fuit abique bellis, et Dominus noster Christus sanctus sanctorum cum venisset, et visionem implesset, et Prophetam, in carne unctus est Patris sui Spiritus. Eundem etiam scriptorem unè cum Jeremiâ, tanquam auctoritate pares, alibi laudat. Strom. lib. 4, ex 4 Esdr. 5, 35. Pseudo-Athanasius in Synopsi canonicos libros recensens, hunc præterit; illud tantummodò, post laudatos duos alios Esdræ libros, addens, memoriam præditum esse, Esdræ servasse simulque in publicum protulisse libros sacre Scripturæ: quod tamen non ex suâ, sed ex vulgi sententiâ, è nullo alicujus momenti libro expressâ, retulisse*

(1) Ambros. de Spiritu S. lib. 2, orat. in obitu Satyri fratris cap. 7.

videtur. Auctor operis imperfecti in Mathæum (1) hæc habet: *Dicit enim Propheta Esdras, omnium Sanctorum numerum esse quasi coronam.*

Ex tandem sententiâ, quæ olim S. Cyprianus (2) aliisque placuit, de imminente orbis exitu, è quarto Esdræ, tanquam canonico, derivata fuisse videtur. Nec aliunde pariter accepta est eorum sententiâ, qui Esdræ didicisse iterum, et restituisse sacras Scripturas affirmarunt (3); neque enim alibi unquam, quam in libris Esdræ paria leguntur. Genebrardus, qui opus illud vindicandum suscepit (4), auctor est, Pico Mirandulano servari manuscriptum Hebræicis inter duo et septuaginta de scientiâ rerum occultarum, quos idem Esdras didicisse se profiteretur. S. Hieronymus, tertio et quarto libris Esdræ certè infensus, ejus tamen auctoritatem penitus rejecisse non videtur in libro adversus Helvidium: *Sive Moyses veteris auctorem Pentateuchi, sive Esdræ ejusdem insinuatorem, non recuso.* His omnino rationibus hujus operis auctoritas fulcitur.

His omnibus unicum argumentum, sed peremptorium opponimus; nimirum Græcorum et Latinorum omnium suffragio è canone exclusi. Rejicit auctor Synopsis, rejiciunt Patres, et concilia, in quorum catalogo nonnisi duo libri Esdræ commemorantur. Tandem Hieronymus stylo censorio duos postremos Esdræ configit in Præfatione; Ep. ad Dyonis. et Rogatian.; pariterque in opere adversus Vigilantium hæc habet: *Tu Vigilans, dormis, et dormiens scribis, et propositis libris apocryphum, qui sub nomine Esdræ à te et à talibus legitur* (5). Addit deinde, nunquam se idem opus legisse: cur enim librum ab Ecclesiâ reprobatum legeret?

Nec parùm ejus damnationem comprobant alia hujus libri apud Græcos obliuia, apud quos nulla suppetunt ejusdem operis jamdiu à pluribus annis exemplaria; quanquam à veteribus Patribus Græcis laudatur: Latinorum

(1) Auctor operis imperfecti in Math. Hom. 34, ut videtur ex 4 Esdr. 5, 42; vel fortè legendum, *Propheta Esdras*, ex Isai. 28 et 42, 5.

(2) Cyprian. ad Demetrian. circa initium: *Vide, si placet, 4 Esdr. cap. 5.*

(3) Vide nostr. Dissert. in idem. argumentum.

(4) Vide Geneb. in Chron. lib. 1, ad an. 3750 et 4 Esdr. cap. 14, 46.

(5) Laudaverat Vigilantius testimonium ex 4 Esdr. 7, 36, 44.

verò de illo neglectus ex eo potissimum colligitur, quod rarò in vetustis exemplaribus ac manuscriptis occurrat (1). Hæc omnia non obscuro planè argumento demonstrant plurimum seculorum eà de re sententiam; si quos autem veteres Esdræ nomen in errore addegit, is tamen error brevi correctus est.

Non semel Genebrardus in ejus libri vindictis fallitur. Primò errat, cum apud Picum Hebraicum ejus libri exemplar servari tradit; laudat enim Picus in Apolog. tantummodò quartum Esdræ, cujus auctoris Hebraicum exemplar septuaginta librorum de scientià occultâ, quos Esdras se dicere profitetur, habere se tradit. Secundò temerè duos et septuaginta libros numerat, ut congruant confecto ad arbitrium numero Patrum magnæ Synagagæ, quorum dogmata Esdræ totidem libris complexum esse narrat. Inter hos libros quartum Esdræ recenset; quanquàm eà de re nihil apud Picum, qui potius contrarium docet, laudans librum Esdræ veluti auctoritatem consiliaturos suis libris de scientià occultâ Hebræorum. Esto verò inter eos libros suus locus quartus Esdræ sit: an idcirco canonicus erit ac divinus? Quid de Cabbalâ et scientiâ occultâ Hebræorum sentiendum sit, quis ignorat?

Ilud verò quàm maximè veritatis amatores impellet, ut hunc librum rejiciant, quod erroribus scateat. Animas sanctorum in inferis detineri, donec numero justorum absoluto dies judicii succedat, post quem omnes animæ libertati restituende sint, implacitè asserit 4 Esd. 4, 41, 42. Diem judicii coronæ si ve annulo comparat, in quo neque caput, neque finis. Iia omnes simul animæ in felicitatem æternam recipientur; primæ juxta et postremæ omnes simul ingredientur, alterâ aliam ne gradu quidam precedente ibid. c. 5, v. 22. Ridicula sanè est capitis sexti fabella de creatis sub ipsum mundi exordium duobus immanibus monstris, quorum alteri nomen Henoch, alteri Leviathan. Cum autem ambo simul intra septimæ partis terræ spatium contineri non possent, Deus utroque segregato, Henochum in tractu terræ septies mille montibus spero collocavit, Leviathanum verò in mari constituit, ubi servatur, esca in convivio electis demùm instruendis futurus. Hæc de Rabbiorum traditione derivata sunt. Sententiam hujus auctoris de proximè imminente die

(1) Barissimum est in antiquis manuscriptis. In editionibus ante Norimbergensem 1524 non legitur.

judicii, uti et de transmigratione decem tribuum in regionem Arsareth, ac denique de restitutione sacrarum Scripturarum per Esdræ, recitavimus, in dissertatione de Regione, quò decem tribus esse receperunt.

His omnibus accessionem errorum facit genealogia Esdræ in exordio operis deducta, quæ ab Aaron per 14 generationes ducitur: quæ in re neque cum tertio, nec cum primo satis convenit. Hæc inter utrumque librum discrepantis suspicionem nonnullis veterum induxit, utriusque sectorem nomine quidem eundem, re tamen alium fuisse. Vetus manuscriptum Abbatie S. Germani, hujus quarti libri auctorem in exordio ejusdem libri, quod in impressis capite tertio legitur, Salathielem appellat: Anno trigesimo (scilicet anno mundi 3448) ruina civitatis, erem in Babylone, ego Salathiel, qui et Esdras, etc. Verùm ejusdem operis auctor ipse genuinum Esdræ se vendit in fronte capitis primi, ubi genealogiam suam per Eleazarum filium Aaronis docit.

Putido sanè mendacio asserit cap. 1, 11. Deum populi sui, nuper ex Ægypto egressi, rebus consulturum, duas provincias Tyri et Sidonis dissipasse: In Oriente preteritaram duorum populos Tyri et Sidonis dissipasti; et pagellam infra v. 22, 23: In deserto, ait, cum essetis in flumine Amorrhæo sitiētes, et blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. Semel et iterum meminit prodigii, cujus ne verbum quidem apud Moysen, nisi fortè planè diversa ab illo misceri maluerimus, nempe correctum saporem aquarum in Nara, paulò post egressum ex Ægypto, Exod. 15, 24, et alterum prodigium ad torrentem Arnon, in finibus Amorrhæorum, Num. 31, 16. In cap. 1, 39, duodecim Prophetas minores commemorat, quorum nonnulli, uti Aggeus, Zacharias et Malachias, nonnisi post exitum captivitatis munus suum exercuerunt, seriè proinde quàm id temporis, quo suum vaticinandi exercitium statuendum esse docere videtur 4 Esd. 3, 4. In iis etiam Prophetis ordine recensendis Græcosequitur diverso planè ordine ab eo quem in Hebraicis voluminibus habemus.

Iter suum nescio quod ad montem Orebim cap. 2, 55, innuit, quod sanè iter incertum esse nec ratio ulla suadebat, nec specus aliquis posteritatis memorie commendari jubebat. Supremi judicii jam imminenti vices meminit; uti cum ex duodecim partibus, in quas omnem seculorum seriem distinguit,

decem et dimidium aetate sua, et jam ante captivitatem elapsas scribit cap. 14, 11, 12, quo ex tempore accuratè rationes ducantur; quamcumque denique tempora supputandi rationem inuenimus, debuit seculorum exitus jam inde à pluribus seculis adesse. Si vaticinia venditat, vel præterita, vel ab aliis Prophetis jam predicta pronuntiat. Ita aliis verbis, et sub allegoria æquila à mari volantis, Danielis vaticinium inquit c. 11 et 12, 10, 11. Quam visionem suam in his verbis, quas locutus tribuit Deo, claudit: *Æquilam, quam videri ascendente de mari, hoc est regnum, quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Hoc erat planè non difficile de rebus præteritis origina fundere, et res antea gestas sub vaticiniorum specie indolis obtinere. Aliud etiam vici commentum reputanda sunt ea quæ de archæ Domini à Chaldeis capta leguntur c. 10, 22: Arca Testamenti nostri dirupta est; eam à communi Judæorum fato exemptam et in specu occultatam Jeremias Prophetas ratione noverimus, 2 Mach. 2, 4.*

Quod verò hujus auctoris singulare ingenium est, erroris ipse suum prodit æquè et cum verà et cum à veritate aliena commemorat. Adcò sine ambagibus de adventu Jesu Christi, ejusque obitu, et resurrectione loquitur, ut ei vel ab Judæis vel à Paganis alicujus auctoritatis liber habeatur, actum de illis sit. Tam frequenter etiam sententias evangelicis similes recurrunt, ut alterutrum utramque oportet, sive minime liberi auctorem ex Evangelio, sive ex illo Evangelium excerpisse. Ita ait (1): *Revelabitur Filius meus Jesus cum his qui cum eo sunt, et jamnabantur qui relictis sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, et morietur filius meus Christus, et omnes qui ipsam mentem habent homines. Et converteretur seculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita ut nemo derelinquatur. Et erit post dies septem, et exultabit quod nondum vigilat seculum, et morietur corruptum: et terra reddet quæ in eâ dormiant, et pulvis qui in eo silentio habitat, et præsumptoria reddent quæ eis commendata sunt animæ. Et revelabitur Altissimus super sedem iudicii, et pertransibunt miseria, et longinquitas congregabitur. Iudicium autem seculum remanebit, veritas stabit, et fides convalescet.... Dies enim iudicii erit finis temporis huius, et initium temporis futuræ immortalitatis. Et cap.*

(1) 4 Eadr. 7, 28, etc. Vide etiam, si lubet, 8, 18, 39, 64; 9, 2, 5; 15, 37; 14, 10, 11.

2, 34. *Expectate postorem vestrum, regnum æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille, qui in fine seculi adveniet. Et de Martyribus v. 46. Et dicit Angelus: Quis est qui eis coronas imponit, et palmas in manibus tradit? Et respondens dicit: Ipse est Filius Dei, quem in seculo confitent sunt. De gentium vocatione c. 1, 14, et 2, 9, ita loquitur, ut omnis prophetia caligo abesse videatur. Pars de resurrectione mortuorum cap. 2, 31, et de peccato originis 7, 48, legas: O ja, quis fecit Adam? Si enim in peccatis, non est factus solus tuus cibus, sed et noster, qui ex te adventum. Suprà verba Evangelii apertissimè spectat, ut 2, 23: Dabo tibi primam resurrectionem in resurrectione medi; et v. 25: Seroas, quæ tibi dedi, nemo ex eis interiet. Et de præcursoribus diei ultionis hæc legas cap. 5, 9: Angeli semper ipsos expugnabunt; et 6, 21: Defellabunt amici amicos et fratres. Duplicis etiam viæ meminit; angustioris alterius, alterius latioris, c. 7, 18; duodecim arborum fructibus onustarum totidemque fontium fluentium lacte et melle, c. 2, 18, nempe duodecim Apostolorum.*

Ea igitur cur hujus scripti auctorem Christianum aliquem, scilicet ex Judæo, reputemus; qui reducere ad idem Israelitas Jesu Christo repugnantes aggressus, librum emendito Eadræ nomine, ut venerationem illi conciliaret, procudit. Ut enim à Judæo scriptum censeamus, persuadent plura, in idem opus ex traditionibus Rabinicis derivata; ut de Paradiso terrestri ante mundum condito, c. 3, 6; de Angelo Domini cum Malachia miscendo, c. 1, 40, de Leviathano à Domino sub ipsum mundi exitum creato, cap. 6, 49, et alia sexcenta hujus saporis. Viri fides in Christum, et pro Judæorum conversione studium, ubique se prodit. Vide potissimum cap. 8, 15, etc. Nihilominus à prope fidei Christiano alienum videtur, simplicitatem et æquitatem Evangelii pari fraude doloque corrumpere, ut his artibus Judæi ad saniores mentes revocentur. Piz illæ fraudes, salubrem decepto errorem ferentes, cito interdum permittantur; nunquam tamen nisi per summam auctoritatem, et contra præscriptas Christiano regulas id committitur, ut confectis ad arbitrium verbis sanctus Spiritus loquens inducatur, et commentitia verba vendantur.

Credimus etiam non inviti, vixisse scriptorem sævientibus adhuc primis adversis Christianos persecutionibus, cum de Martyribus, motisque in veræ fidei assertores editis sermo-

nem habeat cap. 2, 54, et c. 6, et alibi. Objectum sibi per visum hominem narrat c. 13, 4, à mari emergentem, qui turbato universi ordine, è quatuor cœli ventis adversarios in se provocabat. Cæcidit ille sibi invium et inaccessum montem, quò tutus ab adversariorum conatibus evasit; unde verò mons ille excisus prodierit, frustra quæsitum est. Subeuntes adversarios suos ille oris halitu dejecit. Tum hominum turbam pacis amantem ad se invitavit.... Ipse est, quem conservat Altissimus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam.... Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt; et alii alios cogitabant debellare, civitas civitatem, et locus locum; et gens adversus gentem, et regnum adversus regnum. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinvenerunt gentes. Sermonem habet de bello et etate futurâ Judææ, multò quàm quæ sub Chaldeis contigit, tristiori cap. 5, 2. Tunc, ait: De signo stillabit sanguis, et lapis dabit vocem suam, et populi componebantur, et regnabit quem non sperant. Quid hic auctor innuit, apertissimò intelligimus. Exstat hic locus, tan-

quàm à Propheta recitatus, in Epistolâ S. Barnabæ nomine inscriptâ, quanquàm sententia nonnihil à Vulgata discrepat: Similiter iterum de cruce definitur apud alium Prophetam, dicentem: Et quando consummabuntur? et dicit Dominus: Cùm lignum inclinatum fuerit, et resurrexerit, et cùm de lignis sanguis stillaverit. Non inviti suspicamur, fieri potuisse, ut epistolæ auctor, uti et scriptor libri sub Esdræ nomine vulgati, ex uno eodemque fonte, scilicet vel ex libro apocrypho, vel ex aliquâ traditione oraculum derivârint. Si quis contendat, scriptorem epistolæ ad locum quartæ Esdræ spectasse, novum ille habebit argumentum adversus epistolæ sinceritatem, tanquàm ementito Apostoli nomine procuræ; vel saltem ætas auctoris libri quartæ Esdræ cum initio, vel dimidio secundæ seculi componenda erit. Porro hic auctor libri recentioris, quàm sub exitum secundæ seculi, nequaquam constituendus est, utpote cujus opus legimus S. Irenæus, Tertullianus, S. Clemens Alexandrinus, et S. Cyprianus, tertii seculi scriptores. (CALMET.)

UTRUM ESDRAS SCRIPSERIT, AN RESTAURAVIT LIBROS SACROS, **Dissertatio.**

Si quartæ Esdræ asserta haberetur apud Ecclesiam auctoritas, nihil esset, cur honor restitutorum sacrarum Bibliorum Esdræ negaretur; apertior enim est ejus libri sententia, quàm ut per ambages aliò deflectatur. Accedit etiam consensus complurium Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, quibus una sedit sententia, libros omnes veteris Testamenti ante captivitatem scriptos, cùm incendio sive ignoto alio casu perisset, ab Esdrâ, divino Spiritu afflato, iterum scriptis mandatos fuisse. Cùm verò hujus sententiæ auctoris fides deploresca sit in Ecclesiâ, nihil est cur eorum, qui illum secuti sunt, suffragium alicujus momenti habeatur; quin etiam perniciosæ ex illâ consecutiones faciliè deducende, in causâ fuerunt, cur nos, exemplum et auctoritatem præstantissimorum theologorum secuti, om-

nibus viribus refutandum commentum suscipiamus. Vide Bellarmin. de Verbo Dei l. 2, c. 1; Natal. Alex. tom. 2, in Vet. Test. Marian. Victor. in Epist. 8; Hieron., ad Paulin. Valton. Prolegomenon, etc.

Tres in eâ re sententiæ vulgò feruntur. Prima docet, Esdræ sacros libros, qui captivitatis tempore prorsus interciderant, iterum scriptis mandasse, ac deinde posteritati tradidisse. Altera illum à communi cæterorum fato sacrum exemplar servasse, quod deinde, à se post captivitatem transcriptum, Hebræorum manibus commiserit. Tertia tandem, recensuisse illum, et restituisse veteres codices, quorum verba, pro viribus ita servavit, ut illis tamen non serviret; in unum etiam corpus omnia collegisse, cùm antea nullo inter se vincta fœdere jungerentur. Tres hæc seq-

tentia in eo conveniunt, Scripturas omnes divinas, sive unius, sive plurium opus habeantur, uni tamen esse sancti Spiritus operationi tribuendas; ut proinde nihil in libris canonicis habeatur, cui divina et infallibilis auctoritas desit.

Auctor quarti Esdræ fons est et unicum momentum opinionis de abolitione sacrarum litterarum, eorumque, Esdræ auctore, reparatione. Narrat ille cap. 14, 19, se, cum fortè coram Domino esset, vocem invitantis audisse, quæ docere fratres suos jubebatur. Respondit ille: *Ecce ego obibo, sicut præceptum mihi, et corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commovebit? Poenitentiam est ergo secutus in tenebris, et qui inhabitant in eo, sine lumine: quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit, quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inveni in te gratiam, immite in me Spiritum sanctum, et scribebam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, ut possint homines invenire sententiam, et qui voluerint vivere in novissimis, evadant. Et respondit ad me, et dixit: Vadens, congrega populum, et dices ad eos, ut non querant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi baxos multos, et accipe tecum Saccam, Dabiam, Salemiel, Echaum, et Astel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter. Et venias huc, et ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadque finiatur quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus abscondè trades: in crastinum enim hæc heri incipies scribere.*

In frequenti ergo populi concione Esdras populo omnia exposuit, imperavitque, ne toto quadraginta dierum spatio quispiam ad se accedere auderet. Vocatis deinde viris in eam rem designatis, mane alterius diei vocem audivit imperantis, ut sporto ore oblatum poculum hauriret. Ille ore statim diducto, aqueum liquorem, colore tamen igneo bibit: quo hausto, nimio veluti intelligentiæ aestu illius petas exundabat, sapientiæ mens redundabat, spiritum nunquam memoria destituit, apertumque loquendo os nunquam quævis. Eodem intelligentiæ spiritu quinque illi viri ab Altissimo donati foere, qui dictantis verba ita excipiebant, ut ne obscuris quidem rebus scripta referendis deessent. Cibum ad noctem differrebat, cum interim Esdras diu nocturno loqui nunquam desineret. Ita spatio quadraginta dierum quatuor et ducenti libri scripti

exarati sunt. Et cum complerentur quadraginta dies, locutus est Altissimus dicens: *Priora quæ scripsisti, in palam pone, et legant digni et indigni. Novissimas autem septuaginta conservas, ut tradas eas sapientibus de populo tuo. In his est enim vena intellectus, et sapientiæ fons, et scientiæ fumen.*

An centum priores libri veteris Testamenti scripti, septuaginta verò reliqui libros novi Testamenti designent, ignoro. Illud constat, Patres et auctores ecclesiasticos sententiam inde suam de adornatis iterum ab Esdræ sacerdotibus hausisse. Sententiam illorum, qui Esdræ et senioribus ejus ætatis Psalmorum collectionem tribuunt, cum quisque ea, quæ memoriâ tenebat, in medium conferret, apud Origenem legas in Hexapla D. Bern. Montfaucon. S. Clemens Alexandrinus Strom. l. 1, interdidisse prorsus sacros libros in captivitate Babylonicâ putat, quos deinde Esdras Spiritu Dei afflatus restituerit. S. Basilii Magni epistolæ ad Chilonem ostendi adhuc agrum in Judæâ narrat, in quem Esdras recudendis sacris Scripturis in omnium gentium utilitatem secessit. Leonius, libro de sectis, æt. 2, S. Isidorus, Origin. l. 6, c. 7, et recentiorum auctorum plurimi (1) fidem huic visioni habuerunt, cujus unicum momentum est opinio de assumptis incendio sacris libris in jurâ Chaldæorum, vel saltem incuriâ Hebræorum sive in excidio Hierosolymæ, sive in captivitate Babylonicâ amissis: cujus opinionis levitatem infra arguemus. Optatus Milevitanus censet Antiochum Epiphanem sacros libros igne aboluisse, quos tamen Esdras memoriâ suggerente omnes reparaverit: « Ut per unum hominem Esdræ tota lex, sicut antea fuerat, ad apicem dictaretur, » Optat. l. 7. Sed crasso planè errore Esdras cum Antiochi Epiphaniæ ætate componitur; facile autem illum fefellit secundus Machabæorum liber 8, 23, ubi Esdras pro Eleazaro legitur. Vel, si mavis, Esdras sub Machabæis florentem cum altero Esdrâ in captivitate Babylonicâ agente miscuit.

S. Basilii, cæterique Patres afflatum Esdræ S. Spiritu, ut reparandis sacris libris par esset, post solutam captivitatem, et reditum in Palestinam statuunt. Sed ex ipso auctoris textu planum est, vel saltem credulis lectoribus insinuat, opus ab eo susceptum in agro Babylónico, triginta annis ante exitum

(1) Raban. Maurus, Lyræ. Genève. Sixt. Senens. lib. 1, et Joan. de Ragusio, orat. habita. in Concil. Constant.

captivitas. Vide à Esdr. 1, 44, etc., et 12, 40, etc., et 14, 1; simulque ex lectione veri Esdræ intelligimus, cum is in Judæam venit, Dei legem in manibus habuisse. Ita enim ad illam Artaxerxes 1 Esdr. 7, 14: *Missa es ut viantes Judæam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua.*

Reliqui verò Patres, hinc textus evidentiâ, et auctoritate quarti Esdræ, quem librum suscipiunt et observant, permoti; inde veritatem, non ex prioris sententiæ suspitionis aliquid perniciosum erector; persuasi denique, sacros libros nunquam penitus interdicisse, mediam sententiam elegerunt, rati, Esdræ sacros libros reparasse simul et valuisse, non quidem literum procusos, sed recensitos, purgatosque mendis, quæ sive amanuensium incuriâ, sive longâ seculorum oblivione irrepserant; denique illos à naufragio servasse, collectisque pretiosis reliquiis nova exemplaria excerpisse, vetera pluribus in locis pristino nitore, adjectis etiam, si quæ opus erant, explicationibus, restituisse. S. Irenæus l. 3, c. 25, post Institutum de Septuaginta Interpretibus, quos S. Spiritu afflatos credit, sermonem, ut huic historiæ fidem conciliet, ait, sacris Scripturis in captivitate fœdè corruptis, post elapso servitutis annos, Esdræ divino Spiritu afflatum, à Deo sub Artaxerxe excitatum, « præter scripturarum Prophetarum omnes rememorasse sermones, et restituisse populo eam legem, quæ data esset per Moysen. » Hunc Irenæi locum integrum retulit Eusebius: sed major videtur textus Græci originalis quàm Latini S. Irenæi vis; exprimit enim, Esdræ iterum veteres Prophetas ordine composuisse, et libros Moysi restituisse. Quare eorum unus haberi potest, qui primam opinionem de relictis ex integro sacris libris ab Esdrâ tuentur; cùmque corruptionem Scripturæ appellat, non textus aliquam depravationem intelligit, sed integrum illius excidium, quasi prorsus interierit. Idem Eusebius Præfat. in Psalm. et Comment. in Psalm. 79, non semel eâ se persuasionem teneri innuit, Judæos sub regibus impiis incredibili Sacrarum Scripturarum oblivione adeo illas neglexisse, ut nulla apud ipsos legis Moysi exemplaria, uti et avitæ pietatis monumenta, superfuerint. Et in Chronico ad annum 4740, ait: « Fuit Esdras eruditissimus legis divini, et clarus omnium Judæorum magister, qui de captivitate regressus fuerant in Judæam; affirmaturque divinas Scripturas memoriter (et sine opo librorum) condi-

disse; et ut Samaritanis non miscerent, litteras Judaicas commutasse. »

An in eandem sententiam consensisse credendi sint Tertullianus et S. Hieronymus, ambigo; ille enim l. 4, de cultu femine, esp. 3: « Omne, ait, instrumentum Judaicum litteraturæ per Esdræ constat restauratum; » alter verò advers. Helvid., « Sive Moysen, sive auctorem Pentateuchi, sive Esdræ ejusdem instauratorem, non recuso. » Aperi-
tior est S. Chrysostomus pro sententiâ de reparatis tantummodò sacris libris, et extantibus adhuc exemplaribus in unum corpus, cùm antea separatim vagarentur, digestis. « Ingressus bellum, ait ille, hom. 8. in Epist. ad Hebr. omnes sustulerunt, considerant; exusta fuerant tabula: alium rursum virum invenit admirabilem, ut eas ederet, Esdræ, inquam, et ex reliquiis ab eo componi fecit. »

Parciùs etiam de Esdrâ Theodoretus, scribens solummodò illam Dei gratiâ plenum sacros libros, corruptos incuriâ Judæorum et malitiâ Babyloniorum, recensuisse, ac Dei Spiritu afflatum sacrarum Scripturarum memoriam renovasse, Præfat. in Ps. Sed Præfat. in Cant. Canticor. in eorum sententiam discedit, qui interdicisse sacras Scripturas premente captivitate contendunt. Ait enim: « Cùm libri sacri penitus interdicissent, quæ scelere Manassæ, incendio exemplarium partem corruptentia, quæ captivitatis infestatione; post aliquot annos evolutos, restitutos jam à captivitate populo, divinus Esdras sancto Spiritu afflatus omnes instauravit; hanc nobis planè necessariam operam præstans, ut ejus dono habereamus non Moysen tantummodò, sed et Josue, Judicem, historiâ Regum, librum Job, Psalmosque, sexdecim Prophetas, Proverbia, Ecclesiastem, et Cantica Canticorum. Si ergo, addit ille, Esdras nullâ exemplariorum ope, sed solâ sancti Spiritus gratiâ adjunctus potuit omnium mortalium commodis libros istos scripturæ mandare; quæ vos audaciâ negatis, hunc librum Cantici Canticorum spiritalem non esse? » etc. Hic sanè remotis analogiis loquitur: quare et ipse cum cæteris, S. Basilio, S. Clemente Alexandrino, in sententiam de instauratis ex integro sacris libris concessisse putandus est; non enim potuit luculentioribus verbis mentem suam aperire, ut quæ alibi obscure protulerat, ex his debeant lucem accipere. Itaque unus ex omnibus Patribus S.

Chrysostomus in ea fuisse sententiā videtur, quæ dispersos antea sacros libros, existentes tamen, recensitos, et in unum corpus reductos, repurgatosque ab Eodra existimavit.

Illic tamen sententiā, auctoribus licet finibus adstricta, nobis adhuc minis aridet; vix enim persuaderi nobis potest, sacros libros veteris Testamenti omnes incendio corruptos fuisse, atque à reliquiis quibusdam Eodram locum deinde sacrorum Bibliorum corpus instauravisse. Ex his enim necessariā consecutione colligitur, sacros, qui nunc existant, libros rudera quædam esse et reliquias veterum, qui interdiderunt; vel si integros habemus, id nos Eodra reparatori, et ea quæ deerant supplenti, debere. Quis in animus inducet, ante ejus viri adventum in Judæam, Zorobabelem, summumque sacerdotem Josue codicibus legis, collectione Psalmorum, annalibus gentis sue, et scriptis Prophetarum, saltem principis, caruisse? Cur gentem universam tantæ incuriæ desidiaque acceperunt? Non deerant profectò in captivitate homines et studio legis addicti, et in eo ætatis genere excultissimi, qui nihil habebant antiquius, quam ut ejus codices tuerentur. Quo credunt, Esachielem, Danielelem, Mardocheum, Estherem, Tobiam, aliosque illustres captivos id committere potuisse, ut legem sacrosque gentis libros manibus profanorum dereliquerent? Ubi unquam legimus, Chaldaeos, bello sacris Scripturis indito, codices illorum igni et exitio tradidisse? Quæ olim curâ Jeremias et sacerdotes tenebantur, ut ignem sacrum et arcam cum altari Gethisatim et candelabro aureo in latebris servarent 2 Mach. 1, 19. et 2, 4; eademne sacris Scripturas tueri neglexerent, Scripturas, inquam, et sui pretio, et hominum æstimatione illis rebus omnibus præstantiores? Tandem quod spectat elogium, in sacra Scripturâ et regis pagani testimonio Eodra collatum (1), Scriba nempè refoctus, et in sermonibus Domini eruditus, si vel nullum legis tunc temporis monumentum, vel pòssint rudera quædam, et residua ex igne reliquis supererant?

Qui verò aliud, servatos tantummodò ab Eodra sacros libros, digestos sanctique custoditos, quo tempore populus malorum captivi-

(1) 1 Esd. 7, 6: *Ipse scriba velox in lege Moyse, et v. 2: Eodra sacerdoti, scriba eruditus in agnitionibus et præceptis Domini; et v. 12: Scriba legis Dei doctissimo.*

tatis curâ occupatus, cetera omnia negligens, illi plurimum ab auctoritate quarti Eodra, abolitos omnes penitus sacros libros testantis, recedant. Pseudo-Athanasius hanc sententiā, ex alia tamen, uti quidem innere videtur, acceptam, præfert (1). Idem auctor eodem loco, uti et S. Hilarius in præfatione in Psalmos, honorem collectorum Psalmorum in unum corpus, quale hodiernum existat, Eodra vindicat; nihil tamen utique addit, quo ita conditos ab illo Psalmos indicent, uti auctor libri quarti Eodra testatur.

Sunt tamen hujus opinionis, non secus ac præcedentibus, sui incommoda. Penitus enim, omnes sacrorum librorum codices, exceptis codicibus Eodra, penitus peritisse, quod virtuti repugnare infra demonstrabimus. Ad hæc, persuasum habent assertores, libros sacros jam, omnes scriptos fuisse ante captivitatem, atque ita digestos, quemadmodum nunc leguntur; quod repugnat illi quæ antea probavimus in Prolegomenis ad Josue, Judicis, Regum, Paralipomena, optimisque ceteris regulis, quarum ope plurima in illis libris deprehendimus nonnisi post captivitatem adjecta.

Aliud est igitur et de re nobis philosophandum. Primum nullum haberi certum assertumque rationis momentum, quo sive recisos, sive collectos, sive instauratos sacros libros ad Eodra doceamus: omnia enim ex quarto Eodra discimus, nullum fidei scriptore, ac tantummodo Hebræorum, qui conditum ab Eodra canonem librorum sacrorum opinantur; siveque eorum numerum definisse assensu totius ceteris, quem ipsi magnam Synagoga appellat: qui quidem in re neque auctores nostri inter se, neque Judæi secum ipsi conveniunt. Vnde Geneb. in Chronic. Seraz. Walton. Simon. Hist. Critic. veteris Testamenti. Neque Patres, hanc opinionem secuti, aliam possunt illi auctoritatem asserere, quam quæ à primo auctore, unde ceteri hauserant, derivatur. Quare nulla major habenda est illa, quam quæ Pseudo-Eodra fides: his verò submotis, recentiorum auctorum testimonium ultro corrui.

II. Si quis post captivitatem libros sacros

(1) Auctor Synops. inter opera Athanasii: Narratur et hoc de Eodra, quod cum libri per incuriam populi se disturnam captivitatem perissent, ipse illos, cum vir esset honestus studiosus, industrius, et lector, apud se omnes custodiverit, et tandem proutlibet, omnibusque tradiderit, atque ita servaverit.

in unum corpus collegit, id potius Nehemiz, quam cæteris omnibus, tribuendum est; quippe quem bibliothecam collegisse (1) legimus. Paria de Judâ Machabæo, nusquam verò de Esdrâ legas. III. Nehemiz studium æmulatus Judas Machabæus, libros et monumenta omnia gentis sue sedulo conquisivit. IV. Ex ipsis sacris libris quales hodie existant, argumenta adversus contrarias sententias colligimus, primam scilicet, quæ sacros libros ita in captivitate perisse asserit, ut ab Esdrâ restaurari debuerint; et alteram, quæ restituta docet Scripturas è reliquiis ab Esdrâ collectis; ac denique tertiam, quæ in communi exemplarium clade unicum ab Esdrâ servatum, ac deinde cæteris ab eo communicatum vulgatumque contendit. V. Inter S. Scripturæ libros alii nunquam ex Judæorum manibus recesserunt toto eo spatio, quod à Moyse ad nostram usque ætatem fluxit, alii verò, quamquam seris, ante captivitatem tamen et deinceps innotuerunt; nonnulli denique, post captivitatem scripti, auctorem habent incertum; facili tamen ab Esdrâ, ope veterum monumentorum, adornati.

Horum, quæ hac usque proposuimus, quædam in Prolegomenis ad singulos Scripturæ libros adductis argumentis jam demonstravimus. Pentateuchus ab ipsâ ætate Moysi nunquam apud Judæos cessavit. Post Josue, Judicos, et Reges, præsertim fuerunt annales, sive rerum ejus gentis memorabilium commentarii. Ex Davide auctore major Psalmorum pars accepta est, quæ deinde perpetuâ successione ad nos usque devenit. Salomonis ætate, cum librorum copia plus nimio crevisset, malum illud sapientissimus princeps deplorabat. Eccl. 11, 12. Ipse tamen plurimos exaravit, è quibus aliquos adhuc tenemus. Prophetarum scripta quis ignoravit unquam, cum vel ipsa editorum oraculorum ætas et tempus noscerentur? Scripta vix exemplaria, summo populi studio rapta, exscribebantur. Omnis ætas tulit ex Judæis viros scientiâ et religione amplissimos, quibus nec pietas deerat, nec studium servandæ historiæ, legum, hymnorum, et canticorum, quorum erat in templo usus; etiam prophetiarum lucubrationum, quæ res gestas, vices, et historiæ gentis

(1) 2 Mach. 2, 13, 14: *Construens bibliothecam, congregavit de Regibus libros et Prophetarum et David, et epistolas Regum, et de donariis, epistolas scilicet Cyri, Darii, et Artaxerxis, qui templo dona obtulerant.*

complectebantur. Superest ut hæc omnia Iudeis expendamus.

Scitum est, Moysen tum leges dictasse, tum pariter historiam veteram Patriarcharum, rerumque à se in privata vitâ, et in reipublicæ administratione gestarum. Ambigitur nunc, utrum libri, nomen Moysi præ se ferentes, genuinum illius opus habendi sint. Auctor apocryphus, sub Esdræ nomine latens, periisse genuinas Moysi lucubrationes, earumque loco alteras ab Esdrâ substitutas ait. Alii servata quidem Moysi scripta, sed contracta, interpolata et resecta censent. Ultramque opinionem nos evertimus, id ostendentes, Hebræos semper ad manus habuisse Pentateuchum, quod nunquam Moysi non adscribere, nec unquam fieri potuisse, ut idem opus, quod ad libel substantiam spectat, sive intercidere, sive corruptum fuerit. Hæc autem ut probemus, duo ponimus, omnium confessione certissima: 1^o Moysen leges et historiam scripsisse, 2^o Jesu Christi ætate eandem fuisse leges et historiam, quæ hodiè Moysi nomine inscripta superest. Reliquum est igitur, ut totâ temporis intercapedine, inter Jesum Christum et Moysen, unquam eos libros sive corruptos, sive abditos, sive iterum procusos fuisse demonstremus. Nihil tamen moros levis quædam, quæ sive longioris temporis injuriâ, sive amanuensium oscitatione, sive tandem privatorum audaciâ in textum irreperunt. Id enim vili libris Mosaicis, quemadmodum et cæteris omnibus, quorum est remotissima antiquitas, commune est.

Univeria Hebræorum historia, religio, et politia libris potissimum Mosaicis nititur. Perire igitur sive corrumpi ejusmodi libri non potuerunt, dum politia, religio, historia gentis steterunt. Hæc verò nunquam à Moyse ad Jesum Christum usque desierunt. Ratum igitur habemus opus est nunquam eâ temporis intercapedine incommodum aliquod Mosaicis libros sensisse. Prima hujus argumenti propositio rata est et inconcussa; omnis enim historiæ et genealogiarum apud Hebræos ratio, amoto Moyse, ignoraretur. Univeria illorum respublica, tum et religio ad legum Mosaicarum normam dirigebantur. Qui verò integra Judæorum natio, florentissima, legumque et privilegiorum suorum tenacissima, studiosissima rerum suarum usque ad supersitionem, id committere potuit, ut leges suæ, tanti porro ad politiam momenti, intercidere?

Fac autem, sacerdotes et Levitæ, quorum

digatus et census omnes ex eo libro penderant, illum tamen neglexerint: an proinde iudices, magistratus, principes, privati quoque omnes, qui et nōse ipsi, et filios suos docere legem debebant, qui verba legis in liminibus domorum sculperent, qui brachio et fronti alligatum tenere, qui denique regna, urbes, provincias, familiam, ac se ipsos tandem ad normam ejusdem legis moderari jubebantur, perire illam passi fuissent? Debuissent profecto sui ipsorum, patrie, religionis oblivisci prius quam cō desidie pervenirent. Debuisset universus Israel terga simul Domino vertere, atque in extremum furorem, stultitiam, et impietatem ruere.

Totam quidem Israelitici regni seriem intervalla quædam obscura et tenebrosa interceperunt; reges impii numinum cultu vitiosi, sacerdotes corrupti, populus effrenis, atque in Dominum seditiosus: nunquam tamen diu vitium, nec ubique obtinuit. Deus enim nunquam non sive principes, sive sacerdotes, sive prophetas studiosos pluresque submisit, qui afflictis religionis rebus succurrerent, vitium effluerent seseque veluti aggeres firmissimos impietati et corruptioni opposuerunt. Populus, quanquam legum divinarum contemptor, in vicia et licentiam præcepit, legibus tamen nonnullis parebat animo adeo obfirmato, ut dimoveri nullā ratione posset. Neque enim deserere Deum penitus volebat, sed ejus obsequiis pro arbitrio servire: et in ipsa licentia, cuiusque superstitione, si quis sive Moysi sive ejus glorie detrachere quidquam, vel minimam aliquam litteralem ē textu legis abradere, ipsamve legem aliqua de re arguere ausus fuisset, extremum vitæ periculum in suum caput ab universo populo excitasset. Id enim naturā apud plerosque mortales comparatum est, ut superstitionem in impietate retineant, studiumque præstentur ejus religionis, quam moribus deturpant et ad insaniam usque legem in custodiam ferantur, quas moribus tamen destituunt. Hæc Hebræorum imago.

Nihil antiquius habet Moyses, quam ut studium et meditationem legis commendat. Ejus exemplum rex apud se habebat, Deut. 17, 18; singulis septennii in festo Tabernaculorum lex coram populo legatur, ibid. 31, 10; legis autographum in religiosissimo loco Tabernaculi, in Sanctuario scilicet, servetur, ibid. v. 26; ne quid vel minimum addatur detraturve, Deut. 4, 2. Sacerdotibus nihil in illis

libris ignotum esse debebat, tum ut ministerii sui ceremonias callerent, exhiberent ordinem genealogie suæ, juraque sacerdotii sui nōsent; tum et juxta populo dicerent, utpote quibus juris dicendi provincia à Moysē commendata fuisset. Privati verò Israelitæ, ne feminis quidem exceptis, eos libros nōse debebant, cum plura servare juberentur quorum aliqua ignorare sine capitis dispendio non licebat. Patresfamilias ita docere filios suos tenebantur, ut simul ipsi omnia scirent, cum Moysi lex vel minimos regionis suæ mores Judæis indigilaret.

Vix Josue populi regimen cepit, hæc illi Dominus imperavit, Jos. 1, 8: *Non recedas voluminem legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Idem verò Chanaanitidem divisit, ac expeditionem in Chananos juxta Moysi præscriptum suscepit. Frequenter Moysi, ejusque facinorum et legum meminit; nec silet divisionem ab eo factam regionis transjordanicæ, pulvis regibus Amorrhæorum Jos. 1, 13. Si altaria erigit in monte Hebal, et Garizim, Jos. 8, 31; Deut. 18, 5, jussibus Moysi parat; si urbes sacerdotibus et Caleb destinat, legislatori obsequitur Jos. 15, 15; nihil denique omisisse eorum quæ à Moysē statuta fuerant, maxima viri hujus in sacra Scripturā laus est, Jos. 11, 12... 15. Paulò ante mortem populum his verbis hortatur, Jos. 23, 6: *Estote solliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. In postremo tandem operis capite (1) totam historiam revocat à Thare patre Abraham usque ad Moysen et Aaronem, in quā strictim persequitur gesta omnia Moysi, quæque deinceps Deo auctore ipse Josue pro populo præstiterat. Legitur ibidem historia renovati inter Deum et populum fœderis, quod populus, datā fide nunquam à lege et præceptis Moisaicis recedendi, veluti obseveraverat. Hæc autem omnia in volumine legis Domini scripta fuere. Erat igitur sub Josue lex Moysi, omnibus æquè Israelitis exploratissima, cujus præscripto dirigebantur. Ipsi tandem Chananæi pro Moysē testantur; fatentur enim Deum Moysi servo suo Chanaanitidem promississe. Jos. 9, 24.**

Sub judicibus frequens mentio occurrit de exitu ab Ægypto, de legibus Domini, pomāque in refractarios incussa, Deus adversariorum manibus Israelitis permisit Jud. 3, 4, ut in

(1) Josue 24, 2 et 25: *Scriptis omnia verba hæc in volumine legis Domini.*

posse experiri Israel, utrum audiret mandata Domini, quae praeceperat patribus eorum per manum Moysi. Josaphat fuso prosequitur res gestas à Moysi cum Ammonitis, Moabitis, et Idumaeis, cum Israelitis in Chanaanitidem duceret; quo argumento jus Israelitarum validissime firmat ejus regionis possidendam, quam equissimo jure Judaeos occupasse, hostes ipsi Moositarum operum lectione adesse poterant Jud. 11, 12. Quantum etiam diu post valerent leges nedium in sacris, verum etiam in politicis, illustri testimonio apud Ruth 4, 7, et Deuter. 15, 7, intelligimus. Contrarium ex historiâ summi sacerdotis Elii 1 Reg. 2, 22, colligitur, cupis illi divinas leges susceperat miscuerant; et ex Dei animadversione et querelis populi adversus illos satis demonstratur, quo studio Israelitae per id temporis legem servarent. Samuel 1 Reg. 7, 5, ad normam legum Moositarum jura populo dabat, et integritatis et prudentiae famâ, ut impune reprobraret populo ingrati animi vitium, non modo adversus praesentia à se beneficia, sed ea pariter, quae Dominus contulerat, cujus ope ex Aegyptoeducti in Chanaanitidis possessionem devenierant. Denique sub iudicibus et regibus 1 Reg. 12, 6, etc., passim in memoriam Israelitarum vel accessus ab Aegypto, vel prodigia à Moysi patrata, vel ejus leges revocantur. Ad harum normam reformatâ est politia. Harum sive contemplum, sive omissionem Deus severâ animadversione punivit. Erant igitur apud universum hunc populum assertae leges, et exploratae.

Nihil antiquius habuit David, quam ut divinas illas jussiones sanctissime servans, custodiendas pariter religiose filio suo Salomoni paulo ante mortem commendaret: *Ut custodias caeremonias ejus, et praecepta ejus, et iudicia, et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi*. Salomon in Proverbis (1) frequentes legis mentionem, addito etiam elogio, inducit; ejus lectionem, studium simul et exercitium commendat; tam in suis ad Deum post dedicationem Templi precibus amplissimis verbis praedicat liberatam à Deo fidem omnem promissionum, quibus Moyses sese populo obstrinxerat 3 Reg. 8, 52. Mento etiam sub eo rege occurrit tabernaculi à Moysi in deserto erecti, 1 Paral. 21, 29, et 2 Paral. 1, 5, ubique in archa servari traditur, quum tabulae legis Moosicae 3 Reg. 8, 9, et 2, Paral. 5, 10. Templum denique, sacra vasa, et

(1) Proverb. 1, 8, et 3, 1, 21, et 4, 2, et 6, 20, et 28, 4, 7, 9, etc.

sacri ministerii ordo testimonium pro lege ferunt apertissimum.

Cum Joas rex inauguratus est, imponeretur ei dialema et testimonium, deferretque in manibus ejus tenendam legem, 2 Paral. 23, 41. Amasia filius Joas, neci dedit sicarios patris sui, filius vero pepercit, 4 Reg. 14, 6, et 2 Paral. 23, 4, juxta quod scriptum est in libro legis Moysi: *Non morietur pater pro filio, neque filius morietur pro patre*. Tandem Ezechias deifici jussit arguere, quem olim à Moysi in deserto erectum, quippe qui Israelitis offendiculum et culdis superstitiosus occasio fuisset, 4 Reg. 18, 4, Num. 21.

Quae de autographo legis sub Josâ reperto feruntur 4 Reg. 22, 8, 2 Paral. 34, 14, omnibus exploratissima esse arbitror. Joas legum Moositarum tenacissimus fuisse celebratur, 4 Reg. 23, 25, et cum reformandam religionem atque politiam suscepit, totam legum Moositarum normam sibi proposuit. Vide 2 Paral. 23, 18; 24, 6; 25, 16; 31, 2, 5; 35, 6, 12. Josaphat disciplinam in provinciam reducere aggressus, misit optimales, sacerdotes et Levitas per omnes urbes Juda et Benjamin, habentes librum legis Domini, ut consensu legi Moosicae docerent atque statuerent, 2 Paral. 17, 9.

Cum Jeronimus fratres suos in captivitatem suam ducentes convenisset, libram legis secum deferendum servandumque eis tradidit, 2 Mach. 2, 2. Non desunt inter eruditos (1) qui credant, datum esse Gentibus legem Moosicam exemplum ante captivitatem; constat enim adhuc spem illos servari legem, antiquis Hebraeorum characteribus descriptam, quorum erat usus ante captivitatem: certe illud ab Judaeis accepisse vix credimus, cum infatigabili ejus gentis adversarii habeantur. Versabantur igitur libri legis in manibus principum et populi sub regibus Juda usque ad captivitatem; ex quo sanè intelligimus, nunquam ad id usque temporis fieri potuisse, ut ejus exempla corrumpere sive abolerentur.

Quamquam major erat in regno Israelitico quam Juda licentia, non ita tamen reputandum est, legem proinde apud eos gentes interlisse. Florebant enim apud illos magno numero prophetae, ejus studio et observantiae penitus addicti. Elias, Eliseus, eorumque discipuli, frequentes illi oppido, 4 Reg. 14, 58, nihil antiquius habebant, quam ut in Prophetarum oculo libros sacros incorruptas serva-

(1) Vide ad 4 Reg. 17, 27 et seq.

rent. Osee, Ahias, Jonas, Amos, alique plures in eodem regno versabantur; et cum rerum potiretur Achab, corruptissimus princeps, quo tempore alta erat, si unquam alia, legis obli-vio, plures tamen Israelitarum myriades integram incorruptamque religionem suam et Domino fidem servaverant, 3 Reg. 19, 18. Ceteri religiosi habebantur apud Prophetas singulis sabbatis et Neomeniis, 4 Reg. 4, 22, 23, in quibus lectioni et expositioni legis Domini populus vacabat. Joram successor Ochazie et Joas Joachazi nulli certe eximia virtute coruscabant. Dominum tamen verebantur, prophetas observabant, neque sub eo Domini memoria penitus obsoleverat. Sub Jeroboamo II, publicus legis cultus in quibusdam rebus obtinebat. Sacrificia in editis locis offerebantur, et religiosæ peregrinationes instituebantur ad loca visionibus Domini, sive morâ Patriarcharum religiosæ; primitiarum et decimarum tributum ratum sanctumque habebatur, festa et sabbata servabantur, cantileque Domini loca sacra insonabant. Ergone putabimus probos illos Israelitas, viros prophetâ amplissimos, Eliam, Eliseum, Osee, Amos, Ahiam, Jonam, Tobiam, Mardocheum, Giez, conjuges hospites Elisai, aliosque plurimos librorum sacrorum ope ita destitutos, ut ne illos quidem nossent? Nihil moror. Annales regum Israelitarum, quos velut incorrupta certissimæ fidei monumenta in regno decem tribuum servatos esse constat, quique frequenter in Regibus et Paralipomenis laudantur. Tandem sacerdotem sive Levitam ab Assaradone ad docendos Cathecos vel Samaritanos missum, legis codicem, quem nostrâ etiam ætate servast, illis tradidisse scimus. Erant igitur apud Israelitas captivos, apud quos hic sacerdos tenebatur, legis Domini exempla.

Frequens in Psalmis mentio legum et historiarum Judæorum: hinc illustri satis documento intelligimus, ipsâ Davidis ætate, leges et historias Hebræorum exploratissimas in republicâ Judæâ fuisse. Idem non uno in loco ianuam libri Prophetarum. Vide, v. g., Isai. 63, 10, etc. Jerem. 45, 1. Mich. 6, 4: nunquam illi non arguunt Israelitarum in legem pervicacium crimina, populosque ab illa legibus aberrantes ad viam revocant; hortantur, ut ad Deum tandem conversi pristina consilia suscipiant: exempla veterum patrum obijciunt. Prophetarum verò oracula nec obscura erant nec incognita, cum pro concione palam

in templis et in conciliis religiosis præ foribus palatii et urbis, sive in foro loquerentur. Poetæ vaticinia sua scribebant prophetæ, adjectis temporum adscriptionibus; eadem omnium manibus tenebantur; nonnulla etiam in scholas gentis relata, servabantur: nec in annalibus modò, sed privati illorum exempla apud se habere studebant; quemadmodum olim apud profanos summi curâ colligebantur oracula de majoris momenti rebus, quæ vel ad politicum urbium statum, vel ad provincias, regna; clarissimasque familias spectabant. Post tantam liberos Prophetarum servandi curam, intercidere unquam illi potuere? Porro Judæi in ipsâ captivitate, ne talia negligerent, multò impensiori curâ cavere debuerunt, cum de libris ageretur, in quibus uti oracula de luminantibus genti malis et captivitate descripta fuerant, ita etiam de futurâ mox præstituto tempore felicitate apertissimè vaticiniis monebantur.

Juvant etiam nostrum argumentum Proverbia Salomonis, et genealogia in Paralipomenis insertæ; sed arguments huc usque ex historiis deducta satis propositum evincere arduum.

Historias Josue, Judicum, Regum mansisse incorruptâ fide usque ad captivitatem, nullo negotio demonstratur. Nihil enim in omnibus historicis monumentis frequentius, quàm statuta olim tribuum distributio; nunquam non urbes suæ tribui, cui olim addictæ fuerant, assignantur: quæ si forè in alias tribus transierint, id sedulo in istis libris exprimitur; ita Siceleg, urbs olim Simeonis, deinde munero Achis regis Geth in sortem Davidis, adeoque et regum Juda transiit, 1 Reg. 27, 6. Pristina Israelitarum historia non rarò breviter colligitur: Samuel totam ferebat illius seriem complectitur, 1 Reg. 15, 41. David Ahimelechum filium Gedeonis in exemplum adducit, 2 Reg. 11, 31. Judic. 9, 35. Revocantur etiam in memoriam maledicta ab Josue in eos pronuntiata, qui resistendæ Jeriehuat consilium tulit fuisse; quæ omnia in caput Heliæ e Betse, recidisse narrantur, 3 Reg. 16, 34. Psalmi totam prorsus historiam Judæorum complectuntur. Vide. Ps. 8, 21, et 98, 6; 102, 104, 105, et 82, et 77, 4. Paralipomena, quæ ex veteribus coævisque monumentis expressa esse, ne dubitamus quidem, brevibus verbis plura veterum historiarum gesta commemorant. Quare constantissimè as-

serendum est universam Judaeorum historiam perpetuam connexam serie sibi optime constare, etque scribendam operam navasse viros comites, et fide spectatos; mansisse verò incorruptam, saltem in commentariis ac publicis annalibus, ad eam usque aetatem, quā libri, ad nos usque derivati, à sacris auctoribus exarati sunt. Cum igitur libri Regum et Paralipomenon post captivitatem primò literis mandati fuerint, quemadmodum nos in Prolegomenis ad singulos eos libros demonstravimus; ineluctabili planè argumento constat, annales incorruptos et autographos ejus gentis usque post captivitatem inviolatos mansisse. Hos autem annales consulebat, eodemque modò laudabat, modò exscribebat, modò consulendos lectoribus indicabat auctor, cum eas lucubraciones daret.

Post demonstratam integram assertamque librorum sacrorum apud Judaeos, à Moyse usque ad captivitatem Babylonicam, possessionem, levi certè negotio eandem à captivitate usque ad Jesum Christum deducimus. Superius jam animadvertimus, ne verbo quidem in sacra Scripturā innui, reges impios, sive qui apud Judaeos, sive qui apud hostes ejusdem gentis regnarent, bellum non minus genti quàm sacris libris indidisse. Jeremias, uti supra innuimus, Judaeis, mox Babyloniem in captivitatem traducendis, volumen legis tradidit. Exemplum sanè aliquod ejusdem legis sibi suisque retinuisse censendus est. Sacerdotes et Levitae nunquàm his libris carere, quippe qui singulis eas consulentibus paratos se exhibere tenerentur (1). Servata etiam ab illis fides cantica, et musica instrumenta, in usum templi olim destinata; Babylone enim versantes Judaei rogabantur, Psal. 136, 5: *Hymnus caritate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ultrò fatetur Daniel 9, 11, 13, omnia, quae in impios pronuntiantur à lege Moysis mala, in caput Judaeorum cecidisse. Baruch captivos Babyloniæ alloquens, Moysis legem et libros, historiamque universam populi Dei breviter colligit, Baruch. 4, 19, 20, et 2, 1, 11, 28, 29. Daniel oracula Jeremiae legens, penitiores illorum sensus scrutabatur, Daniel, 9, 2. Cyro indicatum fuisse Isaei vaticinium, quo idem ipso nomine designabatur, Josephus, Antiqu. l. 1, c. 4, est auctor. Cum judicialis potestas, apud Judaeos Babylone versantes maneret, Daniel,

(1) Malach. 2, 7: *Labis sacerdotis custodiens scientiam, et legem requirunt ex ore ejus.*

13, 5, destitutos illos legibus Moysaieis, ad quam normam omnis eorum politia dirigebatur, quis credat? Quis sibi persuadeat fieri potuisse, ut Mardochaeus, Esther, Tobias, Ezechiel in libris et gentis suae historiam carerent? Profectò apud Daniele legimus, Susannam legum Moysaearum praecepta edoctam fuisse, latamque in ejus accusatores ex praescripto ejusdem legis sententiam, quippe qui ex Moysis sanctione poenā talionis damnati sunt. Dent. 19, 48.

Unde verò componenti libros Regum et Paralipomenon suppetebant ea, quae in ordinem redigeret, vetera monumenta, si nulla in captivitate supererant? In epistola Artaxerxis testimonium ferri de Esdra, viro assidue legem Dei sui versante, superius animadvertimus, 4 Esd. 7, 14, 25. Cavet insuper idem rex, ut dicto ejusdem legis morigeros se praebeant et iudices juxta legis statuta eligantur; ac tandem ipse de se Esdras testatur, cum Babylone versaretur, parasse cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret, et doceret in Israel praeceptum et iudicium. Inde gloriosum viro cognomen Scribae velocis, seu legem Dei sui callentis. Cum verò ille Hierosolymam repeteret, una secum exempla legis attulit; et post reditum Nehemiae, dixerunt Esdras scriba, ut afferret librum legis Moysi, quam praeceperat Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras legem coram multitudinem, etc. Malachias, omnium Prophetarum ordine temporum novissimus, quippe qui post captivitatem scribebat, populum hortatur: *Memento legis Moysi, servi mei, quam mandavi ei in Horeb. Malach. 4, 4.*

Nehemias, ut superius animadvertimus, bibliothecam Hierosolymam instruxit, in qua nihil desiderabatur omnium, quae ad reges, Prophetas, et David pertinebant, 2 Mach. 2, 13. Circa annum mundi 3872, Joseph filius Ozii ex Hebraeo in Graecum transtulit avi sui Jesu filii Sirach librum, Ecclesiastici nomine inscriptum, in quo legis, Prophetarum, et historiae Judaicae summa colligitur. In eo libro, constitutis optimis quàmpluribus morum regulis, historicum elogium complurium praestantissimorum veteris Testamenti herorum instituitur. Character ibi et epitome exhibetur gestorum Henochi, Noemi, Abrahami, Moysis, Aaronis, Phineis, Josue, Caleb, Samuelis, Nathani, Davidis, Salomonis, Eliae, Elisae, Ezechiae, Isaei, Joelis, Jeremiae, Ezechielis, duodecim minorum Prophetarum,

Zorobabellæ, Jesu filii Josedecl, Nehemiæ, Henochi, Sethi, Sem, Simonis filii Onie summi sacerdotis, ac tandem Jesu filii Sirach auctoris ejusdem libri, et avi illius, qui operis versionem aggressus est. Judas Machabæus bibliothecam instruxit, in qua libros omnes collegit, qui post belli cladem supererant, 2 Mach. 2, 14.

Antiocho demum Epiphane Judæos vexante id factum est, quod alias nunquam acciderat, ut bello sacris Scripturis indieto, exempla omnia igne absumenda, dilaceranda, 1 Math. c. 1 et 2, sive imaginibus deorum appictis violenda, sedulo inquirerebantur. Cum autem Machabæi in Maspha certum indixissent, ibi coram Domino libros sacros à militum furore subductos aperuerunt; datisque ad Lacedæmones litteris, nihil se tot malis afflictos solati nisi in lectione sacrorum librorum capere posse significarunt, 1 Mach. 12, 9. Habebant igitur Machabæi divinarum Scripturarum collectionem.

Versio Græca Septuaginta adornata anno mundi 3727, sive illa omnes æquæ sacros Judæorum libros contineret, uti veterum plerique censuere, Justin. Cohort. ad gent. ; Iren. 1. 3; Tertul. , Apolog. , cap. 18; Clem. Alex. , Strom. lib. 1; Cyrill. Catech. 4, etc. sive tantum quinque libros Moysis, quæ aliis sedit opinio; Joseph. Proem. Antiq. et lib. 12, cap. 3, cont. Apien. ; Hieron. Quest. Hebr. in Gen. Talmudici (nihil ego in eâ re affirmo) illustri satis documento libros Hebræorum jam ante Jesu Christi ætatem Græcis innotuisse demonstrat. Constat autem inter omnes, eâ jam ætate certum fuisse illorum librorum numerum, et quem appellant Ca-

nonem Scripturarum, exactum absolutumque fuisse.

Hæc perpetuâ traditionum et auctoritatum serie docemur, à Moyse ad usque Jesu Christi ætatem semper apud Judæos librorum sacrorum depositum mansisse, ut qui illorum auctorem Esdræ invehunt, pugnantiâ illi planè et falsa constituant. Nunquàm enim apud Hebræos Scriptura desit, neque ut fœdus corrumpatur, sive prorsus supprimeretur, fieri unquàm potuit. Si scripti à Moyse libri ad captivitatem usque manserunt, quid alios proci d jubeat? Si integrum opus manebat, cur in epitomen, quod criticis nonnullis visum est, redigendum erat? Profectò qui operis alienius epitomen adornat, ille repetitiones omnes, quæ tamen apud Moysen frequentes sunt, evitat; semper enim ad ulteriora stylium urget, nullumque parergon miscet. Planè si Mosaicum opus brevare auctor voluisset, poterant Mosaicæ omnes repugnationes insuper omitti. Si quis verò operi manum admoveat, sive correcturus, sive sententiam inversurus, sive denique quidquam subducturus adfecturusque, ausus fuisset, ille certè populi universi furorem in caput suum provocasset. Debuisset ille omnia apud se exempla servare, vel tantà pollere auctoritate, quantà opus fuisset, ut castigationes suas approbaret, recipiendasque curaret omnibus per universum latè orbem dispersis Judæis, exempla servantibus, per Ægyptum scilicet, Babyloniam, Persidem, Mediam, Syriam, Cappadociam, Insulas, Palestinam, cum Esdræ ætate Judæorum gens omnia ea loca frequentaret.

(CALMET.)

AN ESDRAS VETERIBUS CHARACTERIBUS HEBRAICIS

CHALDÆOS SUBSTITUERIT,

Dissertatio.

Quæstio de origine et vetustate characterum, quibus Judæi nostræ ætatis utuntur, viros doctissimos in partes jam inde à pluribus annis, nondum etiam finitâ lite, distraxit. Nec magis inter doctores Hebræos eâ de re convenit, quàm inter eruditissimos Christia-

nos utriusque communione scriptores; adhuc enim inter Protestantes, uti et inter Catholicos, sub judice lis est; et arduum problema, diù multumque exagitatum, in medio relinquitur. Quæ cum ita sint, audaci prorsus consilio sententiam in eâ re nostrum, tan-

quoniam litem dirempturi, ferendam suscipimus, quasi post doctissimas tot amplissimorum virorum locubrationes, qui argumentum planè excussere, addendum aliquid de nostro habeamus. Id ergo potissimum nobis impræsentiarum statuendum est, ut alterum criticis argumentum, huic veluti succedens, in examen revocemus. Agitandum est igitur nobis, utrum Edras eam characterum Hebraeorum, quam contigisse aiunt, mutationem primus iniecerit. Questionem sanè inutilem his scriptoribus, qui eandem scribendi rationem semper apud Judæos obtinuisse contendunt, gratissimam verò contrariæ opinionis assertoribus, qui recentes Judæorum characteres primùm inieceris credunt post abditos veteres Phœnicos, qui apud Judæos ante captivitatem obtinebant, et modò etiam apud Samaritanos Palestinæ vulgari usui feruntur. In hoc autem questionis statu id à nobis præstandum esse, ut in ipso questionis limine utriusque sententiæ momenta afferamus, faciliè lectores intelligent.

Si præjudiciis res ageretur, potius sanè habenda esset illorum causa, qui nunquam apud Judæos mutatam scribendi rationem defendunt. Superba enim gens, ac præter modum superstitiosa nihil nisi sua facit: neque tot seculorum cursus, quo inter cæteras gentes dispersa vagatur, neque persecutionum, bellorum, publicarumque ac privatarum calamitatum vices evincere potuere, ut aliis, præter quàm suis, moribus uteretur. Manet apud illos acceptum à patribus sacrorum librorum depositum, eà planè formâ quâ ab illis traditum est: et cum alias librorum formas usus induxerit, cum ars typographica tedium exscribendi libros eliminaverit, comparata etiam tam promptâ multiplicandi exempla facilitate, cum insuperpunctorum beneficium, quo clarissimi etiam Judæorum doctores uti sunt, et lectionis difficultatem minuerit, et sententiarum vagam ceteroquin significationem magis definiert: nihil tamen sociis sacrorum librorum membræ, manu descriptæ, et uno quidem latere tantùm ac sine punctis vocalibus, in synagogis Judæorum, longo volumine circumvolatæ servantur: imputum rati exemplum sive alienorum manibus descriptum, sive typis excusum, ineptumque, quod in synagoga servetur. Gens igitur adeo præjudiciis suis inhærens, potuissetne id committere, ut vetustis, quibus utebatur, characteribus neglectis, alienos et patribus suis incognitos admitteret?

Fac autem, id superstitio-gentis permiserit: an levis negotii res erat, eo præsertim tempore, quo contigisse vulgè arbitrantur, nempe sobatâ captivitate, cum scilicet navis-verso Oriente Judæi dispersi vagabantur? Judæos quidem in Chaldæâ versantes regionis litteras didicisse, id nullo negotio fieri potuisse damus: sed et paria Judæos, in Egypto, Phœniciâ, Syriâ, insulis, aliisque remotissimis regionibus, quæ per Nabuchodonosorem translati sunt, versantes, uno veluti consensu præstitisse quis credat? Neque enim reputandum est, Judæos et Israelitas decem tribuum simul omnes à captivitate rediisse, unique in patriam convenisse, longissimi enim temporis opus illud fuit, nec unquam omnes redire. Quàm multi enim Hebræorum, avitâ regione semel desertâ, provincias Asiæ, facti nunquàm in patriam reditu, frequentarunt? Hos verò inductam ab Edrâ characterum mutationem ne nôsse quidem, nedùm probasse, credimus. Quin potius faciliè fieri potuisset, ut Edras id molientem, accleris et inexplicabilis librorum sacrorum violationis accusarent.

Profectò si diutissimè in captivitate sine alienâ sæcè linguæ sum puritatem ita Hebræi servare potuerunt, ut Esaias, Esther, Daniel, et Edras ipse, Aggeus, Zacharias, Malachias, in ipsâ captivitate vel paulò post scribentes, non alio quàm Hebræo sermone, qualis ante captivitatem obtinebat, uterentur: eos deinde temerè, sive levissimis de causis pristinos characteres penitus abieceris, vix in animum inducimus. Utrum magis arduum, sermonis puritatem inviolatam, an scribendi rationem pristinam servare? Cui insuper bono characteres mutandi erant? Si sermonis Chaldæici usum necessitas consuetudinis postulabat, poterant Judæi alium utriusque linguæ usum conciliare, alterius quidem in sermone familiari, alterius in religione, ita planè nostrâ ætate constanti consuetudine servant, ut per varias dispersi gentes Judæi vernaculo sermone in commercio, Hebræico in religione utantur.

His argumentis, ex rei æquitate ductis, accedit testimonium vetustissimorum apud Judæos auctorum, qui veteres semper mansisse apud gentem suam characteres aiunt: eosdemque, qui modò obtinent, præcè etiam ætate adhibitos esse contendunt. Quam Moyses sive Deus ipse probavit scribendi rationem, hanc, inquit, non sine scelere inexplicabili

Edras, vir sanctissimus, levissimâ ratione inductus misisset. Laudant in eam rem *Judei* Saeculæ, qui *Missoni* colligit, ipse ipso Origene, primo à Christianis contrariæ sententiæ assertore, vetustius *Gemini* tradunt ambo R.R. *Ellerces*, in Talmude laudatissimâ; quos deinde sequitur turba Rabbînorum in *Gemmarâ*, et *Buxtorfius*, quem duces plures viri doctissimi sibi in eâ re statuerunt. Porro cum de facto agitur, ratio ipsa evadit, ut *Judeis* de suis rebus testantibus major quàm cæteris fides habeatur. Hæc majoris momenti argumenta pro hæc sententiâ producantur.

Hic planè adversa sententiâ nec auctoritatum, nec argumentorum minori pondere statuitur. Litteræ, quibus jamdù utebantur *Judæi*, neque ipsis tantum peculiare erant, neque propriæ. Quam enim *Moyse* in *Ægypto* didicerat scribendi rationem, hæc *Phœnicibus* et *Palestiniis* ante *Josue* adventum familiaris habebatur. Quæ verò nostrâ ætate obtinent apud *Judeos* litteræ, à veteribus *Phœnicibus* litteris seu veteribus *Ægyptiis* planè discrepant: eandem enim ab ipsâ origine fuisse *Ægyptiorum*, et *Phœnicum* scribendi rationem, in *Prolegomenon* *Genesis* demonstravimus. Idem igitur minime sunt veterum ac recentiorum *Hebræorum* characteres. Cum verò *Samaritanorum* litteræ veteribus *Phœnicibus* affines sint, illud statuamus oportet, veterum *Hebræorum* characteres à *Samaritanis* nostræ ætatis non abuisse. Hanc autem litterarum mutationem chin alio tempore opportunitas fieri non potuisse intelligimus, quàm cum solâ captivitate *Judæi* tunc cum *Edrâ* patriam repeterant; idcirco jure meritoque censemus, eâ potissimum ætate veterum characterum mutationem contigisse.

Eato autem, *Ægyptiorum* litteris *Moyse* ætate à *Phœnicibus* planè discrepasse: non idcirco tamen evincit, veterem scribendi apud *Hebræos* rationem *Phœnicem*, vel *Chananicam* fuisse dissimilem. Si enim *Moyse* omni sapientiâ *Ægyptiorum* excultissimus, et in *Ægypto* nutritus, aliis præter quàm vernaculis *Ægyptiorum* litteris lucubrationes suas exaravit, non aliis sanè potuit, quàm *Phœnicibus* uti, quas à patribus suis in *Ægyptum* migrantibus acceperat. Quemadmodum enim illi vernaculum *Chananæorum* vel *Phœnicum* sermonem retinuerunt, ita et litteras eandem nullo negotio servare potuissent. Vides hic nihil referre, eandemque rem nihilominus

colligi, eandemque fuerint *Phœnicum* et *Ægyptiorum* litteræ, an aliæ?

Samaritanas litteras, quales hodie in *Pegetatensibus* *Samaritanorum* spectantur, ipsissimas esse veteres *Phœnicum*, id nemo sane mentis negaverit: id enim satis superque evincit earum collatio. Porro eas litteras, quemadmodum et legem ipsam *Moyse*, non aliunde planè, quàm ex sacerdote israelitâ *Samaritani* acceperunt, sacerdote, inquam, ab *Asarhaddon* rege *Assyrie* ad eos insinuandos missus (vidè 4. Reg. 27, et *Commentarium* in hunc locum), quo tempore res *Judeorum* et *Phœnicum* florentissimæ habebantur; neque aliâ scribendi ratio, quàm quæ ab ipsâ origine, obtinebat. Iterum ergo constitutum habemus *Samaritanos* characteres ipsissimos esse *Hebræorum* ante captivitatem. Alium non videret sacerdos vel *Levita* ad eos populos missus; neque aliter descriptam legem *Moyse*, quàm litteris universæ *Palestinae* familiaribus, habere poterat. *Samaritani* interdum florentissimas gentes, *Hebræos* scilicet ac *Phœnicæ*, pauci ipsi rarique constituti, eorum linguam atque scribendi rationem adoptare, vellent nolent, cogebantur. Semel acceptum morem dimisisse illos, conjecturâ nullâ satis firmâ sive argumento discimus. Manent ergo apud illos adhuc veteres litteræ, eandem cum vetustis *Hebraicis* sive *Phœnicibus*.

Si *Hebræorum* nostræ ætatis characteres alii habeantur à *Chaldaicis*, illud evincitur, scribendi apud *Chaldaeos* rationem, quamvis propius nostra tempora obtinuerit, manentemque non rarè eo sermone lucubrationes, ita penitus interdictas, ut ne fama quidem supersit. Eâ etiam deveniendum est, ut auctores in mediâ *Chaldaea* scribentes, quo tempore litteræ *Chaldaeorum* florebant, aliud sanè à *Chaldaico* scribendi genus adoptarint. Hæc quis ferat? Igitur litteræ apud *Judeos* nostræ ætate familiares ipsissimæ sunt, quibus *Chaldaei* utebantur, cum eandem præ se ferant scripta primitivè *Chaldaicè* volumina, non ea modò quæ in *Chaldaea*, sed etiam in *Judæa* et alibi exarata sunt.

Si quis hoc argumentum retorqueat, regens, *Chaldaeos* quidem et *Hebræos* litteras planè easdem esse; ejus tamen rei in causâ fuisse, quod *Chaldaicus* sermo *Hebraicis* characteribus semper expressus sit, quem olim morem *Abraham*, *Chaldaeos* origine, in posteros, et illi deinceps in successoribus perpetuâ constantique traditione derivarint; his ego

respondeo: 1^o vix in animum induci posse, Isaacum, Jacobum, ceterosque patriarchas, diutius in Chananâ versatos, cujus regionis vernaculum sermonem ipsi adoptarunt, quorum posterius post Josue cum Phœnicis et Chananis commercii consuetudinem habuere, alienam et ignotam eidem regioni scribendi rationem servasse. Si avito patrum suorum sermone neglecto, vernaculo regionis assueverant, cur etiam à Chaldaeo scribendi more, ut ad Phœnicium transirent, non recesserunt? 2^o Quam legem Samaritani ab Judæis habuere, hanc Phœnicis characteribus descriptam, quemadmodum nostrâ adhuc ætate servatur, acceperunt. Illud igitur litterarum genus apud Israelitas erat. 3^o Judæi in hanc sententiam ultrò conveniunt, quorum confessio eò sincerior habenda est, quòd ad occultandam veritatem non modò nullâ utilitate ducantur, verum etiam è re ipsorum fore videatur, si tenebras offundere possent historis, quam hodie probro sibi esse ducunt. Profectò hodie nemo illorum illud aggrediretur, quod olim ab Esdrâ præstitum esse multis probatur, ut nimirum veterem scribendæ legis rationem mutaret; quod facinus esse capite luendum arbitrantur.

Judæi certè vetustissimi ultrò fateantur, post solutam captivitatem è veteri scribendi ratione gentem suam recessisse. Hanc sententiam R. Josue in Mishna adversus Juda sanctum et utrumque Eliezerum defendit, asserens, Hebraicas recentiores litteras Assyrias apud Judæos appellari, quippe quæ ab Assyriâ originem duxerunt. Suffragantur huic R. Mosarra in Gemarra, alter Judæorum doctor, et R. Moses Nachman, qui ante 500 annos florebat. Gemina pariter habent creditissimi omnium Ecclesiæ Patrum, Origenes, Eusebius, et S. Hieronymus, quibus recentiorum criticorum doctissimi accedunt. Refert Origenes in fragmento recens edito à P. Montfaucon, in exemplaribus Hebraicis, sui temporis spectari nomen *Jehovah* veteribus Hebraicis characteribus, aliis sanè à vulgaribus ejus ætatis, descriptum; ferunt enim ait, Esdram vetere scribendi more abrogato, novum post captivitatem substituisse. Idem nec obscure scribit Eusebius, in *Chron.*, ad annum 4740, addens, tanquam omnibus exploratissimum, Esdram, ut omne Judæos inter et Samaritanos commercium prohiberet, abrogatâ veteri scribendi ratione, novam inter Hebræos induxisset. Paria, nec semel nec obiter, et tanquam rem

exploratissimam repetit S. Hieronymus *pref.* in lib. Reg.: *Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantum et aptibus discrepantes.* Addit: *Certum est, Esdram scribam alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus idem Samaritanorum et Hebræorum characteres fuerint.* Eodem etiam S. Hieronymo ibidem teste, ejus adhuc ætate in Græcis exemplaribus nomen *Jehovah* Samaritanis litteris scribebatur; quod et asserunt Eusebius et Origenes. Et in illud *Ezechielis* 94: *Signa Tau in frontibus eorum, tanquam certum consuevit: Antiquis Hebræorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Tau littera crucis habet similitudinem.* Origenes in eundem locum ex testimonio Judæi ad Christum conversi asserit, veterem Tau formam crucis exhibuisse, quod planè consonat cum veteribus elementaribus litteris Samaritanis, typis expressis, in quibus Tau rudem quandam crucem præ se fert. Vide *Palæograph. Græc.* lib. 2, cap. 4, pag. 422.

Ita sententiæ hujus veritas non auctoritate modò veterum Patrum notæ eruditionis felicitur, sed etiam Rabbinarum testimonio, veterumque librorum Hebræorum fide, in quibus Origenis ævo nomen *Jehovah* vetustis gentis characteribus præferebatur. Neque enim Origenes aliorum testimonio, cum hæc asseruit, nititur; sed ipse, vir alloqui eo scientiæ genere excoltissimus, oculis à se explorata memoriæ prædebat. Ita pariter S. Hieronymus minimè cunctabundus, sed certâ asseritione mentem suam prodidit. Res erat igitur eorum Patrum ætate exploratissima, ipsa Judæis non diffidentibus. Ago modò, sententiæ oppositæ momenta expendamus.

Fateamur quidem oportet, Judæos pristinis moribus, ac litterarum legis eâ religione semper inhaesisse, ut si quis hodiè aliquid è characteribus librorum sacrarum mutare aggrediretur, supremum illi discrimen in se provocet. At si ponas 1^o hanc veterum Phœnicum characterum in Chaldaico mutationem nihil in rebus, sed tantùm in aptibus et litteris aliquid innovare; litterarum etiam Chaldaicarum vim, numerum, valorem cum Hebraicis prorsus convenire, ut aliæ in alias mutari integrâ sententiarum fide facillè possint; multò facilius videbitur hujus reformationis negotium, quam si de transformandis Hebraicis in Græcos characteres, quod ab Origene in *Hexaplis* factum est, ageretur, sive substituendis Latinis

pro Hebraicis, quod aliquando pro illis qui Hebraicè nesciunt, solemus. 2^o Judæorum cum Samaritanis similitas vetus erat, et omnium seculorum experimento probata; neque enim unquam inter utrosque populos convenire potuit. Quare non nisi probabiliter credimus, Judæos, cum non possent à veterum characterum possessione Samaritanos deterbare, alienos adeptasse, ne quid commune inter utramque gentem intercederet. Facile politica quædam, vel etiam, si mavis, religionis ratio, quemadmodum Eusebius in loco superius relato innuit, eam mutationem nonnihil juvit. Fortasse enim gentis optimates cū cautione commercium omne cum Samaritanis Judæis abrupte, ne tandem aliquando Samaritanorum consuetudine, communis legis causā introductā, demum Judæi corrumperentur. 3^o Subita quidem characterum mutatio, veteribus, quibus hæc scripta lex fuerat, abolitis, novos incognitos et inusitados substituens privati auctoritate, nunquam in populo superstitionis et veterum consuetudinum studiosissimo induci potuit; sed sensim veluti per gradus inducta mutatio, auctoritate legitimā et viri clarissimi opinione fulta, potuit quietis omnibus introducti; quemadmodum ferme simili exemplo, si apud nos è manibus populi novum Testamentum litteris Gothicis scriptum, et obsoleto Gallico sermone vetustis Caroli V traditum, subduceret, ut luculenta nitida characteribus et puritate sermonis editio substitueretur.

Ferebatur autem animo universus populus Judæus in litteras Chaldaicas, quibus longo usu, cum in captivitate Babylonicā teneretur, in civili ac familiari commercio assueverat. Quid igitur obstarè poterat, quin etiam in usus sacros et in libros Scripturæ adoptaret, cum præsertim Esdras et viri quique in universo populo amplissimi novam librorum sacrorum collectionem, novumque Canonem adornarent; hunc verò Canonem illi instituerent, ut accuratius darent correctiusque sacrarum Scripturarum corpus, Chaldaicis descriptum litteris, notissimis illis, et magis veteri Phœnicum characteribus familiaribus, apud eos potissimum, qui Transeuphrates tenerent?

Neque arduum videbatur, ut recepta illa Hierosolymis mutatio sensim ad Judæos per varias provincias dispersos transfunderetur. Plerumque enim loca, quæ Judæis frequenter, regum Chaldaeorum ac deinde regum

Persidis, quibus tandem Chaldaei paruit, imperio subiciebantur. Quare Chaldaico vel Syriaco sive Aramæo (unus erat idemque) sermone, utpote regis et aulicorum Chaldaeorum et Persidis familiari, utebantur. Hujus erat in commercio per universum imperium usus; eodemque scripta sunt edicta regum Chaldaeorum et Persidis in Daniele, Dan. 2, 4, etc., et 5, 24, 31, 34, et 5, 6, 7, et 1 Esdr. 7, 12, 28, et epistolæ ad eosdem reges, apud Esdras pariter 1, 1, c. 4, 7, 8, relatæ. Ita sese res habuere usque ad Alexandrum Magnum, ceterosque post ipsum reges Græcos, obtinente ubique in Mesopotamiâ, Palestinâ, Phœnicâ, Syriâ, cæterisque Asiæ regionibus plerique sub Persarum imperio, in ipsâ etiam fortasse Ægypto, Chaldaei vel Syriaci sermonis consuetudine, illis saltem in locis, in quibus regii præfecti sedem locaverant. Quibus ita se habentibus, facile Judæi, per universas istas regiones dispersi, inductam publicâ auctoritate à viris in gente suâ principibus reformationem non statim quidem totam, sed sensim, et per gradus, quemadmodum hæc rerum mutationibus fieri solet, adoptarent. Neque ullus sanè Judæus sive Israelita non opportunam sibi hanc reformationem reputavit, quippe cum magis familiaribus descriptis litteris sacræ Scripturæ tum primùm exhiberentur. Cum verò tunc primùm certus librorum sacrorum numerus definiri cõpisset, ac nova sacrorum exemplorum recensio suscepta esset; omnes sanè oblatam sibi occasionem arripere, ut ad normam restituti publicâ auctoritate à viris doctissimis exempli sua quisque corrigerent recuderentque. Simili exemplo nostrâ etiam ætate accidit, ut Christiani avidius librorum sacrorum in vernaculam linguam versiones conquisierint. Minor est autem innovatio, sacros libros, ignoto characteribus antea descriptos, notioribus litteris tradere, quàm ex veteri originali linguâ, populo ignotâ, quæ pluribus ante seculis obtinuit, novam vernaculâ linguâ versionem tradere.

Quamvis autem Propheta Ezechiel, Daniel, et post ipsos Esdras, Nehemias, Aggeus, Zacharias et Malachias purum patrumque Hebraicum sermonem in lucubrationibus suis adhibuerint, ubique tamen apud omnes æquè Judæos captivos Hebraicæ linguæ puritatem retinuisse, nullo argumento probatur. Quammodum etsi in Occidente ad nostram usque ætatem libri Latinis litteris frequentiss

modati fudre, ejusdemque sermonis usum Ecclesia Latina nunc etiam in solemnibus officio relinquit; non inde tamen colligit, ejusdem lingue usum familiariter apud omnes aequè obtinuisse. Quod verò nobis aperto satis argumento demonstrat, populum Chaldaeo aequè ac puro putoque Hebraeo assuevisse, illud est, quòd in Danielem et Esdrà longa supersint fragmenta Chaldaei scripta, nullà subjectà interpretatione. Tandem vix potest in dubium revocari, Danielem, e. g., et Nehemiam, qui suprema quoque auctoritas apud regem gerebant, Chaldaeorum sermonem non ignorasse, quantum lucubraciones suas Hebraicis litteris tradidisse. Uròque ergo callebant: item igitur exteri Israelitae pro cuiusque conditione, quibus commercium cum his gentibus, inter quas vitam agebant, detinendum erat. Quare cum absolutè reseritur, Hebraeos in captivitate detentos Hebraicæ lingue puritatem servasse, ex quo opportunè satis consecutione colligitur, nunquam illos litterarum suarum apices reformasse, illud tanquam certum statuitur, quod maxime dubium, ne dicam falsum, reputandum est; ex quo nihilò melior conclusio deducitur.

Statim igitur veterum characterum apud Hebraeos in novos, Chaldaicos scilicet, mutatione, superest, ut quoniam auctore hæc mutatio contigerit, perquiramus. Hic verò potissimum dissertationis hujus propositum colimabat. S. Hieronymum, Origenem, et Eusebium ejus rei honorem Esdræ vindicasse, supra animadvertimus. Suffragantur inter recentiores critici plerique, qui substitutas Chaldaicas litteras Phœnicis vel Samaritanis contendunt: quare adversus sententiam communem suffragio probatum constantemque pugnare vix ac ne vix quidem posse videtur. At eam quæ fieri potuit, ut Esdras, vir privatæ auctoritatis, excogitatum à se mutationem, sedque auctoritate solummodò inductum Hebraeis omnibus per universum latè orbem dispersis approbaverit? Animadvertite, Esdram non privatæ auctoritatis virum fuisse, neque minimi apud suos nominis; omnes virum venerantur, veluti morum probitate, rerum gestarum gloriâ, et litterarum studiis insignem: cujus nomen apud ipsos profinus clarissimum habebatur: qui summâ munus auctoritate, ab ipso rege Persidis in Judæam missus, ut gentem suam legibus moderaretur, ac in refractarios peccatis animadverteret, 1 Esd. 7, 11, 12. Esdras denique tanquam summus Ju-

dæorum doctor, et divino Spiritu affatus vir apud omnes meritò habebatur. Tantis igitur cum esset, post exactam summâ cum populi approbatione vitam, accedente insuper Nehemiz, cæterorumque virorum principum auctoritate, mirariane, illum novam hæc characterum reformationem in libris sacris persuadere Judæis universis potuisse?

Hieronymus nunquam illud auctoritatis culmen in Ecclesiâ Latinâ, quod Esdras in synagoga, attigit. Hieronymus versionem veteris Testamenti ex Hebraeo adornavit, quæ in re adversarios quàmplurimos nactus est, nec ipse quidem aliam in Ecclesiâ implebat dignitatem, quàm sacerdotis. His tamen nequidquam obstantibus, eadem versio in publicâ Ecclesiæ lectionibus recepta est, sensinque apud fideles consecrata, eò auctoritatis devenit, ut nullo jubente concilio, nullique suprema auctoritate cogente, supra ceteras sola intra brevissimi temporis spatium ferretur. Neque illud modò, sed ita ejus loco vetera exemplaria explosa sunt, ut hodiè vetus integrum nullâ ratione inveniat. Tandem eò devenit, ut postremum generale concilium unam eam versionem authenticam declararit, cæteris novis versionibus abjudicatis. S. Hieronymus, inquam, minori eruditionis famâ, minori auctoritate, et, verbo si venia, minori mentis capacitate, quàm Esdras pollebat; nunquam enim S. Doctor divino Spiritu affatus ad scribendum se consulit; nihilò tamen secus versionem suam Ecclesiâ Latinâ universæ ita potuit commendare, ut cæteris abolitis sola regnaret. Cur igitur Esdras, divino Spiritu affatus, viri sui temporis doctissimo, et prophetiæ dono insigni, non tantumdem tribuamus, ut universæ Judaicæ Ecclesiæ persuadere potuerit levem hæc characterum mutationem, ut integrâ textûs veritate, Phœnicis apicibus novos alios substitueret?

Aliud etiam in eam rem non prætereundum argumentum accedit, quòd Esdræ sensu Judæi, si nunquam aliis, ad eam mutationem recipiendam paratissimi censebantur, ut eam exigere, quin et potius viderentur. Hebraeorum enim quicumque in Transsephratis et Syriæ regionibus versabantur, Chaldaicis litteris et sermoni ita assueverant, ut soli inter eos litterali homines veterem scribendi rationem nossent. Quare si textus notis populo litteris reddebatur, via instruebatur promissus, ut vulgò omnibus lectio et studium legis passeret. Gravi etiam discendi genium litteræ

rem genus onere levatus populus, eodem quo utebatur studio, ut Chaldaicas litteras ob familiare commercium disceret, ipso pariter ad lectionem S. Scripturæ, iisdem descriptis characteribus, juvabatur. Poscebant ergo Judæi, summisque votis hanc litterarum mutationem flagitabant.

Tandem in obscuro licet versetur tota hujus mutationis historia, de qua altum est in S. Scripturæ silentium, neque inter Judæos ipsos de illa astis constat: certam licet ejus rei epocham, et quam multum Esdræ laborandum fuerit, ut consilium suum universo populo persuaderet, ignoremus; facile tamen credimus, neque brevioris temporis rem fuisse, nec operæ; nullaque magis re eam mutationem fuisse promotam, quam insitit Judæorum in Samaritanos simulatio. Quod enim penes Samaritanos esset Pentateuchus veteribus Phœnicis characteribus descriptus, id vel unicum in causâ esse poterat, cur Judæi pristinum scribendæ legis morem deserentes, novum adoptarent.

Ceterum ea quam hactenus statimus renovatio, quamvis nec Esdræ vestigia, nec multò recentior illo credatur, non ita tamen ejus rei certam epocham definire audemus, ut vel minimùm exhibere ab illâ per nos minimè liceat. Neque ita Esdras ejus rei auctor constituitur, ut operam illius non ita statim absolutum perfectumque esset, quin vestigia plurima veteris Scripturæ in sacris li-

bris manserint. Ita Origenis ætate vetera quædam exempla suppetebant, in quibus nomen *Jehonah* vetustis scriptis characteribus exhibebatur; et sub Simone Machabeo excusos nummos priscis Samaritanorum characteribus videmus. Quare eâ adhuc ætate negotium reformationis non adeò processerat, ut nulla veteris scripturæ vestigia manerent. Cujus rei sive illud in causâ esse potuit, quod artificibus Phœnicis, qui nonnisi suas litteras nôssent, Simon ussus sit; sive quod ætati suæ aliquam vetustatis auctoritatem conciliare voluerit, pristinos gentis suæ characteres literarum revocans: quemadmodum apud nostros reges in moribus positum est, ut Latinam descriptionem in nummis excudant, quanquam vernaculus regni sermo alter est à Latino. Quæcumque demum Simoni persuaserit ratio, vix tamen credimus fieri potuisse, ut characteres populo prorsus ignotos in nummis excuderet.

Nihil igitur est cur fateri non debeamus, utilitas Moysi et Hebræis, post captivitatem Babylonicam usquò, litteras fuisse Phœnicas, sive Samaritanas; earumque loco Chaldaicas, populo Chaldaicis et Hebræis et lingue assuetæ minime repugnante, substitutas fuisse in sacris libris, quos Esdras, doctus juxta et pios scriba, Chaldaicè scripsit, recensuit, ordinavit, correxit, principibus gentis suæ viris factum comprobantibus. Quare priscis Phœnicum vel Samaritanorum characteres sensim apud Judæos desinere, ac exarati his litteris libri sacri perire, ut nunquam nisi Chaldaicè vel scriberentur vel legerentur. (CALMET.)

UTRUM ESDRAS FUERIT AUCTOR CABBALÆ

Dissertatio.

Judæi legem distinguunt in scriptam et traditam sive oralem. Illam quinque Libris Moysi contineri: Hanc à Mose voce traditam, et à Mose continuâ successione ad Esdras, ab Esdrâ ad ipsos transmissam. Legem oralem duas in partes dividunt, quarum una pleniorum explanationum præceptorum, et caeremoniarum legis complectitur, à legisperitis et sapientibus diversis temporibus factam, quæ

habetur in *Mischna* et *Genera* Talmudis partibus integralibus. Ad hanc legis oralem partem revocantur etiam traditiones grammaticæ de punctis vocalibus, accentibus, syllabis, et istiusmodi minutis, in quibus *Mašora* versatur. Altera pars, quæ theologia magis est, in altiorum arcanorumque legis mysteriorum cognitionem et explanationem incumbit. Cui *Cabbalæ* nomen indiderunt, quæ vox Hebræis

receptionem significat. Hanc mirum in modum venditant Judæi, quorum illud est in Talmude Axioma: *Verba Cabbalæ expiariuntur legi*. Scripturam, ejusque sensum litteralem comparant candelæ, quæ minime quadrante emittit; Cabbalam margaritæ pretiosæ, quæ accensâ candelâ invenitur. Misticos doctores pharmacopoliis similes esse aiunt, qui pharmaca parant ex medici præscripto, quorum ipsi vires ignorant: Cabbalistas medicis, qui plantarum et mineralium, ac medicamentorum ex iis confectorum vires perspectas et exploratas habent.

Cabbala definitur à Reuklino lib. 1 de Arte cabbalisticâ: Divinæ revelationis ad salutiferam Dei et formarum separatarum contemplationem traditæ symbolica receptio. Nihil aliud esse quàm expositionem sacrorum librorum juxta sensum anagogicum censet Joannes Pius Mirandulanus comes. Judæi quippe, ut Christiani, modum quadruplicem habent Scripturas exponendi. 1^o Litteralem, qui *Pesat* apud eos dicitur. Hunc explicandi modum amplexi sunt Aben-Ezra et D. Kimchi. 2^o Allegoricum, qui ab iis appellatur *Midras*: Unde apud eos *Midras Ruth*, *Midras Thillim*, *Midras Cakalek*, expositiones scilicet mysticæ libri Ruth, Psalmorum, Ecclesiasticis. Hoc genus commentationis amplexi sunt doctores Talmudici, et antiqui auctores *Mechilta*, *Midraschies* et *Rabboth*. 3^o Tropologicum, quem vocant *Sechei*, quo in genere excellit Maïmonides. 4^o Anagogicum, qui dicitur Cabbala: Quem auctor libri *Zohar*; libri *Jetsira*, ejusque commentatores quinque, nempe R. Saadiah, R. Abraham Dior, R. Moses Bar Nachman, R. Moses Botrel, R. Eliezer de Geramissa, et alii sectantur. Nos mysticum sensum generali locutione dicimus, in quo eruendo Cabbala versatur, prout opponitur litterali, adeoque sensum allegoricum, et tropologicum, non minùs quàm anagogicum, modò pervii non sint, sed altiores et arcani, ad Cabbalam pertinentere.

Triplex vulgò Cabbalæ genus Christiani scriptores distinguunt. Primum est antiquorum Judæorum ante Christum, mysticam et arcanam Scripturæ sacræ expositionem continens, non scriptam, sed ore traditam; non omnibus, sed sapientioribus. Huic primus Latinorum operam dedit Joannes Pius comes Mirandulanus, publicòque propositas de illâ conclusiones, et Romæ improbatas, editâ apologiâ defendit. In cabbalisticis libris se

evidisse ait religionem non tam Mosaicam, quàm Christianam. Ibi Trinitatis mysterium, Verbi Dei incarnationem, Messie divinitatem, peccatum originale, angelorum ordines, futuræ vitæ penas, eadem quæ apud SS. Paulum, Dionysium, Hieronymum, Augustinum, quotidie legimus, se legisse testatur. Nullâ fermè de re nobis esse cum Judæis controversiam, de quâ è libris cabbalarum ita redargui revincique non possint, ut ne angulus quidem reliquus sit, in quem se condant. Cabbalam veram et piam vocat Sixtus Senensis, libro 2 Bibliothecæ sanctæ, et ab Ecclesiâ nusquàm damnatam asserit. Plurimùm tamen differt modus tradendi sensus mysticos in Cabbalâ, ab eo quem servant Ecclesiæ Patres et interpretes catholici. Cabbalæ enim verbis obscuris mysteria sua tradunt, ut olim Pythagorei obscuris symbolis mysteria sua efferebant, ut sapientiam ostentent, et clarissimorum ingeniorum excitent curiositatem, vulgique admirationem, quod suspicit quidquid intelligentiâ assequi non potest. At Patres et interpretes catholici, verbis planis et apertis mysticos Scripturæ sacræ sensus exponunt: adeò ut si quæ sit obscuritas, ea non ex modo exponendi, sed ex argumenti sublimitate oriatur.

Secundum Cabbalæ genus, cui recentiores Judæi se totos addixerunt in litteris, punctis, accentibus, et verbis Scripturæ sacræ ludit ex variis permutationibus, combinationibus, abbreviaturis, vel ex litterarum figurâ, aut vi arithmeticâ arcanos sensus et intelligentias extendens. Hujus tres species assignantur, scilicet *Gematria*, *Notaricos* et *Pemuratio*.

Gematria, vox origine Græca, in arte cabbalisticâ significat arithmeticeam litterarum supputationem, quâ dictionum quarundam, quarum litteris idem numerus notatur, unam per alteram explicat. Sic Zachariæ 3, 8: *Adducam servam meum Tsemach* (Orientem), R. Kimchi notat quosdam per *Tsemach* intelligere Messiam: quia inter Messie nomina, quæ à Talmudicis eltribuuntur, unum est *Menachem*, consolator; litteræ autem utriusque vocis et *Tsemach* et *Menachem* eundem numerum reddunt 138. Sic ex primâ voce Genesis probant Deum creasse mundum in lego: quia litteris Hebraicarum dictionum, quæ significant: *In principio creavit*, et: *In lege formavit*, idem numerus exprimitur. Sic ex litterâ *ven* clausâ Isai. 9, 5, 7, annum Nativitatis Messie colligunt, ut videre est apud Galatinum libro 4,

cap. 19, et lib. 7, cap. 12. Hanc Cabbala speciem usui esse posse aiunt Christiani quidam interpretes explicando *Apostasyis* loco cap. 13, ubi cum S. Joannes præmisisset, bestiam, seu Antichristum effecturum, ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habuerit characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis ejus, mox subdit: *Hic sapientia est. Qui habet Intellectum, computet numerum bestie. Numerus enim hominis est; et numerus ejus sexcenta sexaginta sex.* Volunt sanctum Joannem ex litteris Græcis, earumque arithmeticæ significatione intelligendum et conjectandum reliquisse quoddam futurum esse Antichristi nomen. Amplius verò patet eruditis interpretibus divinandum campum, cum ex variis litterarum Græcarum combinationibus is numerus resultare possit. SS. Irenæus et Hippolytus hoc nomen esse *TEITAN* conjiciunt: Siquidem T in numeris apud Græcos 300 indicat, cumque hinc in dictione duplex T reperitur, dant 600. Adde N, 50; I, 10; E, 5; A, 1, numerus resultat 666. Ticonius Antichristi nomen conjicit esse *AAMHETIE*. In quo T, 300; E, 200; H, 30; M, 40; A, 50; I, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus fit summa totalis 666. Arethas Antichristo nomen futurum conjicit, *AATPINOX*. In quo T, 300; A, 200; O, 70; N, 50; P, 50; I, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus numeris simul junctis sit summa 666. Primasius Antichristi nomen esse ait *ANTEMOS*. In quo pariter T, 300; E, 200; O, 70; N, 50; M, 40; E, 5; A, 1. Ex quibus numeris fit eadem summa 666. Plura ejusmodi nomina confecta, in quibus idem numerus reperitur, apud Malvendam nostrum legere est libro 8, de Antichristo, cap. 8. Verum ut certum est numerum nominis Antichristi juxta computationem Græcorum litteris in ipso contentis declarari: ita incertum est quoddam sit id nomen, cum S. Joannes illud non indicaverit. Unde S. Irenæus, lib. 5: « Nos verò, inquit, de Antichristi nomine temerè ac periculose quidquam affirmare nolumus. Nam si huc secundo nomen illius manifestè nuntiandum fuisset, ab illo utique expressum esset, qui Revelationem vidit. » Hunc sancti Irenæi locum descripsit Eusebius libro 5 Historie ecclesiastice capite 8.

Notaricon est, quo per compendium litterarum singule dictionis alicujus litteræ totidem verba significant, quæ easdem litteras initiales vel finales habent. Sic ex primâ Genesie dictione, *Berechit*, colligunt hoc ora-

culum: *Berechit* *rosh Eitotem Schi bejon Ischrahil torah.* « In principio vidit Deus quoddam acciperent Israelitæ legem. » Cujus oraculi singule dictiones incipiunt à litteris vocis, *Berechit*. Sic Machabæos dictos volunt ab initialibus litteris sacre illius sententiæ, quæ habetur Exodi 15, 11. *Mikamaka baalaim Jahova*, id est: *Quis sicut tu inter deos, Domine?* Sic auctor traditionum in libris Regum apud S. Hieronymum, ad illum locum 3 Regum 2, 8: *Habes quoque apud te Semei filium Gera, filii Semai de Bakurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ;* notat maledictionem pessimam apud Hebræos esse *Nimreteth*, quod vocabulum quinque litteris constat, *Nun, Mem, Res, Trade, Thau*: quæ totidem verborum contumeliosorum initiales sunt: *Noeph, Adulter; Moab, Moabitæ; Rotsach, homicida; Tsarrah, leprosa; Tokeba, abominatio.* Quæ omnia à Semei Davidi exprobrata volunt, illum nempe ut adulterii reum, genere Moabitam, usque ex Ruth Moabitide ortum, homicidam et Urim interfectorem, velut leprosum, ac Deo et hominibus abominabilem, urbe, regnoque merito ejici.

Tertia species est *Permutatio*, quæ eodem litterarum numero retento, eas, eodem ordine mamente aliter componunt; vel per certam Alphabeti combinationem cum aliis permutant. Sic, inquit, Jeremiæ 25, vers. 26, cum de rege Babylonis infesta prænunderet Jeremias, nec tutum esset Babylonem exprimere, pro Babel Sesach substituit: *Et rex Sesach dicit post eos.* Quod sanctus Hieronymus in hunc Jeremiæ locum ex Hebræicæ lingue ingenio explicat. Sic Exodi 33, ubi dicitur Israelitico populo: *Præcedet te angelus meus, ex Hebræico vocabulo Malachi per litterarum permutationem colligunt archangelum Michael* fuisse populi Israelitici custodem; quia ex istius dictionis *Malachi* litteris alio modo combinatis fit *Michael*.

Tertium Cabbale genus, quæ practicum vocant, ex litteris ac verbis Scripturæ desertis, et arcanis quibusdam inde elictis, morborum curationem, expulsionem demonum, aliorum id genus miraculorum patratiorem tentat. Cabbala hæc ab arte magicâ nihil differt, eoque nomine execranda est, et ab Ecclesiâ merito damnata. De hoc Cabbale genere aliquid subolfecit Plinius, cum hanc inter magicæ species referat, depravato licet nomine. Artem enim illam Jochabelam vocat, et à Mose ac Judæis arcessit libro 30 Historiæ, capite

primo. Virtute præsertim nominis Dei tetragrammaton miracula illa patrare cabbalisticæ artis peritos aiunt. Et hæc ratione Jesum Christum Dominum nostrum miracula edidisse, Rabbini quidam impiè fabulantur. Narrant scilicet, in Hierosolymitano templo existisse lapidem, cui olim arca imponi solita fuerat, in eoque descriptum fuisse nomen Dei tetragrammaton, cujus ea vis erat, ut quicumque illud didicisset, omnis generis miracula edere posset; veritos ergo sapientes, ne quis ea facultate abuteretur, canes æreos portæ custodes apposuisse, hæc arte fabricatos, ut si quis memorie mandato ineffabili nomine exire vellet, magnis eorum latratibus territus, illius obliuisceretur. Horum itaque gnarum Jesum sacrum nomen in membrana descriptisse, quem in vulnere cruri facto occultavit; sicque egressum templo, membranam extractâ, nomen, cujus oblitus fuerat, iterum didicisse, ejusque virtute tot miracula edidisse. De variis illis Cabbalæ generibus legi possunt noster Sæxus Senensis libro 2 Bibliothecæ sanctæ, Boniferius Præloquitorum in Scripturam sacram, capite 21. Waltonus Prolegom. 8, in Biblia polyglotta; et alij.

His prænotatis, expendendum est, an Esdras auctor fuerit Cabbalæ, aut certè ipsius doctor, quam Moyses à Deo edoctus sapientibus tradiderat, et quæ continuâ successione ad Esdram usque et synagogæ magnæ viros transmissa fuerat.

PROPOSITIO UNICA. — Cabbalæ nomine si sensus mystici in litterali fundati, et ex intentione Spiritûs sancti sub litteræ cortice reconditi, traditionem et intelligentiam duntaxat significet, Moysen et Esdram Cabbalæ doctores fuisse, facili concesserim: ut si hoc nomine artem illam intelligas, quâ Judæi receptivores mysteria ex litteris et earum figurâ, permutatione, aut arithmeticâ supputatione erunt, hujus auctores Esdras vel Moysen asserere temerarium ac ridiculum est.

Prima pars propositionis ex eo probatur, quod apud Judæos, quibus credita sunt aliqua Dei, ut ait Apostolus ad Romanos, 3, et quibus cuncta in figurâ contingebant, non solum sensus litteralis, sed etiam mystici intelligentia et expositio esse debuere secundum Dei providentiam singularem: ut quæ Christum, ejusque mysteria, et Ecclesiam spectant in lege ac Prophetis, nec primariò tamen vocibus, sed rebus ipsis significantur, explicari populo

possent, sive ab hominibus Numine affatis, sive à sacerdotibus et doctoribus. Hanc autem intelligentiam sensuum legis reconditorum, et mysteriorum notitiam Moysen, per quem Deus legem dedit, ab ipso Deo accepisse, et cum Jesue ac senioribus communicasse; hos verò illam transmisisse ad sequentium ætatum sapientes successivè et nusquam interruptâ Traditione, credere par est: alioqui Deus Ecclesiæ suæ in necessariis defuisset. Hæc intelligentiâ præ cæteris excelluisse prophetas nemo sanæ mentis dubitaverit, necnon Esdras à Deo destinatum ut legem, cæterosque libros sacros quodammodò instauraret, populoque exponeret, utpote scriba doctissimus in lege Dei. Sanè cum interpretaretur populo universo verba legis per dies plurimos (2 Esdras 8), non solum sensum litteralem, sed et mysticum ipsum reserasse credere par est, et arcana mysteria Messiam, qui *finis legis est*, spectantia exposuisse; ut eadem Judæorum in Christum venturum excitaret, sine quâ Deo accepti esse, et justificari, atque salvari non poterant.

Confirmatur ex Origene, tomo 6, in Joannem: « Quod si, inquit, Sapiens intelliget quæ ex proprio ore protulerit, in labijs verò portabit animi candorem: Vel necessariò quædam de Prophetis, tanquam non sapientibus (ut qui non intellexerint proprio ore prolata) inconsideratè enuntianda erunt: vel quod celebre est, et verum admittentes (nempe prophetas sapientes esse) fatendum erit, quæ proprio ore protulerint, eos intellexisse, inque labijs gestasse animi candorem; et perspicuum est Moysen mentis acie legis veritatem, historiarumque apud se scripturarum allegorias juxta analogiam vidisse. Imò Jesus veram distributionem factam post destructionem novem et viginti Regum intelligit, cum magis quàm nos conspiciere posset, quas veritates adumbrarent res à se gestæ. Quin perspicuum etiam est Isaiam, mysterium sedentis in throno, et duorum Seraphim, et alarum, ipsiusque altaris, et forcipis, et operimenti faciei, et pedum, quod faciebant Seraphim, vidisse. Rursus Ezechiel Cherubim, et ipsorum iter, et firmamentum super ipsos, et sedentem in throno vidit; quibus quid gloriose sublimisquet Et ne singulatim prosequens in longum protendam sermonem, volens ostendere viros perfectos in superioribus ætatibus non minis cognovisse, quàm qui à Christo revelationem habuerunt, quippe cum his ille idem qui Apostolos docuit, cultus Dei

« mysteria abscondita retexerit, adhuc paucis
« additis iudicandum legentibus relinquam, et
« considerandum de hisce rebus quidquid vo-
« lunt. Nam, inquit, in Romanorum, Paulus,
« Epistolâ: *Et autem qui potest nos firmare se-
« cundum Evangelium meum, iuxta revelationem
« angelicam, quod temporibus sempiternis est ta-
« citum, manifestatum autem nunc per scripturas
« propheticas, per apparitionem Domini nostri
« Jesu Christi. Si enim Apostolis manifestatum
« est mysterium per scripturas propheticas,
« olim tacitum, et Prophetæ intelligebant, quæ
« proprio ore proferebant, quia sapientes es-
« sent, profectò quæ Apostolis manifestata sub-
« ere, etiam Prophetæ intellexerunt. Ad hunc
« igitur modum neque Apostolos sapientiores Pa-
« tribus, vel Mose, vel Prophetis dictari sumus:
« Hisque præcipit, qui discitis ob virtutem su-
« pernis apparitionibus, vel representationibus
« divinis, et revelationibus gradum mysterio-
« rum digni fuere haberi. »*

Confirmatur secundò ex S. Hilario, Enarra-
tione in psalmum secundum: « Erat, inquit,
« jam à Mose antea institutum, in synagogâ
« omni septuaginta esse doctores. Nam idem
« Moses quamvis Veteris Testamenti verba in
« litteris condidisset, tamen separatim quæ-
« dam ex occultis legis secretiora mysteria
« septuaginta senioribus, qui doctores deinceps
« manserunt, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam
« Dominus in Evangelis meminit: *Super cache-
« dram Moysi, inquit, sederunt Scribæ et Pha-
« risæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis
« servate et facite: Secundum verò facta eorum
« nolite facere.* Doctrina ergo horum in poste-
« rum, quæ ab ipso Scriptore legis accepta, in
« hoc seniorum et numero et officio conser-
« vata est. » Septuaginta Interpretes recon-
« ditioris illâ Scripturarum interpretandarum
« scientiâ instructos fuisse, addit S. Hilarius.
« Illi itaque seniores libros hos transferentes,
« et spirituales, secundum Moysi traditionem,
« occultarum cognitionum scientiam adepti,
« ambigüe lingvâ Hebraicâ dicta et varia quæ-
« dam ex se nuntiantia, secundum virtutes
« rerum, certis et propriis verborum signifi-
« cationibus transtulerunt, doctrinæ scientiâ
« multimodam illam sermonum intelligentiam
« temperantes. »

Propositionis pars altera ex eo probatur,
quòd ars cabballistica, prout à recentioribus
Judæis accipitur, sit merus in sacris Scriptu-
ræ verbis loquax, observationesque cabballista-
rum plerumque omnes rugæ sint ingeniorum

hominum, sæpè ineptæ, sæpè impie et super-
stitiosæ: adeoque Mose, Eadrà, aliisque à Deo
effatis hominibus indignæ. Mysteria quidem in
ipsis litteris quandoque à Deo inclusa sunt,
quandoque in vocibus solitariè sumptis. Sic
Tav Exechielis 9 mysterio plenum est, utpote
Dominicæ passionis signum, ac nota salvande-
rum. Sic A et N, Apocalypsis ultimo, quibus
significatur Christum, sive quæ Deum, esse
principium et finem rerum omnium; sive quæ
hominem, esse primum omnium sanctorum,
et principium omnis sapientie in cæteris,
per vitæ et passionis suæ merita: esse etiam
finem, ad cuius illustrandam gloriam refertur
sanctitas omnium electorum. Sic triam illa-
rum dictionum à prodigiis illâ manu in pa-
riete scriptarum (Danielis 5) *Mase, Thekel,
Phares*, id est: *Numeravit, appendit, distulit*,
quælibet mysterium significat, integramque
vaticinium continet. Bolissari regi Babylonia-
rum funestum, ut Daniel ibidem explicat:
*Mase, Numeravit Deus Regnum tuum, et com-
plevit illud. Thekel, Appropinquavit et in statera, et
inventus es nihil habens. Phares, Divinum est
regnum tuum, et datus est Media et Persis.*
Sed hæc cum gematâ, notario, et permuta-
tione litterarum cabballisticâ commune ni-
hil habent. Siquidem illa divina sunt: hæc
humani artis inventa, illa ex Dei ordinatione;
hæc ex fortali litterarum combinatione. Illa
ex Dei nutu; hæc ex humani ingenii lusu, ut
sit in anagrammatismis. Unde ex iisdem lit-
teris initialibus eodem in ordine manentibus,
aut ejusdem dictionis omnibus litteris aliter
dispositis, dictiones formari possunt contra-
rios sensus reddentes. Quod Æsopi Fabulato-
ris exemplum probat, qui cum in veteris ædi-
ficii ruinas cum hero suo Xantho incidisset,
has litteras in marmoræ columnâ exaratas A.
N. A. O. E. T. X. ingeniosè ac feliciter explicuit
hunc in modum: *Ανοδος προετα τειχεα ισχυει
ισχυει θεοεργον χρονον.* A nota numeralls est,
quatuor significans, quòd sit quarta in Alpha-
beto Græco littera. Unde ipsam τειχεα signifi-
ficare intellexit. Αβυρρουν γραφς quatuor cum
federis, *ινενεια θεαγαρων αυρι.* Secundum so-
lertem Æsopi conjectationem decessit humo,
inventoque thesauro, cum avarus dominus
totum sibi vindicaret, monuit Æsopus aliud
iisdem litteris præcipi, nempe: *Qui auferentia,
discedentes dividite quem non invenistis thesau-
rum αυρι.* Verùm cum thesauri partem sibi do-
bitam festivo illo ingenii lusu, sæpius vim ad-
monitionis habente, ab ingrato hero obtinere

non posset, indicavit *Æsopus* aliud iisdem litteris exprimi mandatum, cui parere teneretur; scilicet: *Redde regi Dionysio quem teneant thesaurum auri*. Simili ratione, ex his ipsis litteris, ex quibus Cabalistæ magna mysteria per gematriam, notaricon, aut permutationem erueri se gloriantur, quilibet aliud, et fortè contrarium ab hominibus ingeniosè ludentibus colligi posset. Ars itaque cabalistica incerta est, vana, et nugax; adeoque Moysi, Esdræ, aliisque à Deo afflatis hominibus injuriam faciunt, qui hujus artis inventores aut doctores illos fuisse contendunt.

Præterea, tantum abest ut Cabala ad Scripturæ sacræ intelligentiam, et ad fidei dogmata probanda vel illustranda viam aperiat, ut potius ad Scripturæ divinæ fideique corruptionem tendat: siquidem Cabalistæ, neglecto sensu litterali, ingenii sui figmenta, speciosasque nugæ, pro magnis mysteriis, veroque Scripturæ sensu venditant. Unde cabalisticæ illæ interpretationes quibusdam etiam Judæorum magistris paulò magis cordatis non probantur. Ex illis Aben-Ezra, Præfatione in Legem, tales interpretes noctuis assimilât, « qui in litteralis sensu splendore cæci sunt, in « mysteriorum tenebris perpicaces. » Et Rabbincum illud axioma profert: « Textus sacer « non egreditur de manibus simplicis et litteralis sensus. » Et Commentar. in Genesim, cap. 14, ait: « Scriptura non loquitur gematricè, sed verba intelligenda sunt prout sonant. » Temerarium igitur et ridiculum est, Moysen, Esdræ, aliosve Spiritu Dei afflatos homines Cabalæ auctores vel doctores asserere.

Tertiò, cabalisticæ artis novitatem probat veterum silentium, Josephi Judaicarum Antiquitatum vernaculi vindicæ, Philonis Judæi, qui cum in Allegoriis totus versetur, de arcanis illis Cabalæ nihil omninò habet; Origenis, qui tot Judæos de rebus Judaicis consulit, qui de Traditionibus Judaicis toties verba fecit, præcipuè libro 4, *Περὶ Ἀρχῶν*, cap. 2, qui sensum allegoricum Scripturæ sacræ ubique sectatur, de Cabalæ mysteriis se aliquid novisse nullibi indicat; 5. Epiphani, qui Judæis parentibus natus, et jam adulescens christianam Religionem amplexus, capè de Judæorum sectis ac traditionibus, quas *Ἀσκητικαὶ* vocant, agit Hæresi 13, 14, 15, 16 et seq. Hæresi 25, et 42, et in Responsione ad Epistolam Pauli et Acacii; aliasque hujusmodi *Ἀποκρίσεις* Moesi, alias Akibæ, quasdam Addæ Sæcæ Judææ, nonnullas Hasmonæis tribui refert: mirabilis illius

artis, scilicet Cabalæ à Moysè, vel Esdrâ traditæ, aut librorum de illâ editorum nusquam meminit. S. Hieronymi, qui Judaicarum traditionum toties mentionem fecit, toties eas explicuit, toties Judæos præceptores condixit ut eas addiceret, tot annis in Judæâ et Syriâ commoratus est, et tamen de Cabalâ et libris cabalisticis nihil usquam habet. Commentario quidem in caput 25 Jeremiæ explicans illa verba: et rex Sesac habet post eos, notat Sesac positum esse pro Babel commutatione litterarum Alphabeti Hebræis familiari, sed ex Cabalæ arcanis id non eruit S. Hieronymus, neque prophetam arte cabalisticâ id fecisse innuit, sed ex linguæ Hebræicæ proprietate et usu. Ait enim: « Quomodo Babel intelligatur « Sesac, non magnopere laborabit, qui Hebrææ « linguæ parvam saltem habuerit scientiam. » At Cabalæ mysteria intelligere non ita facile est. Unde Elias Levita, in *Thesbite*, se non posse hanc sapientiam sufficienter exponere, et ob pravitatem suam non attigisse istam sapientiam, et scientiam sanctorum proficitur. Denique Cabalæ propriè sumptis nulla in Talmude, in Midraschim, in antiquis illis Judæorum libris memoria, nullum vestigium occurrit. Dixi, Cabalæ propriè sumptis: nomen enim Cabalæ nunc à Judæis tribus modis sumitur, ut observat Morinus libro 2, Exercitat. 11, cap. 5, § 11. Primò pro traditionibus, quas vocare solent *Tora Bekalpe*, legem oralem, quæ Talmude continetur; imò totum Talmud nihil est aliud quàm lex oralis scripta. Secundò pro Rabbiorum et doctorum à Moysè ad hæc usque tempora successione, de quâ Cabalæ specie R. Abraham Levita, et Ghedallias scripserunt, librosque suos de Cabalâ inscripserunt, ille *Livrum Cabalæ*, hic, *Catenam Cabalæ*. Hæc Cabalæ species ad primam aliquo modo refertur. Nihil enim in ea agitur, quàm doctorum historia qui legem oralem docuerunt, et aliis tradiderunt. Tertiò Cabalæ dicitur, doctrina quedam mystica, ex variis nominum divinorum combinationibus, et resolutionibus, litterarum Alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem *Sepharæth* sive Dei attributis variè inter se comparatis, orta et eruta, quæ præ cæteris libro Zohar continetur. Cabalæ hoc tertio modo sumptis nulla in Talmude mentio, nulla in Midraschim, nulla in antiquo ullo libro memoria, nullum vestigium. Nec enim hujus rei vestigium voco grammaticas subtilitates, quæ rarissimè in antiquis eorum libris occurrunt. Hoc enim fert

linguarum genus, quæ litteris Alphabeti sui utuntur, numerorum et sipharum loco. Sed quando quid ejusmodi facient, sensum moralem simpliciter inde eliciunt, non in mysticos et tenuissimos alii ejusdem farinae insitos divagantur. Hæc Morinus.

Obijciatur, Esdræ septuaginta libros cabalisticos Dei jussu et afflatu scripsisse, cum solis sapientibus communicandos: Moysi verbò arcanam hanc sapientiam à Deo traditam in monte Sinai, et ad Esdræ usque traditione transmissam, qui primus illam scriptis predidit. Id ex libro 4 Esdræ, cap. 14, compertum esse, ubi Deus de horum arcanorum revelatione Moysi facti ait: *Revelans revelatus sum super ruben, et locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Ægypto, et misi eum de Ægypto, et adduxi eum super montem Sinai, et detinebam eum apud me diebus multis, et enarraui ei mirabilia multa, et ostendi ei temporum secreta et finem; et præcepi ei, dicens: Hæc in palmam facies verba, et hæc abscondes.* De Esdrâ verbò postquàm libros quatuor supra ducentos jussu Dei quadraginta diebus scripsisset, subditur: *Et factum est cùm complerent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti in palmam pone, et legant digni et indigni: nonisimæ autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vera intellectus, et sapientie fons, et scientie flumen.* Horum Exemplaria librorum magnis impensis à Judæis redemit Joannes Picus Mirandulanus comes, ut ipse testatur.

Respondetur, librum apocryphum idoneum ad faciendam fidem non esse. Libros autem Esdræ 3 et 4, ut apocryphos ab Ecclesiâ rejici jure meritoque, cùm fabulis scateant. Unde S. Hieronymus Præfatione in Esdræ et Nehemiam ad Domitianem et Rogatianum, scribit: *«Nec quemquam moveat, quòd unus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertii et quarti somnia delectetur; quia et apud Hebræos Esdræ Nehemique sermones in unum volumen coarctantur; et quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor sensibus sunt, procul abijcienda.»* Et libro adversus Vigilantium: *«Tu vigilans dormis, inquit, et dormiens scribis, et proponis mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdræ à te et à similibus tuis legitur..... Quem ego librum nunquàm legi. Quid enim necesse in manus sumere, quod Ecclesiâ non recipit?»* Quamvis ergo Clemens Alexandrinus libro 3 Stromatum, auctor Operis Imperfecti

in Matthæum inter S. Joannis Chrysostomi opera editi, Homiliâ 34; S. Ambrosius libro de Bono Mortis, cap. 11; libro 2, in Lucam, libro 2 de Spiritu sancto, cap. 7, Oratione de Obitu Satyri fratris, et Epistolâ 58, ad Oronianum, quartum librum Esdræ velut canonicum, et ab Esdrâ afflatum Spiritu sancto scriptum agnosceret, illum nihilominus Ecclesiæ judicio præsentem rejicimus, quæ duos tantum Esdræ Libros in Canonem admittit, ut constat ex Origene in Expositione primi Psalmi, referente Eusebio libro 6 Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 25; concilio Laodicæno, Canone ultimo, S. Gregorio Nazianzeno in Carmine ad Seleucum, S. Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphaniô, Hæresi 8, et libro de Mensuris et Ponderibus, cap. 28, S. Hieronymo locis mox laudatis, S. Augustino libro 2, de Doctrinâ Christianâ, cap. 8, et libro 15, de Civitate Dei, cap. 25; Innocentio I, Epistolâ ad Exuperium Tolosanum episcopum; concilio Carthaginensi, canone 47. Gelasius cum Synodo Romanâ unum Esdræ librum canonicum agnoscit, quòd Esdræ et Nehemias libri in unum volumen compingerentur; et ne pluribus recensendis inutilem operam collocem, sacra synodus Tridentinâ sessione 4, in canonicorum librorum Indice librum duntaxat Esdræ primum, et secundum, qui dicitur Nehemias, adscribit. Quod ergo liber quartus Esdræ narrat de libris quatuor et ducentis ab Esdrâ intra dies quadraginta conscriptis, et de libris septuaginta ex eo numero cum solis sapientibus communicandis, ad fabulas amandetur.

Quod spectat Mirandulanum comitem, fumes ipsi Judæus aliquis venditavit, ipsique illis, adscripto veteribus membranæ Esdræ scribæ et synagoge magnæ principis nomine, ut grandem ab illo pecuniam emungeret. Nec mirum, quòd fraudem passus sit felicissimè cæteroquin ingeni, comes, quem juvenilis ætas, et sciendi cupido immensa imposturis hujusmodi nimis credulum effecerant. Nondum enim vigesimam quartam ætatis annum exegerat cùm Apologiam suam scripsit, in quâ de libris illis hæc habet: *«Hi libri apud Hebræos hæc tempestate, tantâ religione coluntur, ut neminem liceat nisi annos septuaginta natum attingere. Hos ego liberos non medio cri impensâ mihi cùm comparissem, summâ diligentia, indefessis laboribus cùm perlegissem, vidi in illis, testis est Deus, Religio nem non tam Mosaicam, quàm christiani»* etc. (NATALIS ALEXANDER.)

TIRINI VITA.

TIRINUS (Jacobus). Jesuita, Antuerpiæ natus anno 1588, Scripturæ sacræ professor, primariæ domûs Antuerpiensis superior, totiusque in Hollandiâ Jesuitarum familiæ director, magnum apud omnes nomen adeptus est, editis in libros sacros Commentariis sapientis prælo recensis, 2 vol. in-fol., quæ magni sunt his, qui, neglectis sexuum variis lectionibus, lit-

teræ sensui investigando potissimum incumbunt, juxta Patrum commentatorumque communem interpretationem. Illud opus sequitur *Index controversiarum*, egregiè methodo rerumque soliditate conspicuus.

Obiit P. Tirinus die 14 juliæ an. 1636, ætatis 58.

AUGUSTINI CALMETI IN TOBIAM PROLEGOMENON.

Liber Tobiam nomine inscriptus utrumque Tobiam habuit auctorem; vel saltem illi monumenta reliquerunt, quibus adhibitis recenditor aliquis auctor librum exaravit, omnibus serè phrasibus priorum scriptorum servatis. Tobias pater semper in primâ personâ loquitur in exemplaribus Græcis, Syriacis et Hebraicis, à primo usque ad quartum libri caput. In Græco et Hebraico capite 12 (1) legimus, Raphaelem illis imperasse, ut totam hanc historiam litteris traderent; et in capite 13 (2) eorundem textuum legimus scriptum à seniori Tobia canticum, quod statim ibidem subditur. Qui verò librum exaravit, quandam suo marte animadversionem subdidit, et in exitu postremi capitis adjecit: *Completis quæ nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierant eum. Omnis autem cognatio ejus, et omnis generatio ejus, in bonâ viâ, et in sanctâ conversatione permanens, ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, et cunctis habitantibus in terrâ. Hoc probabilissimâ viâ sunt inter ea quæ de auctore libri feruntur. Estius persuasum habet, librum hunc primò post captivitatem Babylonicam scriptum esse, quòd in eo clariùs exprimitur dogma de viâ aeternâ et beatitudine cap. 2, v. 18, et cap. 11, v. 9 (3). In quam*

etiam rem facere videntur nomina Gabriel et Michael, uti et nomina mensium, quæ omnia à Babyloniâ derivata Jadal in Bereschit Rabbâ

La mort de Tobie le jeune est de l'an 622 avant l'ère chrétienne. La captivité de son père commença sous Salmanassar, en l'an 718. Or le livre de Tobie était traduit en grec dès le premier siècle de l'ère chrétienne, puisqu'on le trouve cité à la fin de ce siècle par des Pères grecs et latins. Saint Ambroise, saint Hilaire, saint Cyprien eurent le livre de Tobie comme inspiré par l'Esprit saint; ils le qualifient d'écriture prophétique. Saint Irénée nous apprend que, de son temps on le regardait comme un livre prophétique, sans doute à cause des prédictions qui se trouvent dans les deux derniers chapitres. Origène, dans sa lettre à Africainus, dit que le livre de Tobie était mis par les Juifs, ainsi que celui de Judith, au rang des livres apocryphes, c'est-à-dire des livres qu'ils tenaient cachés, mais que les Eglises chrétiennes en faisaient usage dans leurs assemblées; et dans sa septième homélie sur le livre des Nombres, il les compte entre les Livres sacrés avec celui d'Esther. Saint Clément de Rome, saint Polycarpe, saint Basile, saint Jérôme, saint Augustin, etc., citent tous le livre de Tobie comme un des livres canoniques; enfin, dès le quatrième siècle, il a été placé dans le catalogue des livres sacrés, par un concile d'Hippone et par le troisième de Carthage. Voltaire a donc fait une bêtise grossière qu'il a mise sur le compte de savants qu'il n'a eu garde de nommer.

Si ce livre, traduit par saint Jérôme, sur un exemplaire chaldéen, n'est point dans le canon des Juifs, c'est qu'ils ne le recouvrèrent qu'après le temps d'Artaxerxès sous lequel fut clos le canon de leurs livres sacrés; mais les Juifs ne le regardent pas moins comme une histoire véritable.

(Duclos.)

(1) Ibi legitur v. 20: Γραψας τετρα τα ευαγγελια εως της τελους.
(2) Cap. 13, v. 1: Kai Tobias epistole proscritus est apocryphus.
(3) Voltaire prétend que, selon les savants, le livre de Tobie n'a été écrit que neuf cents ans après la dispersion.

et Talmud docent. Sed hæc æquè illi færent, qui scriptum sub captivitate liberum arbitrati sunt.

Frustra quis cœternæ aggrediatur, ea quæ h utroque Tobia scripta sunt, ab illis quæ libri auctori debentur; omnia enim unâ styli, rerum et animadversionum serie constant. Ferunt duodecim priora capita ad patrem, reliqua ad filium pertinere: duo postremi verus ad collectorem sine controversiâ spectant. Cùm verò in variis ejusdem libri textibus modò fusiores, modò breviores cùm orationes, tùm narrationes occurrant, si quæ à scriptoribus speris pluries recensitum opus asseruerit, mutatis vocibus sententiisque, nihil tamen historiam fidem labefactantibus, unoquoque pro eo quo agitur spiritu, per me licet. Id facillè quis intelliget, inspectis variis locis, quæ nos sedulo in commentario annotavimus.

Si duo Tobiam librum adornarunt, in Assyriâ sive Medorum regione versantes, id quod certum esse censetur, illos vernaculo regionis sermone, nempe Chaldaico et Syriaco usos esse credimus. S. Hieronymus, cùm casu exemplar Chaldaicum nactus esset, autographum dubio procul esse existimavit, statimque Latine vertendum suscepit, ministerio usus hominis ejus linguæ peritissimè, quo Hebraicè librum reddente, S. Hieronymus Latinis litteris actum excipiebat. « Quidquid illi mihi Hebraicè verbis expressit, inquit ad Chromatium et Heliodorum, hoc ego, accito notario, sermone Latinis exposui. » Hæc Latina versio modò obtinet, cui divina auctoritas per concilium Tridentinum asserta est. Simplissima est omnium, et maximè perspicua, alienis incertisque narrationibus libera, quibus suspensio aliquid induci posse videatur. Absent proinde ab omni corruptionis notâ, cui ceteræ editiones, nisi statim observabimus, obnoxie sunt.

Vetustissima omnium quæ supersit, versio Græca reputanda est, cujus sive tempus sive auctor ignoratur. Neque Josephus, neque Philo Tobiam norant, vel saltem de illo nihil memorie prodiderunt; nihil etiam de eâ in scriptis Apostolorum: plura tamen apud veteres christianos auctores. Hanc historiam uno consensu receperunt Pseudo-Clemens in Constitutionibus Apostolicis lib. 1. § 5 et 7, S. Polycarpus Epist. ad Philipp., S. Clemens Alexandrinus lib. 4 Strom., ceterique tam Græci tum Latini Patres et scriptores. Verus Latina

versio, olim ante S. Hieronymum obtinens, ex Græco adornata, sola ante sanctum doctorem canonica habebatur. Hucius Demonstr. evang. prop. 4, de libro Tobie, n. 4, hanc Græcam versioem ceterarum maximè puram et archetypè consentientem judicavit (1). Cur tamen S. Hieronymus novam versionem à Chaldaico aggressus est, quam à Græco non uno in loco recedere noverat (2)? Cur S. Augustinus in Speculo novam hanc S. Hieronymi versionem prætulit, cùm ipse antea veteri vulgatæ ex Græco versioni assueverit (3)? Cur tandem Ecclesia Latina pro versione S. Hieronymi sententiam tulit, quam in disputationibus de religione unicè canonicam haberi jussit (4)?

Summam debere fateremur reverentiam versioni Græcæ, Patribus primarum seculorum probatæ, cui nostræ etiam ætate à Græcis primæ deferuntur. Eò pariter collinare scimus argumenta pro auctoritate libri Tobie, ex testimoniis scriptorum ecclesiasticorum et conciliorum ante S. Hieronymum deductâ, ut hujus libri Græcè scripti, vel in Latinum ex Græco traditi auctoritatem commendent. Non est tamen cur idcirco Græcus textus, seu vetus Vulgata, versione S. Hieronymi potior habeatur: hæc enim claritate, puritate, diligentia ceteris præstat (5). Ex quibus fontibus versionem suam derivavit S. Hieronymus, scimus; unde verò Græca, ignoratur (6). Neque enim

(1) Eandem sententiam tenuerunt Prideaux doctor Anglus, et Houbigant. (Editores.)

(2) Idem responderi poterat, quod ab ipso Hieronymo, præfatione in librum Josue, scilicet, non in reprehensione veterum nova cadere. Vult Hieronymus Chaldaicum suum exemplar Latinis hominibus antea ignotum, quale esset, exhibere. (Houbigant.)

(3) Huic interrogationi querat ipse Calmet ex Augustino responsionem. (Houbigant.)

(4) Respondetur quia, cùm tale Ecclesiam Latinam factum est decretum, jam intererat antiqua versio Tobie, ex Græco facta. Quippe Vulgata novam authenticam habet Ecclesia Latina pro ceteris Latinis editionibus, ut ait concilium Tridentinum, non autem præ editione, aut versione Græcâ, quam ab ipsa Ecclesia inenutabilis pro authentica habitam, noluit certe Ecclesia Latina non amplius esse authenticam. (Houbigant.)

(5) An clarior et purior sit, eruditiorum judicium est. Sed quoniam pacto hæc poterat, Calmet videri fæderi, cùm non haberet Chaldaicum exemplar, ex quo facta est, neque ullam aliam Chaldaicam illius codicis versionem? (Houbigant.)

(6) Non negat ipse Calmet, ortam esse ex Chaldaico fonte Græcam versionem; sed hoc vult dicere: ignoramus quis interpret converterit Græcè Chaldaicum exemplar. Hic verò congeditur; neque tamen propterea in-

ad versionem Septuaginta spectasse crediderim cum à Canone Hebraeorum liber absit, lauderique veteres Iudeos scriptores Josephum et Philonem. Ita pariter à versione Theodotionis aliena est, cum à S. Polycarpo, Theodotione ipso vetustiore, laudetur. Post Septuaginta adornatam ex eo demonstratur, quod illud Genesios 2, 18: *Faciamus ei adiutorium simile sibi*, ex versione Septuaginta laudet. Quædam etiam in libro Sententiarum occurrunt, totidem ferè verbis in Daniele, c. 4, v. 24, in Ecclesiastico cap. 3, v. 23, et c. 17, v. 13, et c. 29, v. 16, quin et in Evangelio passim recurrentes; ut illa: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*; ex quibus tamen nihil de ætate scripti operis iure meritoque colligitur; fieri enim æquè potest, ut sive libri auctor à Daniele, Ecclesiastico et Evangelio aliquid hauserit; sive horum librorum auctores à Tobia excerpserint; sive denique S. Spiritus eodem omnibus dictaverit. Suspiciamus ergo, eam versionem Iudeo Hellenistæ, qui Chaldaeo exemplari usus sit, accepto referendam; cum tamen in eâ versione adornandâ libertas, quam quod interpreti permittitur, vagatus sit, novam ex Chaldaeo procedere S. Hieronymum decrevisse.

Vetus Latina versio, olim ante S. Hieronymum obtinens, cujus aliqua apud veteres Patres supersunt fragmenta, varia in variis exemplaribus erat. R. P. Martianus integrum ejus exemplar ex autographo MS. bibliothecæ S. Germani Præfatus nobiscum communicavit, satis quidem illud Græcæ ex Romanâ editione consentiens, dissensiens tamen in multis; modò enim narrationis series contractior, modò prolixior exhibetur; plura præterit, quæ in Græco et Vulgatâ leguntur; plura addit, frustra in illis querenda: quâ conjecturâ intelligimus, sive adornatam esse versionem ex Græco à cæteris diverso, sive ejus auctorem minus litterarum servire voluisse. Barbaro stylo etiam exarata est, et summam Latine linguae corruptionem exhibet: quin et nomina propria quandoque corrupta. Ita cap. 11, v. 29, pro Sennacheribo legit *Altarim*, et pro Nabath *Nasib*. Insinuare videtur, Sennacheribum, ex

certain est fons Græcæ versionis, quia ejus incertus auctor. Is auctor fuit Iudeus quidam Hellenista; utrum ille Iudeus nimis in convertendo licentiâ usus fuerit, quod criminatur Calmet, nemo hominum, qui vivunt, scire potest, cum nemo sit hodiè, qui Chaldaicum aliquod Tobie exemplum viderit.

(Houbigant.)

Judeâ reducem, in urbe Charan sive Nacharim neci traditum fuisse. Legimus etiam ibidem, Amosam oracula fuisse Bethleemi; denique duo postrema libri capita, et duodecimi partem omittit.

Ut specimen hic aliquod variantium inter Græcas versiones et Chaldaeam exhibeamus, animadvertendum ducimus, in capite primo Græcas versiones innuere (ut quidem credimus) peculiarem fuisse aram, super quam primitiæ omnes deponerentur, sive quæ à fructibus terræ, sive quæ à gregibus pendebantur. Ibi legitur v. 7: *Ἐπὶ τῷ θυνοερῶν κέντρῳ τῶν προσφύτων*. Capite 3, 11, loquens Sera inducitur impio planè sermone; sese enim loquos præfocaturam esse clamat, nisi infans lethi morere mortem parentibus suis se inducturam timeret. Scribunt capite 6, 14, puellam Saram à demone adamatam. In annis vitæ utriusque Tobie referendis, et in præscribendâ cæcilitatis senioris Tobie periodo, Græcæ variant à Vulgatâ. Gabelum depositi loco pecuniam à Tobia accepisse, eamque sigillo ejusdem Tobie in sacculis munitam restituisse Raphaeli narrant, cum Vulgatâ mutui nomine acceptam à Gabelo summam disertè habeat. Saram eisdem die ad soterum pervenisse, quâ Tobias junior à capitale futurum fuisse Raguell, si filiam suam Tobie nuptam tradere detrectasset. Nihil illæ de tribus noctibus continenter ab utroque conjuge exactis; convenisse aiunt ante iter cum Raphaelo de mercede solvendâ, unus nempe drachmæ in singulos dies, adjectâ quotidianâ annonâ, et præmio confecti feliciter itineris; denique tanquam historiæ parergon addunt vicinitudinem Amani historiam, quem acerrimum Iudeorum in tetrum deinde carcerem conjectum, et supplicio traditum narrant, educto à tenebris Achlacharo necessario Tobie, et ad summas dignitates everso. Nihil sanè hæc additione putidius, cum historia Amani multò seriùs post captivitatem Babylonicam et obitum utriusque Tobie contigerit. Plura vide in Commentario. Docemur autem his omnibus, Græcis Hellenistis et fidem et diligentiam in ejus libri versione defuisse (1).

(1) Ab illis exemplis hoc unum probat, decedere Græcam ab hodiernâ Latinâ, sive ab Chaldaico eo codice, ex quo Latina facta est; non probat, eandem decedere ab altero illo codice, unde sumpta est, qui codex ab Hieronymi codice in multis discrepabat.

Ex his autem exemplis vellem omisit Calmet duo quædam: unum scilicet, quod sum-

peut est ex capite 5, versu 2; alterum ex capite ultimo, versu 10. Nimirum in priore contextum Græcum incusat, quod dicit Sara, se laqueo finitimum fuisse vitam suam, nisi timeret, ne sui parentes, hoc audito, morerentur; cum tamen Græca dicant: *Dehinc sed dâ, siâ et suffocaretur*, vel, ut nos convertimus, *dehinc pensâ evocata et, nec proferat* Sara verba hæc plena impietatis: *Ego laqueo vitam finirem*. In posteriore exemplo, ubi narratur, Aman fuisse in carcerem coniectum, nihil videtur Calmet factum fuisse inconsultis, quam hæc de libro Esther in librum Tobie interpolare: qui quidem ipse consultis fecisset, hæc de alio Aman intelligere, neque Achicharum, pro Mardochæo habere, quam tollere ex Græca versione, sine ullâ auctoritate, versum unum totum, eundemque bene longum.

(Houbigant.)

Le père Houbigant ne pousse pas plus loin ses réponses aux objections de dom Calmet. Ainsi il laisse sans réplique les autres reproches que dom Calmet fait à cette version grecque. Essayons de les apprécier. Dom Calmet observe donc qu'au chapitre 4, verset 6, cette version semble dire qu'il y avait un auel exprès pour y présenter toutes les prémices de ce que la terre ou les animaux produisaient. Il faut avouer que la ponctuation du texte favorise ce reproche; mais le père Houbigant, qui n'en dit rien dans sa préface, en parle dans ses notes, et observe très-bien que cette faute ne doit être imputée qu'aux copistes qui ont mal ponctué le texte. On y lit: *Et dabam eis (primitias et decimas) sacerdotibus filiis Aaron ad altare omnium frugum. Decimas dabam filiis Levi, etc.* Transportez ce point plus haut, et lisez: *Et dabam eis sacerdotibus filiis Aaron ad altare. Omnium frugum decimas dabam filiis Levi, etc.*, et il n'y aura plus de difficulté. Il n'y avait point d'auel particulier pour les fruits de la terre; mais on offrait la dîme de ces fruits; et voilà ce que dit Tobie: Je donnai la dîme de tous mes fruits: *Omnium frugum decimas dabam*.

Dom Calmet attribue à la version grecque de dire que le démon avait de l'amour pour Sara. C'est au chapitre 6, verset 14. *Demônem diligit eam*. Mais dom Calmet même répond à cela dans son commentaire sur ce texte, où il fait remarquer que c'est le jeune Tobie qui dit cela, en parlant suivant l'opinion vulgaire de ce temps-là. Dom Calmet prétend qu'on ne peut soutenir en aucun sens que le démon ait eu de l'amour pour Sara; mais en même temps il convient que le texte grec raconte simplement l'opinion qu'en avait le jeune Tobie, conforme au préjugé du peuple, sans pour cela l'approuver ni prétendre nous obliger à le croire. Pour justifier la version grecque, il suffit de remarquer qu'elle ne fait en cela que rapporter les paroles de ce jeune homme.

Dom Calmet observe que la version grecque est fort différente de la Vulgate dans le nombre des années des deux Tobie, le père et le fils, et que dans la durée de la cécité du premier, le grec dit simplement que Tobie avait cinquante-huit ans (ou, selon d'autres exemplaires, quatre-vingt-huit) lorsqu'il perdit la vue; que huit ans après, il la recouvra; et elle

ajoute qu'il mourut âgé de cent cinquante-huit ans, et son fils à l'âge de cent vingt-sept ans. La Vulgate dit que Tobie vécut quarante-deux ans après avoir recouvré la vue; qu'il mourut âgé de cent deux ans; qu'il avait cinquante-six ans lorsqu'il perdit la vue, et qu'il la recouvra à soixante; que son fils mourut âgé de quatre-vingt-dix-neuf ans. Le père Houbigant abandonne ici la version grecque, et préfère la Vulgate. Il suppose donc que les copistes grecs se sont mépris sur ces nombres; mais comme nous n'avons point l'original chaldéen, nous ne pouvons discerner si la méprise s'est glissée dans le grec ou dans le latin. Nous reviendrons sur ce point dans la dissertation sur la chronologie de l'histoire de Tobie; et nous y ferons voir que la Vulgate même réclame en faveur de la version grecque, lorsqu'elle dit que le fils de Tobie vit avant de mourir la cinquième génération de ses enfants. Il serait difficile qu'il eût pu parvenir jusqu'à quatre-vingt-dix-neuf ans; au lieu qu'il pouvait y être parvenu à cent vingt-sept.

La version grecque veut, dit dom Calmet, que Gabélus ait reçu l'argent de Tobie comme un simple dépôt, et non pas comme un prêt; et qu'il ait rendu à Raphaël les sacs cachetés comme il les avait reçus de Tobie. Le père Houbigant dans ses notes observe que la circonstance des sacs cachetés donne lieu de croire que c'était un dépôt, et non pas un prêt. Ce qui a fait naître l'idée du prêt, c'est que la Vulgate dit que Gabélus était pauvre lorsque Tobie lui donna cet argent: *Cave... Gabélus egenum videret*. Ce seul mot *egenum* forme ici la seule différence essentielle entre ces deux versions; car, du reste, la Vulgate ne dit point que Tobie eût prêté cet argent à Gabélus, mais qu'il le lui avait donné, *dedit illi*; ce qui peut s'entendre d'un dépôt comme d'un prêt. Elle dit qu'il le donna sous l'obligation signée de Gabélus, *sub chirographo*. Si la version grecque n'en parle point ici, du moins elle dit ensuite, comme la Vulgate, que Tobie le père donna ce billet à son fils en l'envoyant vers Gabélus, et que Raphaël le rendit à Gabélus. Si la Vulgate ne parle pas des sacs cachetés, du moins on y voit comme dans le grec, qu'il ne s'agissait que de présenter le billet, pour recevoir aussitôt l'argent; et qu'en effet dès que le billet fut montré, l'argent fut rendu. Cela ressemble bien à un dépôt. Saint Jérôme n'avait pas vu lui-même de ses yeux dans l'original chaldéen le mot *egenum* qui seul forme ici la difficulté; il s'en était rapporté à ce Juif qui lui disait en hébreu ce qu'il prétendait voir dans le chaldéen, et ce qu'il entendait peut-être mal. Le témoignage de ce Juif sera-t-il suffisant pour convertir en prêt ce que toutes les autres expressions de latin même comme du grec présentent comme un dépôt (*)?

(*) Le père Houbigant et l'abbé de Vence ont ignoré tous deux l'usage des Orientaux de compter l'argent par *fourres cachetés*. Qui ne sait qu'à Constantinople et dans tout le Levant on compte par *fourres*? Il est hors de doute que l'argent que Tobie donna à Gabélus, le rogant dans le besoin (*cave Gabélus egenum videret*), était un prêt; car, à qui peut-il venir

La version grecque veut, dit dom Calmet, que Sara soit arrivée chez Tobie le père le même jour que le jeune Tobie son époux. La version grecque ne dit pas que Sara soit arrivée le même jour; mais notre version latine dit qu'elle n'arriva que sept jours après: *post septem dies*; et c'est ce que la version grecque ne dit pas. Dom Calmet, dans son commentaire, insiste encore sur ce que, selon le grec, Tobie le jeune ne s'était séparé de Sara son épouse, que lorsqu'il fut près de Ninive; au lieu que, selon la Vulgate, il s'en sépara lorsqu'ils furent arrivés à Charan; mais il convient que ce ne peut pas être la ville de Charan en Mésopotamie sur l'Euphrate, trop éloignée du chemin de Ninive à Ecbatane. C'est donc un autre lieu dont la Vulgate exprime la position en ces termes: *quæ est in medio itinere contra Ninivem*. Dom Calmet suppose que cela signifie, lieu où l'on rencontre à la moitié du chemin vis-à-vis de Ninive, à moins qu'elle ne fût en même temps vis-à-vis et près de Ninive, comme ce bourg situé près de Jérusalem et dont Jésus-Christ parlait en disant à ses apôtres: *Ite in carcerem quod contra eam est*. Allez à ce bourg qui est vis-à-vis de vous. Alors l'expression *medio itinere* ne signifierait pas la moitié du chemin, mais le milieu du chemin, le chemin par lequel il fallait passer pour aller à Ninive. Alors la version latine se concilierait avec la version grecque; et le jeune Tobie n'aurait quitté son épouse que lorsqu'il fut près de Ninive. Si le retard de sept jours paraît supposer une distance plus étendue, le nombre de sept n'est peut-être qu'une faute de copiste; il n'en faut peut-être compter que deux; et d'ailleurs cette circonstance ne se trouvant marquée que dans la version latine, n'a encore d'autre garant que le témoignage de ce Jülf qui dictait en hébreu ce que saint Jérôme écrivait en latin. Cette circonstance suffirait elle pour rejeter la version grecque?

Cette version veut encore, dit dom Calmet, qu'il y aurait eu peine de mort contre Raguel, s'il n'eût pas donné sa fille pour femme à Tobie. Dans son commentaire, il suppose que, selon cette version, l'ange dit au jeune Tobie que Raguel est obligé de lui donner sa fille sous peine de mort selon la loi de Moïse. Mais la version grecque ne dit point cela. Le père Houbigant suppose qu'elle dit: *Scio Raguelum non esse futurum alteri viro contra legem Moïsi, ne morte dignus videatur*. Mais ce n'est point encore là le sens du grec. Il ne faut point ici confondre *axà tō vîpou*, contra legem, avec *axà tō vîpou*, secundum legem; ce sont deux sens opposés; et le grec dit très-bien ici, *axà*

dans l'esprit de donner à garder son argent à quelqu'un parce qu'il est fort pauvre? Il est vrai que la somme fut payée aussitôt que Raphaël eut présenté le billot. Cela ne prouve point que Gabriel tenait l'argent seulement à titre de dépôt; mais qu'il le contraignait qu'ayant fait valoir la somme empruntée, il se trouvait dans l'aisance, et en état de satisfaire son créancier dès première demande. (Drach.)

tō vîpou, secundum legem. Dom Calmet l'a fort bien compris, et ce n'est pas en quoi il se méprend. Le père Houbigant le traduit lui-même en ce sens au chapitre 6, verset 15, *juxta legem Moïsi*. Dom Calmet ne s'est donc point mépris sur cela. Mais il suppose que la version grecque rapporte à cela ce qu'elle dit de la peine de mort; et parce que la loi de Moïse ne prononce point cette peine en pareil cas, il accuse la version grecque d'attribuer à la loi de Moïse ce qu'elle ne porte pas. Il suppose que, selon la version grecque, ce serait Raguel qui encourrait cette peine. Le père Houbigant dans la version grecque suppose aussi que c'est Raguel qui est en risque de mort; et dans sa note il observe que la loi de Moïse ne prononçait point peine de mort contre celui qui épousait une femme hors de sa famille ou de sa tribu, et qu'en effet ce parent de Ruth qui refusa d'épouser Ruth sa parente, ne fut point condamné à mort; que si donc il y avait alors chez les Israélites une loi sévère, elle devait être plus récente et peut-être établie pour empêcher que les Israélites, enlevés de leur patrie, n'épousassent des femmes étrangères. Mais le parent de Ruth n'était pas dans le cas de Raguel; et d'ailleurs en vain se fatiguerait-on ici pour justifier cette version d'avoir dit ce qu'elle ne dit pas. Les paroles de l'ange sont ici visiblement relatives à ce qui était arrivé à tous ceux qui avaient épousé Sara; ils avaient été frappés de mort, parce que, selon la loi de Moïse, elle était réservée pour Tobie son parent; voilà précisément ce que dit la version grecque à la lettre: *Scio quod Raguel nullo modo dederit eam viro alteri, secundum legem Moïsi, quis debet mori*. Je sais que Raguel ne la donnera jamais à aucun autre homme, selon la loi de Moïse, et qu'il n'encourt la mort; non Raguel, mais tout étranger à qui il la donnerait; non que la loi de Moïse prononce cette peine, mais parce que, selon la loi de Moïse, étant seule héritière de son père, elle doit épouser Tobie, son parent, et que par cette raison Dieu ne permettra pas qu'aucun autre vive avec elle. Il n'y a rien là qui ne soit digne de l'ange, et que par conséquent la version grecque n'ait pu dire.

Dom Calmet reproche encore à celle-ci le silence qu'elle garde sur une circonstance fort édifiante marquée deux fois dans la version latine; ce sont ces trois nuits passées dans la continence par Tobie et Sara les trois premiers jours de leur mariage. Selon la Vulgate l'ange donna ce conseil à Tobie, et Tobie l'exécuta; la version grecque ne dit ni l'un ni l'autre; mais elle ne dit rien de contraire; et tout ce que l'on peut en conclure, c'est que les exemplaires variaient, et que les uns supprimaient des circonstances exprimées dans les autres, en sorte que loin de récuser l'un par l'autre, il faut comparer les deux, et, s'il est possible, les concilier. Il est facile de le faire pour des textes qui ne se contredisent point.

Dom Calmet observe encore que, selon la version grecque, avant le départ du jeune Tobie, on convint de donner à Raphaël une dragme par jour pour son salaire avec la nourriture, et quelque récompense par seroit au retour du voyage; et cette circon-

Hebraicum hujus libri exemplar non unum habemus (1); sed illud de omnibus statuendum, neque archetypus esse Tobie textus, neque versiones ante Jesu Christi ætatem ex archetypo adornatas. Certior factus fuerat Origenes, libros Tobie et Judith in sua lingua legere Judæos, eosque inter apocryphos rejicere, atque adeo post Esdræ, clausumque jam ab Esdrâ Hebraicarum Scripturarum Canonem, scriptos. Istud verò Hebraicum Tobie exemplar, de quo Origenes, ipsissimum fuisse exemplar Chaldaicum, quo S. Hieronymus usus est, suspicamus; nullum enim Hebraicum Tobie exemplar S. Hieronymus laudat; quod sanè nunquam ab eo commissum iri credimus, siquidem aliquod in eâ lingua scriptum superfuisset. Chaldaica lingua pro Hebraicâ frequenter usurpatur in libris recentioribus scriptis, ex quo Chaldaicus sermo pro Hebræo puro apud Judæos obtinere cepit. Quare suspicamus, exemplar Hebraicum Tobie ipsissimum esse Chaldaicum S. Hieronymi.

Quod specialiter ad textum Hebraicum ejusdem

tance s'y trouve encore rappelés au retour du jeune Tobie. La Vulgate au dit rien de cela, mais elle ne le contredit pas; et dès lors il est facile de la concilier avec la version grecque. On vient de voir qu'elle dit ce que le grec ne dit pas; et tel on voit que ce qu'elle ne dit pas, le grec le dit. Ainsi l'une supplée au silence de l'autre, sans que pour cela l'une puisse faire rejeter l'autre.

Enfin dom Calmet dit qu'on peut remarquer dans la version grecque diverses autres altérations; et de tout cela il conclut que l'auteur de cette version n'a pas en toute la fidélité et l'exactitude qu'il devait avoir. Les différences que nous venons de discuter ne paraissent pas suffisantes, pour appuyer le reproche d'inexactitude et d'infidélité contre une version qui a toujours été reconnue pour authentique dans l'Eglise grecque, et dont la version latine même était reçue également dans l'Eglise latine avant celle de saint Jérôme. Pour bien juger du mérite de ces deux versions, il faudrait avoir le texte chaldéen que nous n'avons pas.

Jean Albert Fabricius croit que la meilleure édition grecque que nous ayons du livre de Tobie est celle qui fut publiée par Jean Drusius à Franeker en 1591 avec des notes; c'est celle que Fabricius a suivie dans la traduction latine qu'il a donnée de ce livre.

(Bibla de Venetia.)

(1) Ut valde mirer, quæ vel ignorantia, vel impudentia Britannum illum doctissimum Bellarminum, vel doctrinæ potius catholicæ hostem, Calvinianum Vitiacum subierit, dùm scribere ausus est: *Namque in Græco et Latino Tobias legitur*. Hoc enim ab ipsis etiam hæreticis abjicitur, falsi damnatur, Fagii, Munsteri, Genevensis editionis Vatabli, vel postis Baduello et Drusio.

(Serrarius.)

libri à Sebastiano Munstero et P. Fagii variis temporibus publici juris factos, nos, tanquam exempla seu versiones recentissimas ex Græco vel Latino adornatas, libenter ab utroque quomodoque divagantes, habendos esse credimus. Editio Hebraica Fagii versioni Septuaginta magis accedit, accuratior et castigatior est, quam Munsteri. Accipe aliqua posterioris hujus variantia. Tobias martirium à Gabelo accepit, veluti pignus et cautionem restituenda ad nuntium pecunie, quam depositi loco idem Gabelus acceperat. Jeremum laudat prophetam, qui post Tobie obitum floruit. At, relata à Tobie maculam non statim elui potuisse in regione profana et impia; uti in Israelitica potuisset: quasi scilicet relata ex contactu cadaveris macula etiam in terra Israelis statim expiaretur. Tobiam ante viginti annos pecuniam suam Gabelo dedisse; obolum pro diurnâ Raphaelis mercede assignari: obolum ne nomine quidem Assyrii norant. Tandem in eâ versione plures deprehenduntur, nec levis momenti, additiones; multæ etiam plura omitti. Ita in capite 12 omnia desunt à versu 10 usque ad 20, totumque caput 14, integerlibet liber sit, id quod constat ex his verbis in fine appositis: *Benedictus Dominus in æternum, Amen, amen. Finit liber Tobie filii Tobie. Laus Dei.*

Hebraicum exemplar à Fagio vulgatum magis Græco accedit: omnia ferè servat, quæ nos ex Græco annotavimus; addit tamen quædam, uti de tertio decimarum genere quod à Tobie Hierosolymam allatum, in templi restorationem impendebatur; id autem nullâ legis sanctione præcipitur. Innuere etiam videtur capite 9, 9, Raphaelem anulus diei itineris à Bages Echataa venisse, id quod Hebræo Munsteri repugnat, hisse iter eas urbes statuenti. Capite 1, legimus, Tobiam senilem, postquam à Sennacherib gratia ceciderat, iter Elymaidem versu instituisse (Alemaniam textus, sed nos corrigendum Elymaidem ex fide Græci textus censemus). In eâ regione sita erant Echataa, quæ etiam Elymais appellabantur. Legimus pariter capite 5, genealogiam Azarias, qui pater Tobie cum Hierosolymam itineris socium exhibebat, quæ in Græcis quidem, in Syriacis, aliisque editionibus ex Hebræo, non verò in Vulgata occurrit. Hic etiam cæ urbs, quæ Tobias et Azarias primâ itineris nocte pervenerunt, Laodicea appellatur. Tandem meminit maxime captivitate, post extensionem secundi temporis futura; quam

deinde secuturæ est universi Israelis libertas, restitutio Hierosolymæ, templique in majorem amplitudinem et magnificentiam, quin unquam in posterum templum evertendum deserendumque sit. Quæ ista captivitas, nisi maxima illa tot jam annorum serie tolerata, quam inani spe solvendam denique Judæi sibi blandiantur?

Hæc, olim episcopus Abrincensis, Hebraicum Tobie manuscriptum servat, quantum ab utroque hoc, de quo mox egimus, planè diversum, multò tamen Munsteriano similis. Versio Syriaca ad Græcam admodò accedit, ut sive altera ex altera, sive ambo ex uno eodemque archetypo adornatæ videantur. Variantia tamen utrinque leguntur, nec levia. Sed ubi non? E Græcis ipsæ exemplaribus non uno in loco plura dissident. Fabianus Justiniani persuasum habet, textum Syriacum, sibi olim in bibliothecâ Medicâ Romæ visum, aliquibus in locis à Polyglottis Anglicis discrepantem, à Tobî seniore in usum Chaldæorum et Judæorum descriptum fuisse; textum verò Chaldæicum, Latine à S. Hieronymo versum, Tobiam filium auctorem habuisse: quare duo ejusdem historię archetypa statuenda sunt, Chaldæicum et Syriacum; quorum primum Latina versio, secundum Græca præ se ferret. Sed quorundam his eadem historia exaranda fuit, semel à Tobî seniore Syriacè, iterùm ab juniore Chaldæicè? An illorum vetate Chaldæicum et Syriacum eloquium distinguantur? Ad hæc, cum Syriaca versio eadem menda, quæ Græca, præ se ferat, versio esse ex Græco, mendosa plenè et minòs securata, jure meritoque reputanda est.

Non duo, sed tria Tobie exemplaria admittit Serarius, Chaldæum nempe, junctâ simul opèrâ ab utroque Tobî jussu angeli scriptum; et gemina alia Hebræica, à singulis exarata. Suspecta tamen est tot exemplarium unius ejusdemque historię, nullâ ferè necessitate, multitudo. Multiplicanda potius fuerant ejusdem archetypi exempla, quin ter eadem historia conscriberetur. Sola etiam exemplarium, uti quidam autumant, Hebræicorum lectio satis persuadet, ea quæ archetypa Hebræica Serarius appellat, non nisi meras putasque versiones esse à Græco sive Latino recentissimè adornatas, et liberis, pluribus ad arbitrium adjectis, quam interpreti liceat, excurrentes. Editio Constantinopoli delata Græcum exemplar præ se fert, cui ferè in omnibus adheret. Germana à Munstero vulgata Latino textui

inhæsisse videtur, quem tamen pluribus adjectis interpolavit. Sola ejus lectio versione Hierosolymitanâ recentiorum esse abundè demonstrat.

Laudat interdum Fabianus Justiniani versionem quandam Arabicam sibi communicatam à Victorio Maroniti, in Universitate Romanâ professore. Ea nunquam lucem vidit, sed referre dicitur Vulgatam, quasi ambo ex uno eodemque exemplari expressæ sint, nisi fortè, quod malumus, è Vulgatâ ipsâ adornata sit.

Liber Tobie deest in Canone Judæorum (1), non secus ac in vetustissimis sanctorum librorum catalogis. S. Hieronymus in præfatione ad Tobiam scribit: « Arguunt nos studia Hebræorum, et impugnant nobis contra suam « Canonem Latinis auribus ista transferri. » Inter canonicos sacrosque libros non legitur apud Melitonem, Origenem, concilium Laodi-

(1) Verùm quia versionum istarum auctores non omnino certis argumentis demonstrantur, venerit fortasse culpam in mentem, neque certam esse hujus libri totius auctoritatem: sed tantam tantummodò, quanta istorum auctorum exploratio est, probabilem scilicet, quæ respici tamen, contemnique possit. Secus tamen habet res. Alioquin, eadem profectò machinâ, multos gravissimosque divini operis codices quæstioni oportebat. Quis enim exploratè certeque asseverârît, quinam sint Josim, Judicum, Ruth, Paralipomenon, Esther, aliorumque quorundam scriptores? Quis, si Tò cum quibusdam non admittas, eorundem, et Isaiæ, Jeremiæ, cæterorum prophetarum Græcos interpretes? Quæ Equè D. Matthæi et Marci Evangelium ab ipsis editum, et Græcè quis id convertit? Veri quædam similia tradunt plerique omnes, quæ credendi necessitatem afferant, nulla sunt. (Serarius.)

Cum hic liber non fuerit inscriptus in Canone Judæorum, causa hæc probabilis offerri potest, quod eum Judæi, qui in Babyloniâ fuerant, nondum cognovissent, cum ex captivitate redierant, et Canonem suum fecerunt. Neque mirum videri debet, librum Tobie fuisse Babyloniis Judæis aliquandiu ignotum, cum et res continet is liber, quæ unam Tobie familiam, non totam gentem, spectant, et pauci primùm fuerint, ob eam causam, ejusdem libelli codices. Adde, eos codices fuisse servatos longè à Babylone, nempe Ecbatani in Mediâ, quò recesserat junior Tobias. Narrat Tobias pater, se, regnante Sennacherib, non habuisse in Mediâ eundi licentiam; verisimile est, Judæis quoque in Babyloniâ captivis non datam fuisse eandem licentiam; imò non licuisse illis, qui in Mediâ erant, de priorè captivitate, ire Babylonem, quia postquam res fuerant in Mediâ paciores, ut prædixerat Tobias pater, multa bella existerunt Medos inter et Assyrios, atque admodò interclusa fuerunt Judæis, utroque in regno captivis, commercia codicum et litterarum.

(Hobgiant.)

cenum, S. Athanasium (1), S. Cyrillum Hierosolymitanum, catechesi 4, S. Gregorium Nazianzenum carmine de veris Scripturis, S. Epiphanium de Ponderibus et Mensuris, S. Hilarium in Prologo Psalmorum (2), et S. Hieronymum (3). Hunc librum recentiores quidam (4) non satis verentur: quorum aliqui (5) in eam venerunt audaciam, ut non veram historiam, sed piam fabellam, et dirigendis moribus idoneam esse arbitrentur, ubi gemini Tobie personam exhibeant probi parentis ac filii morigeri, quorum vicibus plangantur premia, quæ Deus largitur bonorum operum exercitio, elemosynæ præsertim et sepulture mortuorum (6).

Quamvis autem hic liber in priorem Judæo-

(1) Epist. Fest., et in Synopsi.

(2) Qui tamen observat, libros Tobie et Judith ab aliquibus in Canonem referri: « Qui- busdam autem visum est, inquit, additis Tobie et Judith, viginti quatuor libros, secundum numerum Græcarum litterarum, connumerare. » (Natalis Alexander.)

(3) Prolog. Galeat.: Tobias et Pater non sunt in casore; et Præf. in libb. Salom., Judith et Tobie..... Legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit. (Calmes.)

(4) Epist. Helargi ad Erasmus.

(5) Paulus Fagius.

(6) Respondendum est doctori Anglo Prideaux et cæteris partium ejus viris doctis, qui, cum fateantur librum Tobie et à Judæis et à Christianis haberi ut veram historiam, tamen ab eo libro quendam allegant, quæ ipsis fabulæ esse videantur: exempli causa, fecisse angelum sub formâ humanâ cum Tobie filio longum iter, et finxisse se esse Azariam; interfecisse demonium Saræ septem maritos; postea pulsum fuisse fumo jecoris et cordis, et ab angelo in superiore Ægypto ligatum; sanatos fuisse felle piscis Tobie patris oculos. « Illa fidem habere, inquit Prideaux, maxime esset credulitas, quippe hæc similiora sunt fabulis Homericiis, quam sacris historiis. » Angelum fecisse cum Tobie filio longum iter, doctori Prideaux non magis fabulosum poterat videri, quam angelum, cum Abrahamo apparuisse, iussu Sodomæ, apud Lot diversatum fuisse, cum eodem Lot filibusque ejus et uxore iter fecisse usque ad urbem Sopor; hæc enim omnia utrobique ferè similia sunt. Movetur doctor Prideaux auctoritate libri Genesis, ut quæ de angelo cum Lot iter faciente narratur, vera esse crederet, non autem contra auctoritatem libri Genesis argumentabatur, hæc videri similia fabulis Homericiis; ergo idem facere debebat in libro Tobie, non verò ex eo quod fabulosa quædam videbantur, argumentum petere contra rei narratæ veritatem. Caput erat, infirmare ipsam libri Tobie auctoritatem, aut certè istarum, ut ipsi videbatur, fabularum. Neutrum præstant qui cum doctore Prideaux sentiunt. Non negant, jam inde à Polycarpo, Joannis Evangelistæ discipulo, annuunturatum fuisse Scripturis sacris librum Tobie; neque etiam ullum antiquum

rum Canonem, libros solummodò Hebræo scriptos continentem, non cooptetur; quamvis Patres, qui solum Hebræorum Canonem tenendum esse censuerunt, nullum illi locum

scriptorem allegant, qui nos doceat, additas fuisse ad librum Tobie istas fabulas itineris angeli cum Tobie. Enimverò pertinet hoc iter ad ipsam libri modellam; quo itinere delecto, delendus esset totus liber, vel potendus à capite ad calcem fabulosus.

Idem dicendum de cæteris admirabilibus rebus, quæ hoc libro memorantur. Sed enim nos juvat primùm querere ex eis, cum quibus pugnamus, quidnam eis videatur dici oportere fabulosum. Nobis quidem sic videtur, fabulosum vocari quod vel fieri non potest, vel potest, at factum fuisse sine auctoritate affirmatur. Nunc queritur quidnam memoraretur in libro Tobie, quod existimandum sit tale. Nihil tale est, 1^o quod habet in sacris codicibus sua exempla; 2^o quod cum ratione humanâ non pugnat. Prioris generis est iter angeli cum Tobie, ut antea diximus; ejusdem etiam generis est cura angeli de salute Tobie, et simulatio personæ humanæ, et cum Tobie colloquium, et pugna cum demonio, et odium demoniorum adversus homines justos et angelos bonos; hæc enim habent in aliis sacris libris similia exempla. Videndum igitur, num alia quædam cum ratione humanâ pugnare videantur.

« Primò pugnat, inquit, mentiri angelum bonum. » Atqui non mentiri ex eo probatur, quod formam sumpserat non qualicumque hominis, sed Azariæ illius, qui erat filius Ananise, quique apud Gabelum fuerat diversatus; nam potuit angelus mutuari nomen suum ab eo, cujus formam indiderat. Non querebat ex angelo Tobie pater, an esset homo, an angelus; itaque non deceptus angelus Tobiam, non docens se esse angelum, sed ei satisfacere scire cupienti, an illo suo fidus comes esset futurus, dum se talem finxit esse, qualis erat Azarias; cui Azarias non dubitasset Tobiam committere filium suum, si eum ad manum habuisset.

« Secundò pugnat, inquit, demonem, qui corpus non habet, diligere pulchram puellam. » Jam responsum est ab interpretibus, hoc dicere ex famâ vulgari juniores Tobiam, atque hoc ipso argui posse ejus credulitatem, non verò historiam fidem; quæ responsio plusquam satis est. Sed tamen vereor ne nimium incautè judicemus de naturâ demoniorum, menti humanæ ferè non notâ. Vide, si juvat, apud Calmet, cap. 6, exempla quædam, de quibus ait Augustinus: *Talesque acciderant, ut hæc negare, impudenter esse videretur*. Haud scio an ex talibus demoniorum immunditias nata sint fabule illæ veteres deorum de coelo ad pulchras feminas descendendum. Certe cum demones, quamvis sunt corporis expertes, tamen suscipiant iram, superbiam, invidiam, malitiam, quæ omnes cupiditates non oriuntur in homine sine motibus quibusdam corporeis, dubitari potest an non suscipere etiam libidinem quendam ac venerem passim, non eam quæ sita est in corpore molles, sed aliâ quædam similem ei, quæ est in mente

inter sacra volumina reliquerint, certum tamen ratumque habendum est, libro Tobie canon non nullam esse auctoritatem apud Hebræos, teste Origene in libro de Oratone

hominis, dum suis membris ad stuprum abuteretur. Certum quod hoc fieri posse negant, non potiori iure hoc negant, quam alii affirmant.

« Tertio pugnat, inquit, cum ratione humana, fugari demonium, adhibito fumo iecoris et cordis. » Equidem non video cur hoc fieri posse negetur, nisi etiam negatur, demones habere posse illum omnino cum corpore qualicunque commercium. Demones multa cognoscunt et vident, que in mundo aspersibili eveniunt; ergo habent sensus quosdam totos, quamvis non opo proprii sibi corporis. Nimirum eorum mentes corpora, que vident, vel aërea, que terrestria sic afficiunt, ut hæc ipsa corpora sint illis vice sensuum. Quid si habent demones sensum, quo vident, nihil dici potest cur non etiam metum sentiant, quo quædam, que sibi contraria esse vident, avergentur et reformident. At enim quid contrarium esse demonibus potest in fumo? An habere fumum potest naturam incorpoream? Hoc perinde est, ac si quæres, an fumus ledere humanam mentem possit, quam tamen ledit. Etenim accedit ex fumo, ut in oculis nostris læsio, ita in nostrâ mente dolor. Ergo dolorem ex aliquo fumo sentire demones possunt, si, Deo providente, ex fumo sic afficiuntur, et nos ex læsione membrorum, quod quidem ita evenire, vel ex fumo, vel ex alio qualicunque exercismo, non modò credibile est, sed maxime etiam dignum sapientia divini. Cum enim demones materia, in quas habent potestatem, miris modis multisque abutantur, æquum est ut eisdem materiis aliquando subjecti et obnoxii fiat, sic ferè ut motibus subjecta est mens humana corporis, atque ut in demonis quoque illud verum sit, per quod quædam, per hæc et ponitur. Propierea igitur docet angelus Tobiam, in corde ac jecore piscis ejus, quem cepit, esse antidotum, quo demones pellantur. Et, cum dicit angelus: *Opus est ex illis elicere fumum coram homine, vel muliere, satis significat, remedium esse, non Saræ ac Tobie proprium, sed commune omnibus, seu viris, seu feminis, que a demonio vexantur.* Poterat fortasse Angelus per sese abigere Asmodeum; sed quia id fieri conveniebat testibus Sarâ et Tobî, elegit angelus exercisium viam, que subjecta esset sensibus humanis; que via, tamen non nota erat juveni Tobie, tamen olim videtur fuisse cognita et usurpata; quod quidem angeli ipsa verba persuadent. Neque hæc sunt incredibilia, quam magice artes, quas constat fuisse olim celebratas. Enimvero in magicis artibus subficebat se ipsum demonium certis legibus, et accipiebat ab homine quendam conditiones, quas ei præstabat, ut quoties ceremonie quædam magicæ usurpantur, toties adesset demon, et hæc operaretur, que nefarii homines postulabant.

« Quarto pugnat, inquit, ligari ab angelo Asmodeum in Ægypto superiore. » Respondum jam fuit ab aliis, tum ligari demonium, cuius potestas ejus coercetur; neque verò in

pag. 47 Fuit verò in Canone Ecclesiæ Christianæ, S. Cyprianus non semel Tobiam veluti divinum opus et à Spiritu S. dictatum laudat (1). S. Polycarpus in sua Epistola, S. Clemens

reprehensionem incurrere potest eadem loquendi forma, quam adhibuit in Evangelio Christus Dominus. Idem verò in Ægypto asperire, quia hæc erat à Mediâ longissime remota, ita ut Asmodeus non jam posset vexare juvenes maritos. Nam demonia vexare homines non possunt, nisi adsint apud homines, et nisi his rebus, que in terrâ crescant, tanquam objectis presentibus moventur. Dei est solius ubique esse presentem. Mentes demoniorum adsint, cum eis concedantur, quibusdam in locis, non simul in omnibus; neque adeo nocere ibi, ubi non sint, possunt, quod ipsum nos docet angelus, cum relegat Asmodeum in remotissimas regiones. Erat Ægyptus superior plena desertis locis, in quos locos mandari solebant demones, cum pestebantur; cum exierit ab homine, ambulat per sicca arida et frigidissima, in quibus locis homines non sunt, quos vexari demonia possunt, nunquam irruere laqueis. Non auduit Asmodeus in desertis locis, sed ipsarum; et significatur non jam fore ut demonium vexet Saram, vel Saræ maritum, quia nimirum angelus demonium ita exterruerat, ut non jam reveri auderet.

Denique incredibile tandem videtur, sanctorum fuisse Tobie oculos, adhibito felle piscis, cum tamen hoc adeo non sit incredibile, ut constet apud medicos fel siluri, vel lucii, vin in se habere, quod tollantur albugines oculorum, præsertim cum motura sunt, ut nature erant in oculis Tobie, qui cæcus fuerat, ex codice Græco, octo annos totos. (Boullenger.)

(1) In libro de Opere et Eleemosyna, ait: « Loquitur in Scripturis divinis Spiritus sanctus, et ait: *Eleemosyna et fides delicta parantur.*..... Raphael quoque angelus paria testatur, et ut eleemosyna fieret ac largiret, hortatur, dicens: *Bona est creatio cum jejuniis et eleemosynis, quia eleemosyna à morte liberat, et ipsa purgat peccata.* » Quod ex Tobie cap. 12, 9, sumptum est. Et libro 3 Testimoniorum ad Quirinum, qui S. Cyprianum rogaverat ut ad sanam instructionem exciperet de Scripturis sanctis quorundam capitula ad religiosam vitam nostram disciplinam pertinentia, idem sanctus ait: *et martyr ipsi morem perens, quorundam præcepta danda et magisteria divina colligens, que deo factis et alia legentibus parantur, ex libro Tobie testimonio profert cap. 1, ubi de bono opere et misericordie agit.* « De hoc ipso, inquit, apud Tobiam: *Et ait Tobie filio suo: Vade, et adde quicunque pauperem invenis ex fratribus nostris, qui famem in mensa habeat Deum ex toto corde suo, hunc adde, et manducabit panem meum prandium illud.* » Ecce matrem te, fili, docet veritas. Item illic: *Omnibus diebus vite tue, fili, Deum in memorem habe, et non praterire præcepta ejus.* » Justitiam fac omnibus diebus vite tue, et non ambulabis iniquis viis; quoniam operante te ex veritate eris respectu operum tuorum. » Ex substantia ista fac eleemosynam; et non avertere faciem ab illo paupere; sic fiet, ut

Alexandrinus, Origenes (1), Auctor Constitutionum apostolicarum (2), S. Basilus (3), S. Ambrosius (4), S. Hieronymus (5), S. Augustinus (6), alique Patres non secus ac cento-

« nec à se aueritur facies Dei. Quomodo ha-
« bueris. Alii, sic fac. Si tibi fuerit captiva sub-
« iacta, plus ex illa fac eleemosynam. Si exi-
« gium habueris, ex hac ipso exiguum commu-
« nica. Et ne timeris, cum facis eleemosynam,
« prout bonum repositi tibi in diem necessi-
« tatis; quoniam eleemosyna à morte liberat, et
« non patitur ire in tenebras. Multa bonum est
« eleemosynam amittis qui faciat eam coram
« Deo. » (Natalis Alexander.)

(1) Contra Celsum, lib. 5: *Mysterium regis celare bonum est.*

(2) Lib. 3, cap. 1, et lib. 5, cap. 45.

(3) Basilii de Avaritia, sententiam ex Tobia libro de promptam diuinam præceptam appellat. (Natalis Alexander.)

(4) Lib. 6 in Hexameron, cap. 4: « Sunt
« ergo canes qui noverint latrare pro domi-
« nis, noverint sua tecta defendere. Unde et
« tu dicere vocem tuam exercere pro Christo,
« quando orile Ecclesie incursum lupigraves...
« Talis canis viator et comes angeli est, quem
« Raphael in libro prophetico non otiose sibi
« et Tobia illo adiungendum putavit, quando
« perrexit et Asmodem fugaret, firmaret co-
« pulam conjugalem, Memoris enim affectus
« gratia pellitur demonium, stabilis conju-
« gium, Mutæ inque specie hostia sanctus Ra-
« phael angelus Tobie juvenis, quem tuendum
« receptum, ad relationem gratiæ eruditur
« affectum. » Et libro de Tobia, cap. 1:
« Lecto prophetico libro, qui inscribitur To-
« bias, quoniam plene vobis virtutes S. pro-
« pheta Scriptura insinaverit, tam com-
« pendario nihil sermone de ejus meritis re-
« censendis et operibus apud vos utendum
« arbitror; ut ea quæ Scriptura historice more
« digessit latius, non strictius comprehendam-
« mus, virtutum ejus genera velut quodam
« breviter colligamus. » (Natalis Alexander.)

(5) Epist. ad Chrysost. et Heliodor. de To-
bia expressit. (Calmet.)

(6) S. Augustinus, cum libro 2 de Doctrina christiana, cap. 8, totum Canonem Scriptura-
rum recensens, Tobiam in eo collocat, tum in Speculo, plures de Tobia libro representat
sententias, et tamen in Præfatione monerat,
se ex libris duntaxat canonicis hoc opus com-
positurum. « De his igitur, inquit, quæ ita
« sunt posita in literis sacris, vel jubendo,
« vel vetando, vel alio modo, ut etiam nunc,
« id est, tempore novi Testamenti ad vitam
« plam extendendam moralesque pertinent, hoc
« opus quod in manus sumpti componere ag-
« gressus sum; ut quantum me Deus adjuvet,
« omnia talia de canonicis libris colligam,
« atque ut facile inspicere possint, in unum
« linguam speculum congeram. » Et postquam
sententias ex Tobia libro concessit, subdit:
« Jam nunc quoniam non omnes libri cano-
« nici veterisque Testamenti huic operi nostro
« necessaria dederunt; neque ii qui dederunt,
« ex omnibus suis locis conveniebant ut darent,
« sed ex eis tantum ubi aperta morum ho-
« norum præcepta congerimus; sive ubi uti-

rorum sacrorum voluminum Tobie auctori-
tate uti sunt. Recensetur in catalogis libro-
rum canonicorum concilii Hippensis (1), et
Carthaginensis tertii (2), in Epistola Innocen-
tii I ad Exuperium, in synodo Romana sub Ge-
lasio; et deinceps apud omnes probatur, ut
Cassiodorus, Rabanus Maurus, S. Isidorus
Hispanensem, et in decreto unionis sub Eu-
genio III, ac tandem in Concilio Tridentino
sessione 4 (3).

« Ita jubentur, sive ubi contraria prohibentur;
« ad sacras literas evangelicas et apostolicas
« transeamus. » (Natalis Alexander.)

(1) An. 393, Can. 38.

(2) An. 397, Can. 47.

(3) Objicitur primò S. Hieronymi testimo-
nium in Prologo Galeato, dicentis: « Igitur
« Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur,
« et Jesu filii Sirach liber, et Judith, et Tobias,
« et Pastor, non sunt in Canone. » Et Præfa-
tione in libros Salomonis: « Judith, Tobie et
« Machabæorum libros legit quidem Ecclesia,
« sed eos inter canonicas Scripturas non re-
« cipit. » Et in caput 8 Danielis: « Ubi cumque
« medicina et sanatio necessaria est, Raphael
« mittitur, qui interpretatur Curatio vel Medi-
« cina Dei (si cui tamen placeat Tobia: librum
« recipere.) » Et Præfatione in Jonam pro-
phetam: « Liber quoque Tobie, licet non ha-
« beat in Canone, tamen quia usurpatur
« ab ecclesiasticis viris, tale quid memoret. »

— Respondetur, S. Hieronymum de libris
canonicis primi ordinis ibi loqui, quos nempe
Ezdras et Synagoga magna in Canonem He-
braicum retulerunt, et quos omnes Ecclesie
pro canonicis semper habuerunt; at non ne-
gat librum Tobie ad secundum canonem per-
tinere, cum et ab Hebræis inter agiographa
numeratum testetur Præfatione in Tobiam,
id est, inter libros sacros, quos clauso et ob-
signato jam canone ab Ezdrâ et viris Synagoga
Magna posterorum diligentis, juvante Deo,
reperit, et Ecclesia ut sacros habet, legit,
veneratur. « Exigitis, inquit, ut librum Chal-
« dæo sermone conscriptum, ad Latinum sty-
« lum traham; librum utique Tobie, quem
« Hebræi de Catalogo divinarum Scriptura-
rum secantes, hisque agiographa memorant,
« manciparunt. Feci satis desiderio vestro,
« non tamen meo studio. Arguunt et nos He-
« bræorum studia, et imputant nobis contra
« suum Canonem Latinis auribus ista trans-
« ferre: Sed melius esse iudicium Phylarcorum
« displicere iudicio, et episcoporum iussionibus
« deservire, insitit ut potui. »

Objicitur secundò, plures hoc in libro an-
tilogias reperiri, adeoque Spiritus sancti fo-
tum non esse. Scilicet Sara filia Raguelis,
quam junior Tobias uxorem duxit, cap. 5, 7,
habuisse dicitur in Ragel civitate Medorum;
et nihilominus Tobias, cum ad locum perve-
nisset ubi erat Sara, rogavit Raphaellem, quem
hominem adhuc putabat, ut assumptis anima-
libus et servis iret ad Gabelm in Ragel civi-
tatem Medorum, redderetque ei chirographum
suum, et reciperet ab eo pecuniam, ac ad nup-
tias suas illam invitaret, cap. 9, 3, 6. Domus

Hunc librum, teste S. Hieronymo in Epist. ad Chromat., *Hebraei de catalogo diaboliarum Scripturarum secantes, hic quoque agiographa memorant, manserunt*. Legi ab illis Tobiam He-

itaque Sarze non erat in Rages, ut habetur, cap. 3. — Respondent aliqui, duas in Media fuisse civitates, quibus idem nomen Rages inditum. Alii autem, Sarze tertio capite dici fuisse in Rages, non quod in ipsa civitate fuerit, sed in loco vicino, sicut Romae habitare dicitur, qui Tusculi, vel alibi in agro Romano habitant. Abi nuptias celebratas inagunt ruri in domo ubi Sara manere consueverat, de qua loquitur caput 3, cum ait: *Perrexit in asperis cubiculum domus sue; et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit; ex superiori paternae domus cubiculo villam sive domum rursalem fabricantes*. Alii vulgatae versionem Latine capite tertio, quod nomen loci dantur in quo manebat Sara, in paternam domo, corrigendam censent ex Graeca versione omnium Tobiae interpretationum antiquissimam. Hanc autem habere: In eodem die contigit filius Raguel Sarze in Echatanis Mediae et ipsam improperari ab ancilla patris sui, *ἐκ τῆς ἐχθανίης τῆς μεσσηνίας*. Idem habet versio Syriaca; idem editiones Hebraicae Munsteri et Fagii. Atque ita verissime S. Hieronymum ex Chaldaico verissimile esse, et Rages pro Echatanis in eam scribarum irrepsisse. Ex Echatanis porro Medorum metropoli Raphaelem Angelum in Rages, quae in monte Echatanis sita erat, et vicino territorio nomen dabat, perrexisse ad Gabaelum, prout ipsum rogaverat Tobias. Posterior haec responsio magis placet.

Obicitur tertio, Galaaditidem, Galileam et terram Nephthali à Theglathphalassar Assyriorum rege expugnatam et occupatam fuisse, et universos Nephthali tribales in captivitatem abductos, ut constat ex 4 Regum cap. 15, 29, et 1 Paralipomenon 5, 25, 26; adeoque Tobiam falso dici cap. 1, ex tribu et civitate Nephthali, qui à Salmanasare postea regnasse capivus Ninivem cum omni tribu sua fuerit deportatus. — Respondetur, primam deportationem Israelitarum ex Galaditide, Galileae, et terrae Nephthali Theglathphalassar factam adeo generalem non fuisse, ut secundae sub Salmanasare locum non reliquerit. Nec mirum, cum etiam post ultimam illam deportationem, et integrum regni Israelis excidium, plures in Terrâ Israel remanserint. Unde 3 Paralipomenon cap. 34, 6, 9, narratur, Josiam multis annis post deportationem illam poenitentem decem tribuum, urbes Manassis, Simeonis, Ephraim, Nephthali, maximam partem vastatas ab idololatriâ repurgasse, et à reliquis eorum tribuum, sacrum tributum exegisse. Porro ex illa generali clade ac delatione Israelitarum à Salmanasare faciendâ, aliquos in terrâ Israel remansuros sicut post moxem apicem aliquos passim in agris remanent, et recentem quidam in vineis, praedixerat Isaias cap. 17: *Et cessabit adjutorium ab Ephraim, et regnum à Damasco; et reliquiae Syriae sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit Dominus exercituum. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, et plaga de carnis ejus*

braica, id est, Chanaan, uti superius docuimus, Origenes in Epistola ad Africanum tradidit. Plurimi denique hunc librum à Judaeis fieri, et tanquam veram historiam haberi, de-

marcescet. *Et erit sicut congregata in messae quid restiterit, et brachium ejus apicem leget, et erit sicut querens apicem in valle Raphaim. Et relinquatur in eo sicut racemus, et sicut excussio oleae duarum vel trium olivarum in saeminate ramis, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fractas ejus, dicit Dominus Deus Israel.* Quidni ergo et ex primâ deportationem sub Theglathphalassar plurimi in tribu et civitate Nephthali remanserint?

Obicitur quartò, librum illum canonicum non esse, in quo plurima angelo mendacia affinguntur: in libro porro Tobiae plurima angelo mendacia affingi; interrogatus enim à juniore Tobia, unde esset, respondisse dicitur cap. 5: *Ex filiis Israel.* Rursus interrogatus, an nosset viam qua ducit in regionem Medorum, respondit: *Noe, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabael fratrem nostrum.* Querenti, de qua domo et de qua tribu esset, respondit: *Ego sum Azarias Ananiae magi filius.* Querenti Raguel, unde esset, dixerunt: *Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive (ut narratur cap. 8), quae cum falsa esset et mendacia, adeoque angelo indigna, liber in quo illi affinguntur, non est à Spiritu sancto dictatus.* — Respondetur, angeli Raphaelis responsa sub vulgariis verborum cortice sublimiorem quidem ac mysticum sensum involvisse, at nihil falsi continere. Verè enim dixit, se esse ex filiis Israel, ex tribu Nephthali, ex captivitate Ninive, quia Israelitarum Ninive captivorum curam gerebat singularem, sibi à Deo demandatam et praestitam tribu Nephthali. Vel quia Israel Hebraicè idem est ac *Dominus Deus*; omnes autem angeli sunt filii Dei dominantis, secundum illud Job. 38: *Ubi eras cum me laudarem intra matutina, et jubilarent omnes filii Dei?* Vel etiam, quia Israel idem est ac *vicius Deus*. Porro angeli, inquit Christus, *semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est.* Secundò verè ait Raphael se esse Azariam Ananiae Magi filium, quia formam Azarii assumpserrat, ejusque personam gerebat. Sic Genesis 34, 13, angelus ait: *Ego sum Deus Bethel*, quia loquebatur in personâ Dei, ut ejus legatus. Sic Exodus 20, angelus vice Dei decalogum promulgans, ait: *Ego sum Dominus Deus tuus.* Præterea, cum angelorum nomina ex ministerio signantur, et Michael cum Dracone superbo pugnavit, nomen habeat humilitatis, *Quis ut Deus?* et Raphael idem sit quod *curatio Dei*, quia Tobias curavit cecitatem: Gabriel idem sonat quod *fortitudo Dei*, quia praelis Dei praestitit; Azarias nomen Raphael angelus meritò usurpavit, quod significat *adjutorium Dei*; quia unus est ex septem qui sedant ante thronum Dei, tanquam interioris admissionis introitus, et nihilo minus in ministerium extraordinariè mittitur propter eos qui haereditatem capient salutis. Non minùs apposita id nomen sibi sumpsit Raphael, sive à radice *atar*, id est, *prohibere*, derivetur, ut idem sit Azarias, quod *prohibere*, vel *retentio Dei*; siquidem

bitaverit nemo (1). Sanè nonnisi verè historice speciem exhibet sive ipsa narratio, sive narrandi ratio. Si sola rejiciendi alicujus libri causa habenda esset mira aliqua et prodigiosa narratio in historiâ occurrent, qui jam sacer liber admittendus erit? Plura sunt, fateor, in libro Tobie ardua: at quo in libro paria non invenias? Singula nos in commentario explicare pro viribus studuimus. Cùm nomina propria, personarum et locorum, temporum ratio, atque sententia alia veram historiam producant, profectò citra notam mendacii et doli Scripturæ irrogatum asseri nequit, non veram historiam sed fabellam prodi (2).

Azazelum dæmonem prohibuit, ne Tobie ac Saræ noceret, illumque reliquit in deserto superioris Ægypti; sive à radice asar, id est, dives facti, aut à radice asar, id est, thesaurus, ut Azarias idem sit quod dicitur vel thesaurus Dei; ipse enim thesaurus sapientiæ et beneficiarum Dei prout se fert, eorumque administrator ac dispensator est; sive tandem à radice asar, id est, beatitudo, petatur ejus significatio, ut Azarias idem sit quod beatitudo Dei. Beati sunt enim celestes illi spiritus, ex quo in gratiâ conditi, Deo post errationem suam amore casto adheruerunt, et in bonâ voluntate, quam à Deo acceperant, eodem amplius adjuvante, perseverantes, ad illam beatitudinem, unde nunquam se casuros certissime scirent, pervenerunt. Nec minùs verè Azazel Magni filium se dixit, sive Ananias scribatur per cheth, Hebraiceque sonet Ananias, quod idem est ac gratia sive donum Dei. Totam enim quod sunt angelis, Deo acceptum referunt; adeoque gratiâ Dei filii jure merito vocantur; sive scribatur per Ain, Anania, id est, Nubes Dei, quia angeli sunt filii Dei invisibiles et incomprehensibiles, qui pascunt nubes caritatis suæ. Ex ipse Raphael quasi nobis assumpti corporis se obicit, ut cum Tobie familiariter ceu dux vie, comes et frater versaretur. Fratrum autem nomine ab hominibus fidelibus et pios vocari non dedignantur angeli, siquidem eundem Patrem Deum utrique agnoscent; ad eandem salutis hereditatem, quam possident illi, tendunt isti, et, si meruerint, sunt angelorum candidati, ut ait Tertullianus.

(Natalis Alexander.)

(1) Grot. præfat. in Tob.: *Hanc historiam seram esse agnovit Judas. Sixt. Senens. Biblioth. lib. 8.*

(2) Hæretici plerique apocryphum adhuc eum esse volunt, de quibus lib. 1 de Verbo Dei, cap. 10, Bellarminus. Certè apud Lutherum in Symposiaco, cap. 29, magnus Lutheri symposiastes Jonas, multa in libello isto ait esse ridicula et ficta; ipse verò Lutherus, novus videlicet Apollo, pronuntiat ibidem esse Jædorum commentum et comediam quandam, in quâ de mulieribus agitur, idque copiosius præfatione in suam libri hujus versionem Germanicam, explicat. Primò ait dubitandum an vera historia sit; deinde potius concludendum, esse prout quædam. Sed, ista hæretici censura nunc explosa; ejus tamen et aliorum,

ut in hisce fingendis poetæ quanti sint, liquet; argumenta videamus.

Hæreticorum argumenta schauur.

PRIMUM ARGUMENTUM. — In Hebræorum canone liber iste non fuit; ergo non est canonicus. Negat loco citato S. Isidorus consecutionem. Quartus est, ait, apud nos ordo « veteris Testamenti eorum librorum, qui in « canone Hebræo non sunt, Sapientia, Ecclesiasticus, Tobias, Judith, duo Machabæorum, « quos etsi Hebræi inter apocrypha separent, « Ecclesia tamen Christi inter divinos libros « et honorat et prædicat. » Similiter omnino S. Augustinus lib. 18 de Civitate, cap. 56, et in Speculo, ubi ait: « Non sunt omittendi « et hi libri, quos quidem ante Salvatoris adventum, constat esse conscriptos, sed eos « non receptos à Judæis recipit tamen ejusdem « Salvatoris Ecclesia. »

SECTIUM ARGUMENTUM. Patrum nonnulli canonicum non esse censuerunt, et recentiores supra citati. Respondeo: Subjuncte tam adhuc erit lis, quæ postmodum dijudicata, et D. Hieronymus epistolâ illâ 100 Phariseos vocat, qui contra Judæorum canonem Latinis auctoribus librum istum transferri querebantur. Falsum verò quod de eodem S. Hieronymo ait controversiâ quartâ Vitakeros, ipsam Chaldeo exemplari nihil omnino tribuisse. Nam et in epistolâ citatâ nihil ejusmodi legitur, et contrarium ostendit præfatione in Jonam, ubi, cum, quibus in Scripturis sanctis mentio Jonæ fieret, interrogasset, librumque Regum quartum citasset, adjunxit: « Liber quoque Tobie, « licet non habeatur in Canone, tamen usurpatur ab ecclesiasticis viris. » In Danielis c. 8, cum de angelis, quos in Scripturâ certas ad functiones mitti legitur, ageret, ipsamque Raphaelem memorasset, propter quorundam opinionem, de quâ ibi locus disputandi non erat, subiunxit: « Si tamen cui placet Tobie « librum recipere. » Clarior epistolâ 145, testatur, hanc librum « ab Ecclesiâ legi, etsi « non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam (quod tamen jam re- « jectum), ad plebis tamen edificationem. » Qui tantum igitur hinc libro tribuit, quomodo nihil omnino tribuit? Recentiores verò, qui objectantur, si ad divi Hieronymi auctoritatem illam, quod in omnibus ferè Bibliis legatur, tanquam ad saxum quoddam adheruerint, et pontificum conciliorumque judicia superius citata, vel nunquam legerint, vel festinatione certè trutinâ expenderint.

ARGUMENTUM TERTIUM. — In eo absurda nonnulla sunt. Quomodo igitur canonicus? At quod ipsi sumunt, probare nunquam poterunt, et quæ cavillantur, singula suo postea loco explicabuntur. Video enim, cum Testamentum velis, eodem argumento, vel importunissimo potius cavillo rejicerent Adamantius, Faustus, Secundinus, alique omnes Manichæi, D. Augustinum ita respondisse, ut quæ illi tantum absurda objectabant, absque negare, probare omnia exponeret.

ARGUMENTUM QUARTUM. — Sed suam iterum comediam probat Lutherus, quia in primâ personâ de se loquitur Tobias; deinde quis nomina bene conveniunt. Refellitur tamen ex totâ narratione, quæ omnino historica est.

Et si in primis personis de seipso loqui, historie offerret, aut libri veritati, rejiciendus esset Nehemias, qui cap. 1. de seipso ait: *Ego eram in Suis castro, cum audissem verba hajacemodi, et quæ sequuntur, itaque c. 2: Levavi vinum, et dedi regi, et eram quasi languida ante faciem ejus. Isaias, quando vidit gloriam Dei, ut ait Joannis cap. 12, Dominus, nonne scripsit cap. 6: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum? Et dixi: Vae mihi, quia feci, etc. Quid Ezechiel cap. 1: Et vidi, et ecce ventus turbavit, et vidi quasi speciem electri, cap. 12: Et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis. Sic cap. 3, 4, 6, 7, 8, aliisque penè omnibus. Hæreticorum est, in extrema tendere, omnia undique, modò apud imperitos speciem difficultatemque aliquam habeant, etiam si falsissima et ineptissima sint, corrudere. Ecce tibi è contrario Faustus Manichæus, Evangelium S. Matthæi negabat esse Matthæi, quia in primis de seipso personam non scripsisset: « Quam elegantem, » ait, D. Augustinus, lib. 17 contra ipsum cap. 4, rem sibi visus est Faustus dicere, « ubi propterea voluit non credidit scripsisse Matthæum, quia eam de sui electione dicebat, non ait: Vidi me, et dixit mihi: Sequere me; sed: Vidi Matthæum, et dixit ei: Sequere me. » Cum verò, ut libri de arte poetici initio tradit Aristoteles, poësis veritatis imitatrix sit, quamlibet veram historiam licebit, propter Lutheri argumenta, dicere veritatis tantum imitationem esse. Sed faciamus, quod reverà non est, esse poeticam hanc scripturam, numquid idcirco liber canonicus non esset? nonne et in Scripturis à Spiritu sancto parabole, apologetice narrantes? nonne poetici Psalmi sunt? nonne D. Hieronymus epistolâ 115 in Job, hexametros versus esse ait, dactylo spondæque currentes? Sunt tamen hæretici, qui hunc Tobiam libro plurimum tribuunt, ut Joannes Drusus epistolâ 11, epistol. 103, principio lectionum in Nahum, et præfationum in hunc librum: « Liber iste, » ait, ab ecclesiasticis viris olim receptus, « pulcherrime in Ecclesiâ lectus, ac tantum non pro divino habitus semper fuit. » Munsterus verò, præfatione in Holoeth haddikook, aliis veteris Testamenti libris omnibus anteponebat. « In quo, » ait, biblico libro veteris Instrumenti Invenies tam efficaces, ad opera pietatis monitiones, quæ habent tam vividissima adjuncta exempla, et in hoc libro? « Ubi usquam locorum invenies tam sinceræ, paternæ, et omni acceptione dignas instructiones, qualiter te geras erga Deum, erga parentes, erga pauperes, præsertim domesticos fideles, erga conjugem, denique erga cunctos mortales, atque erga defunctos ipsos, et in Tobiam? » Ita ille.*

Libri Tobie utilitas.

Ad omnem vitam partem, fortunam ac edictum, documenta et exempla pulcherrima suppeditat, in prosperis, in adversis, erga Deum, erga proximum, erga vivos, erga mortuos. Continet etiam illustrem divinæ providentiæ, non in famulis demonstrationem, et inculcentiam de Ecclesiâ prophetiam. Venerabilis Beda initio expositionis allegoricæ in Tobiam: « Liber, » ait, sancti patris Tobie,

« ut in superficie litterarum salubris potest legentibus, utpote qui maximis vitam moralis et exemplis abundat et montis. » Aliquot tamen Ecclesiæ hostium testimoniis subiungam, ut videantur fateri, quod verbo negant. Primum Munsteri, qui præfatione citat: « Liber, » inquit, est verè aureus, et juventuti accommodatissimus. Ediscendus esset à pueris, hæud secus quàm Decalogus, et in imo pectoris diligentissimè condendus, in quo non nisi mera pietatis semina, imò flores et fructus inveniantur. » Secundum Bullingeri, qui tractatu de libris sacris: « Inter historias, » inquit, in plerisque exemplaribus primum locum tenet liber Tobie, qui, meâ quidem sententiâ, multò felicis Xenophontis et Aristotelis æconomiam tradit. Nam et exemplis vivis omnia demonstrat, et præceptis salutaribus. » Tertium Lutheri, qui Germanicâ præfatione citat: « Si Tobiam, ait, liber, gestum quoddam est, præclarum et sanctum gestum est; si verò commentum est, verè est bonum, pulchrum, salutare et utile commentum, ac lusus poetæ ejusdem epistæ pleni. » At verissimum gestum esse, supra demonstratum. Verè igitur præclarum et sanctum opus est. Et sub finem addit ille: « Hic liber nobis christianis lecte est utilis et bonus, tanquàm boni ejusdem Hebræi poetæ qui leve nihil, sed bonas res tractat, easdemque supra modum christianè urget ac describit. » Hinc isti, ut præstam suam, vel alienam certò hoc in libro explodendo, temeritatem damnare penitus videantur: Angli etiam hæretici, aut in synagoga, eum nihil nisi sacras christianas velint, librum hunc in divino suo cultu legunt, ut objicit Vitakero, libro contra ipsum, Duræus.

Interpretes.

Præter glossas ordinarias, Lyranum, Hugonem Carthusianum, interpretes quidem bonos, sed vulgò notes, librum istum quinque libris olim, mille abhinc annis, exposuit Bellator, Cassiodoro teste loco citato. Et circa Domini annum 1581, Ricardus Labenhaim Carmelita, Mathæus Vindocimensis presbyter, quem in duos auctores, sua Bibliotheca, male dividit Gesærus. E recentioribus verò, Gerardus Loricus Hadamarus, Germanicè Hoffmeisterus, et apud Senensem lib. 4. Fridericus Nauæus. Suggestit etiam ad bonos mores non inutillia Petrus Bercherius Picaviensis lib. 17 Moralitatum; et Beda expositionem scripsit allegoricam: Sancti etiam Ambrosii liber de Tobia, vocatur à D. Augustino lib. 1 contra Julianum Pelagianum cap. 3: *Expositio libri Tobie.*

Divisio.

Græcos nonnullos ait Senensis, libro primo, dividere librum hunc in 903 capita, eum tamen vix sint versus 328. Sunt verò partes duæ: narratio videlicet de Tobia, generationis instituta, et speciatim; illa narrat de Tobia, partim quæ ante captivitatem in ipsum cadunt, partim quæ post; ante captivitatem sunt positissimè quatuor, Tobie scilicet genus, patria, minor ætas, et virilis, quæ capite primo continentur omnia.

(Serarius.)

IN LIBRUM TOBIÆ

COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Tobias ex tribu et civitate Nephthali (que est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam que ducit ad occidentem, in sinistro habens civitatem Sêphet).

2. Cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captivitate tamen positus, viam veritatis non deseruit :

3. Ita ut omnia que habere poterat, quotidie concepit fratribus, qui erant ex ejus genere, impertiret.

4. Cumque esset junior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere.

5. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium :

6. Sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini ; et ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiva sua, et decimas suas fideliter offerens :

7. Ita ut in tertio anno proselytis et advenis ministraret omnem decimationem.

8. Hæc, et his similia, secundum legem Dei puerulus observabat.

9. Cum verò factus esset vir, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei.

10. Quem ab infantia timere Deum docuit, et abstinere ab omni peccato.

11. Igitur cum per captivitatem decessisset cum uxore sua et filio in civitatem Ninive cum omni tribu sua,

12. (Cum omnes ederent ex cibis gentiliis), iste custodivit animam suam, et nunquam contaminatus est in escis eorum.

13. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis :

14. Et dedit illi potestatem quæcumque

CHAPITRE PREMIER.

1. Tobie, de la tribu et de la ville de Nephthali, qui est dans la Haute-Galilée, au-dessus de Naasson, derrière le chemin qui mène vers l'occident, ayant à sa gauche la ville de Sêphet,

2. Fut emmené captif du temps de Salmanasar, roi des Assyriens ; et dans sa captivité même, il n'abandonna point la voie de la vérité.

3. En sorte qu'il distribuait tous les jours ce qu'il pouvait avoir à ceux de sa nation, à ses frères qui étaient captifs avec lui.

4. Et quoiqu'il fût le plus jeune de tous ceux de la tribu de Nephthali, sa jeunesse ne paraissait point dans ses actions.

5. Enfin quoique tous allassent adorer les veaux que Jeroboam, roi d'Israël, avait faits, il fut seul la compagnie de tous les autres ;

6. Et il allait à Jérusalem au temple du Seigneur, où il adorait le Seigneur Dieu d'Israël, offrant fidèlement les prémices et les dîmes de tous ses biens :

7. De sorte que la troisième année, il distribuait aux prosélytes et aux étrangers toute sa dîme.

8. Il observait ces choses, et d'autres semblables, conformément à la loi de Dieu, lorsqu'il n'était encore qu'un enfant.

9. Mais lorsqu'il fut devenu homme, il épousa une femme de sa tribu nommée Anne, et en eut un fils auquel il donna son nom.

10. Il lui apprit dès son enfance à craindre Dieu, et à s'abstenir de tout péché.

11. Lors donc qu'ayant été emmené captif avec sa femme, son fils et toute sa tribu, il fut arrivé dans la ville de Ninive,

12. Quoique tous les autres mangeassent des viandes des gentils, défendues par la loi du Seigneur, il se garda bien de se souiller jamais de leurs viandes.

13. Et parce qu'il se souvint de Dieu de tout son cœur, Dieu lui fit trouver grâce devant le roi Salmanasar ;

14. Qui lui donna pouvoir d'aller partout

vellet ire, habens libertatem quicumque facere voluisset.

15. Pergebat ergo ad omnes qui erant in captivitate, et monita salutis dabat eis.

16. Cum autem venisset in Bages civitatem Medorum, et ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti :

17. Et cum in multâ turbâ generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu ejus, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

18. Post multum verò temporis, mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius ejus pro eo, et filios Israel exosos haberet in conspectu suo :

19. Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, et consolabatur eos, dividebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis.

20. Esurientes aliebat, nudisque vestimenta præbebat, et mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

21. Denique cum reversus esset rex Sennacherib, fugiens à Judæâ plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, et iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

22. At ubi nuntiatum est regi, jussit eum occidi, et tulit omnem substantiam ejus.

23. Tobias verò cum filio suo et cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24. Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filii ipsius.

25. Et reversus est Tobias in domum suam, omnisque facultas ejus restituta est ei.

où il voudrait, et la liberté de faire ce qu'il lui plairait.

15. Il allait donc vers tous ceux qui étaient captifs, et leur donnait les conseils du salut.

16. Il vint un jour à Bages, ville des Mèdes, ayant dix talents d'argent, qui venaient des dons qu'il avait reçus du roi.

17. Et parmi le grand nombre de ceux de sa race, voyant que Gabelus, qui était de sa tribu, était dans le besoin, il lui donna contre une reconnaissance cette somme d'argent.

18. Mais après beaucoup de temps, le roi Salmanasar étant mort, Sennachérib, son fils, qui régna après lui, ayant les enfants d'Israël en haine,

19. Tobie, durant cette persécution, allait tous les jours visiter tous ceux de sa parenté, les consolait, et distribuait de son bien à chacun d'eux selon son pouvoir.

20. Il nourrissait ceux qui avaient faim, revêtait ceux qui étaient nus, et avait grand soin d'ensevelir ceux qui étaient morts, ou qui avaient été tués.

21. Depuis, le roi Sennachérib s'étant enfui de la Judée, à cause de la plaie dont Dieu l'avait frappé pour ses blasphèmes, et étant revenu, dans une grande colère contre les enfants d'Israël, il en fit tuer plusieurs dont Tobie ensevelissait les corps.

22. Cela ayant été rapporté au roi, il commanda qu'on le tuât, et s'empara de tout son bien.

23. Mais Tobie, étant dépouillé de tout, s'enfuit avec son fils et sa femme, et demeura caché, parce qu'il était aimé de plusieurs.

24. Quarante-cinq jours après, le roi fut tué par ses fils :

25. Et Tobie revint dans sa maison, et tout son bien lui fut rendu.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Liber verborum Tobit, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Aduel, filii Gabael, de semine Asiel, de tribu Nephthali; — 2. Qui captivus ductus est in diebus Enemessari regis Assyriorum, à Thibses, quæ est à dextris Cydus Nephthali in Galilæâ super Aser. — 3. Ego Tobit viis veritatis ambulabam, et justitiæ, omnibus diebus vite mee: — et elemosynas multas feci fratribus meis, et genti, profectis mecum in regionem Assyriorum in Nineve. — 4. Et quando eram in regione meâ, in terrâ Israel, — cum ego essem junior, universa tribus Nephthali patris mei recessit à domo Hierosolymorum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, ut omnes tribus sacrificarent: et sanctificatum fuerat templum habitationis Altissimi, et edificatum fuerat in omnes generationes seculi. — 5. Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sacrificabant ipsi Baal, ipsi vitule, et domus

Nephthali patris mei. — 6. Et ego solus ibam saepe in Hierosolyma in festiuitatibus, sicut scriptum est omni Israel in precepto aeterno, primitias et decimas geniminum, et primas tensus habens : — et dabant eis sacerdotibus filiis Aaron ad altare omnium geniminum : — 7. Decimam dabam filiis Levi ministrantibus in Hierosolyma ; et secundam decimam diuendebam, et ibam et expendebam ea in Hierosolyma per singulos annos : — 8. Et tertiam dabam, quibus conueniebat, sicut mandauerat Debbora mater patris mei : propterea quod orphanus relictus sum à patre meo. — 9. Et quando factus sum vir, accepi Annam uxorem de semine patrie meae : et genui ex ea Tobiam. — 10. Et quando captiui ducti sumus in Nineve, omnes fratres mei, et qui de genere meo, — comedeant de panibus gentium : — 11. Ego autem conservavi animam meam et non manducarem ; — 12. Sicut memineram Dei in tota anima mea. — 13. Et dedit Altissimus gratiam, et formam in conspectu Enemessari : — et fui ejus emptor. — 14. Et iui in Mediam, et deposui Gabaele fratri Gabrie in Ragis Mediae, argenti talenta decem. — 15. Et quando mortuus est Enemessar, regnavit Sennacherim filius ejus pro eo : et vix ejus infirmatus sunt : et non ultra potui ire in Mediam. — 16. Et in diebus Enemessari elemosynas multas faciebam fratribus meis : — panes meos dabam esurientibus, et vestimenta nudis ; — 17. Et si quem de genere meo aspicebam mortuum, et projectum post murum Nineve, sepeliebam eum. — 18. Et si quem interfecerat Sennacherim rex, quando venit fugiens à Judaea, sepeliebam eos furatus : multos enim interfecit in furore suo. Et quæsitæ sunt à rege corpora, et non sunt inventa. — 19. Profectus autem unus eorum, qui de Nineve, indicavit regi de me, quia sepelio eos : et occultatus sum. — Cognoscens autem, quia quæror ut moriar, timore percussus recessi. — 20. Et directæ sunt omnes substantiæ meæ : — et non remansit mihi quidquam præter Annam uxorem meam, et Tobiam filium meum. — 21. Et non transierunt dies quinquaginta, donec interfecerunt eum duo filii ejus. Et fugerunt in montes Ararath. Et regnavit Sacherdonus filius ejus pro eo : et constituit Achiascharum Anael filium fratris mei super omnem computationem regni sui, et super omnem administrationem : — 22. Et postulavit Achiaschar pro me : et veni in Nineve. Achiaschar autem erat pincerna, et super annulum, et administrator, et computator. Et constituit eum Sacherdonus secundò : erat autem filius fratris mei.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TOBIAS (1), id est, bonus Deus, vel bonitas Dei. In Hebræo et Græco additur Tobiam pater Tobiel, avus Ananiel, proavus Adiel, abavus Gabiel, tritavus Asiel, filii Nephthali. Avia paterna Tobie vocatur infra, v. 2, Debbora (2). Porro natus est Tobias

(1) VERS. 1. — LEXEM TOBIAS. Ita inscribitur in editione Latina. Hebræus Pauli Fagii legit : Hic est liber Tobie, filii Hananeel, filii Gabrielis, de semine Aschel, de tribu Nephthali, qui captivus abductus fuit ex incolis terræ Nephthali. Hebræus Sebastiani Munsteri : Hic est liber Tobie, filii Tobiel, filii Hananeel, filii Ariel, filii Gabriel, filii Asael, filii Nephthali de tribu Nephthali. Græca editio Romana et Complutensis : Liber verborum Tobie, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Adiel, filii Gabiel, de semine Asiel, de tribu Nephthali. MSS. Alexandrinum : Liber verborum Tobit, filii Tobiel, filii Ananeel, filii Nave, filii Gamsel. Vetus Latinus codex manuscriptus S. Germani Præstensis, quem Pater Martinus nobis communicavit, fert : Liber actorum Tobie, filii Ananielis, filii Gabrielis, de tribu Nephthalim. Syriacus : Tobit filii Bajel, filii Ananajel, etc. Textus Chaldeus, quem versione sua expressit S. Hieronymus, nullam Tobie genealogiam exhibet. (Calmet.)

(2) Hæc ergo avia probè et piè educavit Tobiam, ut ipse suam probitatem illi doceat. Sic Macrinus discipula S. Gregorii Thaumaturgi, avia S. Basilii, eum cum fratribus et

EX TRIBU ET CIVITATE (1), ejusdem nominis cum tribu, puta Nephthali (2), sita in superiori-orore Macrinæ educans in omni virtute insignem efformavit, magnæque effecit. Simili modo Ludmilla entriens S. Wenceslaus ducem Bohemæ, eum sanctum et martyrem reddidit.

Porro Tobias fratrem habuit Anaelem, cujus filii duo, Achiascharus et Nasbas, vel Nafac nominantur in Græco, vers. 8, de quo plura v. ult. Denique ex v. 10. *Liber sermonum Tobie*, liquet Tobiam hujus libri esse auctorem, idemque Tobias hic in Græco et Hebræo, deinceps semper loquitur in prima personâ, dicens : *Ego Tobias in vitiis veritatis ambulavi*, etc. Rursus hæc patet, librum hunc ab eodem his fuisse conscriptum, primò Chaldaicò, sed breviter, ex quo S. Hier. nostram Vulgatam latinam traduxit : secundò etiam Chaldaicò (sicut Serarius malit Hebræicò, idque his scilicet, semel à patre Tobia, et secundò ab ejus filio,) sed fusius, ex quo tractata est versio Græca, nisi malis initio fusius conscriptum, deinde ab ipso auctore, vel alio quopiam fuisse nonnulli abbreviatum.

(1) EX TRIBU ET CIVITATE Nephthali, ex qua prognati fuere plures Christi discipuli et Apostoli, ut patet Isaie 9, 1, quorum typus, et fortè parens fuit noster Tobias. (Corn. à Lap.)

(2) Scitum est, tribum Nephthali sororem habuisse suam in superiore Galilee, quam Jordanis ad orientem, et tribus Aser ad occidentem desepiebant. Urbs Nephthali ipsa est ca-

les partibus Galilææ, quæ et Galilæa Superior vocari solet, eâ quid versûs eam partem vergat, unde tanquàm à superiore loco celeberrimus Palæstinae fluvius Jordanis defluit. Sicut ex Rheno Germania eandem eâ causâ alia Superior, alia Inferior nominatur. Eadem Galilæa Superior vocari alibi solebat Galilæa Gentium, Isaiæ 9. et Josepho passim; idque à Gentilibus Tyrîis et Sidonîis, quos rex Tyrî in eam à Salomone sibi donatam, incolis immiserat, 3 Reg. 9, vers. 11.

Nota hic in Hebræo, loco Galilææ, esse Samaritiam, quia Samaria, licet inter Galilæam sita et Judæam, tamen denominabatur Galilæa; erat enim urbs regia eorum qui Galilææ domini erant. Sic quos Christus Lucæ 13 Galilæos vocat, Josephus nominat Samaritanos.

VERS. 2. — IN DEXTERA SAMARIÆ (1). GRÆCÆ, demque, ut arbitror, Cades, quæ urbs erat eorum metropolis universæ tribus, appellaturque frequenter in Scripturâ Cades Nephthalî, nec facili alia est à Cadyt Herodoti. Hic occidentalis erat urbs Naamæ, et sinistra vel septentrionalis urbs Sephet. Iacebat autem post viam; vel ad occidentem viæ, quæ dicitur ad *Mediterraneum*. Iter erat faciliè Damasco in Ægyptum, et in maritima Judæam, appellatum iter occidentis, vel maris, ut oppositum viæ alteri, quæ orientalis dicebatur, ferebatque Hierosolymam et in Arabiam. Urbs Tobin iacebat post viam hanc, et ad hujus occidentem; solebant enim fuisse Hebræis alibi animadvertimus, ut de sita locorum loquantur pro statu hominis ad orientem-obversæ; eujus est dextera ad meridiem, laeva ad septentrionem, dorsum ad occidentem. Vetus Latinus codex manuscriptus, cuius meminimus, fert, Tobiam virum fuisse à *Via*, ad dexteram urbis Nephthalî, et ad levam Rafas.

Attesunt Græci Tobiam à *Thibe*, quæ est dextera (vel ad meridiem) Cades Nephthalî in Galilæa, super *Azer*. Nota est urbs Thibe, nuptiale solum Eliæ: Eliæ Thesbitæ; cum verò hæc esset transjordanica in tribu Gad, alia erat utique à patria Tobie. MSS. Alexandrinum et Syriacus legunt, in *Thibe*; ex *Thibe*, pro *Thibe*. Mensurat Scripturâ urbis Thibe in regno Samaritan. Sed aberat illa 13,000 passibus, nempe aliquantulum amplius legetis quatuor à Sichem, Sythopolim versus, teste Eusebio. Alia est igitur patria Tobie. Locum errandi facere potuit textus Hebræus *Monasteri*: fert enim, Tobiam fuisse de habitatoribus civitatis Nephthalî, vel de Thibe, urbe Nephthalî. Vox *Tschib*, quæ sonat habitatores; translatâ est ad significandam urbem quæ iomere constituta est ad dexteram Cades Nephthalî, Græcos Complutensis: *De Thibe*, quæ propriè appellatur Nephthalî. Sed mendosa est lectio.

(Calmet.)

(1) : On a bien de la peine à comprendre, dit Voltaire, comment Salmanaasar, étant roi de Ninive, sur la Tigre, avoit pu passer par-dessus le royaume de Babylone pour aller enchaîner les habitants des bords du Jour-

Eufrates. Anne sexto Ezechiel regis Judæ, et nono siquæ ultimo Osæ ultimi regis Israël, cum decem tribus transferrentur captivæ in Assyriam, etiam Tobias cum uxore suâ et filiis eodem translatus est (1).

VERS. 4. — JUNIOR OMNIBUS (2), pro ferè junior. Hebræis et Græcè, cum esset juvenis, et omnis tribus Nephthalim cum aliis novem apostolicis recessisset à cultu Dei. A septem rebus commendatur hic Tobias adolescentis. Primò,

« dain, et conquérir jusqu'aux voisins de la mer d'Hyrcanie. » — L'Hyrcanie la mer Caspienne sont au nord de Ninive; Babylone et la Chaldée étaient au sud, tant de Ninive que de la Mésopotamie; cette dernière province n'est séparée de la Syrie que par l'Euphrate. On peut donc entrer en Syrie et descendre sur les bords du Jourdain sans passer par la Babylonie. Il faut n'avoir aucune idée de la géographie de ces contrées, pour marquer par la Babylonie la route de Ninive en Hyrcanie ou en Syrie. (Duchot.)

(1) VERS. 2. — VIAM VERITATIS (scilicet viam veræ fidei et religionis aquæ ac clarissimæ et virtutis) non habuerat, q. d. : Inter idololâtras plus ferè Tobias mansit versus plusque Dei cultor. Magna hæc fuit constantia et virtutis, quam jam imitantur Catholici in Angliâ, Scotiâ, Saxoniâ, etc., idemque laicis coelestis digni, utpote nobiles, illustresque fidei milites. Platoni non accepti nobilitas philosophiæ, sed fides, ait Seneca epist. 44. Hebræorum est proverbium : Myrtus semper est myrtus, etiam inter urticas sit. Vides S. Greg. 1 Mor. c. 1 : Sicut, ait, gravioris culpæ inter bonos bonum non esse, ita immensi est præconii, bonum etiam inter malos exitiisse. (Corn. à Lap.)

Codices Hebræi, Græci, vetes Latini edidit, et Syriacus legunt in primâ personâ, quod in tertiâ exhibet Vulgata : *Viam veritatis non dereliqui; interfecti fratris mei; et sic deinceps in sequentibus versiculis.* (Calmet.)

(2) VERS. 4. — CUMQUE ESSET JUNIOR OMNIBUS (omnium) NISI TAMEN PUERILE GESSIT IN OPERE. Idem fecit S. Malachias Hiberniæ episcopus; nam, ut in ejus Vita scribit S. Bern., « agebat senem moribus, annis puer, expertus lascivie patris. » Et unum quoddam subiungit, « quod non modò bonæ, sed et magnæ enjucdam insignis spei in puero dedisse indicat. » Cum enim excitas opatione magistri ejusdam, ad eum litterarum discendarum causâ venisset, eumque subulâ ludentem, et sub eos, nescio, quos in pariete fictentem vidisset, eo, inquit, solo visu offensus puer, scribas, quod levitatem redoleret, resiliit ab eo.

Aureum est dogma S. Aug. in Ps. 112 : Sit, inquit, senectus vestra puerilis, et sit pueritia senilis, id est, ut nec sapientia vestra sit cum superbâ, nec humilitas sine sapientia, ut laudatis Dominum ex hoc, nunc et usque in seculum. Nam, ut de nonnullis queritur Seneca epist. 4, « sectoricem habemus senem, vitia puerorum, nec puerorum tantam, sed infantum. Illi levis, hi fæsa formidant, nos utraque. » (Corn. à Lap.)

à singulari modestia: nam *junior* ceteris, *viriliter* tamen *puerile* *gerat*. Secundò, à vite innocentia in medio malorum:

VERS. 5. — CUM ISENT OMNES AD VITULOS AD-
BEOS (1) Jeroboami adorandos, hic solus per-
gerat in JERUSALEM. Infra, c. 5, in Hebræo et
Græco dicit Tobias *secum iussu* Ananiam et Jo-
nathan, non tamen semper, sed *sepe*. Et vocula,
solus, non excludit pauculos viacomites. Tertia
laus, à fugâ consortii malorum qui solent esse
instar picis aterrimæ et tenacissimæ, Eccles.

(1) Græcus fassus: *Unde* tribus Nephthali
patris mei recessit à domo Hierosolymorum, quæ
fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, ut omnes
tribus sacrificarent; et sanctificationem fuerat tem-
plum habitaculis Altissimi, et ædificatum fuerat
in cunctis generaliter seculi. Et omnes tribus,
quæ simul recesserant, sacrificabant ipsi Basi,
ipsi vitule, et domus Nephthali patris mei. Paria
fermè legunt codices Hebræi, Syriaci, et ve-
tus Latina versio. (Calmet.)

Magna verò et exaggerata virtus, in hereti-
corum et apostatarum regione, veram religio-
nem, in flagitiosorum et impiorum medio san-
ctitatem et puritatem retinere, Ideoque tales
comparantur lilio inter spinas, Cant. 2; Incer-
na in caliginoso loco lucem, 2 Petri primo;
beatisaribus in mundo fulgentibus, Philp. 2.
Ipsique adeò soli, qui quia solus lucet, sol di-
ctus. Unde Thalmodicorum verum illud prover-
bium: *Nyxus semper est, semperque vocatur*
nocturnus, etiam inter artices sit. Legendus toto
capite primo libri primi Moralium D. Grego-
rii ubi, « sicut, ait, gravius culpe inter bo-
« nos bonum non esse, ita immensè est præ-
« cœuli bonum etiam inter malos existisse. »
D. Bernardus sermone 48 in Cantica: « Non
« mediocriter, ait, utilis perfectæ virtutis inter
« pravos vivere bonum, et inter malignantes
« innocentie retinere candorem. » Exemplum
sunt in Machabeis, Job, Loth, quem ideirò
laudat S. Petrus secundum Epistolæ secundo,
in Noe et Abesam, et in Philippensibus cap.
2, in Pergamentis Agoc. 2. Consortia malorum,
sanè pax sunt stermina et tenacissima, Eccle-
siastici cap. 15. Divus Nazianzenus: « Cum
« sodalibus versabamur non petulantissimis,
« sed temperatissimis, non pugnacissimis, sed
« maximis pacificis, et quibuscum agere uli-
« tissimum, scientes facilius esse molitiam à
« sociis accipere, quàm virtutem illis dare, cum
« et proclivius sit morbi participem fieri, quàm
« sanitatem largiri. » (Serarius.)

Hic solus fugerat consortia omnium. Tobias
ergo fuit quasi sol israelis; sol enim dicitur
est, eo quod solus lucet. S. Epiphanius hæ-
resi 50, Josephum à Constantino Magno comi-
tatem creatum dilaudat, quod Seytopoli solus
spe orphodorum esset, ceteri verò omnes Ariani.
Et quia multorum rixæ et convicia sunt au-
dienda, audiat Epictetus Enchirid. c. 19:
« Sapientie, inquit, studium suscipere cupis?
« Ad hoc te ipsum statim para, ut desideraris,
« quasi te subsannaturi sis multi, et quasi
« dicturi: hinc nobis repetat philosophus ad-
« venit; et unde nobis hoc supercilium? »
(Corn. à Lap.)

15, 1. Simile quid Nazianzenus de se et so-
cio suo Basilio orat. 11: « Si quis fluxus per
« salsum mare dulcis fluere; si quod in igne,
« quo omnia consumerunt, animal saltare
« creditur, id nos eramus inter omnes adoles-
« centes in academiâ Atheniensi, dysscolos sci-
« licet et corruptos. »

VERS. 6. — PERGERAT IN JERUSALEM, festis (1)

(1) Hebræus Fugit: *Ego* solus celestem Do-
mini, ascendebamque Hierosolymum tribus vi-
ribus, sicut scriptum est in lege, etc. Græcus:
Solus sepe ibam in Hierosolymis in festis illis.
Vetus Latina versio: *Ibam per tempora.*

(Calmet.)

Hosce dies festos vocat, ordine secundo,
Thalmodicorum explanatio, regatim; quod pedestes
iter illud fieri solent. Unde et in Galatians
Paraphrasi Canticorum 7, v. 4, legitur: *Dixit*
Solomon in spiritu prophetia à facie Domini:
*Quam speciosi sunt pedes israelitis, quando ascen-
dunt, ut appareant coram Domino, tribus diebus*
*in antro, cum auribus tactis, et offerant pa-
nam, tanque voluntarias oblationes!* Legantur et
Exodi caput 25, 24, Deuterion. 16.

Ece quid in templis apendum: *Domus mea,*
domus orationis vocabitur, inquit Dominus Ma-
thæi 21. Legatur D. Augustinus de Tempore,
Serm. 251; Chrysostomus hom. 15 in Episto-
lam Hebræam, Epiphanius hæresi 37.

(Serarius.)

OMNIA PRIMITIVA SUA, ET DECIMAS SUAS FIDELI-
TER OFFERENS. — VERS. 7. Ita ut in tertio anno
pascellitæ ET ADVERSI MINISTRARET DECIMATIO-
NEM. Fusius hoc persequuntur codices Græci
et Hebræi. Hebræus Numeri: *Ego* peravi
in Jerusalem cum primitiis, decimis et primoge-
nitis, quæ obtuli sacerdotibus filiis Aaron, cum
frumento, vino roseo, oleo, fœculis, molagran-
tis, cum cunctis fructibus terræ, quæ obtuli
filiis Levi, ministrantibus ante faciem Domini in
Jerusalem. Vers. — 7. Decimas quoque secun-
dam et tertiam dedi peregrinis, pupillis et viduis,
pergens singulis annis cum omnibus fœtis in Jeru-
salem, juxta præceptum Domini, et juxta quod
mihi præcepit Debbora mater patris mei. Nam
pater decessit cum utroque parente meo. Nec
prætereundus Hebræus Fugit: *Conversabam* præ-
cepta primitiarum, fructuum, decimarum, primi-
tiarum vellera, quæ dabam sacerdotibus filiis
Aaron. Primitias item decimas dabam filiis Levi,
Hierosolymis habitantibus, qui stabant coram
Domino ut ministrarent ei, et benedicerent in
semine ejus. Porro decimas secundas dividebam,
acceptoque argento ascendebam Hierosolymum,
expensam illam proquaque re quam desiderabam
anima mea, hoc ipsum faciens singulis annis.
Ceterum fœtis decimas eragabam pro restaura-
tione domus, quemadmodum præceperat mihi Debbora
mater patris mei. Pupillis enim vellem fœ-
ram à patre meo et à matre meo.

Græcus editionis Romane paria fœrmè legi-
fert enim, Tobias detulisse ad sacerdotes de-
cimas fructuum, primitias, et prima vellera
arjetum, obtulisse hæc sacerdotibus ad altare
omnium germinum, quos scilicet altare esset
ad eam rem paratum. Levitis in templo mini-
strantibus decimas dabat, decimasque altari

à lege statuta ter per annum, in Pascha, Pentecoste et Scenopegia, ut est in Hebræo et Græco. Quarta hæc laus est, observantia legis divinæ. Quinta, pietatis.

HI AMORABAT DOMINUM. Et tu quoque, cum alii feriantur, epulantur, venantur, etc., perge ad templum, exemplo Hyacinthi.

OMNIA PRIMITIVA SUA ET DECIMAS FIDELITER OFFERENS. Sexta laus. Ita ut,

VERS. 7. — INTERIO ANNO, seu tertio quoque anno, tertium quoque genus decimarum pauperibus exactissime subministraret. De triplici genere decimarum, quas pendebant Judæi, vide Deut. 14.

VERS. 8. — HIS SIMILIA ALIA PIA INSTITUTA CONSERVABAT PERFECTUS, seu adolescens Tobias, quæ septima illius laus est; nempe majores natu reverebar, minores instruebat, à voluptatibus illecebris cavebat, legem Domini ut pueris Judæis imponebatur, teste Josepho l. 2. cont. Apionem, memoris mandabat, etc. Et hæc in adolescentiâ suâ ante conjugium. In conjugio autem et virili ætate, ex alia encomia. Primum, cura bene instituendi liberos (1).

vendebat, ac pecuniam impendebat quotannis Hierosolymis in convivia charitatis ex lege. Denique tertiam addebat decimam, illa ad quos pertinebat solvendam, juxta Dehoræ avæ suæ monita.

Hæc hic perspicue primò primitias et oblationes, quarum non pretium, sed res ipsa dabatur sacerdotibus in templo; secundò decimas, quæ Levitis solvebantur, tertio decimas alteras, quibus læta Hierosolymis convivia instruebantur; quartò decimas singulis triennii offerendas: quæ tamen quam in rem impenderentur, desideratur. Hebræus Fagil in sacra tecta templi impensas exhibet. Textus Munsteri datas fert, non secus atque secundas decimas, agenda, viduis, orphanis. In eandem ferè sententiam vertit Vulgata: Ita ut in tertio anno proscriptis et advenis ministraret omnem decimationem. Græci nihil uberius exhibent, quam datas illas, ad quos pertinebant. In Deuteronomio sancitur, ut erogetur tertia hæc decima in loco habitationis suæ, admissis etiam Levitis ibi versantibus, egenis et advenis.

Vetus Latina versio fert, Tobiam detulisse Hierosolymam primò primitias et decimas gregum, boum et arietum, et decimam lanæ ovium; hæc autem sacerdotibus; secundò distribuisse Levitis quicquid consuetudine debebatur è frumento, vino, oleo, ficibus, malogranatis, aliisque; tertio secundam decimam sexto quoque anno in pecuniam redigisse, eamque pecuniam erogasse in loco sancto; quartò denique singulis biennii decimam distribuisse inter prosoletos, orphanos et viduos.

(1) VERS. 9. — CUM FACTUS ESSET VIR. Cum adolevisset, aptamque connubio ætatem implisset. Etatem hæc nulla lex, sive apud Hebræos, sive apud alias gentes deducebat. Revocari ne-

VERS. 10. — FILIUM SUUM AB INFANTIA TIMERE DEUM DOCUIT ET ABSTINERE A PECCATO (1). Quam curam parentibus adeò exactè commendant David, Salomon et Ecclesiasticus. Secundum encomium, abstinencia à cibis vetitis (2).

quit usque ad sextum et trigésimum, vel quadragésimum annum, id quod aliquibus placuit, neque redigi ad annum vigésimum, ut alii maluerunt. Illud constat, Hebræos maturè satis connubii jægum subire consuevisse. Tobias, utpote solitarius in domo, et parentibus destitutus, maturandum sibi censuit, ut sociam adscisceret feminam probam et sapientem. Vetus Latina versio fert: Postquam juvenis factus sum.

(Calmet.)

(1) Hanc bene liberos instituendi curam, parentibus omnibus suadet Ecclesiasticus c. 30; Salomon Proverbiorum 4, versu 3, suo ipsius exemplo David psalmo 55: Venite, ait, filii, audite me. Timorem Domini docebo vos. Negligant alii filiorum suorum doctrinam, ego, inquit, non item. Venite, filii, audite me. Docent eos alii, et diligenter, sed artes mundo huic placendi, opes et honores concervandi; imò etiam illas ipsas, quæ liberales vocantur, vel per se ipsas, vel per alios doceant. Ego, quod discere omnibus præstantius, utilius, magisque necessarium est: Timorem Domini docebo vos.

(Serrarius.)

(2) VERS. 11. — CUM PER CAPTIVITATEM DEVENISSET.... IN CIVITATEM NINIVEN CUM OMNI TRIBU SUA. Urbs est Ninive apud sacros profanosque auctores celebratissima, quæ tam longo tractu porrigebatur, ut tribum universam in eam venire mirum videri non debeat. Porro liberos illius homines cum mancipis erant, quæ variis heris vendita, per omnes vasis hujus civitatis partes distribuuntur. Versiculus hic cum sequenti jungitur in Græco et Hebræo in hanc sententiam: Ductas fui in captivitatem, et sedi in Ninive, civitate magnâ. Omnes fratres mei, et qui de genere meo, comedeant de panibus gentium; ego autem conservavi animam meam, ut non manducarem. Abstinebat Tobias non modò dapibus immundis vestisque in lege, uti sue, lepore, etc., sed et ab immolatis, quæ scilicet numinibus sua oblatæ, seu consecratæ fuerant; quin et carnes omnes, quibus vulgò vesciebatur ethnicus, abiecit, in quibus fortè esse posset sanguis, adipis, vel quippiam aliud immundum.

(Calmet.)

IGITUR CUM PER CAPTIVITATEM DEVENISSET IN CIVITATEM NINIVEN, CUM OMNI TRIBU SUA; CUM OMNES EDERENT EX CIBIS GENTILIUM, ISTE CUSTODIVIT ANIMAM SUAM. Notandum est, quamvis Christo docente, quod intrat in os, non coquinat animam, scilicet coinquatione eâ quæ animam obliget peccato, legaliter tamen immundus efficitur Judæus, si cibis secundum legem immundis comederat; imò consequenter etiam fiebat moraliter immundus, nempe qui peccabat in legem Dei, quandoque sine necessitate vesciebatur cibis secundum legem immundis. Igitur ab utraque contaminatione se et animam etiam suam, ut hic dicitur, Tobias servavit; quod insigne exemplum est, ne Catholici conversantes inter hæreticos, putent sibi licitum esse, ne ab aliis

VERS. 12. — Cui ONES EDERENT EX CIVIS GENTILIUM, puta idolo immolatis, vel lege vetitis, v. g., porcinâ carne, etc., ISTE NUMQUAM ILLIS CONTAMINATUS EST. Et hujus exemplum secuti sunt postea Daniel cum sociis, Eleazarus, Machabaei, et alii.

VERS. 13. — ET MEMOR FUIT DOMINI (et omnium mandatorum ejus) IN TOTO CORDE SUO. Tertium encomium. Quartum, quintum, sextum, et septimum, habes versibus 15, 17, 19, 20, quoad variâ opera misericordiae erga proximum tam spiritualis, quam corporalis.

Hinc REDIT ILLI DEUS GRATIAM IN CONSPPECTU SALMANASSAR REGIS (1). Ut, videlicet, ei prae reliquis placeret, et eximie gratus esset. Sunt autem Tobiae tria praesentia à rege concessa: Primum, potestas eundi quacunque vellet, faciendi quaecunque vellet, v. 14. Secundum, munera, eaque amplissima à rege ipsi donata, v. 16. Addunt Hebraei et Graeci tertium, nempe officium salicum seu palatinum; nam dicunt fuisse depositum regis, id est, emptorem seu procuratorem, domus regiae, et omnium ad regiam spectantium, puta annonae, vestium, equorum, armorum, praediorum, etc., ut olim fuerat Joseph in Aegypto, Genesis 41. Unde et dicunt, constitutum fuisse Tobiam supra omnia quae habebat Salmanassar. Unde facillimum illi fuit, decem talenta argenti Gabelo regi dare non mutuo, sed in depositum,

rideantur, contra praescriptum Ecclesiae vesci cibis vetitis. (Estius.)

Ile porro videmus, quemadmodum communibus malis intolantur etiam iusti, sed ad majorem eorum exercitationem, meritum et gloriam. Divus Ambrosius, cap. 1, lib. de Tobia: « Ob virtutes scilicet augendas, quibus praeditus fuerat, subitis aerumnarum captivitatibus, quam ferebat humiliter ac patienter, communem magis injuriam quam privatam dolens, nec sibi virtutum suffragia nihil profuisse deplorans, sed magis eam contumeliam minorem suorum peccatorum pretio arbitratus. » Similia etiam auctor quaestio-nem ex utroque Testamento q. 119. (Serarius.)

(1) Ut ei videlicet placeret, gratusque esset, Graece dicitur ei dedisse Deus gratiam et pulchritudinem. Unde videmus, ut honorem et benevolentiam acquiramus, divinum valere auxilium, veramque probitatem, quemadmodum monebat Xenocratem Plato, ut eam ob causam Gratias sacrificaret, à quibus tamen, cum esse nullae sint, nihil expectandum. Sed à Deo gratia omnis pendet, etiam coram hominibus, ut Exodi 12, versu 56; Judith cap. 10, vers. 4, Esther cap. 5 et 15.

(Serarius.)

Graecus: Dedit Dominus gratiam et formam in conspectu Enemessari. Hebraeus Fagii: Domini michi dedit, ut gratiam et misericordiam invenirem in oculis Salmanassar. (Calmet.)

ut tamen pro libito uteretur, quoad repeteret Tobias. Atque haec tam prospera fortuna adhaesit Tobiae toto tempore regni Salmanassar. Quo defuncto, cum Sennacherib ejus filius et successor Judaeos omnes jam inde ab exordio regni sui exosos haberet, sed tum maxime omnium cum horrendâ clade ab iisdem in Judaeâ, seu potius ab angelis, sed in Judaeorum gratiam, affectus esset, ut narratur à Reg. 19, et Eccles. 48, ideoque in omnes promiscuè ut primum Ninivem reversus est, crudeliter saeviret; etiam Tobias ad mortem deposcebatur, et omnia illius bona fisco addicta sunt. Sed quadragesimo quinto die à reditu Ninivem occiso à propriis filiis tyranno, Tobias sua quoque bona, sed non pristinum officium, recepit. Addunt Hebraei et Graeci, ipsum ea recepisse precibus et operâ Achlachari (quem noster c. 11, v. 20, Achior vocat) nepotis sui ex fratre Anacle. Nam hunc inprimis clarum habebat Assar, ad eum pincernam suum, et ab omni regio, et rationibus regis praefectum, et totius regni gubernatorem, denique secundum à se, seu vicarium suum; ita Hebraei et Graeci (2).

(1) **VERS. 14.** — DEDIT ILLI POTESTATEM QUOCUNQUE VELLET IRE, etc.; — **VERS. 15.** PRÆBENT ENIM AD OMNES, etc. Brevis Graecus et Hebraeus uterque; Graecus enim pro versibus 14 et 15, legit tantummodo: Et fuit ejus emptor, qui annonam regiarum aedum emebat. Hebraeus Munsteri: Et constituit me super omnia quae habent, usque ad diem mortis meae. Summum domus oeconomum constituit. Veror tamen, ne textus hujus Hebraei auctor induceret aliquid exaggerationi, et ad orationis ornatum ampliori dignitate, quam reverè esset, Tobiam praeditum exhibuerit.

VERS. 16. — Cui AUTEM VENISSET IN RAGES CIVITATEM MEDOSUM. Jacobat Rages in plagâ meridionali Mediae, in montibus qui Medos ipsos à Parthis sejungunt. Nominis hujus etymon Graeci ducunt ex ῥήγισ, frango, quod scilicet frequentibus terrae motibus agitata frangitur. Derivari potest ex Hebraeo רָגַשׁ, moveri. Hebraeus tamen Munsteri habet רָגַשׁ. Tunc Media regibus Assyriis non tota quidem parebat, sed facili in interregno quod mortem Dejocis primi Medorum regis consecutum est, Assyrii majorem ejus partem invaserunt. Censet Grotius, Tobiam, cum munus aliquid apud regem gereret, jussum fuisse sequi Salmanassarum in Rages, ubi vernam anni tempestatem exigere Parthorum reges consueverant. Verum Tobias domicilium habebat in Ninive. (Calmet.)

Quam verè Rhagam, Rhagas, et Rhaga profani scriptores nominant, eam semper interpretes vocat Rhages, Hebraei scilicet sermonis, in quo indeclinabile id nomen, imitatione, nisi forè una interdum littera mutata sit, et Rhages lectum pro Rhagas, aut Rhapis, quemad-

modum Actorum 8, *Gandaces* pro *Gandaces*, d'Assicia, pro *Pénisces*, in libris *Naclabao* pour *sepe*. Accepit porro urbs illa nomen à raptura et labibus quas terræ motus exciderant, ut ait lib. 29 Diodorus, et Strabo lib. 12, qui addit motibus illis plus quam duo milia urbium et vicorum perisse. Non esse à Seleuco Nicanore conditam, ut ait Stephanus, vel ex hoc loco patet, cum hisce temporibus fuerit Seleucus multo posterior. Videtur Rhagum à Rhagis infra distinguere, cap. 6, *Giracus*, sed in eum id locum differat. Italica per Joannem Baptistam Firsi edita de sancto Thomæ historia, et alii quidam scriptores, Eusebium isto nomine appellant, sed cum in Mediâ Rhagæ sint, in Syriâ Emesa, et ait l. 5, cap. 13, Ptolomæus, l. 5, cap. 23, Plineus à Plautina, fortè Trismumæ ita exclamet quisquam : *Eh ! an etiam Arabia est in Ponto ?* (Serarius.)

Les critiques voudraient, dit Voltaire, que l'auteur, quel qu'il soit, de l'histoire de Tobie, eût dit comment ce pauvre homme avait gagné dix talents d'argent auprès du roi Salomon, dont il ne pouvait pas plus approcher qu'un esclave chrétien ne peut approcher du roi de Maroc : dix talents d'argent font vingt mille écus, monnaie de France ; c'est beaucoup pour le mari d'une blanchisseuse. — Nous sommes l'impudent craique et ses partisans de produire un seul texte de l'histoire de Tobie, où il soit seulement insinué que sa femme était blanchisseuse. Quelle fureur de recourir sans cesse au mensonge et à la calomnie, pour répandre du ridicule sur tout ce qui est consigné dans les livres saints ! dans quel monument de l'antiquité a-t-il trouvé que Salomon ne s'était pas plus accessible que le roi de Maroc ? Il le connaissait bien peu cette antiquité, s'il ne savait pas que les peuples transplantés par les monarches de Ninive et de Babylone, dans des terres étrangères, y étaient sur un pied bien différent que les esclaves ne le sont à Maroc. Ceux-ci, enfermés toute la nuit dans des maisons communes, n'en sortent que pour travailler comme des forçats : ceux-là, au contraire, étaient en liberté, possédaient des fonds, se consacraient des grâces, cultivaient des vignes à leur profit, plus avantagés en ce point que ne le sont les Juifs de nos jours. A cet état de propriété en fonds, ils joignaient le commerce, et c'était surtout par ce moyen que Tobie s'était enrichi. Demande-t-on parmi nous comment un Juif peut être riche de vingt mille écus ?

« Il s'en va, continue le critique, à Ragès en Médie, à 400 lieues de Ninive, prêter ses vingt mille écus à Gabélus qui était fort pauvre, et qui probablement serait hors d'état de les lui rendre. » — Une preuve que Gabélus, quoique peu fortuné, donnait, par son industrie, des espérances bien fondées de s'enrichir un jour, c'est qu'en effet il rendit la somme que Tobie lui avait prêtée. Ragès en Médie était à 400 lieues de Ninive. — La Médie et l'Assyrie, dont Ninive était la capitale, sont deux provinces limitrophes, qui n'ont ni l'une ni l'autre une vaste étendue. Il y a environ six-vingts lieues de Ninive à Ecbatane, capitale de la Médie, selon la carte de Samson. Ragès n'était pas bien éloignée d'Ecbatane,

selon Diodore de Sicile, dont l'estime est confirmée par le livre de Tobie qui place Ragès dans les montagnes voisines d'Arménie.

(Duchet.)

VERS. 17. — CUM GABELUS DECENTEN VIDERET, seu CHIROGRAPHO DEDIT ILLI DECEN TALENTA, quæ stipendii loco à rege acceperat, quibus honoratus fuerat à rege, vel quæ in honorariam pensionem à rege obtinuerat. Verum in Scripturâ honorare valet sæpè solvere, vel mercedis loco dare : Qui bene præstant præstiterit, duplici honore digni habentur (id est, duplici mercede), maxime qui laborant in verbo et doctrinâ, ait Apostolus. Decem argenti talenta summam constituunt quadraginta octo millibus, sexcentarum et septuaginta et unius librarum, solidorum decem, et denariorum sex; nostri numismatis. Indicare videtur textus Vulgatæ, Tobiam sub privata syngraphâ fide pecuniam hanc Gabelo solvisse. Sed Græcos, Hebræos, S. Ambrosius et vetus Vulgata depositi loco traditam ferunt. Animadvertitur vulgò, oim obtinuisse, ut illi, penes quos erat depositum, jus esset eodem deposito utendi. Sed auctores versionum Græcorum et Hebræarum non ita intellexerunt, cum annotent inferius, § 5, Gabelum restituisse juniori Tobie sæculos pecuniam continentes, clausas obligatasque. Gabelum hunc Græci appellant *Gabelum*, fratrem *Gabriel*. Hebræus *Fagil* : *Abelom filium Gabrielis*. Munsteri : *Gobelm fratrem moem*. Vet. Latina versio : *Gabelum filium Gabeli*. Variantia hæc suspectam faciunt textuum istorum fidem, quorum veritatem adstruere nostrum esse non ducimus, quippe qui authenticum unicum Latinum Vulgatæ existimamus. In veteri Latina versione affirmat Tobie : *Commendavi decem talenta in cura Gabelo*.

(Galmel.)

Gabelus verò iste Græcè dicitur, et Hebræè *Gabel*, et quidem *Gabriel* frater expressè, licet ex cap. 5, versu 21, Græcè conjicere quidam velint, *Gabriel* potius *filium* fuisse. Sunt etiam Hebræi, qui *Abrielum* vocant *Gabeli* filium, aut *Corebi* fratrem. (Serarius.)

SUB CHIROGRAPHO DEDIT ILLI PONSUS ARGENTI. Queritur an hoc non sit contra præceptum Christi, qui dicit Luc. 6 : *Manum date, nihil inde sperantes*; et imprimis contra præceptum de elemosinis. — Respondetur : Aliud est donare, aliud mutuo dare. Et aliquando quidem suadet aut jubet charitas, donandum esse ; scilicet quando is qui eget non videtur datur aliquando futurus, ut possit reddere, sed aliis etiam sufficit, ut mutuum datur, si videlicet videatur posse restitui. Factum est itaque hoc à Tobie prudenter, nempe si ipse postea egeret (quod accidit) ut repeteret posset : aut, etiamsi ipse non egeret, Gabelum posset restituere, posset pecuniam illam aliis rursus eodem modo impertiri, et ita misericordiam suam ad plures extendere. Quod igitur donatur, repelli non potest ; sed bene quod mutuo datur, et utrumque opus ex charitate procedit. Nec obstat illud dictum Christi : *Mutuum date, nihil inde sperantes*, quia sensus est : Nihil expectetur ultra sortum, seu summam mutui datum ; sed neque ut vobis aliquando simile beneficium præstetur vicissim ab his quibus mutuum dedistis. Hoc enim tantum velle Christum eo loco, patet ex toto contextu.

(Rottius.)

VERS. 18. — Cui acciderit Sennacherib. Rogantes Sennacherib, sollicitus res adversas sollicituerant. Nam presser ipsum captivitatis incommotum, à regni sui principio, eos statim alligare cepit, et multo magis post acceptam divinitus in Iudam iradem, 4 Reg. 19, quomodo et Turca Selimus, anno 1574, victas, Grece vocat apud Nisalem Comitem, sub dicto lib. 22. Tum vero dicit Tobias surum in igne, versu 18 et 19, et quod unquam male fuerunt, eo ipsius virtus maior. Interdicta, ait D. Ambrosius, cap. 1, non revocabatur magis quam iudicatur, ne deserere officium pietatis, mortis metu videretur. Erat misericordia precibus mortis penna. (Serarius.)

VERS. 20. — EGRESSUS ALERE, SEDUQUE VESTIMENTA PALLEBAT, ATQUE OCCISUS SEPULTURAM SOLICITE EXHIBEBAT. Ecce hic sunt opera pietatis et misericordiae: tam corporalis quam spiritualis, in quibus opes et vires suas pie sanctique exhibuit Tobias, ob quam martyrii spem, ne penè rem et lauream consecutus est, ut S. Iulianus, S. Marius et Martha emulantes, pluresque alii visitantes, alentes et sepelientes martyrum corpora, martyrii coronam adepti sunt.

Tobias amulator fuit S. Malachias episcopus Hibernie, de quo ita scribit S. Bern. in ejus Vita, post initium: « Designe cara erat ei maxima in sepelionibus defunctis pauperibus, et quod hoc sibi non minus humilitatem superaret quam humilitatem. Nec defuit novo nostro Tobias redire à muliere tentatio, sed à serpente per mulierem. Germanus ejus indignitatem (ut ibi videbatur) officii exhortans, quid facis, inquit, à insano? Dimittis mortuos sepelire mortuos tuos. Et hoc illi quod tibi exprobras ingerebas, sed respondebat mulieri stultie, juxta stultitiam suam: « Misera, tu eloquiisti casti vocem teneas, sed visitationem ignoras. Ita ministerium ad quod exactus accesserat, devotus tenuit, indefessus exercuit. »

VERS. 22. — AT INTERVIATUM EST REGI (Sennacherib), JUSSE RUM OCCIRE, ET TULIT OMNEM SUBSTANTIAM EUS. Tobias ergo spoliū bonorum omnium, regem et exiliū, quin et sententiam mortis pro fide et charitate sua libens accepit; dicit igitur ipse confessor, et voto martyr. Audi S. Amb. lib. de Tobia, cap. 4: « Ob virtutes scilicet augendis quibus pradiis effuerat, vultu seruitutis captivitate, quam ferebat humiliter ac patienter, communis magis injuriam, quam privatam dolens; nec enim virtutum suffragia nihil prodesset deplorens, sed magis eam contumeliam minorem et suorum peccatorum pretio arbitratos. » Fides sapienter S. Bern. in Sentent.: « Martyrium sine sanguine, nil, triplex est: parentis in ubertate, quam habuit David et Job; largitas in paupertate, quam exercebat Tobias, et vidua in Eryng; castitas in juventute, quā usus est Joseph in Egypto. » (Corn. à Lap.)

Junus est et fortunis omnibus et vitā spoliari. Cum enim eum, ut in Hebreo et Græco

est, operum tam piorum Nivrita quidem accusasset, illis amissis, hinc inops et nudus retinuit, sed fugi extrā Ninivem, et latebra, quam ei, uxori et filio ipsimet Assyrii praeberant, quā ex illis, versu 23, non effugerant eum. Nam de Iudæis id putandum non est, cum calumniatoribus, satellitibus et carnificibus omnia ipsorum tunc oblecta essent. Sic verò statuit usque ad tyrannum hujus eadem, cuius modus et locus explicatur 4 Reg. 48, et hic Græcè, multoque copiosis Hebraicè, ubi et causa ponitur, quod, in prosperum ab ipso Dagon impetrasset, duos ei illius inmoderate voluerit, sed isti praevertent, eumque nocturnis, quorum nomina referuntur Adramelch et Sarsacer. Id versu 24 factum, post dies 48 ab regni ejus, vel cladis potius accepta principio, quia Hebraeus textus unus dicit, Tobiam dies tantum 49 dormisse. In Græco, eadem sententia dicitur: Non praevertent dies 50. (Serarius.)

VERS. 25. — TOBIAS VERO CUM FILIO SVO, ET CUM UORE SUA PUGNIS SUBIS LATUIT. Hebraei habent Tobiam delituisse per dies novemdecim.

VERS. 26. — ET REVERSES EST TOBIAS IN DOMINI SUAM, OMNEQUE FACULTAS (OPUM) RESTITUTA EST EI, QUAE NINIVITUM DOLUIT SUPERARI. Nam multa fuisse ab officialibus regis, satellitibus et milibus consumpta, direpta, distracta, dissipata, liquet ex eo quod Anna uxor Tobiae texendo quæsierit victum, ut dicitur cap. 3, v. 19. (Corn. à Lap.)

Asaraddon, qui Græcè Ἀσάρδων dicitur, servit otium in istis Israel, ut capite sequenti patet, versu 8 et 9. Frater tamen Tobiae filium Achichar, vel, ut in alio Hebraeo dicitur, Achikarem magnis affectu honoribus. Fecit enim eum prius pincernam, deinde ab amplio regis, ut Esther cap. 3, versu 10, tertio totius regni gubernatorem; quæ rationibus omnibus præstant, seu rationales, quoad, accendendum à se, seu vicariis eum, ut Græcè et Hebraicè traditur. Exasserant ista Achichar in Græco, filius Anaelia, vel Hebraicè Hamanels, idque eorum hinc fratris Tobiae nomen haberetur, nisi essent, qui ex Græco assererent eundem esse, qui Achicharem et Anael vocatur. Possent enim ita intelligi Græci: Ἀσάρδων ὁ υἱὸς Ἀνελίᾳ, ubi ubi Ἀσάρδων pro. Multo tamen simplicius et verius apparet eum, qui fuit Tobias frater, ipsum Anaclem esse, omninoque id Hebraeus asserit. Hujus Achichari precibus, Ninivem rediit Tobias, facultatibus, cum magna ex parte direpta fuissent, residuas accepit, sed obque dignitate perierant. Vix tandem, ait Ambrosius libro citato, per amicum potius, direpto patrimonio, egressus et exul restitit suis. Facultatem, pro facultatibus dicit interpret, ut Cicero copiam pro copiis, lib. 8 ad Atticum, epistolâ 17 et 19, sicut etiam Paulus à quibusdam accipitur, I. Cum parit II. de Adm. tutel. § ultimo. (Serarius.)

CAPUT II.

1. Post hæc verò, cum esset dies festus Domini, et factum esset prandium bonum in domo Tobie,

CHAPITRE II.

1. Après cela un jour de fête du Seigneur étant arrivé, un grand repas fut appété dans la maison de Tobie.

2. Dixit filio suo : Vade et adduc aliquos de tribu nostrâ, timentes Deum, ut epulentur nobiscum.

3. Cumque abiisset, reversus nuntiavit ei unum ex filiis Israël jugulatum jacere in plateâ. Statimque exiliens de occubitu suo, relinquens prandium, jejunos perrexit ad corpus :

4. Tollensque illud, portavit ad domum suam occultè, ut dum sol occubisset, cautè sepeliret eum.

5. Cumque occubisset corpus, manducavit panem cum luctu et tremore,

6. Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos prophetam : Dies festi vestri convertentur in lamentationem et luctum.

7. Cum verò sol occubisset, abiit et sepelivit eum.

8. Arguebant autem eum omnes proximi ejus, dicentes : Jam hujus rei causâ interfici jussus es, et vix effugisti mortis imperium, et iterum sepelis mortuos ?

9. Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, et occubabat in domo suâ, et mediis noctibus sepeliebat ea.

10. Contigit autem ut quâdam die fatigatus à sepulturâ, veniens in domum suam, jactasset se juxta parietem, et obdormisset,

11. Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos ejus, sicretque cæcus.

12. Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus sicut et sancti Job.

13. Nam cum ab infantiâ suâ semper Deum timuerit, et mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum quòd plaga cæcitatæ eveniret ei.

14. Sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.

15. Nam sicut bestio Job insultabant reges, ita isti parentes et cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes :

16. Ubi est spes tua, pro quâ eleemosynas et sepulturas faciebas ?

2. Et il dit à son fils : Allez et amenez ici quelques-uns de notre tribu qui craignent Dieu, afin qu'ils mangent avec nous.

3. Son fils y alla ; et étant revenu, il lui dit qu'il y avait dans la rue le corps d'un des enfants d'Israël qui avait été tué. Tobie se leva aussitôt de table, et laissant là le dîner, il vint à jeun vers le corps.

4. Et l'enferant, il l'emporta secrètement dans sa maison, pour l'ensevelir sûrement lorsque le soleil serait couché.

5. Et ayant caché le corps, il commença de manger avec larmes et tremblement,

6. Repassant dans son esprit cette parole que le Seigneur avait dite par le prophète Amos : Vos jours de fête se changeront en des jours de pleurs et de larmes.

7. Et lorsque le soleil fut couché, il alla et l'ensevelit.

8. Or tous ses proches le blâmaient, disant : On a déjà commandé de vous faire mourir pour ce sujet, et vous avez eu bien de la peine à échapper à votre condamnation ; et après cela, vous ensevelissez encore les morts ?

9. Mais Tobie craignant plus Dieu que le roi, emportait les corps de ceux qui avaient été tués, les cachait dans sa maison, et les ensevelissait au milieu de la nuit.

10. Il arriva un jour que, s'étant lassé à ensevelir les morts, il revint en sa maison, et s'étant couché au pied d'une muraille, il s'endormit, ayant le visage à découvert ;

11. Et pendant qu'il dormait, il tomba d'un nid d'hirondelle de la fiente chaude sur ses yeux, ce qui le rendit aveugle.

12. Dieu permit que cette épreuve lui arrivât, afin que sa patience fût donnée en exemple à la postérité, comme celle du saint homme Job ;

13. Car ayant toujours craint Dieu dès son enfance, et ayant gardé ses commandements, il ne murmura point contre Dieu de ce que la plaie de la cécité lui était survenue.

14. Mais il demeura ferme dans la crainte du Seigneur, rendant grâce à Dieu tous les jours de sa vie.

15. Car comme des rois insultaient au bienheureux Job, ainsi ses parents et ses alliés se raillaient de sa vie, disant :

16. Où est votre espérance, pour laquelle vous faisiez des aumônes, et vous ensevelissiez les morts ?

17. Tobias verò increpabat eos dicens: Nolite ita loqui:

18. Quoniam filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

19. Anna verò uxor ejus ibat ad opus textrinum quotidie, et de labore manuum suarum victum, quem concepi poterat, deferbat.

20. Unde factum est ut hædum caprarum accipiens detulisset domi:

21. Cujus cum vocem balantis vir ejus audisset, dixit: Videte, ne fortè furtivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

22. Ad hæc uxor ejus, irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, et eleemosynæ tuæ modò apparuerunt.

23. Atque his et aliis hujusmodi verbis exprobrabat ei.

17. Mais Tobie les reprenait, disant: Ne parlez point de la sorte;

18. Car nous sommes enfants des saints, et nous ne bornons pas nos espérances à la vie présente; mais nous attendons cette vie que Dieu doit donner à ceux qui ne violent jamais la fidélité qu'ils lui ont promise.

19. Or Anne, sa femme, allait tous les jours faire de la toile, et apportait du travail de ses mains ce qu'elle pouvait gagner pour vivre.

20. Il arriva donc qu'ayant reçu au jour un chevreau, outre le prix ordinaire de son travail, elle l'apporta à la maison,

21. Et son mari l'ayant entendu l'éler, dit: Prenez garde que ce chevreau n'ait été dérobé; rendez-le à ceux à qui il appartient, parce qu'il ne nous est pas permis de manger quelque chose qui ait été dérobé, ni d'y toucher.

22. Alors sa femme irritée lui répondit: Vos espérances sont manifestement devenues vaines, et voilà à quel se sont terminées vos aumônes.

23. Et sa femme lui insultait par ces discours et d'autres semblables.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Quando autem deveni in domum meam, et restituta est mihi Anna uxor mea, et Tobias filius meus. — In Pentecoste festivitate, quæ est sancta septem hebdomadarum, factum est prandium bonum mihi; et accedebat ad manducandum. — 2. Et aspecti obsecra multa, et dixi filio meo: Vade et adduc, quemcumque inveneris fratrum nostrorum egentem, qui meminerit Domini: et ecce exspecto te. — 3. Et veniens dixit: Unus de genere nostro strangulatus projectus est in plateâ. — 4. Et ego, antequam ego gustarem, exiliens, — tuli in domum quandam, donec occidit sol. — 5. Et reversus, lavi me, et comedebam panem meum in tristitia: — 6. Et recordatus sum prophetie Amos, quemodò dixit: Convertentur dies festi vestri in luctum, et omnes lætitiæ vestre in lamentationem. — 7. Et ploravi. — Et quandò occiderat sol, abi, et sepeliens sepelivi eum. — 8. Et proximi irridebant, dicentes: Non adhuc timet interfici pro re hæc: et aufugit, et ecce rursus sepelit mortuos. — 9. Et in ipsa nocte, redi, cum sepelisset, et cubi pollutus juxta murum agri: — et facies mea discooperata erat: — 10. Et non vidi, quia passeret in muro erant: — et oculis meis apertis immiserant passeret calidum in oculos meos: et facti sunt albugines in oculis meis; et ivi ad medicos; et non profecerunt mihi. Achiacharus autem nutriebat me; quoadusque profectus sum in Elymsida. — 11. Et uxor mea Anna serviebat in gynæceis, et mittebat dominis: — 12. Et reddiderunt ei etiam ipsi mercedem; addentes etiam hædum. — 13. Quando autem venit ad me, — cœpit clamare. Et dixi ad eam: Unde hædus? numquid furtivus est? redde illum dominis: non enim licitum est manducare furtivum. — 14. At illa dixit: Donum mihi datum est super mercedem. Et non credebam ei; et dicebam reddere illum dominis, et erubescbam adversus eam. — At illa respondens dixit mihi: Ubi sunt eleemosynæ tuæ, et justitiæ tuæ? Ecce cognita omnia tecum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUM ESSET DIES FESTUS (1), tempore Pentecostes, ut habent Hebræi et Græci.

(1) VERS. 1. — CUM ESSET DIES FESTUS DOMINI, ET FACTUM ESSET PRANDIUM BONUM IN DOMO TOBIÆ. Festi solennia lautiore convivio celebrandi mos erat Hebræis. Lata à Domino lex

hæc utitur in illos indulgentiâ, ut diebus festis permittat, quin et interdum etiam imperet convivia religiosa in gratiam egenorum, pauperum et orphanorum. Nec Tobias illos imitabatur, qui primum legis membrum servabant, negligebant secundum, convivia quidem instrucentes, sed neglectis pauperibus et adve-

ut. Nihil enim invitatum è fratribus suis illos qui vitam ad Dei regem agerent. Discimus ex Græco, id contigisse die Pentecostes, quo festum hebdomadarum ab Israelis appellabatur, fuisseque, iussu Tobæ, lautiores quam pro morte epulas præparasse: *Factum est prandium domum, et secutus ad mansionem; et aspectus edocuit multa. Animadvertit hic, quem admodum inferiori, v. 5, morem accumbendi mensæ, Orientalibus familiarem. Agitur tunc festum Tabernaculorum, si Hebræo Fagii credas: Pentecostes, si veteri Vulgato.*

VERS. 5. — NUTRIVIT EI, UNDE EX FILIIS ISRAEL JUGULUM JACQUE IN FRATE. Græcus: *Unus ex israelitis arripuitque projectus est in platea, etc. Michæus Fagii: Mortuus jacet in campo.* Ex hoc textu, et ex narrationis serie discimus, Asarhaddonem non prohibuisse injurias israelitarum; id quod suspectum facit dignitatem Akikari, necessarii Tobæ, dignitatem, inquam, à rege secundam.

(Calmet.)

D. Ambros. de Tobia: « Magnam, inquit, hoc opus. Si strenuus operire nudes præcipimus, quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam æternam domum profectos, unde jam non revertentur? »

(Serarius.)

VERS. 4. — PORTAVIT AD DOMUM SUAM OCCULUM, ET, DUM SOL OCCIDERET, CASTE SEPELIENS EUM. Invenire videtur Græcus, delatum fuisse à Tobia cadaver in domum à suis alienam, donec nox subiret. Illud autem ipse per se Tobias detulit: vel forte, ut id tutius fieret, neve sese offio adversariorum tenerè exponeret, deferendum illud curavit in domum suam, vel in domum vicinam, juris et possessionis sue. Si ipse per se detulit, vitium contraxit, prohibens sese domus sue ingressum, sociorumque convivium: id autem die festo, uti reverà abstinuisse videtur. Hebræus equidem Fagii, Syrus, et veter Latina versio ferunt, illum manus ante cibum lavisse: id tamen neque Græcus, neque Latine noster legant. Adde quod sola manus lotio ejusmodi sordem non elisset. Si ea satis fuisset, cur non ingreditur domum suam ut cubet? cur huc cubat ad parietem, postquam cadaver humavit? Hebræus Munsteri, postremum hoc Tobia sepius narrans, ait, post conditum humo cadaver, balneum sibi parasse, sed explere se ita ut in Israele nequisset: quibus verbis facile indicat, defuisse Ninive claustrum vocæ rapti, quæ lustralis aqua in Israele parabatur. Sed auge potius quam minuat difficultatem: neque enim misere contraxisset sordem delatus in domum suam, quam humato cadavere. Quare alterutrum adulteramus oportet, sive cadaver humis suis non detulisse, sive eo delato, concessisse à ceteris secretum, utpote cadaveris tactu immundum. Huc ab illo servatum invenire videtur textus ferens: *Manducavit cum factis et tremore, dolens mala populi sui, et metuens, ne delatus moras gravesque tibi et familie molestias pareret.*

(Calmet.)

ET DUM SOL OCCIDERET CASTE SEPELIENS EUM, QUÆ EUM APUD REGEM ACCUSARET, ITAQUE VITÆ PERICULUM ADIRET, UTI FECERAT, CAP. 1, 22). SEPELIT EUM. Interdictio, ait S. Ambrosius, e. 1, non revocabatur magis quam incitabatur,

ne deserere officium pietatis mortis metu videretur: erat misericordia pretium mortis pena. Idem lib. 1 Offic., cap. 4: « Tobias, ait, formam pietatis expressit evidentijs, cum relicto convivio mortuos sepeliret, et ad cibos pauperis mensæ lavaret inopes. » Et S. Augustinus, lib. de Cura pro mortuis, e. 1 et seq.: « Tobias, ait, sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. » Sepultura enim est ultimum misericordie officium, naturæ debitum, quasi honor defuncti et cognatorum solatium, ac naturæ desiderium. Audi S. Ambrosium, hic cap. 1 et 2: « Magnam hoc opus. Si viantes operire audeamus, et precipimus, quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam æternam domum profectos, unde jam non revertentur? Nihil hoc officio prestantius, ei conferre, qui tibi jam non potuit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à bestiis consortem naturæ. Ferè hæc humanitatem defunctis corporibus dedisse produntur; homines negabunt? »

Adde fidelibus sanctis sepelienda esse corpora, ut per hoc protestemur fidem, et spem resurrectionis, scilicet ea non abijci, ut cadavera eorum et cinerum, quorum animæ cum corpore intereunt, sed sepeliri, ut resurrectione in animâ et corpore ad vitam immortalem. Rursus per sepulturam virtuti sanctorum et martyrum magnus deferretur honor: unde tanta pontificibus primis sepeliendi martyrum cura extitit, imò S. Nicomedes sepeliendo corpus S. Felicitæ martyris, et S. Justini presbyter S. Laurentii, aliisque plures per sepulturam martyram, martyrum laudem adepti sunt.

Sic Marcellinus, postea cum in corpus recens occisi incidisset, illudque serpentis vellet, caput est quasi ille cum occidisset, idcirco damnatus ad mortem, sed Dei providentiâ factum, ut deprehenderetur cædis auctor, itaque Marcellinus liberaretur, inquit Evagrius lib. 2, cap. 1. Atque hoc opere meritis Marcellinus evelli ad imperium, licetque maritus S. Pulcheriæ sororis Theodosii imp., quo præinde nullus melior, nullus fortior, nullus plenior fuit imperator: ita Baronius anno Christi 400.

(Corn. à Lap.)

VERS. 6. — MEMORANS ILLIEN SEMONEM. Hinc facta subiungitur recordatio prophetæ Amos cap. 8, vers. 6, et 4 Machabæorum, cap. 4, v. 41, eademque recordatio dicitur, sicuti Tobiam, sic et affecisse S. Annonem archiepiscopum Coloniensem, lib. 5 ejus viæ, cap. primo, dum unice sibi charum viam defunctum, ipso iidem Pentecostes die, iugeret.

(Serarius.)

VERS. 8. — ARGUEBAT AUTEM EUM OMNES PROXIMI SUOS DOCTES: JAM NUNQ. ANI. CETERA. EVIDENTI JUSQUE ES, etc. Dabitur quispiam miracione fuerit arguendus Tobias, quod cum periculo vite sue mortuorum corpora voluerit dare sepulture? Neque enim morsus sepulcrum tangens, ut propter eam quis mortis periculum subeat. — Respondet, tibi præstat esset periculum homini sepelienti mortuum aut sepelire coganti, abstinendum esse, quia neque extrahi posset officium sepulture potestate impediens, aut sepulchrum mox iterum erueniens, etique

VERS. 10. — QUAM BIX (1); Græcè eadem illa nocte, quam scilicet festum Pentecostes consecuta est; a SEPULTURA rediens domum suam, neque tamen ingredi volens, quod contactu cadaveris immundus factus esset, juxta legem Numerorum. 19 (2). extra domum porticu vel propylæo juxta parietem se abiciens, lupinus obdormiit.

Petes, cur, sicut priore vice, cum cadaver

occideretur et insepultus abjiceretur, et sic malum duplicaretur. Si verò periculum non esset presens, neq. etiam futurum valde probabile, metuendum tamen aliquo modo, non debet hoc casu reprehendi, sed laudari, qui adhibuit cautellâ, sicut hic Tobias fecisse legitur, mortuorum corpora sepeliri, maxime, piorum, et ob odium veræ religionis interfectorum, ut olim erant martyres, quorum corpora qui abstulerunt et occulte sepelierunt, eos à totâ antiquitate laudatè legimus: siquidem hujusmodi opus non tantum est officium humanitatis in proximos, et protestatio futuræ resurrectionis mortuorum, verum etiam actus religionis in Deum, sicut est ipsa martyrum confessio. (Calmet.)

Legitur hic reprehensio ei ferè similis, quæ est Joan. 11, vers. 7 et 8: Nunc gressus est de nocte lapidare, et iterum vadit illuc?

(Serafius.)

VERS. 9. — Sicut Tobias plus times Deum, etc.; ejusmodi charitatis opera non relinquat. Deest hic versiculus in Hebræo et Græco. Noverant utique repugnare illi quæ ipsi legunt vers. sequenti, nimirum Tobiam luminibus capium fuisse eadem nocte quâ dictum cadaver sepultum mandaverat. S mulatorum amicorum et necessariorum Tobie monita, uti et hic versiculus, demonstrant Tobiam assuevisse piis hisce operibus, adeoque non nisi post rem sapienter frequentatam istam calamitatem illi, de quâ statim, permisisse.

(Calmet.)

(1) Ecce post tot bona opera, etiam per boni operis occasionem, ex tanto tamque raro, Dei causâ, labore suscepto, venit calamitas. Quis eorum qui mundi hujus felicitatem, opes, formam, valetudinem tantâ faciunt, secus fieri oportuisse non opinatur?

(Serafius.)

(2) Ea labe perseverabat septem diebus, elucubraturque aspersione aquæ lustralis, mixtis vixit rufis cineribus preparata; lustratio tertis et septima die facienda erat. Quidquid hominem ita vitium tangebatur, contraheret tordem, Israelitæ in captivitate, et qui pariter hodie nobiscum versantur, cum cineribus expiationis careant, subtilis Hierosolymæ sacrificiis, defectum illius aspersioibus supplet. In Hebræo Munsteri, Tobias parat sibi, quò lavetur, balneum, expiatione à lege præscriptâ carens. Sed facillè tingere se balneo non nisi mane alterius diei meditabatur, atque interim noctem extra ades acturus erat. Item Hebræus laudat hic sententiam Jeremias, non satis animadvertens, Tobiam seniores, qui hic loquens inducitur, longè ante Jeremiam ejusque oracula præcessisse. (Calmet.)

ô pietatē sustulisset, reversus lavit et mundavit sese, ut est in Græco, atque ita prandium relictum resumpsit, non etiam hinc secundâ vice, simili lotionē sese emundavit, et ita domum et stratum suum ingressus est. — Respondet: Fatigatis et somni appetitibus non forebant ejusmodi moras, et voluerat nocturno tempore sub medium ætatis in aperto aere somnum capere.

Petes, quid tanta seu necessitas, seu utilitas sepeliendi cadavera, ut tantis propterea periculis vir prudens hic sese exponat? An fortè nocet mortui quod cadaver jaceat insepultum? — Respondet: Non nocet absolute aut simpliciter, sed tamen per accidens et ex parte, ut cum S. Thomâ loquer: primò, propter affectum et amoris quem in corpus suum habet vires, et mortuus adhuc retinet; secundò, propter honorem, quem omnibus penè gentibus persuasum est afforri defuncto per sepulturam; tertio, propter infamiam et injuriam quæ non mortuo tantum, sed et communi hominum naturæ irrogari censetur, cum pars altera hominis in oculis omnium emporrescere et à canibus et aliis dilacerari permittitur. Neque solæ ex infamia irrogari nisi de communi bono pessimè meritis. Vide hinc de re Alcimum, Scoborum, et S. Augustinum, quæ cadavera iustorum hoc quoque nomine studiosius curanda monet, quod his tantum organis suis Spiritus sanctus ad omnia opera bona usus fuerit; et quod precibus quæque fidelium, quæ in sepulcrâ adhibentur, mortui, si forsan in Purgatorio sint, juventur; quibus commodè priusatur, cum id officii negligitur.

VERS. 11. — (1). HIRUNDINUM CALIDA STER-

(1) VERS. 11. — ET EX NIDO HIRUNDINUM DOMINANTI ILLI CALIDA STERORA EXCIPIENT SUPER OCULOS SUOS FIERETQUE CACUS. Hirundines, Græca habent *erpedia*, id est, *pasantes*, sed Sept. *erpedia*, vertunt pro Hebr. *alperim*, id est, aves, ut vertit Vatab.; has vocem aves ex circumstantiis loci optimè monstri intellexit fuisse hirundines; hæc enim sterora oculos excruciant, unde et aliter textus Hebræus hic habet *deor*, id est, avis libera; puta hirundo, quæ libere volat, et liberè cum hominibus conversatur, et in tecis nidulatur, ait B. Dav.

FIERETQUE CACUS. Minus rectè Lyranus hanc excrucandi vim negat sterori hirundinis. Probabilis Dionys. et Valens censent, Tobiam non fuisse excruciatum, sed albuginem et membranam duntaxat oculis ejus adductam fuisse, quam subinde chirurgi acis deducentes, oculos suæ libertati, visumque restitunt, de quâ re plura, cap. 6, 9. Porro hinc de causâ pulli hirundinum inter parentum sterora versan-

cora vim habent excrucandi naturalem, inquit, Plinius, et Franciscus Valerius: tum ex hirundinum occultâ proprietate; tum ex manifesto calore et vi adustivâ sordibus illis inext-

tes, excrucantur, sed à parentibus rursùm visus eis redditur per heriam quæ dicitur chelidonia. Audi Tertull. lib. de Penitentiâ, cap. 14: « Hirundo si excrucaverit pullos, novit illos oculare rursùm de sua chelidoniâ. » Et Plinius lib. 8, cap. 27: « Chelidonium visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullos oculis illâ medentes. » Et lib. 25, c. 8: « Hæ (chelidoniâ) hirundines oculis pullorum in nido restituerunt visum, ut quidam volunt, etiam erulis oculis. »

Mirum hoc est, æquè ac illud, quod idem scribit Plinius lib. 10, cap. 57, hirundinum oculos erulos renasci. Idem asserit Aelianus lib. 2, cap. 5, citatque Aristot., sed inutilè; verba enim Aristot. lib. 6 Hist. anim. cap. 5, sunt: « Pullorum hirundinis recentium oculi, si quis stimulo vexaverit, resuscitant, et cernendi vim postea plenè recipiunt. » Jam aliud profectò, ait Aldrovandus in Hirundine pag. 663, est, visum vexatum recipere, aliud oculos erulos renasci, quod asserunt Aelianus et Plinius. Idem verò Aldrovandus, pag. 689, cinerem pulli hirundinis cum melle oculis inspersum carum coliginem allatâ claritate dispellere, ex Dioscoride et Avicennâ asseverat, imò ad idem valere fel et stercus frigidum (calidum enim acre est et adurens, unde Tobiam excrucavit) hirundinum ex Alberto magno contendit.

Tropol. B. Petrus Damianus lib. 2 Epistolarum, epistolâ 12, et in ordine 33: « Quid, inquit, leviter volitantes hirundines, nisi leves adulationum et blanda loquentium significavit mores? qui dum blandiloqui sui servitute demulcent, dum adulationis oleo caput audientis impingunt, interiores oculos, ne solâ luce perfruantur, excrucant. »

(Cœn. à Lap.)

Sive Tobias casu oculos aperuerit, sive ita dormire soleret, sive non tecto ore, clausisque oculis resolutus fuerit in somnum, facillè intelligimus, hirundinis stercore ejus oculos vitari potuisse. Præsumunt omnia, si admittamus Tobiam apertis oculis cubuisse: neque major est difficultas, si clausis oculis stercus decidisse reputemus. Læso super palpebras stercore, acris humor per angulos oculorum sese insinuavit: cum autem, ut ille oculos aperuit, manum luminibus admovisset, quod naturaliter fit, altius acrem humorem impressit. Acrimonia et sal causticum violentam statim et molestam inflammationem induxerunt, quæ afflictu mentis vehementius irritata degeneravit denique in maculam albam, persimilem albugini ovi. Ita describitur Inferius 11, 14: *Capit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ori, egrati.*

Tobiæ cecitas impedimentum erat, quo videndi facultas, integra cæterum et perscrutans, cernere prohibebatur. Salva erant omnia, nervus opticus et pupilla. Impediebat oculos inducta quedam membrana, quæ solidis quatuor annis molestam illi noctem prerogavit. Ejusmodi albugines plerumque ipsam pupillam

stente, quæ pupillas et oculorum hircos nimis calefacit, exsiccet et exurit; et ex sordibus subito conerescente membrana, qualis est in talpis, oculi prorsus excrucantur. Non

obducunt. Concresecere dicuntur ex humoribus eo collectis et coagulatis; vel membranae sunt illi succrescentes. Morbus sunt per se minime contumax, scilicet etenim arte membrana seu subducitur. Utinam verò eam artium norint Assyriorum medici, ambigo. Legimus hic in Græco et Hebræo, Tobiam frustra opem à medicis quæsisse.

Adiungunt Græci, Achicharum Tobie necessarium, qui apud Asarhaddonem primas tenebat, aluisse Tobiam, quamdiu regem sub iniquam habuit, donec Tobias profectus est Elymaidem. Discimus tamen inferius, in eam regionem non Tobiam potrem, sed filium discessisse. (Calmet.)

Ex hac fortè historiâ, Pythagoræ, qui cum Judæis, ut ait lib. 1 Stromatum, Clemens, et contra Apionem Josephus, versatus est, symbolum illud manavit: *Hirundines aut eodem tecto ne habes, quod D. Hieronymus Apologâ adversus Rufinum, et Clemens Stromate 5, cap. 5, Aristotelis auctoritatem secuti, interpretantur, à commercio garrulorum et sarruronum abstinendum esse, quod refellit quidem Plutarchus Symposiorum decade 8, et ex eo Erasmus; sed refelluntur ambo ex Hesiodo, Anacreonte, Nicotratro, qui hirundinem garrulam vocant. Est etiam infelix audacitæ similitudo in hirundine, ut ait auctor ad Herennium, quia vere advolet, hyeme avolat. Hugo et Glossa movent, ne in bonis operibus frigemur, alioqui futurum, ut mundi hujus blanditiis, adulationibus, opibus excrucemur, quæ sunt hirundinum stercora, garrularum, inconstantium, veris tantum et æstatis amicæ. Carthusianus dormienti ait Ecclesiæ incidere nonnunquam ab hereticarum hirundinum nidis stercora, et multos excrucari. Sed lib. 2, c. 56, Thomas Cantipratensis explicat, quemadmodum apibus hirundines et aves infestæ sint, id est, pœis castisque animis demones. Potest, ait, et aliud tentationum genus, hirundinum, quarum stercore Tobias cæcatus est, vel aliarum avium vexatio designare, ut, sub virtutum specie, vitiorum tenderis involvamur. Verbi gratiâ, caput quis dives fieri, et congregare divitias, ut in fine condât uberius testamentum, faciatque heredem Christum, qui opiarum earum dereliquit vel dominos terræ vel parentes, aut clientulos suos vel raptores quoslibet nequissimos possessores. Hoc maxime in clericis videmus, quorum tamen bona pauperum esse deberent, et quæ eis omni die superfluent, non in marsupio, vel in arca, sed in dogo ari famelici, et in ventribus esurientium deberent liberaliter erogare. Hæc illi.*

(Serarius.)

Tobie, dit Voltaire, s'endort au pied d'un mur. Un homme assez riche pour prêter vingt mille écus dans Ragès devait au moins avoir une chambre à coucher dans Ninive. — Ce ne fut point faute d'avoir une chambre à coucher que Tobie coucha en plein air, ce fut par un attachement religieux à sa loi, qui

tamen casu id evenisse viro sancto putandum, maxime ut utroque simul oculo privaretur, sed singulari Dei providentiâ, ob fines qui versu sequenti explicantur. Sed et medicorum opem, ut est in Hebræo et Græco, adhibuit Tobias, ut faciendum monet Ecclesiasticus cap. 18; verum illi nihil ei profuerunt. Vide Chrysostomum, homil. 1 ad populum, qui hanc occasione recenset undecim causas, cur Deus iustis tot calamitates limitat. Porro calamitatis non levis exasperatio Tobie fuit (1).

obligeait ceux qui avaient touché un corps mort de se séparer même de leurs proches, jusqu'à ce qu'ils se fussent purifiés; Tobie, n'ayant pas encore satisfait à ce devoir, se jette accablé de fatigue contre le mur de sa maison, peut-être même sur la terrasse où les orientaux ont coutume de coucher en été. L'accident de Tobie arriva après la fête de la Pentecôte, selon l'exemplaire grec du livre de Tobie. Sa maison, dont le toit était en terrasse, selon l'usage de ces contrées, pouvait être adossée à un bâtiment plus élevé, au haut duquel des hirondelles avaient fait leur nid.

« Les critiques naturalistes disent que la merde d'hirondelle ne peut rendre personne aveugle. On en est quitte pour se laver sur le champ. » — Mais si Tobie dormait, il ne put pas se laver sur-le-champ.

« Il faudrait dormir les yeux ouverts pour qu'une chiasse d'hirondelle pût blesser la cornée. » — Tobie ne pouvait-il pas être du nombre de ceux qui dorment les yeux ouverts? Le critique dira-t-il qu'il n'y a point de dormeur de cette espèce? Savons-nous d'ailleurs si dans les pays orientaux la fièvre d'hirondelle n'est pas plus chaude et plus corrosive que dans nos climats? Tobie ne pouvait-il pas alors avoir déjà quelque inflammation aux yeux, qui aura contribué à rendre l'accident plus funeste?

« Il fallait consulter un bon médecin avant d'écrire. » — C'est précisément ce que le critique aurait dû faire avant de hasarder ses plaisanteries grossières et sacrilèges. Il devait s'instruire dans Aldrovandi, dans Gessner, dans François de Valois, et même dans Celse, tout ancien qu'il est; quant à l'auteur du livre de Tobie, il n'avait pas besoin de cette précaution. Il écrivait des faits notoire d'après l'expérience.

(1) *Hanc tentationem idcirco permisit Deus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sanati Job.* Hæc verò, quibus juxta quandoque premantur, calamitatum causas, aliasque plures insigni planèque auro oratione pertractat D. Chrysostomus homilia primâ ad populum, et illarum summa his ipsis ejus verbis continetur: « Multos audi vi talia querentes: Quid tandem ille modestus et mansuetus homo ab alio quodam impio et improbo per singulos dies trahitur, et innumeras patitur molestias, et Deus permittit? Quare iter accusatus ingratè mortuus est? Ille subversus est, inquit; alius præcipitatus? et multos possemus referre sanctos et

VERS. 15. — *INLEPSIO ET INSULTATIO PAREN-
TUM, seu affinium et familiarium, ac pro
omnibus etiam propriæ uxoris.*

« temporibus et nostris, majorum nostrorum, qui multas sustinuerunt tribulationes diferentes et varias. Ut igitur horum omnium rationem videamus, et neque ipsi tumultuemur, et neque alios scandalizatos negligamus, nunc diligenter dicendis intendamus. Variè enim et omnimodè sanctorum afflictionis causas numero octo charitati vestræ dicere possum. Idcirco omnes vos ipsos cum diligentia colligite, scientes quod nulla deinceps nobis venia et excusatio dabitur, si de contingentibus scandalizemur; quippe cum sint multe occasiones, tanquam nulla sit, ita tumultuamur et perturbamur. Itaque prima quidem est, quod cum facile in arrogantiam propter meritum magnitudinem et miraculorum tollimur, ipsos sinit affligi. Secundo, ne ceteri majorem habeant de ipsis opinionem quam humana patitur natura, et ipsos deos, non autem homines esse arbitrentur. Tertia, ut et Dei virtus appareat per egrotantes et compeditos exasperans, et prædicationem augens. Quarta, ut ipsorum illorum patientia manifesta fiat non propter mercedem Deo servientium, sed et tantam exhibentium gratitudinem, ut et post tot mala sincera in ipsis benevolentia ostendatur. Quinta, ut de resurrectione cogitemus; cum enim verum justum, et meliù plenum virtute, innumera passum mala, et sic hinc digressum videris, oportet ex hoc omnino aliquid de illo judicio cogitare. Si enim homines per se laborantes sine præmiis et retributione migrare non permittit; multo magis eos qui tantum laboraverunt nunquam incoronatos remanere Deus decerneret. Si autem ipsos laborum suorum retributione privare non eligit, omnino necesse est quoddam aliud tempus esse post præsentium finem, per quod præsentis vite laborum retributiones recipiant. Sexta, ut omnes in graviora incidentes, sufficientem consolationem et mitigationem habeant in eos respicientes, et maiorem quam ipsis accidere recordantes. Septima, ne quando exhortamur vos ad illorum virtutem et calque dicimus, imitare Petrum, imitare Paulum, propter gestorum excessum, aliter ipsos naturæ participes fuisse cogitantes ad imitationem torpentis. Octava, ut quoniam beatos vel miseros cessare oportet, dicamus quos quidem beatos, quos autem miseros et ærumnosos putare debemus. Si verò oportet et noniam dicere causam, illud dicere possemus, quod spectabiliores tribulatio faciat tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur; patientia verò probatissimam; probatio autem apem; apes verò non confundit. Videt quod ex tribulatione probatio futurorum nobis spem offert, et in tentationibus manere bonum de futuris sperare facit? Itaque non temerè dicebam, quod hæc tribulationes resurrectionis spem nobis designant, et veriores meliores efficiunt. Quemadmodum enim, inquit, in fornice curam examinatur, sic et animo acceptus in humilitationis camino. Possumus et decimam dicere causam. Qualem

SICUT BEATO JOH INBULTARANT ET UXOR ET
FILIUS, id est, tres illi amici et cognati Joh,
qui cap. 2 et ult. Jobi, vocantur reges in edi-
tione Septuaginta, non quales hodie reges in

verè hanc? quam et jam sapientia diu supe-
rius, quod si aliquis habemus maculas, et
eos deponimus. Et bene patriarcha declarans,
ad divites dicebat: Quoniam Lazarus me
misit recipere, jam consolationem accipit. Et
ad hanc aliam rursum invenimus. Qualem
verè hanc? et coronam et premia nobis au-
geant. Quantum enim tribulationes ampli-
buntur? Imò verè et multo plus, non enim
condigne sunt patientie presentie temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in nobis. Tot
igitur causas habentes de sanctorum affli-
ctione dicendas, ne in tentationibus indi-
gemur; neque angustiemur, neque timu-
mus; sed et ipsi nosmetipsos instruamus
et animas, et alios hoc doceamus. Ita sanctus
ille.
(Serarius.)

VERS. 13. — Nunc est contristatus con-
tra Deum. Duplex, ut hunc locum exponens,
optimè monuit Grotius noster lib. 4 de Cru-
ce cap. 8, tristis est. Ista; inquit Apostolus, 2
Corinth. 7: superfluum Deum, que videlicet, ut
ibi dicitur additur; contristatus in salutem stabili-
tem operatur, vel coram Deo suscipitur,
æquale mentis toleratur. Altera contra Deum,
que modum non tenet; de constantia gradu
desistit; impie adversus Deum, voces aut cogi-
tationes exprimit. Prior in sanctos cadit:
cùm enim bonorum, possessionum, fortuna-
rumque naufragis venantur, morbos, plagas,
variousque dolorum stimulis percelluntur, an
non contristant? an; ut nihil omnino movean-
tur, inferiores in eis animi, partes brutæ pro-
cis et lapides sint? Cùm esset non procul
dominice crucis tragedia, cap. 2 ipse Dominus
passus, dicens et tristis esse, Matth. 26, Marc.
14; tristis, inquit S. Paulus Rom. 9, multo
magis est; et tristis dicitur cordi meo. Et
infra, cap. 5, Tobias noster: Quale, ait, mihi
gaudium erit, qui in tenebris vivo, et lucem
culi non video? Attamen non est, ait textus,
contristatus contra Deum.
(Serarius.)

VERS. 14. — Inobedientia in Dei viam per-
manet. Multi sapè in florentibus arboribus
flores, sed in cæcis et poma non evadunt
omnes. In officio constantiam laudabat, qui
Matth. 11, vers. 7: dixit: Quid vultis in de-
sertum videre? Arundinem vento agitatam? Mor-
debas in oculis Tobiam captivum; sed è vero
Dei metu cultique nihil movebat. Agens gra-
tias Deo consulas dicitur esse ait, Dixit cap. 1,
vers. 21, Job: Sit regnum Domini beneficium.
Tobias; quasi summum Dei beneficium sit,
exilium, pauperiam, coarctationem amissionem, gratias
agit, nunquam ad sententiam vel paucis aliquot die-
bus, sed omnibus diebus suis ait. Quam excel-
sum, quam Deo plenam pectus hanc (Serarius.)

Porro sub adhuc vivens vocatur beatus,
quia, ut ait Jacobus, cap. 1, v. 12, beatus
vir, qui superest temptationum, quantum ceteri pro-
batum fuerit, incipit gloriam vitæ. Et beatus
fuit Job, ait Epistolæ 2, c. 9, S. Fulgentius,
cùm in divitiis justè viveret; sed beator,
cùm in paupertate justior existeret. Beatus
fuit, cùm decem circumdaretur filiis; sed

Europæ, sed quales in Indiâ et Japoniâ non
paucos habemus; et quales olim triginta et
unum devicit Josue; et septuaginta reges sub
mensâ Adonibene anathema ciborum carpo-
bant: nempe domini pauperum urbium, ut
patet ex dictis Josue 12.

Petes: Quomodo dicantur hic tres isti amici
suavitate Jobi, cùm constet ex c. 2 Jobi v. 11,
consolandi illius causâ accessisse? — Respon-
deo: Illi quidem mente accesserunt, et in-
telo quoque cum dolente doluerunt; sed in
decursu colloquiorum duritia postmodum
peccaverunt, afflictos interprimi viri causam
importunè exagitant, et misero insultantes.
Nam queritur ipse Job c. 6, v. 28, ipsos igno-
ram ad increpandum eloquia concinens, super
populum irruisse, et amicum advertere videlicet.
Similia habet cap. 19, v. 2, et alibi, et con-
firmat ipse Deus c. ult., v. 7 (1).

Beator, cùm una cunctorum simul orbi-
tus percutitur, in Dei dilectione permansit in-
mobilis. Beatus etiam fuit in corporis con-
pitione; sed beator est factus in vulnere; be-
tor etiam in acervo squaloribus pleno, quàm
in palatio marmoribus adornato. (C. à Lap.)

(1). VERS. 16. — Qui non sperat in Deo:
Speres tu te fefellit, fuitque falsus et fallax;
sperabas enim per elemosinas obtinere à
Deo prospera omnia, et ecce Deus per sepul-
crum mortuorum te cecavit, et oculis priva-
vit. Quid enim infelicitus, et miseris oculis
orbato et caeco?
(Corn. à Lap.)

Qui non sperat in Deo, pro qua elemosinas et
sepulcrum faciemus? Ista verba tametsi dicta
sint ab Israelitis, qui habebant fidem unius
Dei, videntur tamen processisse ex infidelitas-
te, quâ videlicet non crediderunt, post hanc
vitam restare aliam, in quâ redditurus sit
Deus unicuique secundum opera sua, premia
bonis, supplicia malis. Qui enim hoc non cre-
dit, etiam si fateatur se habere fidem unius Dei,
revera infidelis est, etiam circa religionem de
Deo; quia detrahit Deo attributa necessariò ei
competentia, videlicet justitiam et providen-
tiam ad quam pertinet retributio honorum et
malorum. Item tollit fundamentum spei. Et ex
hoc loco satis apparet multos fuisse in illo po-
pulo qui tantum temporalem retributionem
pro legis observatione expectandam putarent.
Qui proinde non videntur verè fuisse fideles,
na quidem fide implicita eorum que necessa-
riò credenda sunt. Neque enim illis tribuenda
est fides implicita providentiæ Dei, qui ex-
presso illi detrahunt, sicut illi fecisse leguntur.
Tobias autem ad spirituales, et verè fidem
populum Dei ostendit se pertinere, quando
illa respondens ait: Natus es in lege, quoniam
illi sanctorum amor, quasi diceret: Idem er-
dere debemus quod sancti patriarchæ, qui
rum filii sumus; crediderunt, in quâ etiam
fide defuncti sunt. Que autem sit illa fides,
ostendit sequentibus verbis: Et vitam gloriæ
expectamus, quoniam Deum dixeris et hic qui fi-
dem meam immensam habuit ad te. Hoc est, cre-
dimus nos, si in fide et sanctâ conversatione

ante litigium vel contendit, ut dubitandum non videatur, quin aberrarit Monasterus, dum verba illa vertit: Aliis enim oseremus nos pariter reddemus propter hanc illam. Et sanè textus noster litigium quoddam, datis et acceptis ultro citroque responsis, indicat: Itemque D. Augustinus de Verbis Domini serm. 48, secundum Matthaeum cap. 15, cum accusacionem defensionemque inter eos fuisse ait. Eius verba postea citabuntur. Græca tamen illa vox retineri potest, ut ab effecta idem ipsum litigium significetur. Rebut enim eorum qui rixantur vultus, ardentque oculi, vel certe, cum sunt homines paulo vel graviores, vel mitiores ac modestiores: erubescunt quidem, sed eo rubore, quem verecundia colore aiebat quidam. Duo verò hic quaeruntur: prius est: nam esset ipsa Tobia uxor hædum iurata? Videtur ita opinari D. Augustinus loco jam indicato, cum ait, ipsam de furto monitam, defendisse factum suum, et paulo post: «Quam caeca, inquit, erat quæ factum defendebat!» Sed sanè ab hoc eam sceleris absolvit clarè, in textu Græco, Tobia. *Damiat*, ait, quibus nimirum laborabat, *redidit* ei mercedem, *apostolus* aut *epos*, id est, ultra mercedem donante et hædum. Explicat enim quid ipsa verè quidem dixisset; sed ipse antea dissentit non adhibuisset; nunc verò scribens adhibet, *apostolus* *id est* *pos* *in* *re* *pro* *re*. Eademque in Hebræo absolutio est, non enim ipsa tantummodo dixit: *Damiat* est mihi *laxus* supra mercedem meam; sed ipse etiam Tobia, cum librum istum scriberet, perfectissimæ veritatem totam indagasset: *Factum* est, ait, *quidem* *die*, et *dederunt* *ipsi* *hædum* *uxor* *in* *mercede* *ipsius*, id est, cum mercede, vel ultra mercedem. Malè siquidem, in utriusque verbis, vertit semper Monasterus, pro mercede. Sunt enim diversæ propositiones Hebraicæ: *desicari* et *hædum*, et licet ubi possent, pro aut propter significare, non tamen hoc loco, ut aperit textus Græcus, et ipsa facti circumstantia. Si enim pro mercede datum hædum dixisset, causæ quid fuisset, cur ei Tobia non eroderet? Laboris nōrati, mercede dignam sciebat, pecuniam nullam videbat, mercedem si quam aliam accepisset, oculare ipsa poterat. Quid mirum ergo vel incredibile fuisset, in mercedem hædum datum? At gratia donatum, et in mercedis auctarium, quoddamque veluti corollarium; id verò apud externos novum, et inusitatum videbatur. Atque hanc donationem innuunt etiam verba densi, quibus tam Græcus quam Hebræus utuntur, quibus in Latino respondet accipere. *Factum* est, ait hædum caprarum accipiens, scilicet dono, *derat* *derat* *derat*. Idemque in suo Tobia Perionius: *Cum* *textorio*, inquit, *opere*, *quod* *id* *est* *quæ* *ad* *dictum* *communiem* *pertinebant*, *pararet*, *aliquando* *hædum*, *propter* *mercedem*, *et* *acceptum*, *id est* *id est*. Sed, quaeritur *secundò* *procedit* *Tobia*, *de* *uxore* *suspensio*, *ipsi* *negari* *non* *credendo*, *et* *cum* *ad* *altercanda*, *ut* *dictum* *est*? — Respondet, non *procedit*: potuit enim meritò suspicari, primò, quia domi vis unum alterumve torquentem esse sciebat, unde hædum enim non poterat; neque tantam lucratam uxorem, ut cum necessariis aliis hædum emere posset; existimabat denique, malevadam esse famem, et, quod ait

VERS. 20. — HÆDUM ACCIPIENS (1) Anna, dono scilicet et gratuito, supra debitam mercedem, ut habent Hebræa et Græca. Cūque Annæ id affirmanti non tam citò crederet maritus, illa irata virum sanctum oburgavit. In Græco additur, Achischarum nepotem Tobia nutrisse patrum suum, sapie dūm abire Tobias, utique periculi vitandi causā, in Emmaida. Causam abitis vide in fine c. ult. (2).

Ecclesiasticus cap. 27, propter insipiam, multos deliquisse. Sciebat ipsam interdum paupertatis et miserie impatientiorem, ita ut parum quandoque graviter ac moderatè loqueretur et ageret. Erat ipse paterfamilias, cui ne quid domi mali accideret, curae esse debebat. Erat cæcus, ut minus oculis, quid foret perspiceret. (Serarius.)

(1) Notat Græcus, hædum hunc additum fuisse mercedi operis consuete: Hebræi verò pro mercede datum sentire videntur. Paria docet S. Ambrosius: *Uxor hædum pro mercede acceperat*; sed paulò inferius mercedis incrementum fuisse affirmant. (Calmet.)

(2) VERS. 22. — AD HÆC UXOR EUS IRATA RESPONDIT: MANIFESTE VANA FACTA EST SPES TUA, ET ELEEMOSINAE TUE NODO APPARUUNT ESSE VANA, cum per eas te et me, ipsamque familiam in tantam egestatem, excitationem et angustiam adduxeris. Disce hinc Tobia pro benefactis maledicta, imò maledicta etiam ab intimis amicis recipere, et constanter ferre. Hoc est premium patientiæ, hæc ejus coronis, ut ipsa novam passionem provocet, in eaque novā majorique patientiā coronetur. Audi S. August. serm. 18. in Math. : «Quanta putatur infelicitas hominum, qui lucem istam corpoream non vident! Excitatus est aliquis? continuo dicitur: Iratum Deum habuit; aliquid mali commisit. Hoc uxor Tobia dicebat. «Vire. Clamabat ille propter hædum, ne de furto esset; nolebat sonum furti audire in domo sua. Illa defendens factum suum, opprobrio percutiebat maritum; et cum ille diceret: *Reddite, si de furto est*, illa respondebat resultans: *Ubi sunt iustitiæ tuæ?* Quia caeca erat, quæ fortius defendebat! et quā lucem videbat, qui factum reddi imperabat! illa erat foris in luce solis, ille erat intus in luce iustitiæ. Quis eorum erat in luce meliori?» Et S. Cyr. l. de Mortaliitate : «Et Tobias post opera magnifica, post misericordiarum sua multa et gloriosa præconia, excitationem luminum passus, timens et benedicens in adversis Deum, per ipsam corporis sui cecitatem, crevit ad laudem, quem et ipsam uxor sua depravare tentavit, dicens: *Ubi sunt iustitiæ tuæ?* ecce quæ pateris. At ille circa timorem Deitabilis et firmus, et ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus, tentationi uxoris invalidæ in dolore non cecidit, sed magis Deum patientiā maiore promeruit, quem postmodum Raphael angelus collaudat.»

Simili modo S. Saterus procurator demūs Hænerici regis Ariani, cum ab eo maxims minis, indeque ab uxore propriā multis lacrymis sollicitaretur ad Arianismum, intrepide cum S. Job respondit: «Tanquam una ex insipientibus mulieribus loqueris. Formida-

rem, mulier, si sola esset hujus vite amara
dulcedo; sacrificio confux diaboli ministraria.
Si diligeres maritum, nunquam ad secundam mortem attraheres proprium virum.
Distrabant filios, separant uxorem, auferant substantiam, mei Domini, ego securus de promissis, verba tenebo: Si quis non dimiserit uxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid ultra? discendente muliere cum filiis refutata, confortatur Satorus, ad coronam discutitur, expoliatur, pennis conteritur, mendicus dimittitur. ha Victor Uicensis lib. 4 Persecutionis Wandallorum, sub finem.

Job et Tobias in multis fœdere persimiles; primò in profusa elemosynâ, et cuiuslibet misericordie officio, qualla de se deprædicat Job c. 31, et Tobias hîc c. 1. Secundò, in constanti rerum adversarum, præsertim paupertatis, cæcitatibus et morborum tolerantia, imò gratiarum actione. Sunt enim ipsa Dei magna beneficia, utpote magnæ virtutis, magnique præmii materia. Dicebat ergo Job patiens: *Domine dedit, Dominus abauit, sit nomen Domini benedictum.* Idem dicebat Tobias. Tertiò, Tobias hæc omnia sustinuit ob spem futuræ vite beatæ, v. 18; sic et Job c. 19, v. 25: *Scio, ait, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terrâ surrecturus sum. Et rursum circumdator pelle meâ, et in carne meâ videbo Deum meum, etc.; reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Quartò, Job irrisus fuit ab uxore et amicis, sed irridentes irruit; sic et Tobias. Quintò, Deus Tobias opes ablatas, visumque restituit: sic et Job, cap. ultimo, omnia reddidit duplicia. (Corn. à Lap.)

Notatur etiam bonis benè agentibus convicta interdum, etiam ab infimis, fereunda, quemadmodum, ad Tobias exemplum, S. Anthoni evenisse, memorat lib. 3 Historiæ ipsius auctor. Illustrissimum verò, et Tobias, Jobque consimilium est, quod ab hæreticis, pro catholice fide, olim pertulisse sanctum Satorum narrat sub libri primi de Persecutione Wandallorum extremum, Victor Uicensis. Cùm enim esset Ariani regis domus procurator, et ut catholicam fidem desereret, invitaretur, constantissimè recusavit. Promittuntur honores (libet enim jam rem totam ipsius Vic-

toris verbis recensere), et divitiæ multæ, si faceret; præparantur supplicia dira, si nollet. Hæc optatione proposita, ut si regali-
bus jussis non obediret, primò facta discussione, et ante ambrosi domo vel substantiâ, distractis omnibus mancipiis ac filiis, uxor ejus, ipso præsen- te, camelario in conjugium traderetur. Quod illo plenus Deo, magis ut velociter proveniret, impio provocabat. Ob quam causam uxor ejus inducias visa est, ab his qui exquebantur, nesciente marito, petiisse. Accedit ad maritum alia Eva, consilio magistrata serpentina. Sed illo Adam non fuit, qui illecebrosæ vitæ arboris poma contingeret, quia non indigens, sed saturatus ab ubertate domus Dei, et torrens delictorum ejus potatus. Advenit mulier ad locum, ubi maritus singularis orabat, consilissis vestibus, crineque soluto, secum comitantibus filiis, unamque infantulam, quæ tunc lactabatur, manibus gestans, quæ nescientis proicitur ad pedes mariti. Etiam ipsa suis genua compectitur utinis, sibilans vociferatione draconis: Miserere mei, dulcissime, simul et tui; miserere communibus liberis, quos conspicis ipse. Non sub-
jaceant conditioni servili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subijciat ego indigno et turpi conjugio, vivente marito, quos mihi semper inter convivas plande-
bam de Satoro meo. Cognoscit Deus quia invitatus facturus es hoc, quod fortè voluntariò aliquanti fecerunt. Cui ille, Job sancti vocem, respondit: *Tangam an ex insipientibus mulieribus loqueris.* Formidarem, mulier, si sola esset hujus vite amara dulcedo; sacrificio confux diaboli ministraria. Si diligeres maritum, nunquam ad secundam mortem attraheres proprium virum. Distrabant filios, separant uxorem, auferant substantiam, mei Domini, ego, securus de promissis, verba tenebo: Si quis non dimiserit uxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid ultra? discendente muliere cum filiis refutata, confortatur Satorus, ad coronam discutitur, expoliatur, pennis conteritur, mendicus dimittitur. (Serarius.)

CAPUT III.

1. Tunc Tobias ingemuit, et cepit orare cum lacrymis,

2. Dicens: Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia et veritas et judicium.

3. Et nunc, Domine, memor esto mei, et ne vindictam sumas de peccatis meis, neque remiscaris delicta mea vel parentum meorum.

4. Quoniam non obedivimus præceptis tuis, idè traditi sumus in direptionem, captivitatem et mortem, et in fabulam et in improprium omnibus nationibus in quibus perpisti nos.

CHAPITRE III.

1. Alors Tobie gémit et commença de prier avec larmes.

2. Disant: Seigneur, vous êtes juste, et tous vos jugements sont pleins d'équité, et toutes vos voies ne sont que miséricorde, vérité et justice, puisque vous ne nous châtiez qu'à fin de nous purifier de nos péchés.

3. Et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi, ne prenez point vengeance de mes péchés; et ne vous rappelez point mes offenses, ni celles de mes pères.

4. Comme nous n'avons point obéi à vos préceptes, nous avons été abandonnés au pillage, à la captivité et à la mort, et nous sommes devenus la fable et le jouet de toutes les na-

5. Et nunc, Domine, magna judicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, et non ambulavimus sinceriter coram te.

6. Et nunc, Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in paco recipi spiritum meum : expedit enim mihi mori magis quam vivere.

7. Eadem itaque die contigit, ut Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, et ipsa audiret improperium ab unâ ex ancillis patris sui :

8. Quoniam tradita fuerat septem viris, et demonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam.

9. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei dicens : Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfecit virorum tuorum.

10. Numquid et occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros ? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus sue : et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit :

11. Sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam.

12. Factum est autem die tertiâ, dum compleret orationem benedicens Dominum,

13. Dixit : Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum ; qui cum frater fueris, misericordiam facies, et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui invocant te.

14. Ad te, Domine, faciem meam converto : ad te oculos meos dirigo.

15. Petô, Domine, ut de vinculo improperii huius absolvas me, aut certe desuper terram eripias me.

16. Tu scis, Domine, quia nunquam concupivi virum, et mundam servavi animam meam ab omni concupiscentiâ.

17. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant ; participem me præbui.

18. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine meâ consensui suscipere.

19. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni, quia forsitan viro illi conservasti me.

tions parmi lesquelles vous vous avez dispersés.

5. Et maintenant, Seigneur, vos jugements sont grands parce que nous ne nous sommes point conduits selon vos préceptes, et que nous n'avons point marché sincèrement en votre présence.

6. Et maintenant, Seigneur, traitez-moi selon votre volonté, et commandez que mon âme soit reçue en paix, parce qu'il m'est plus avantageux de mourir que de vivre.

7. En ce même jour, il arriva que Sara, fille de Raguel, en Rages, ville des Mèdes, reçut pareillement des reproches de l'une des servantes de son père.

8. Parce qu'elle avait été mariée à sept hommes successivement ; et un démon nommé Asmodée, les avait tués aussitôt qu'ils étaient entrés dans sa chambre.

9. Comme donc elle reprenait cette servante pour quelque faute qu'elle avait faite, celle-ci lui répondit : Puisse-t-on ne voir jamais de vous ni fils, ni fille sur la terre, meurtrière de vos maris.

10. Est-ce que vous voulez me tuer aussi, comme vous avez déjà tué sept maris ? A cette parole, Sara monta dans une chambre haute de la maison, et elle demeura trois jours et trois nuits sans boire ni manger.

11. Et persévérant dans la prière, elle demandait à Dieu avec larmes qu'il la délivrât de cet oppresseur.

12. Le troisième jour, achevant sa prière, et bénissant le Seigneur, elle dit :

13. Que votre nom soit béni, ô Dieu de nos pères, qui faites miséricorde après vous être mis en colère, et qui dans le temps de l'affliction pardonnez les péchés à ceux qui vous invoquent.

14. Seigneur, je tourne vers vous mon visage, et j'arrête mes yeux sur vous.

15. Je vous demande, Seigneur, que vous me délivriez de ce reproche, ou qu'au moins vous me retiriez de dessus la terre.

16. Vous savez, Seigneur, que je n'ai jamais convoité d'homme, et que je me suis conservée pure de tout mauvais désir.

17. Je ne me suis jamais mêlée avec ceux qui aiment à folâtrer, et je n'ai jamais eu aucune société avec les personnes qui se conduisent avec légèreté.

18. Que si j'ai consenti à recevoir un mari, je l'ai fait dans votre crainte, et non pour suivre ma passion.

19. Et, ou j'ai été indigne de ceux que l'on

20. Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, et si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

22. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem, tranquillum facis: et post lacrymationem et fletum, exultationem infundis.

23. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in seculis.

24. In illo tempore exaudite sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei:

25. Et missus est angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatas.

m'a donné, on peut-être n'étaient-ils pas dignes de moi, parce qu'il se peut que vous m'ayez réservée pour un autre époux;

20. Car vos conseils ne sont pas à la portée de l'homme.

21. Mais quel songe vous honore se tient assuré que si sa vie est éprouvée, elle sera couronnée; si vous l'affligez, il sera délivré; et si vous le châtiez, il pourra obtenir miséricorde;

22. Car vous ne prenez point plaisir à notre perte; mais, après la tempête, vous rendez le calme; et après les larmes et les soupirs, vous nous comblez de joie.

23. O Dieu d'Israël, que votre nom soit béni dans tous les siècles.

24. Les prières de Tobie et de Sara furent exaucées en ce même temps devant la gloire du Dieu souverain.

25. Et Raphaël, le saint ange du Seigneur, fut envoyé pour guérir ces deux personnes, dont les prières avaient été en même temps offertes au Seigneur.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et tristatus ploravi: et deprecatus sum cum dolore, dicens: — 2. Justus es, Domine: et omnia opera tua, et omnes viæ tuæ, misericordia et veritas; et judicium verum, et justum in judicis in seculum. — 3. Nemento mei, et respice super me. Ne de me vindictam intres propter peccata mea, et ignorantias meas, et patrum meorum, quæ peccaverunt in conspectu tuo. — 4. Non enim obediunt mandatis tuis: et dedisti nos in direptionem, et captivitatem et mortem, et parabolam improperii omnibus gentibus in quibus dispersi sumus. — 5. Et nunc multa sunt judicia tua, et veritas et me ad faciendum pro peccatis meis, et patrum meorum: quoniam non fecimus mandata tua: non enim ambulavimus in veritate coram te. — 6. Et nunc secundum id quod placet coram te, fac mecum: præcipe recipere spiritum meum ut dissolvam, et sim terra: quoniam expediat mihi mori, quam vivere; quoniam impropria falsa audivi; et tristitia multa est in me. Præcipe absolvi me de necessitate jam in æternum locum: ne avertas faciem tuam à me. — 7. In eadem die contigit filius Raguel Sarra in Ecbatani Medie et ipsam improperari ab ancilla patris sui: — 8. Quoniam data fuerat viris septem: et Asmodeus malum demonium interfecerat eos, antequam illi fuissent cum ea, ut in uxoribus. — Et dixerunt ad eam: Non intelligis sufficiens tui viri? — Ecco septem habuisti; et unus eorum non es nominata. — 9. Quid nos flagellas? Si mortui sunt: vade cum eis: — non videamus tuum filium vel filiam in seculum. — 10. Haec audiens tristata est valde, ut suffocaretur, et dixit: Una quidem sum patri meo: si fecero hoc, opprobrium ei erit, et senectutem ejus deducam cum dolore ad infernum. — 11. Et oravit ad fenestram, — et dixit: Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum in æternum, et honoratum in secula. Benedicant te omnia opera tua in seculum. — 12. Et quæ, Domine, oculos meos, et faciem meam in te dedi: — 13. Dixi ut absolvas me de terra, et non fecisti: nec audire ultra improperium. — 14. Tu cognoscis, Domine, quia munda sum ab omni peccato viri. — 15. Neque possit nomen meum, neque nomen patris mei in terra captivitatis meæ. Uirgens super patri alicui non adest ei puer, qui hereditabit eum, neque frater propinquus, neque existens ei filius, ut conservem me et uxorem: jam perierunt mihi septem. Ut quid mihi vivere? Et si non videtur tibi interficere me, præcipe respicere in me, et non ultra miserabilem me facere, et audire improperium. — 16. Et exaudita est deprecatio utroque coram gloriâ magis Raphael: — 17. Et missus est ad eundem, ipse Tobit deprecare aliosque, et Sarram filiam Raguel dare Tobit filio Tobit uxorem, et ligare Asmodeum malum demonium, quoniam ad

Tobiam pertinet hereditate eam. In eodem tempore revertens Tobit introivit in domum suam, et Sarra filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — OMNES VIE TUE (2). Duplex

(1) VERS. 1. — Tunc Tobias ingemuit. Visu captus Tobias, graviq; inopia oppressus, quam ferè per quadriennium tulerat, conviciis necessariorum uxorisque suæ vexatus, in morem vite hujus miseriam ad Deum verius rogat, ut optatum tandem aliquando exitum malis suis et vite imponat. Nihil in hac oratione turbidum, impatiens nihil, nullum murmur, vel nimia sollicitudo, ut tandem majorum suorum finem impetret. Extetur, animo se agitari agnoscatque justam Nominis ultionem. Ex Græco, in fine hujus capituli, discimus, Tobiam in locum aliquem remotum et extra domum oratum secessisse. (Calmet.)

ET COEPIT ORARE CUM LACRIMIS, Græcè cum gemitu et lacrymis. Hebr. cum suscepto dolore magno, et quiddam etiam corporis arguitur. Dolor enim animi creat dolorem corporis, et agnoscit mentis agnoscitque justam Nominis ultionem. En tibi cæcitas non turbavit Tobiam, sed conturbavit eum calumnia uxoris. Cæcitatem enim sciebat sibi immisissam à Deo ex ratione justâ; at calumniam sentiebat sibi ab uxore fieri non ex ratione, sed ex passione injustâ, quæ idcirco gravis erat peccatum, quod proinde ipsum vidè affligebat. Magis enim offensâ Dei creatoris sui, quam injuria propria eum cruciabat.

Capit orare cum lacrymis, ex intimo cordis sensu, devotione et compunctione, idèque quasi viam intell. Deo, ut eam exaudiret et consolaretur. Audi S. August. serm. 226 de Tempore, qui est de Tobia: « Oratio justis, clavis est cœli. Ascendit precatio et descendit Dei misericordia. Licet alta sit terra, altum cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit nobis noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum, fletus ejus audit, quàm voces. » Audi et S. Bernard. de modo bene vivendi ser. 10: « Anna mater Samuelis per compunctionem et lacrymas obtinuit veniam perpetrati homicidii atque adulterii. Sic enim audivit per prophetam: *Non morieris, quia Dominus transiit peccatum tuum. Pater Tobias per compunctionem et lacrymas, meruit accipere curationem cæcitatis et consolationem paupertatis. Sic enim dixit ei Raphael angelus: Gaudium tibi semper sit, et adjecit: *Parti animo esto, in proximo est, ut à Deo cures. Etiam Maria Magdalena per compunctionem et lacrymas meruit à Domino audire: *Remittantur tibi peccata tua. »***

(Corn. à Lap.)

(2) Vie Dei sunt Dei ordinationes, consilia, decreta, gubernationes, actiones, opera. Hisce enim quasi vie utitur, et ad creaturas, hominesque regendas descendit; q. d.: Omnia Dei opera sunt misericordia, vera et justa; mise-

est vie Domini. Una quam ipse ambulat; et sunt actiones ipsius seu opera, quibus ad præstitutum sibi finem, sui videlicet nominis gloriam, adèque ad seipsum tendit. Altera, quæ nos ad ipsum ambulamus, et sunt ipsius mandata, monita, consilia, quorum observatione ad ultimum finem nostrum, seu ad æternam felicitatem deducimur. Amice vie sunt misericordia, veritas et judicium (phrasi Hebræicæ ponuntur abstracta pro concretis)

ricordia, quia mille nostris miseriis, mille miserationibus succurrit. Rursus quia cùm peccata nostra punit, punit citra condignum, et justitiam misericordiâ temperat. Item punit levibus poenis in hac vitâ, ut per eas metuentes, et metuentes atrocissima gehennæ supplicia, declinando à peccatis cavemus. Denique punit unum, vel paucos, ut ceteri omnes eorum exemplo sapiant. Eodem sunt vera, quia sapientiæ et veritatis primæ conformis, et quia verissimè quod promittit, quodque minatus est, præstat. Est enim ipse in dictis factisque verissimus et constantissimus. Eodem sunt judicium, quia manant ab æternâ lege, quæ est in mente Dei, et à primâ justitiâ, judicioque divino, idèque justissimo.

Tropè. Deus vult ut in hisce tribus ipsum imitemur. Cupit ergo in omnibus actionibus nostris misericordiam quandam inesse, ut vel aliis subveniamus, vel certe nobis ipsis: veritatem, ut convenienter naturæ se rationi, convenienter etiam fidei nostro, et si quid ulli dixerimus, dictis ipsis convenienter agamus; judicium, ut eulibet, quod sumus à Deo, proximo, nobis ipsis tribuamus, prudenterque vivamus. Ita Serarius. (Corn. à Lap.)

Similia sunt illa Psalm. 24. : *Universe viæ Domini misericordia et veritas. Psalm. 18 : Prope es tu Domine, et omnes viæ tuæ veritas. Rursusque : Justus es, Domine, et rectum judicium tuum, seu, ut 70 vertierunt, et recta judicium tuum. Quod eò mones, ut videamus unde S. Ephrem tom. 2. Parænesi 39, verba illa citât, cum ait : Tunc nos valde ingemiscimus, fletu exclamabimus amaro, dicentes : Justus es, Domine, et judicium tuum rectum. Non enim quemadmodum qui magno cum fructu, Patrem illum interpretatus est, exstimavit, hunc Tobia locum offert sanctus Ephrem : sed Davidis verba, licet ambobus eadem sententia sit. Quam etiam ob causam, rectè huc S. Hilarii in usade Psalmi 118, accersit monitionem hanc potest : Indefessâ et perseveranti fide necessarium est, ut immobilitas in nobis et inconcussa confessio sit, ne vel aliquâ temporum injuriâ, aut persecutionum dolore commoti, devotionis studium relaxemus, sed quando morbi vexant, passionem et cruciatum corporum deservient, damna defatigant, luctus et orbitates affligent, semper utemur hac, quæ nunc Prophetæ usus est voce, dicens : Justus es, Domine, et rectum judicium tuum. » (Serarius.)*

id est, sunt misericordes, veræ et justæ (4).

VERS. 7. — SARA IN RAGES CIVITATE MEDO-

(4) VERS. 5. — NEQUE REMUNISCERIS DELICTA MEA, VEL PARENTUM MEORUM. Aequitatem et providentiam Numini ne reprehenderent Hebraei, societa parentum in filiis poni arbitrabantur. Sententiam hanc non semel confirmat Scriptura. Docet Moyses, Deum persequi peccata parentum in filiis ad tertiam usque et quartam generationem. Cum Noemio patri suo Cham insultasset, Noemius ipse maledictionem imprecatur est Chanaan, filio Cham. David peccaverat, ejusque crimen Deus ultus est in filio, quem ille ex Bethsabée genuerat. Item censeri populum suum præpostero consilio jussit, ejusque rei poena in populum incidit. Salomon fidei suæ in Deum deluit, et Roboam ejus filium portione regni mulctatus fuit. Nec à vulgari opinione recessisse Apostoli in novo Testamento videntur; sciscitantur enim ab Jesu de cæco nato, utrum in eum morbum criminum suorum, an parentum causâ incurrisset. Easdem proceres justorum veteris Testamenti adoptat Ecclesia: *Ne remuniscaris delicta nostra, vel parentum nostrorum.* Publice interdu calamitates vindicta sunt potius criminum vel principum, vel parentum vitâ functorum, quam poena illorum qui illis oppelluntur: quis tamen reputaverit, illos, qui talia patiuntur, nihil criminibus suis promeruisse? Nihil Deus præstat iniquis; et quantumvis innocens homo, plurima semper justitiae Numini debet, eisdemque Numini jus inest illum pro criminibus præsentibus, vel præteritis oculis puniendi. Ceterum si res ipsa perpendatur, mala hæc temporaria et fugacia, mala sunt tantummodo illis, qui ea vertere in usum æternæ beatitudinis noluunt. Cum Christus declaraverit, beatos esse pauperes, animo mites, eosque qui mala pro justitiâ patiuntur, de his rebus iudicium aliter ferendum est, atque in censum bonorum illas referamus oportet, quippe quibus plurimum ad sanctimonialiam vitam juvamus. Animadvertentes Ethnici innocentiam sæpè opprimi, atque optimè inasper scientes, Deum nihil iniquum parere, falsè opinati sunt, aliter vitæ crimina hic à nobis expiari. (Calmet.)

VERS. 8. — PRÆCIPE IN PACE RECIPERE SPIRITUM MEUM. Græca addunt, quia audiri exprobrationes immeritas; unde patet, quam graviter probra uxoris et aliorum pupugerint animum Tobie, ut optaverit mori. At enim: *Expedi enim mihi mori magis quam vivere.* Vita enim in ædulo magisque morore non est vita, sed mors, imò peior morte; quare recta ratio dicat, tunc iustus esse mori, quam vivere, si mirum ita placeret Deo. Sic Job c. 7, 15: *Suipendium, ait, elegit anima mea, et mortem omnia mea.* Et Elias 3 Reg. 19, 4, persecutiones sustinens à Jezabel, petiit animæ suæ, ut moreretur, et ait: *Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam.* Et S. Paul. 2 Cor. 1, 8: *Supra modum, ait, gratulati sumus, supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere.* Fortior tamen et generosior animi est mortem non optare, sed adversa quolibet invicto animo tolerare et superare. Unde S. Aug. à Wandalis Hippone obsessus: *« Noveritis, inquit, me hoc tempore nostræ calamitatis, id Deum rogare, ut*

nun (1). Hebræa et Græca habent, in Ecbatana. Quia Rayes, ut infra dicitur c. 5, v. 8, posita erat in monte Ecbatana, seu regionis quæ vocabatur Ecbatana, ubi erat regia sedes

aut hanc civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut, si aliud ei videretur, suos servos ad perferendum suam voluntatem fortis faciat, aut certe, ut me de hoc seculo ad se accipiat. » Et hoc tertium obtinuit. Nam tribus mensibus antequam urbs caperetur, vitâ functus est. (Corn. à Lap.)

PRÆCIPE IN PACE RECIPERE SPIRITUM MEUM, ut tranquillo et felici exitu ex hac vitâ recedam, atque in locum pacis me angeli excipientes, admittant in societatem beatorum, procul à suppliciis, quæ impiis parata sunt. Sancti homines mortem optant, ut à malis hujus vitæ eripiantur, sed rogant tranquillo, non inquieto animo, non cupiditate sollicito: *Non est iustum homini jure optare mortem, quando amarissima est vita,* ait S. Augustinus. Orationem hanc Tobie recitant verbis pauli allis editio Romana, et vetus Latina versio. En aliquid, quod in nostrâ Vulgata non legitur: *Præcipe abstrahi me de necessitate jam in æternum locum: ne avertas faciem tuam à me: præstat enim me mori, quam audire tot inopropria, et tot male perferre.* (Calmet.)

Queritur occasione horum verborum, quibus Tobie mori precatur, cum postea adhuc vixerit annis quadraginta duobus, quemadmodum fine hujus ejusdem capituli dicatur oratio ejus exaudita. Resp.: Exauditus est Tobie, non quia id quod petiit ei præstitum est, sed quia aliquid melius ei à Deo concessum, ut etiam vitam reciperet. Vel potius, exauditus est, quia non petiit absolute mori, sed addidit: *Secundum voluntatem tuam fac mecum.* Disjunctiva ergo ejus fuit oratio, sicut et Saræ: *Peto, Domine, ut de vinculo inopropria hujus abstrahas me, aut certe desuper terram eripias.* Disjunctivè autem veritas, etiam in unius tantum partis veritate, præstat. (Estius.)

(1) EADEM ITAQUE DIE CONTIGIT, UT SARA, Nota hic miram Dei erga suos fideles providentiam. Combinavit enim calamitatem Tobie cum calamitâ Saræ, ac orationem et compunctionem Tobie cum oratione et compunctione Saræ, ut utrumque consolaretur per mutuum confugium. Et hoc significat et itaque, quod respicit futuram conjugii narrationem. Hoc est quod ait Salomon Prov. 19, 14: *Domus et domus datur à parentibus; à Domino autem propriè uxor prædestinatur.*

Similia sunt in vitis sanctorum. Joannes Moschus in Prato spirituali c. 301, narrat filium ejusdem Constantinopolitani viri clarissimi, qui omnia erogavit in pauperes, ac mortuus non nisi Christum filio curatorem reliquerat, cum filius jam depauperatus templum Ingressus, devotè Deum invocaret, visum à Patricio quodam ditissimo, qui pro hæc pietate filiam suam cum amplâ dote illi despondit. (Corn. à Lap.)

EADEM DIE CONTIGIT, UT SARA FILIA RAGUELIS IN RAGES CIVITATE MEDORUM, procul inreparatione unius ex ancillis patris sui offenderetur. In Græco Sara morari dicitur Ecbatana in Mediâ, et ancillas patris filia dicitur exprobrasse.

Medorum et Persarum. Et addit ibidem Hebreos, iter esse duorum dierum ab urbe Ecbatani usque Rages; et hanc quidem in monte, illam in planitie sitam esse. Item docet Casta-

Vetus Latini versio, et Hebræus Munsteri legunt pariter Ecbatani. E narrations serie discimus, Raguem patrem Saræ in Rages non concessisse, cum Tobias junior in domum Raguelis perveniens, Raphaelem miserit ad Gabelam in Rages. Porro Rages in Hebræo urbs est in montibus sita, hodie itine ab Ecbatani, quæ in agro jacent, ac propius admovenda sunt Nitrem, quæ Rages, cum Tobias Nitrem iturus Ecbatani pertransiverit. Athenæus libro 10 tradit, reges Persidis metatem agere Ecbatani; et libro 12 reges Parthorum ver in Rages exire. Narrat Diodorus Siculus, Antigoni in Mediam reducem, hiemalem stationem habuisse in pago propè Ecbatana, urbem regionis metropolim; copias verò suas distribuisse per totam satrapiam Ecbatanorum, ac præsertim in præfecturâ quam Rages appellat. Itaque Rages ab Ecbatani longius removenda non videtur. Sed contrarius videtur Arrianus libro 5: fert enim, Alexandrum Magnum cum exercitu Ecbatani moventem, usque incredibili celeritate relegendem vestigiis Darii, pervenire tamen non potuisse in Rages, nisi post undecim itineris dies, tria milia et trecenta milia emensum, nempe passuum 367500 circiter. Adde, Rages dici itine à Portis Caspiis abesse. Ferunt, Ecbatani tandem fulsisse urbem, quæ hodie Fawis dicitur: juxta hæc in limine vallis, et ad radices montis Orontis, vel Barontis, in quo rudera plurium veterum ædificiorum supersunt. Legitur inferius, v. 8, *Rages, quæ postea est in monte Ecbatani.*

(Cabanet.)

Sara, in Rages foisse dicitur. Sed Medina lib. de rectâ Fide cap. 14, et alii, legendum existimant, in Ecbatani. Nihilominus tamen legi potest Rages, quod Ecbatana etiam Raga vocatur in Græcis omnibus cap. 6, vers. 9. Et in Hebræorum altero Rages var. Rhaiges, ubi in altero rursus Ecbatana, eodem cap. 6 legitur, ut satis apparet; Rhaiges, aut Rhaigam nomen Ecbatani etiam tribui. Atque id confirmatur ex profanis etiam scriptoribus. Cum enim isti scribant, solum Persarum regem Ecbatani metatem transigere, Xenophon lib. 8 Cyrop. lib. 5, descriptus; Elianus lib. de Animabus cap. 15, Curtius lib. 5, Strabo lib. 15, hoc ipsum refert Athenæus lib. 3, in Pæpæ, cum tamen, lib. 12, aperte etiam dixerit de Rhaigæ. Accedit quod facile id fieri poterit, cum Rages vicina esset Ecbatana, ut ait, lib. 19, Diodorus et Stephanus tradit, Ecbatana esse metatem Mediarum partem; facitque Asie tabellâ 5, Bagianam, Mediarum regionem Ptolomæus. Vocatur à Stephano Agbatana, ab Othone Frising. lib. 7, hanc, hodie Schatane Ecbatani, et in Synonymis nomen Orontis; à Ptolemy in cap. 2, l. 6 Geogr. Ptolomæi, Europas. De hujus urbis magnitudine Judith. 1, ubi et eorum minorem optine, quæ Taurism antea. Fuert et Ecbatana in Syria, de quibus lib. 5, cap. 29, Plinius, Josephus in vitâ, Herodotus lib. 5. (Serarius.)

ita apud Ortelium. Vide etiam Diodorum, et Ptolomæum.

Vers. 8. — Dæmonum, Græcè, πειραστων δæµονων, nomine Amodeus (1), ab eph, id est, ignis, et medai, id est, regni Medie, quia toto illo regno ignem libidinis exercebat. Hebræicè additur; Melech haschedim, id est, rex prædonum, seu demoniorum; nam demones in Scripturis prædones vocantur. Nomen autem sortitur in hoc mundo, vel à locis in quibus grassantur, vel à vitiis ad quæ potissimum impellunt. À locis vocantur ignei, aerei, terrei, aquoi, septentrionales, australes, persici, arctici, tenebriosi, ærodermæ.

(1) Invenire videtur Vulgata, dæmonem hunc interfecisse omnes qui ad Saram jure mariti accedebant; sed Græcus et Hebræus legunt, necesse illos, antiquum accedentem, dum in nuptiale cubiculum ingrediebantur. Vide caput 6, 14, in Græco. (Cabanet.)

Jamais les Juifs, dit Voltaire, n'avaient entendu parler d'aucun diable, ni d'aucun démon; ils avaient été imaginés en Perse. C'est la première fois qu'un ange est nommé dans l'Écriture. — Voltaire vient de nous dire que le livre de Tobie a été fait, selon les savants, neuf cents ans après la dispersion. La première dispersion ou transplantation est celle où Théséaphalasas enleva une partie des dix tribus. Or, elle est postérieure à l'an 755 avant notre ère, puisque cette année-là est la première de Phacé, roi d'Israël, sous le règne duquel cette première déportation arriva. De là il suit évidemment que, selon la critique et ses savants, le livre de Tobie n'a été écrit ni plus tôt qu'en l'an 150 de notre ère, et conséquemment que ce n'est au plus tôt qu'en cette année qu'on a entendu parler, chez les Juifs, d'anges, de diables, de démons. Nous pourrions, pour confondre l'auteur d'une proposition si absurde, lui citer Philon, Joseph, les évangélistes et les autres écrivains du nouveau Testament, qui sont tous antérieurs à l'époque qu'il assigne au livre de Tobie, et qui tous parlent fréquemment d'anges et de démons, et les livres des Machabées, et Daniel, et les livres des Rois, et les psaumes de David, et le livre de Job, et enfin le Pentateuque, etc.; nous nous contenterons de l'opposer lui-même à lui-même, et de lui rappeler ce qu'il a écrit, que les pharisiens admettaient la métempsychose, et que c'est sur cette doctrine qu'ils établirent que les esprits malins; les âmes des diables pouvaient entrer dans le corps des hommes. Ces pharisiens formaient, suivant la critique, un corps redoutable du temps de Jean Hyrcan, dont le règne commença en l'an 150 avant notre ère; supprimez maintenant, chérissés disciples de l'incrédulité, à 155 ajoutez 150 de notre ère, vous trouverez 305 ans; par conséquent on connaissait chez les Juifs des anges et des diables, du propre aveu de votre maître en incrédulité, 305 ans avant l'époque qu'il a donnée à la composition du livre de Tobie, quoique, selon lui, ce soit ce livre qui, le premier, en a instruit les Juifs. (Duchet.)

res sepulcrales, etc., ut videre est apud Iliadum, Scaligerum, Cantipratum et alios. Sic noster hic à regno Meiserum, et tota vicinia ubi dominabatur, dictus est Asmodeus, Sic S. Hieron. Rupert. et Cassian. putant illum Persarum principem ejus nominis Dan. c. 10, fuisse vel hunc vel hunc Asmodeum similem principem diabolorum. A vitulis verò vocatur spiritus vel etiam rex superbie, xenodoxie, acedie, iræ, philargyæ, gastrimargie, fornicationis, etc., ut fusi docet idem Cassianus coll. 8, c. 15. Unde hic Asmodeus dici poterat rex omnium corporum demonum qui toto regno Medorum totaque vicinia vel etiam omnium qui per universum orbem terrarum (ut vult S. Bernardus serm. 50 in Cant.), homines ad libidine inductumant. Possentque etiam modò quisvis demon princeps hujusce-viti in quaque regione orbis, verbi gratia, in Italia, Gallia, Hispania, Germania, non incongrue vocari Asmodeus: sicut quisvis tyrannus jam Nero vocatur vel Phalaris. Porro principis seu regis istius curram triumphalem describit idem Bernardus ibid. in hunc modum: Luxurie currus quadriga voluitur visiorum, glorie ventris, libidine tactum, molliæ vestium, oculi stuporisque resolutione. Trahitur equis duobus, prosperitate vite, et rerum abundantia. Et qui his insident duo, ignavia corporis, et infida securitas. Illi calcaria non habent, neque flagella: sed pro his utuntur parrulo pilione, ad faciendum undam, et sabello ad ventum excitandum. A tali principe, tali curru, missus est ille demon Cyprianus magi ad Justinum, et aliter, de quo in vita B. Basilii; et alius, de quo S. Antonius, ut est apud Athanasium, et Nazianzenum,orat. 15, et aliis (1).

(1) Vers. 9. — INTERFECTRIX VIRGUM TUARUM. Græcus: Saffocans viros. Ecce septem habuit; et unus eorum non est nominatus. Quid nos flagellas? Si mortui sunt, vade cum eis; non edemus tuam filiam, vel filiam in secum. Hebraus verbis quidem magno opere discrepat, sensu scilicet idem sonat. Ex hoc textu discere videtur, sicut hisce laudes vel elatione, vel perclusione demonum; raptos à damone erudi Beda Venerabilis, in hoc caput. (Calmet.)

VERS. 10. — PERAUXIT IN STERNUM CRUCIATU MORTUORUM, UT ORAT. Græcus et Hebraus Fugit legunt: Hæc audient, tristitia est valde, ut miserari et desperatione suffocaretur, vel ut ipsa se suffocare cuperet; et dicit: Una quidem cum patri meo: ut faceret hoc, opprobrium erat ei, et atrocitatem ejus delictum cum dolore ad infernum. Crimins alique gravissimi culpam Sara habuisset, siquidem consilium cepisset laqueo sibi vitam precipitandi, quod ab ejus mente

non avertisset nisi mor opprobrium in laqueum, et dolorem in patre futurum. Accipienda hæc sunt tanquam glossæ textui additæ ab Iudæo, legum ethices partem perim. Agnoscendum est aliis à nobis, quam peraschnæ laxatione opiniones insederint Iudæis hæc necesse sibi sponte illas. Optimum Sæpe fidelitatem, rectamque ac sinceram mentem demonstrat narrationis series; quæ Sara præter à Deo exceptæ exhibent. Sane qui fieri potuisset, ut justitiae et veritatis auctor Isthæi ejusmodi opiniones et iniquas adhibere animi et violentas habitudines proferret? (Calmet.)

ET TANTIS DIEMIS ET TRIGIS NOCTIBUS NON MANDUCAVIT NEQUE SIEUT. An propriè hoc dictum, an synecdochè, sicut illud evangelicum Matth. 14, quod illis hominibus erit in corde terra tribus diebus et tribus noctibus, et sicut Esther 4 præcipitur Iudæis ne comedant et bibant tribus diebus et tribus noctibus? Et quidem apparet sic intelligendum, quia sequitur quod tertio die, scilicet expleto jejuniò, post orationem benedixit Dominus, sicut Christus tertio die resurrexit, et sicut Esther die tertio, nempe expleto jejuniò, Iudæa regalibus vestimentis adit regem. (Estius.)

Quæritur an rectè morem orationis Tobias et Sara. — Resp.: Videtur nimis eorum ex ærumnis, verborumque contumeliis tristitia, præsertim, quod ad suspendium usque Sara, ut Græcus textus ait, miseret, adeo ut de præfocandis seipsum cogitaret, seu ut Behroorum alter ait, si quaereret, aut caperet seipsum strangulare. Adversus ista: primum, tantum esse nonnullis malorum concupisum; ut sanctis hominibus afferat mortis, quasi subitis mali, desiderium, quod appetitus inferiorem simpliciter, quod superiorem verò, cum conditione, ut Deo placeret. Sic Moyses Exod. 32: Eius 3 Regum 19: Job cap. 5, vers. 15: Elegit suspendium animæ meæ, et mortem casu meo; et dicit Paulus 2 Corinth. 1: Supra modum grati sumus supra struem, ita ut toleret nos etiam cinere. Alium, quod desiderare licet, hoc idem, eodem cum conditione: à Deo petere fas, ut etiam charissimè præsentissimæ faciat apud Providentiam cap. 25 divus Augustinus. Cum enim ab hereticorum exercitu gentis urbs consideretur: Noveritis, alicui, me hoc tempore nostræ calamitatis, id Deum rogare, ut aut hanc civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut, si aliud ei videatur, suos servos ad perferendam eam voluntatem, fortes faciat, aut certe, ut me de hac seculo ad se accipiat. Vide Ecclesiasticum c. 50, vers. 17, etc. 40. vers. 29: Plinium cap. primo, lib. 16: Esperantem post S. Chrysostomi dissimilitudines. Tertium: Magna et multa Tobie Saræque mala dixerant, sive quod se illa spectentur, sive quod personarum, temporis, afflicto circumstantiis. Mortem igitur ambo, sed, moderationem, quam dixi, adhibita, precabantur. Ideo enim sibi ipsi manus neuter affert; ad Deum rem totam uterque refert; unam ejus voluntatem sibi et vivendi et moriendi normam constituunt. Neque Sara eò insanire processit, ut vel interiore voluntate in suspendium consentiret, vel ipsam idem deliberatè quaereret, prout etiam neque sanctus Job, sed tantummodò, ad hoc quæ-

rendum et cogitandum pulsabat animum ejus tristitia gravitas et magnitudo; ei tamen consolationi recta ejus ratio. Nam cum alia, tum hæc ipsa, quæ in Græco scribuntur, secum locuta est: *Unica patri meo sum, illud si faciam, ipsi dedecus sempiternum erit, et præsentissima mortis occasio, quia ejus severitatem cum merore ad inferos deducam, id est, ad mortem seu sepulcrum, ut cap. 6, versu. 7, et in Hebræo dicit ipsa: Si tibi bonum visum, si ingressam judicium à conspectu tuo, si nolueris, me interfice. Sed notanda de his qui in rerum asperitatibus mortem precari solent, D. Augustini oratio de verbis Domini, sermone 17: « Nonne audimus et videmus homines, in aliquibus tribulationibus et angustis, et conflictationibus, et ægritudinibus dum sunt constituti, et vident se laborare, nihil aliud dicere, nisi: Deus mitte mihi mortem, accelera dies meos. Et quando venit ægritudo, curritur, adducuntur medici, solidi et munera promittuntur. Dicit tibi ipsa mors: Ecce adsum, quam paulo ante à Domino petebas. Quid me modo fugere vis? Inveni te falsatorem, et miseræ vitæ amatorem, cujusmodi erat et veteribus qui dicebat:*

« Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem. »

Sanè apud S. Cyprianum lib. de Mortalitate cap. 7, tales increpat angelorum quidem dicens: *Pati timetis, curare non vultis, quid faciam vobis?* (Serarius.)

VERS. 12. — FACTUM EST DIE TERTIA DOMI COMPLETIT ORATIONEM. GRÆCOS: *Et oravit ad fenestram cubiculi, pro more Judæorum à regione solā absentium, qui ore ad Hierosolimam verso, et in fenestrâ, si domi sint, orant. Daniel: Fenestris apertis in cubiculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in die flebat gemitu suo. Solebant etiam in edissimâ sedium parte orare: ita enim factum à Daniele, Judith, Apostolis, primisque fidelibus ex Judæis, SS. Petro et Paulo, legimus, ut in superiori cubiculo preces exercerent.*

Quod hic legit Vulgata, Saram orationem suam clausisse his verbis: *Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, etc.*, docet in Græco et in Hebræo, in quibus vicissim legitur: *Et dixit: Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum sanctum, et honoratum in sæcula. Benedicant te omnia opera tua in sæcula.* Hebræus Fagii Græco plurimum congruit; sed textus Munsteri hæc habet: *Clamans ante conspectum Domini voce amara, ait: Domine Deus, tu dedisti me parentibus meis, qui jam sunt senio confecti, et venerunt in dies, et misisti contra me, qui me acceperant, principes demoniorum, siquidem tu es Deus auctorem spirituum et omnium demoniorum; tu es formator omnium creaturarum, atque in manu tua sunt cuncta malorum spirituum genera, qui immaniter in mundo. Nunc ergo, Domine, si bonum tibi visum fuerit, ut deducam senectutem parentum meorum cum merore in fossam, interficiendo me, interfice, etc.* Nec in Græco nec in Hebræo quidquam de productâ tribus diebus noctibusque à Sarâ inedia, nec de tertiâ illâ die, quâ orationem suam verbis superitis relictis absoluit. Innuunt, Saram vix ingressam in cubicu-

lum resolutam esse in preces, statimque voti compotem factam fuisse. (Calmet.)

Sarâ precatio complectitur primum proemolum laudationis divinæ: nam, ut ait S. Ambrosius cap. 2 Insistit, virgo, « bona oratio, quæ ordinem servat, ut primò à divinis inchoemus laudibus. Sic enim cum apud hominem agimus, benevolam volumus judicem facere; quanto magis, cum Dominum nostrum precamur? Primò ergo immolemus Deo sacrificium laudis. » Priora hæc verba: *Benedictum nomen tuum, Deus patrum nostrorum, copiosiora in Græco sunt, sic: Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum sanctum et gloriosum in sæcula. Benedicant te omnia opera tua in sæcula. Posterora verò hæc: Qui cum iratus fueris, misericordiam facies, et quæ ad versum usque 14 sequuntur, ab eodem quidem Græco abeunt, pulchram tamen lesistente jam laudationis causâ ostendunt, admirabilem Dei scilicet, in ira remittendâ, misericordiâ præstandâ, peccatis ignoscendâ, clementiam. Quocirca et cap. 2 Ecclesiasticus: *Pius, ait, et misericors est Deus, et remittit in die tribulationis peccata.* Rursumque cap. 3: *In die tribulationis commemorabitur tui Dominus, et sicut in ære glacies, solentur peccata tua. Peccatum verò et si propriè culpam, non raro tamen in Scripturis vel poenam, quæ ipsi debetur, vel causam etiam significat, ut Zacharia ultimo, vers. 19: Hoc erit peccatum Ægypti, et hoc peccatum omnium gentium, id est, pro peccato poenæ, seu, ut paulo ante ibidem vers. 12 et 18, plaga ex ruina, Threnorum cap. 4: Completa est iniquitas tua, Alia Sion, id est, pro iniquitate poenæ, idcirco additur: Non addet ultra Dominus, ut transigret te. Ad Romanos 7: Lex peccatum est? id est, peccati causa, et respondetur: Absit, Deus ergo in tempore tribulationis dimittit peccata, id est, culpas earumque poenæ tam æternas quàm temporales, sed certis tamen hominibus, et certo quodam modo. Alioqui, quàm varis variis calamitatibus divexantur, neque suorum idcirco criminum veniam consequantur? Dimittit sanè peccata Deus, sed ita, ut Sarâ, qui invocant te. At rursum invocant illum non pauci, neque ita, vel culpe vel poenæ condonantur, ut fuit Antiochus 1 Machab. 6, lib. 2, cap. 9, et ille de quibus Proverb. 1, vers. 28: Tunc invocabunt me, et non exaudiam, mandè convergent, et non immanet me; demùm illi, de quibus Isaias c. 1, v. 15: Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis; et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. Certes igitur invocationis modus adsit, oportet, cum fide scilicet divinâ, vero animi dolore, sincero vitæ corrigendæ proposito, religiosè etiam eorum quæ ad peccatorum expiationem præscribere Deus voluit, susceptione, cujusmodi olim erant sacrificia nonnulla, aliæque ceremoniæ, hodiè sacramenta nostra. Qui sic invocaverint, ita à Deo peccatorum venia est, quidem in tempore tribulationis maxime, quia hæc ipsa moderatè patienterque tolerat, satisfactionis viam quamdam obtinet, plurimùmque per invocationem illam accidit et imminuit. Unde in gradum Cantico propheta regis Psalm. 419: Ad Dominum cum tribulaveris clamant, et exaudivit me. (Serarius.)**

VERS. 17. — NUNQUAM MISCEI ME CUM LUDENTIBUS (1), puta lascivis, sicut Exodi 32, et 1 Cor. 10, *infere* usurpatur.

VERS. 19. — AUT EGO INIGNA FUI ILLIS, septem viris ab Asmodeo strangulatis. Hos verissime est fuisse, si non palam, occulte saltem impios, quibus negavit Deus Saram conubio jungi. Certum ex c. 6, v. 17, extraordinaria levitate ac lascivia protervia, repentinae suae mortis causam dedisse. Sed Sara, dissimulatis illorum vitis, quae erat humilitate et modestia, culpam omnem cladis illorum in se unam conjici permittit. Orat tamen Deum ut, si placuerit illi, morte liberari possit à molestis improperis, quibus ab *ascitis* quotidie infestabatur et idem etiam supra orat Tobias. Neque in hoc est peccatum, cum prudenter liceat mortem, tanquam minus malum desiderare, etiam simpliciter quoad appetitum inferiorem; quoad superiorem, saltem cum conditione, ut dixi, si Deo sic placuerit. Sic fecit Moyses Exodi 32, Job. c. 5, et Elias 3 Reg. 19, et Paulus 2 Cor. 1, et de S. Augustino idem narrat Possidonius, et de aliis. Porro quod hic de Sara additur in Graeco, ipsam ad suspendium usque *tristatam* fuisse, adeo ut *quereret se ipsam strangulare*, ut est in Hebraeo, non *deliberat* ab ipsa, sed *inadvertenter* factum fuit. Quod vel inde patet, quod mox ut advertit, correxerit hunc animi impetum et primum motum, dicens: *Unica patri meo sum: illud si faciam, dedecus illi sempiternum erit, et praesentissimum mortis ejus occasio* (2).

VERS. 16. — TU SCIS, DOMINE, QUIA NUNQUAM CONSCUPIVI VINUM. In Graeco fusius: *Tu cognoscis, Domine, quia nuda sum ab omni peccato viri, neque polui nomen meum, neque nomen patris mei in terra captivitatis meae. Unigenita sum patri meo, et non est ei puer, qui hereditabit eam, neque frater propinquus, neque exiens ei filius, ut conserem me ei uxorem; jam perierunt mihi septem. Ut quid mihi vivere? et si non videtur tibi interficere me, praecipio respicere in me, et non ultra audire me improperium. Uterque Hebraeus, et vetus Latina versio paria legunt cum Syriaco, quae nunquam à Graeco recedit, et à v. 16 usque ad 24, nihil habent eorum quae in Vulgata.* (Calmet.)

(1) Cum his scilicet qui student solatiis, ludis, choreis; haec enim omnia exprimit verbum *infere*. (Calmet.)

(2) Notandum contra humani arbitrii libertatem nullum hinc telum vibrari. Quid, cisi ex dictis perspicuum, addo tamen consilium Dei vocari, non cuiusmodi in nobis est, sollicitam nutantemque de re quāpiam agendā inquisitionem, sed id, quo inquisitio ista pervenire tandem cupit, iudicium et decretum. Id verò rursum spectatur vel ut in Deo ipso

est, vel pro rebus ipsis, de quibus consilium est, quod objectivè vel terminativè consilium vocant. De priori satis constat non loqui Saram, cum eo modo consilium sit ipsamet Deus, quem in nostrā potestate non esse si illa diceret, quorsum, quorsum, diceret? sed posterius consilium vel universè, prout universi totius ordinem rerumque omnium gubernationem complectitur, vel singulatim pro singulis rebus accipi potest. Licet enim hic in toto universi ordine comprehendatur, aliter tamen spectantur singulae, quasi à magno illo corpore avulsae, aliter prout in eo toto sunt, rursumque istiusmodi res aut sub actiones nostras cadunt, aut non. Sara igitur Dei consilium vocat res ipsas à Deo decretas, partim universè sumptas, partim singulatim eas, quae sub actiones nostras hanc veniunt, ut viros illos à medio tam repente sublatis esse, ignoto sese cuiquam reservari, idque ad maiorem Dei gloriam, cujus tamen modum ipso nondum videat. Sic enim et Ecclesiastes cap. 8, v. 4: *Sermo Dei potestate pium est; nec dicere ei quisquam potest: Quare sic facis? Cum ergo dixerit quisquam: Non est in hominis potestate Dei consilium; et quidquid agimus, est Dei consilium; ergo nihil, quod agimus, est in hominis potestate, respondebis in propositione consilium accipiendum non universaliter, ut loquantur dialectici, sed, ut exposui, universè et singulatim, pro his rebus in quas nostra non porrigitur actio, eoque modo assumptionem esse falsam. Quia verò arbitrii nostri libertas non modò hic non minuitur, sed immittitur potius. Dùm enim ait Sara, non esse in hominis potestate Dei consilium, nonne subindicat in hominis potestate, hominis consilium? quod intente, ut aiunt, digito indicat Ecclesiastes, c. 15, v. 14: *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illam in manu consilii sui.* De quo loco adversus Calvinum lib. 2 Instit. cap. 5, § 18, ita libro de Gratia et libero Arbitrio c. 2. D. Augustinus: «Ecce apertissimè videmus expressum liberum humanae voluntatis arbitrium.»*

Magna et manifesta divina bonitas, quam fide certè nobis, in afflictis etiam rebus, praestari credimus, declaratur dupliciter: primò ex fine, ob quem bonis interdum viris acerba quaedam immittit Deus, eoque breviter triplicem Sara ostendit, ut scilicet illi *praesentetur*, quemadmodum Sapientia 5, vers. 6, Job. 25, vers. 10, deinde *tribuletur*, seu molestia quāpiam exagitantur, et è quodam veluti torpore ac veterino excitentur, postremò ut *corripiantur*, et omnes insignis quoddam exinde commo- dum referant, primi quidem coronam, uti etiam dixit S. Iacobus 1, v. 12: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromittit Deus diligentibus se.* Et sic 2 Timoth. 2, vers. 5, cap. 4, 8, 2 Pet. 5, 4, Apocalypse 2, 10, cap. 5, 11, Rom. 5, 4. Secundi verò *liberantur* ad ipsam, seu veram libertatem, dùm variae ipsius peccatorum auras, quas bona corporis yelutudo et pulchritudo, rerum affluentia et securā quaedam quies affert, subducuntur: Qui enim *facit peccatum, servus est peccati*, Joan. 8, 34. Sed et cùm divinae bonitati ita visum, ab omnium etiam mundi hujus miserrum servitute liberantur in precatione Sarae

10. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis :

11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato et à morte liberat ; et non patietur animam ire in tenebras.

12. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosynâ, omnibus facientibus eam.

13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione : et præter uxorem tuam, nunquam patiaris crimen scire.

14. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo, dominari permittas : in ipsâ enim initium sumpsit omnis perditio.

15. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, et merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.

16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

17. Panem tuum cum esurientibus et egenis comede, et de vestimentis tuis nudos tege.

18. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus.

19. Consilium semper à sapiente perquire.

20. Omni tempore benedic Deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.

21. Indico etiam tibi, fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infans essem, Gabelo, in Ragis civitate Medorum, et chirographum ejus apud me habeo :

22. Et ideo perquire quomodo ad eum pervenias, et recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, et restituis ei chirographum suum.

23. Noli timere, fili mi : pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene.

10. Car vous vous amasserez ainsi un grand trésor et une grande récompense pour le jour de la nécessité ;

11. Parce que l'aumône délivre de tout péché et de la mort ; et elle ne laissera point tomber l'âme dans les ténèbres de l'enfer ;

12. Parce que l'aumône sera le sujet d'une grande confiance devant le Dieu suprême pour tous ceux qui l'auront faite.

13. Veillez sur vous, mon fils, pour vous garder de toute impureté ; et, hors votre femme, ne liez jamais de connaissance qui puisse devenir criminelle.

14. Ne souffrez jamais que l'orgueil domine dans vos pensées, ou dans vos paroles ; car c'est par l'orgueil que tous les maux ont pris commencement.

15. Lorsqu'un homme aura travaillé pour vous, payez-lui aussitôt ce qui lui est dû pour son travail ; et que la récompense du mercenaire ne demeure jamais chez vous.

16. Prenez garde à ne faire jamais à un autre ce que vous seriez fâché qu'on vous fit.

17. Mangez votre pain avec les pauvres et avec ceux qui ont faim, et couvrez de vos vêtements ceux qui sont nus.

18. Mettez votre pain et votre vin sur le tombeau du juste ; et gardez-vous d'en manger et d'en boire avec les pécheurs.

19. Demandez toujours conseil à un homme sage.

20. Bénissez Dieu en tout temps ; et demandez-lui qu'il dirige vos voies, et que tous vos desirs demeurent en lui.

21. Je vous avertis aussi, mon fils, que, lorsque vous étiez encore enfant, j'ai donné dix talents d'argent à Gabelus qui demeure dans la ville de Ragis au pays des Mèdes, et que j'ai son billet entre les mains.

22. C'est pourquoi faites vos diligences pour parvenir à lui, et pour en retirer cette somme d'argent, et lui rendre son obligation ;

23. Ne craignez point, mon fils. Il est vrai que nous sommes pauvres, mais nous aurons beaucoup de biens, si nous craignons Dieu, si nous nous retirons de tout péché, et si nous faisons le bien.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. In illâ die recordatus est Tobit de argento, quod deposuerat apud Gabael in Ragis Mediæ. — 2. Et dixit in se ipso : Ego peti mortem ; cur non voco Tobiam filium meum, ut ei indicem, priusquam ego moriar ? — 3. Et vocans eum dixit : — Fili, si mortuus fuero, sepeli me ; et ne despicias matrem tuam : honora eam omnibus diebus vite tue, et fac quod placitum est ; et ne

contristes eam. — 4. Memento, fili, quia multa pericula vidit propter te in ventre. — Cum mortuus fuerit, sepeli eam juxta me in uno sepulcro. — 5. Omnibus diebus, fili, Domini Dei nostri recordare, et noli peccare, et transgredi mandata ejus. Justitiam fac omnibus diebus vite tue; et ne ambules in viis injustiæ. — 6. Quoniam faciente te veritatem prosperitates erunt in operibus tuis, et omnibus facientibus justitiam. — 7. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam; et non invidet oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Ne avertas faciem tuam ab omni mendico; et à te non avertetur facies Dei. — 8. Quomodo tibi fuerit secundum multitudinem, facito ex eis eleemosynam. — Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere eleemosynam. — 9. Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis. — 10. Quoniam eleemosyna à morte liberat, et non permittit introire in tenebras. — 11. Munus enim bonum est eleemosyna omnibus facientibus eam in conspectu Altissimi. — 12. Attende tibi, fili, ab omni fornicatione; et uxorem primum accipe de semine patrum tuorum: non accipias uxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filii prophetarum sumus; Nee, Abraham, Jacob, isti patres nostri à seculo. Memento, fili, quia ipsi omnes acceperunt uxores de fratribus suis, et benedicti sunt in filiis suis, et semen eorum hæreditabit terram. — 13. Et nunc, fili, dilige fratres tuos: — et noli superbiere corde tuo, præ fratribus tuis, et filiis, et filiabus populi tui, accipere tibi ex eis uxorem: quoniam in superbiâ perditio, et perturbatio multa, et in nequitia diminutio, et egestas magna; nequitia enim mater est famis. — 14. Merces omnis hominibus, quicumque operatus fuerit, apud te non moretur; sed reddet ei statim. Særvieris Deo, reddetur tibi. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis; et esto eruditus in omni conversatione tuâ. — 15. Et quod odio habes, nemini feceris. Vinum ad ebrietatem ne bibas; et non eat tecum ebrietas in viâ tuâ. — 16. De pane tuo da euriienti, et de vestibus tuis, nudis. Omne quodcumque superfuerit tibi, fac eleemosynam, et non invidet oculus tuus in faciendo te eleemosynam. — 17. Effunde panes tuos super sepulcrum justorum, et ne dederis peccatoribus. — 18. Consilium ab omni prudente quero: et ne contemnas super omne consilium utile. — 19. Et in omni tempore benedic Dominum Deum: et ab eo pete, et via tua recta sint, et omnes semine tue, et consilia tua prosperentur; eo quod omnis gens non habet consilium: sed ipse Dominus dat omnia bona, et quicumque voluerit, humiliat, sicut vult. Et nunc, fili, recordare mandatorum meorum, et non delectantur de corde tuo. — 20. Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabælem, filium Gabrie, in Ragis Mediarum. — 21. Et ne timeas, fili, quia mendicet facti sumus. Sunt tibi multa, si timueris Deum, et recesseris ab omni peccato, et securis quod placitum coram eo.

COMMENTARIUM.

Pia monita (1) quibus in hoc capite filium suum instruit Tobias, numero sunt quatuordecim: primum: *Corpus meum sepeli*. Pietatis erga parentes, etiam mortuos. Secundum: *Honorem habebis matri tue; et mortuam sepelias circa me*. Hebraicè et Græcè, in uno mecum eodem sepulcro. Indicat Tobias insignem in uxorem suam affectum, à quâ tantis conviciis lacrimatus fuerat (2).

(1) Expendens S. Augustinus egregia hæc monita, quæ filio suo Tobias reliquit, exclamat: «O lux, quam videbat Tobias, cum clausis oculis istis filium docebat viam vite, et ei præibat pede charitatis nunquam errans!» (Calmet.)

(2) Erga mortuam verò eandem, quâ erga se pietatis filium esse jubet, ut ab eo scilicet etiam sepeliatur. Sed quid est, quod non ait simpliciter *sepelias eam*, sed addit: *Circa me*? Hebraeus explanat dicens: *Sepelias eam mecum, honorificè, in uno eodemque sepulcro*; et Græcus, *sepelias ipsam juxta me in uno sepulcro*. Hoc enim modo prisci cum conjugibus patriarcharum sepulti sunt. In speluncâ duplici, quæ sita est in agrò Ephrem, sepultus est Abraham et Sara uxor ejus, Gen. 25, v. 10.

VERS. 6. — IN MENTE, id est, cogitatione et memoriâ; HABITO DEUM. Tertium monitum, continuæ memoriæ et laudis Dei.

Ego, ait Jacob Gen. 49, v. 29, congregor ad populum meum; sepelire me cum patribus meis in speluncâ duplici. Ibi sepelitur Abraham et Sara uxor ejus; ibi sepultus est Isaac cum Rebecâ conjuge sua; ibi et Lia condita jacet. Hæc enim etiam in sepulcro conjunctio significat, quantus, quàm constans et perennis inter conjuges amor esse debeat. De quibus à Deo dictum Gen. 2, v. 24, et 1 Cor. 6, v. 16: *Erant duo in carne una*. Quæmadmodum apud Hierosolymitanum Sophronium partic. 40, hæreticum eodem in sepulcro secum esse volebat Catholicus, eique, quia hæresin oderat mortuo mortuus dicebat: *Noli me tangere, hæretice*; ita castæ conjugii castus maritus, quæ conjugalem charitatem, ne ipsa quidem mors adhuc diremit, copulari optat, meliore prorsus modo, quàm ille apud Indos, quæ, ut apud Ciceronem Tusculanâ quintâ est, summi amoris laudisquæ ducebat, ut se in eundem cum marito regum vias injocessent. Admiranda verò et Tobie in uxorem charitas, cum ab eâ tamen iis quæ supra vidimus conviciis appetitus vexatusque fuisset, ista verò paren-

Vers. 7 et 17. — Ex tua, non ex aliend, substantia fac elemosinam (1). Quantum, misericordiae in pauperes. Hic quadruplicem assignat fructum: primum, non avertetur à te

tum veneratio, et Decalogi praecepta est, insignem tamen in Ecclesiastico, c. 3, laudem habet: Qui timet Dominum, honorabit parentes, et quasi domitis serviet his qui se genuerunt. Quam malè famè es, qui deliquit patrem! et est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Mitto quæ Lycurgus oratione contra Leocratem, Pausanias in Phocidis, Virgilius Aeneid. 2, Jovianus l. 2 de Obsequiis, Rhodigin. l. 11, c. 17, Aristophanes de antipolarchi in Avib. aliique tradiderunt: Euripideos tantum versuculos integro:

Quisquis parentes hic pater sive colit,
Hanc videntemque mortuusque amat Deus.
Non liberis est pulcherrimus munus aliud
Quam liberis dici parentis optinui.
Parentibusque dignum honorem reddere.
(Serarius.)

(1) Legebat S. Cyprianus: *Justitiam fac omnibus diebus vite tue, et non ambulare viam iniquitatis; quoniam agens te ex veritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac elemosinam, et non avertere faciem tuam ab illo paupere, etc.* S. Ambrosius ait, Tobiam filium suum adhortatum fuisse, ut ex substantia sua elemosinam faceret, non pecuniam venderet, non averteret faciem ab illo paupere. Hebraeus Fagii ad Græcum, Munsteri ad S. Hieronymum propius accedit. *Justitiam facere stylo Hebraeorum valet elargiri pauperibus; ita Rabbinii vocem hanc exponunt in textu Proverbiorum: Justitia (elemosyna) liberat à morte; et Danielis: Peccata tua elemosinis redime; Hebraice, justitiâ redime.* (Calmet.)

Hic verò multa eoque perutilia docentur. Primum quid agendum: *Fac elemosinam, non avertere faciem tuam ab illo paupere; audite ergo, v. 17. Secundò, quibus? Egentibus scilicet, qui sunt aut vivi, aut mortui, ut infra, vers. 17, non ut Turca, qui felibus, piscibus etiam, brutisque aliis, misericordiae causâ, cibum tribuant, capias interdum aves liberant, uti scribit cap. 197 Turcici Pandectæ Leusclavius, adeò ut in Mogorici regni partibus hospitalia sint, in quibus ægre brutæ animantes eurent, boves, asini, accipitres, uti habet Narratio de Mogoribus edita. Sed de his quibus largiendum, contra Plautum et Ciceronem videri potest Lactantius l. 6, c. 11, ejus hæc conclusio: *Unum certum et veram liberalitatis officium est, egentibus atque inutilibus alere; quantum nec dissentire Cicero videtur, cum Offic. l. 2, ait homines tennes, quidquid bonè sibi factum sit, putare se tantum spectatos, non fortunatos. De quo etiam Seneca, l. 2 de Beneficiis c. 51, 32, et omnium opinio Dominus et Salvator noster Lucæ 12, v. 12, 13, 14. Tertiò, Unde? ex substantia tua, non ex aliend, ex pane tuo, non alieno, non ex rapinis et fraudibus composito. Proverb. 3, v. 9: *Donum Dominum de tua substantia.* D. Augustinus serm. 35 de Verbis Dei et in quicquid. hom. 47, Chrysostom. homil. 35 ad populum, Cicero 1 Offic. Additur verò vers. 26, in Græc. et Hebr., *ex superfluo*. Quariò. Quomodo? Secun-**

facies et favor Domini. Secundum præmium bonum, seu insigne, tibi thesaurizas in die, pro in diem, necessitatis, ut est Græcè, id est, in diem mortis. Tertium, elemosyna ab omni pec-

dum facultatem, 2 Corinth. 8, vers. 12: *Si volueris prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.* D. Basiliius homil. 6 et 8: Nazianzenus orat. de pauperum Amore: S. Leo sermone 5, tomo 9, D. Augustini liber de Conflictu vitiorum, cap. 17; D. Greg. 5 Pastoralis cap. 21; Cicero libro 1 Offic. Quintò. Quo fructu? Quadruplici, primus: *Non avertetur à te facies Domini, vers. 7. Secundus, vers. 10: Præmium bonum tibi thesaurizas.* Græcè τίνα ἀγέλην, seu, ut Hebraeus dicit, depositum. Nam quæ in pauperes conferuntur, ex apud Deum quasi deponuntur. Prov. 19: *Pascebat Dominus, qui miseretur pauperis, additur, in die necessitatis, ut Ps. 40, in die malo.* Et nota cum qui elemosynas facit, thesaurizat sibi ipsi, non aliis, ut scilicet faciant qui coarctatas opes ita relinquunt, ut nullum ex his fructum unquam percipiant, utinam nec detrimentum suppliciumque maximum, ut Lucæ 12, v. 20, Ecclesiasticus 6, v. 2. Tertius effectus v. 11: *Elemosyna ab omni peccato et morte liberat; non parietur autem ire in tenebras, id est, in gehennam, ut legit D. Cyprianus epist. 52, l. 3, ad Quirinum, c. 1, l. de Opere; D. Augustinus quicquid. hom. 47, et l. de Rectitudine catholice conversationis.* Hebraeus textus: *Elemosyna liberat à judicio gehennæ.* Unde insignia illa D. Augustini verba serm. de Verbis Domini, secundum Matthæum, 18, c. 16, Tobias monens filium suum, ad opera bona monebat: *«Dices: habet illi ut daret pauperibus; præcipiebat ut elemosynas faceret indigentibus, et docebat, dicens: Fili, elemosyna non sinit ire in tenebras. Consilium præcipiendæ atque obtinendæ lucis cæcus dabat. Elemosyna, inquit, non sinit ire in tenebras. Si ei filius responderet miratus: Quid ergo, pater, tu elemosynas non fecisti? ut modò cæcus loqueris; tu nunc nonne in tenebris es qui mihi dicis: Elemosyna non sinit ire in tenebras? Noverat ille, de quâ luce doceret filium; noverat in interiore homine quod videbat. Filius patri porrigebat manum, ut ambularet per terram; et pater filio, ut habitaret in cælo.»* (Serarius.)

Vers. 9. — Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Græcus: *Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere elemosynam.* S. Cyprianus: *Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica; et ne timeas facere elemosynam. Liberalitas non commisso paritum, sed largitatis deficit affectu.*

Vers. 10. — Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis. Hebraeus Græcusque: *Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis.* (Calmet.)

Vers. 11. — Quoniam elemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. Præcipuum verborum sensus est, quòd elemosyna primò liberat à reatu omnis peccati, juxta illud Dan. 4: *Peccata tua elemosinis redime;* deinde, quòd etiam Deus elementer miseretur largiendo

cato, et à morte liberat eternam, et non patitur eandem ire in tenebras, id est, in gehennam, inquit S. Cyprianus et Augustinus. Quartum, fiduciam magnam prestat coram Deo.

nam gratiam his qui veras et puras faciunt elemosynas, ut possint resurgere à peccatis, juxta illud: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur*, Matth. 5. Porro de eo quod posteriori loco dicitur: *Elemosynas non par animam ire in tenebras*, eleganter Aug. in psal. 96: « hoc, inquit, loquebatur ille qui in tenebris erat. » Et paulo post: « Et quare hoc dicebat, nisi quis aliam lucem videbat? » Ita ille. Ex his etiam observa quod anime iustorum veteris Testamenti, post mortem corporis jam tum versabantur in pace, ut patet ex oratione Tobie cap. præced. v. 6, quæ de re dicitur in 3 distinct. 22, § 5. (Estius.)

Non patitur animam ire in tenebras, ad inferos. Hebræus: *Liberat à iudicio gehennæ*. Editio Munsteri planè contraria est: *Quicumque facit elemosynam, se videbit faciem Dei, sicut scriptum est: Ego in iustitiis (scilicet in elemosynis) contemplantur faciem tuam*. Infernum exhibet Christus eum locum tenebris horrentem: *Ejicite in tenebras exteriores*; et demones principes tenebrarum appellantur. (Calmet.)

Vers. 12. — FIDUCIA RACIA ERAT CORAM DEO DNO ELEMOSYNA. Hæc elemosynæ eicomia à Tobia celebrata, ex Apostoli doctrinâ intelligenda sunt, cum scilicet hæc charitas non desinitur, quæ hominibus nequissimam rem nostras in pauperes erogamus: *Si distribueris in cibis pauperum omnes facultates meas... charitatem autem non habueris, nihil tibi prodest*. (Calmet.)

D. Augustinus de Verbis Domini in Lucam, sermone 30, et Enchiridii c. 25, 77, nonnullorum errorem confutat, qui etiam in peccatis perseverarent, si tamen elemosynas largas darent; ignosci credebant, contra quos etiam loco citato D. Gregorius. Sed respondet August. dupliciter ista elemosynæ præconia intelligenda: primò, ut cætera, quæ sibi Scriptura requirit, non omittant, fides, penitentia, charitas, ita lib. citato, c. 69 et 70, et in 50, hom. 29; secundò, ut misericordia in eum peius qui elemosynam facit conferatur, ibidem, et l. 21 Civ. c. 27: Istò igitur modo elemosyna primò disponit ad mortaliem peccatorum veniam, ut alius D. Bonaventura et Venerabilis Beda in D. Lucæ c. 11, 3, ab eorundem peccatis liberat, Danielis c. 4. D. Ambrosius et S. Leo, ut infra 3. Liberat à peccatis venialibus, August. hom. 29 in 50, 4, à futuris peccatis custodit, quia majorem Dei gratiam et auxilium accersit; D. Augustinus in quinquaginta hominibus 47, cum locum istum citasset, addit: « Patrocinatur elemosyna in die iudicii hominibus, ut flammam æternam non timeant. » Nazianzenus, loco citato, elemosynam ait, « herbam peregrinam esse, quæ, quidam ut lana, quidam ut nix dealbantur, à pro misericordiam videlicet proportionem. » D. Ambrosius serm. 30 et 31: « Ita, inquit, elemosyna extinguit peccata, sicut aqua Baptismi gehennæ extinguit incendium. Ergo elemosyna quodam modo animarum aliud est lavacrum, ut si quis fortè post baptismum

Porro dupliciter intelligi potest elemosynam hæc omnia prestare: primò dispositivè, quia impetrat majorem gratiam, quæ sensim peccator provehatur ad illa omnia consequenda. Sicut enim fides, timor et spes, sic etiam elemosyna, et alia misericordiarum opera disponunt ad ulteriorem gratiam, et quidem per se, et proximè, de congruo, si etiam ipsa sint ex fide et ob meritum supernaturale, aut saltem ex gratiâ præcedente; alioquin si solis naturæ viribus, solum remotè, per accidens et ex mera liberalitate Dei, tamen cessò et infallibiliter, si faciat homo quod in se est. Ita suscebat Daniel Nabuchodonosori: *Peccata sua elemosynis redime*, ita S. Thomas, Albertus Magnus, Scotus, Gabriel, Durandus, Tappetus, Cajetanus et alii citati à Molin. Secundò, intelligi potest, eandem omnia prestare etiam formaliter, nempe si cætera omnia adiit, quæ Scriptura ad talem effectum sibi requirit, nempe fides, spes, penitentia, charitas. Vide S. Augustinum, de Verbis Domini, in Lucam serm. 30, et Enchiridii c. 69, et alibi.

« humana fragilitate deliquerit, supersit ei, ut iterum elemosynâ mundetur. » Et epist. 82, hunc ipsam locum citans, quasi nostris temporis hæreticis prospiceret in eoque admoneretur: « Qui sunt, ait, hi præceptores novi qui meritum excludunt se iustis? » Et D. Cyprian. lib. de Oratione et Elemosyna: « Sicut lavacro aquæ salutaris gehennæ ignis extinguitur, ita elemosynâ atque operibus iustis delictorum flamma sopitur. » D. Bernardus serm. 4 post Epiphaniam, hydram tertiam, quæ peccatorum ablutio fiat, statuit elemosynam. Sic et Baptismo comparat D. Leo hom. 2 de Collectis, et serm. 5: « Elemosynam, inquit, peccata delent, mortem periculant, et peccata perpetui ignis extinguunt, » huncque Tobie locum subiungit.

Elemosynæ fructus vers. 12: *Fiducia magna erit elemosynæ omnia. Hebræicè: Moxa amplam et bonam rependet coram sancto, sive, à Deo merces optima reddetur, ut ait Vatablus*. Videtur Chrysostomus hom. 33 ad populum, Proverbiolum caput 12, 13, 15, 16: Ecclesiast. 3 et 9, Dan. 4, Luc. 14. Pro illo verò: *Non avertas*, Hebræicè dicitur: *Non occulas oculos tuos*. Et ante istud, traditur utilissima præceptio: *Non associes te viris iniquis, sive, non facias tibi socios viros impios*. Epictetus Canone 33: « Noveris, ait, si contaminatus videris, si fueris, necessarium esse, cum quocumque eo conversatur, contaminatum etiam esse: et de quo pluribus posset, eodem capite. Rursusque ante illud: *Elemosyna liberat*, interponitur Hebræicè: *Postidebitis autem divitias et thesuros argenti et auri in iustitiâ*. Nam thesauri nihil proderunt, et elemosyna liberat à morte. Et quicumque facit elemosynam, se videbit faciem Dei, sicut scriptum est: *Ego in iustitiis contemplantur faciem tuam, et qui occupaverit eam, de cultu sum*. » (Serarius.)

VERS. 15. — ATTENDE TIBI AD OMNI FORNICATIONE (1). QUINTUM MOQUIM.

(1) Græcus et antiqua Latina versio fœdus: *Attende sibi, fili, ad omni fornicatione; et uxorem primam accipe de semine patris tuorum: non accipias uxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui; quoniam filii Prophetarum nati sunt: Noe, Abraham, Isaac, Jacob, tui patres nostri à secundo. Memento, fili, quia ipse omnes acceperunt uxores de fratribus suis, et benedixit sunt in filiis suis, et semen eorum hereditabit terram. Et nunc, fili, dilige fratres tuos. Gemini sermè legunt Hebræis uterque cum S. Cyrillano: *Uxorem accipe ex semine patris tuorum, et non uxorem alienam mulierem, quæ non est ex tribu patris tuorum. Congruunt hæc omnia legi connubii peregrinorum interdicenti.**

ATTENDE TIBI, FILI MI, AD OMNI FORNICATIONE. Qui omnem dicit, nullam omnino excipit, ne illam quidem quæ simplex dici solet, etiam accuratam probris curam sponderet. Idemque addit: *Et præter uxorem tuam, nequam patris crimen scire, Qui solam uxorem concedit, nonne scortum, pellicem, concubinamque prohibet? Qui, extra conjugium, procreandis operi operam dari nunquam vult, ullumne populantem, obscenitatem, Plautinæ Indis tempus indulget? Atque sic etiam Apostolus 1 Cor. 6: *Facile fornicationem. Nolite errare. Neque fornicari, neque idola seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubinatores, neque ebrios, neque malefices, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Galat. 5: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ebrietates, compassiones, et hæc similia, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ephes. 5: Fornicatio et omnis immunditia, aut auaritia, nec nuntiatur in vobis, sicut decet sanctos, aut cupiditas, aut invidia, aut scurrilitas. Hæc enim scitote intelligentes quod omni fornicator aut immundus, etc., non habet hereditatem in regno Dei et Christi. Nam Ileb. 13: *Fornicarios et adulteros iudicabit Deus. Et Apoc. 21: Fornicatorum pars erit in stagno ardenti ignis et sulphure, quod est mors secunda. Videatur et D. Aug. c. 71 super Exod. serm. 16. de Verbis Domini; lib. de decem Chordis, c. 19, contra eos qui dicunt: Uxorem non habeo; facere passum quod volo; ad meretricem ead. D. Thom. 2. quest. 154. art. 2; Cajetanus lib. 1. Sæpius lib. 5 de Iustitia, q. 5, art. 3. Est vero amoris vagarumque libidinum intolerabilis apud ethnicos licentia erat, non desudare tamen, licet, ut queritur etiam in Tusculanis Tullius, æquò pauciores, qui modestiam et conjugalem tantum societatem probarent. Præcipit de legibus lib. 7, Plato: *Nemo audeat alium attingere, præter legitimam uxorem. Epictetus Canone 37: Circa Venereæ pro vitæ, ante conjugium, carnis iuramento esse oportet. Formosissima erat Laïs meretrix; poscenti tamen pro flagitio coreptores mille, dixit apud Gelium 1. 7, c. 8. Demosthenes: *Poenitere tanti non erit. At scortatoribus omnibus æterna, ut paulo ante iudicimus, in igneo sulphureoque stagno supplicii exolvenda sunt. Cur miseri et ter quæqueque infelices, iam tristo,*****

VERS. 14. — SUPERBIA (1) SUPA. SOLUTUM: IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT OMNIS PERDITIO, IDEM IN LUCIFERO ET ADAMO, tum in quoribus peccato, etiam minimi præcepi divini transgressionem, dum nempe homo, qui Deo totus et ex eo subditus esse deberet, super ipsum se (id est, superbi) præcepti illius transgressionem; Ita Prosper de Vita contemplativa, c. 2.

VERS. 15. — MERCEDEM MERCENARIO ADSTITIT (2). Septimum moquim. Octavum, v. 16, iustitiam erga omnes alios. (3)

tamque iustitiam perire, tanti enimque? O recordam! O excitam! (Serarius.)

(1) SUPERBIAM NUMQUAM IN TUO SENSU, AUT IN TUO VERBO DOMINARI PERMITTAS; IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT OMNIS PERDITIO. Crimen hoc exitio fuit angelis perdidit, et primo hominum parenti in paradiso; nec melius factum manet eos qui superbiam colunt. Omnia vitia à superbia oriuntur. Græcus legit: *Fili mi, noli superbiere corde tuo præ fratribus tuis, et filiis, et filiabus populi tui; accipe tibi ex eis uxores, quoniam in superbia perdidit et perturbavit multos, et in nequitia distulit et egestas magna. Hebræus Fagil: *Mi fili, dilige proximum tuum sicut te ipsum, neque contemnit officio fratres tuos, filios populi tui, quia potius uxorem tibi ducito ex eis. Præcedit enim convulsionem suam, et anteit rancorem superbiam animi; namque ab ipsam animi paupertatem et opprobrium venit in mundum; et opprobrium est mater famis. Editio Munsteri: *Fili mi, pone cor tuum ad opera tua? vel attende verba tua, et quæ oderis tibi fieri, aut ne feceris. (Calmet.)***

(2) Ex præcepto legis, iubentis mercedem ante solam occasum solvi. Addit Græcus: *Si servieris Deo, reddetur tibi. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis, et cito erudis in omni conversatione tua. Hebræus Fagil: *Merce operis tui ne pernoctet in manu tua; sic fiet ut quæcumque petieris, Deus affertim suppeditet tibi. Audi, mi fili, et attende verba mea. Temperavi esto in omnibus tuis tuis. (Calmet.)**

(3) **VERS. 16. — QUOD AB ALIO ODERIS FIERI TIBI, VIRE SE TU ALIQUANDO ALTERI FACIAS. Sensus est, quod tanquam injustum oderis ab alio tibi fieri, vide ne alteri facias. Et eodem modo intelligendum est affirmativum illud præceptum in Evangelio Matth. 7: *Quæcumque vultis ut vobis faciant homines, eadem et vos facite illis. Sensus enim est: Quæcumque vultis iustitiam et rationabili voluntate vobis ab aliis fieri. Explicant enim hæc duo præcepta naturæ istud præceptum Dei, et vicissim ab eodem explicantur: Dilige proximum tuum sicut teipsum. (Etius.)***

Illustris est hæc lex et norma charitatis erga proximum, quam et Jesus Christus repetit, et imperator quidam romanus admiratus magnam hanc Christianorum sententiam, insculpendam curevit in ædibus suis, ceterisque publicis ædificiis. Addit hic Græcus: *Viam ad ebrietatem ne bibas, et non eat tecum ebrietas in via tua. Hebræus Fagil: *Non ulciscaris, neque servos filium injuriam. Viam ad ebrietatem ne bibas, neque cum temeritate**

VERS. 18. — PANEM TUUM ET VINUM SUPER SEPULCRUM JUSTI CONSTITUIT (1). Nonum, de convivio sepulchrali in morte amicorum Hebræorum, quos hic nomine justorum intelligit, ad

consuetudinem habens in cœnibus vitiis. Munsteri editio: *Sabducas quoque te ab ebrietate, et nulla vanitas angustas ardeat tibi.* Vetus latina editio: *Et quod oderis, alii te feceris, et non convivas te in nequitia in cœna vitiis tuis.*

VERS. 17. — PANEM TUUM CUM ESCURIENTIBUS ET EGENS COMERE. Addit Græcus: *Omne quodcumque superaverit tibi fac elemosynam, et non incidat oculus tuus in faciendo te elemosynam.* In eandem sententiam incidit Hebræus: *Elemosynam dabis corde non invido.* (Calmet.)

(1) Quidam nihil aliud designari his verbis arbitrantur, quàm: Da panem vinumque sibi et fame laborantibus et egenis, ne ad mortem et sepulcrum adigantur. Castilio ita interpretatur: Sincera erga defunctos pietas, et optima ratio libationum super tomulos est bona præstare viventibus; id enim defunctis est acceptissimum. Censet Grotius, Tobiam hortari illum suum, ut munera, cibos et vinum optimum mittat ad Israelitas, lugentes funus propinquorum. Notus est in Scripturâ mos ferendi ejus generis munera; sed nunquam ibidem legitur delatio dapum et vini super tomulos. Ita Grotius. Maluerunt alii, sermonem hic esse de convivio quæ post funera instruebantur. (Calmet.)

Græcos ita textus habet: *Effunde panem tuum in sepulcrum justorum.* Hebræicus verò: *Non sit datus in oculis tuis, panem tuum, et vinum tuum effundere super sepulcrum justorum.* Quæ verba sibi quid velint, queritur. Munsteri duplicem hic expositionem affert. Prior est: Non occidas justos, subtrahendo illis panem. Sed valde contorta esset phrasis, et nusquam audita, potiusque dicere debuisset, *aper viros, vel, de viros;* deinde idem diceret jam quod dixerat. Posterior expositio: Pone panem super justorum os, quia sepulcrum vocatur os, Psalmo 6. At non querimuslibet os sepulcrum vocatur, sed impiorum tantum, et quidem hereticorum maxime, unde mendaciorum mores exhalant, inquit Augustinus lib. 2 contra Iulianum Petilianum, c. 45. At hic in Latino, Græco et Hebræo, justorum perpetua mentio est. Alia dari potest expositio, ut ob justorum sepulturam, sen, ut jussu sepellantur, conferatur annona tota. Nam pro eo, interdum ponitur, *aper,* et consentaneum videtur ut pium opus, quod maxime sectabatur Tobias, filio commendaret. Sed non tam ad sumptum faciendum, qui in espiuitate et occidit sepeliendi ratione nullus flectat, quàm ad ipsum laborem et opus exhortatione opus fuisset, quamquam suo exemplo satis eum exhortatus erat; sicut etiam ad patientiam, furorum detestationem, et similia. Justi hic dicuntur, qui ex Israël stirpe sunt, nec à verâ religione desciverunt, co tamen modo stirpem accipiendo, quo Roman. 9, vers. 8, docet Apostolus, filios promissionis in semine illo beato estimari. His ergo tantum bene esset mortui faciendum, non aliis qui omnes generali vocabulo vocarentur pec-

distinctionem impiorum gentilium, inter quos tum vivebant Hebræi. Porro solebant veteres, non gentiles modò, sed et Judæi, mortuorum suorum sepulchris cibum potumque superpo-

catores, vel certè cum justos illos vitâ sanctos misericordie beneficentiaque operibus recreare volumus, non esset in homines improbè viventes id beneficii conferendum. Quæmadmodum tamen ad mortuos et vivos panti posse videbatur præceptum superius, ita istud alterum cur intelligi nequeat, ut et pro infidelibus mortuis elemosynas fieri, et cum sceleratam vitam agentibus familiaritatem consuetudinemque haberi vetet? Hæc enim per tibi potiusque communionem significatur. Imò, quia sola sententiarum vicinitas in præceptorum variorum conglotatione, nequit facere ut prioris ratio sit posterior sententia, de solo cum hominibus nequam convictis, et de eo quæ per hunc efficitur et significatur familiaritate, præceptum hoc intelligere, cum D. Gregorio loco citato, possumus, ejusque præcepti utilitas et necessitas quotidiano usu comprobatur. Diodori lib. 12 egregia hæc narratio est: *Scriptis Charondas legem de consuetudine civium pravorum et confabulatione, profectò elegantem, à cæteris scilicet legum latoribus prætermisam. Nam consideratâ humanæ mentis inconstantia, et levitate animorum, nonnunquam comperit, viros quantumvis bono et modesto ingenio natos, bonisque educatos artibus, flagitiosorum consuetudine et amicitia paulatim ab honestatis procul vitâ aversos, in vitia et improbitatem cecidisse; tum ipsam flagitium habem veluti pestilentiam quamdam contagio sensim irrepere in cœtus hominum parvo primùm initio, post vicibus sumptis latius manando; jam populum universum (quod sæpè conspectum est) in vitium trahere, vitamque humanam deformare, atque ita veluti tertio morbo infectis proborum mentibus, virtutem honestatemque demoliri. Obvia namque patet, ac lubrica ad libidinem via, faciliq; delabitur per voluptatem in flagitium prona mortalitas. Unde plerisque constat continentium principio spectata et probis moribus viros, quibusdam post clandestinis voluptatibus libidinibusque illecebris sensim delapsos à probitate, demumque veluti expugnata ingenii virtutumque integritate, collectos in veterissima foedissimaque flagitia, vitam precipitasse. Huic occursum esse postea ad labi cupiens legislator, vel ejus originem procul advertere à republicâ, vel exortum in ipsis primordiis extinguere et eradicare, cives suos à familiaritate et consuetudine peccatorum, lege prohibuit, actionemque pravæ consuetudinis constituit, gravemque ejus delectis reis impositâ multâ, licentiam coercuit, reliquos à delinquendo ratos ætèrnatæ iri metu penæ. Et postea: De sceleratorum familiaritate et consuetudine scriptum accepimus, quem oculis flagitiosis delectari conspexerim, eum qualis sit, haud percunctari perrexerim, cum cum sodalibus esse persimilem minime dubitârim.* Ne te conjunge pravus, ait Theognis,

nero; Eccl. 50 : *Appositiones epularum circumpositae sepulcro*. Vel domi saltem amicis, aut pauperibus apponere, quae Festus et Ovidius, *fratella et inferias* vocant, Nonius, *silicernia*, Plautus *pollinctura*, Livius, *siscerationes*. Id autem fiebat gentilibus quibusdam, stultis persuasione, quasi his epulis egerent et vescerentur defuncti, teste S. Augustino serm. 11, de Sanctis. Et idem sibi etiam nostro seculo persuadent Persani et Japoni non pauci, ut Gaspar Vilela scribit Epist. Indiar. l. 2. Sed Judaei id faciebant, primo, ut honor aliquis haberetur mortuis; secundo, ut illis hanc eleemosyna pro ipsis facta, auxilium aliquod impetraret à Deo, puta penarum Purgatorii relaxationem; tertio, ut in eundem finem eodem epulo excitarentur convivae ad orandum pro defuncto; quarto, ut idem epulum saltem alicui solatio esset amicis mortuum lugentibus, et ejus absentiam dolentibus. Et has easdem ob causas etiam Christianos habuisse hanc consuetudinem stipes et sportulas in amicorum funere dandi pauperibus, et ad epulas convocandi cognatos et affines, testantur Clemens Romanus, Chrysostomus et Gratianus. Et durat etiamnum hanc consuetudo toto orbe christiano.

Sed conjunge bonis; et ab his bonis plurima discas.

Cum pravis tiversis, tu quoque pravis eris. Qui letiparis pium, ait noster Strachides cap. 15, vers. 1, inquinabitur ab eis; et qui communicaverit superbo induet superbiam. Paulò ante verò dixerat c. 12, v. 15 : *Quis miserabitur incubitatori à serpente percussus, et omnibus qui appropinquant bestiis? sic et qui convitatur cum viro iniquo, et obsecutus est in peccatis ejus*. Ecce, sodales males venenatis serpentibus, et feris mordacibusque belluis comparat; adeoque ab his cavendum monet, ut etiam eos extimescere debeant, qui alioqui carminibus et arte, ut Psal. 57 quidam, vel ipsi etiam corporum proprietate, ut Pylli et Marsi, de quibus lib. 28, c. 3, Plin., illarum vim et immanitatem cicurare posse videantur, quodque miserrimum est, qui harum aut veneno aut morso et lanate laesi fuerint, ne miseratione quidem dignos pronuntiat. Fuge, o adolescens, fuge angues; fuge belluas istas, Christiani omnes : Quia, inquit S. August. serm. 164, membra Christi facti estis admodum : timete de vobis, non tantum à paganis, non à Judaeis, non ab haereticis, quantum à malis Catholicis. Eligite vobis de populo Dei quos imitemini. Nam si turbam imitari volueritis, inter paucos angustiam viam ambulantes non eritis. Abstineo vos à fornicatione, à rapinis, à fraudibus, à perjuriis, ab illicitis rebus, à juris; ebrietas repellatur à vobis; adulterium sic timete quomodo mortem, non quae solvit animam à corpore, sed ubi anima semper ardebit cum corpore. (Serarius.)

stiano. Consuetudo tamen apponendi epulas ipsi sepulcro, ut hoc quasi contactu sanctorum cadaverum etiam ipse sanctificarentur, quia nimis accedebat ad superstitionem gentilium, qui suorum manibus hoc fere ritu parentabant; itemque propter abusum in publico comessandi, jure merito à S. Ambrosio à templis et cimiteriis sublata est, cujus S. Augustinus et reliqui praetati saeculi exemplum, jussu ejusmodi epulas domi institui, et esculenta pauperibus ibidem erogari. Vide Franc. Turrianum lib. 4, pro epist. Pontif., cap. 15, et Robertum Bellarminum de Purg. l. 1, c. 13. Talem ergo eleemosynam sepulcralem jubet hic Tobias per filium institui more patrio, sed vetat, pro decimo monito, ex eo epulo manducare cum peccatoribus, quo nomine Assyrios reliquosque gentiles notat, cum quibus consortium omne et convictum seu familiaritatem prohibet.

VERS. 19. — *CONSILIUM SEMPER A SAPIENTE PERQUIRE* (1). Undecimum monitum. Duode-

(1) Laudat 1 Ethic. c. 4, Aristot., Hesiodos istos versus :

Optimus ille quidem est, ex sese qui omnia novit. Sed quotusquisque talis? Additur ergo : Is rarum bonum est, parat qui recta momenti. At qui ex se nascit, cuiquam nec porrigit aures Ut bona percipiat, demens et insulis ille est. Phil., ait Ecclesiast. 32, vers. 24, sine consilio nihil facias; et post factum non punietis. Et Salomon cap. 19, vers. 20 : *Andi et accipe à quolibet, qui tibi dederit consilium bonum* : Graecus verò : *Consilium ab omni prudente quarras, neque ullum utile consilium asperneris*. Extant in libro Pirke avoth c. 2, pulchra Gamalielis sententiae, inter quas istae :

Qui multiplicat $\left\{ \begin{array}{l} \text{legem,} \\ \text{scholam,} \\ \text{consilium,} \end{array} \right.$ multiplicat $\left\{ \begin{array}{l} \text{vitam,} \\ \text{sapientiam,} \\ \text{intelligentiam.} \end{array} \right.$

Semper verò de sapientis consilio agitur, quia ut apud Ecclesiasticum est c. 3, v. 20 : *Cum factus consilius non habear. Non enim poteris diligere, nisi quae eis placeant.*

Divinam à nobis majestatem, non semel tantum, aut his, sed semper laudari praecipit, et licet multa sint quae ab eis precari nos oporteat, duo tamen hic potissimum proponuntur, bonorum scilicet consiliorum susceptio, et bona eorum executio. Ad illud pertinet, ut vias ipse nostras dirigat, ad hoc ut omnia nostra in eo consilia permanent; ab ejus gloria nusquam deflectant; ab eo manu semper teneantur. Horum verò praeter eam quam textus illi suggerunt explicationem, aliam asserre non est consilium : Hebraeus ergo sic : *Omnis tempora pèss à Domino, et ipse dirigit gressus tuos, atque consilium tuum, quoniam non est in hominibus manus consilium aliquod sed in manibus Dei, qui est benedictus, quia om-*

cinum versa seq. de conformitate voluntatis cum Deo.

nis que vult faciet; fatenque humiliabit et illum exaltabit. Græcus verò : *Dominum Deum benedixit ei tempore ; et ab ipso pete, ut recte fiant vire tue, omnesque semine et consilia tua bene procedant, seu succedant. Neque enim est illa gens, que consilium habet ; sed ipse Dominus bona omnia dat, et quocumque voluerit, humilitat prout vult. Dum in mortalium ullo consilium negat, intelligi vult, quod executionem, ut patet ex adiunctis, quia omnia que vult faciet, statim humiliabit, illum exaltabit, mox, quoad ipsam etiam consilii intentionem nihil, absque Dei ope, potest homo, sed omnium maxime in illis que ad æternam salutem pertinent. Idcirco parum illud in Isocratis Parænesi insinuandum : *Bona deliberatio ab hominibus est, que prosperitas à deo. Sufficientes non sumus, ait S. Paul. 1 Cor. 3, cogitare aliquid à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Postremum verò illud de quorundam depressione, aliorumque sublatione non inieganter veterum quidam exposuit, cum interrogatus quid ageret Deus respondit : *Effert humiles, deificat ceteros. Et præter Homerum Illados 17, suorum operum initio Hesiodus : Facili quæpiam exaltat, etiamque facili deprimit et affligit. Vide Psal. 113 et 114, Luc. 1, v. 52, Eccles. 10, v. 16, 17.***

Cur hoc illic mandet, addit in Hebræo causa, quæ necesse est deus maris esse, et quæ

CAPUT V.

1. Tunc respondit Tobias patri suo, et dixit : Omnia quæcumque præcepisti mihi, faciam, pater.

2. Quo modo autem pecuniam hanc requiram, ignoro : ille me nescit, et ego cum ignoro : quod signum dabo ei ? Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognovi.

3. Tunc pater suus respondit illi, et dixit : Chirographum quidem illius penes me habeo : quod dum illi ostenderis, statim restituet.

4. Sed perge nunc, et inquirere tibi aliquem fidelem virum, qui est tecum salvâ mercede suâ : ut, dum adhuc vivo, recipias eam.

5. Tunc egressus Tobias, invenit juvenem splendidiorem, et tantum præcinctum, et quasi paratum ad ambulandum.

6. Et ignorans quod angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit : Unde te habemus, bone juvenis ?

7. At ille respondit : Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei : Nosti viam que ducit in regionem Medorum ?

VERS. 22. — *PERQUIRE QUOMODO AB GABRIEL PERVENIAS, ET RECIPIAS DECIM TALENTA. EST HOC DECIMUM TERTIUM. DECIMUM QUARTUM ET ULTIMUM.*

VERS. 23. — *DE CONSTANTÏ SPE IN DEUM, ETIAM IN EXTREMÂ PAUPERIATÉ (1). Cuius rei præclarum narrat exemplum Sophronius de adolescente, qui facti sibi à parente optione, an mallet omnes parentis hereditate thesauros, an Christum solum sibi curatorem reliqui, spreto thesauro, Christum prælegit. Ergo inopæ primam et medicas (nam parva omnia sua pauperibus erogavit), post tamen paulo extremæ ditatus est.*

Hebraismus, pro, *necesse est dies mortis meæ. Atque hanc ob causam, debent etiam parentes de honorum suorum negotiis, de contrahiendis, nominibus, totaque testamenti naturâ omnia constituere.* (Serarius.)

(1) Suavissima et consolatoria plenissima est hæc ultima Tobie sententia. Quam enim pauperem et mendicem non recitet ? Quem ad Dei timorem virtutisque cultum non excitet ? *Miles, inquit, bene dicitur, tam in hoc scilicet, quam in futuro seculo. Sed in futuro omnium certissime et abundantissime. In hoc tamen, bene etiam quidam pii Denique videntes homines consequuntur.* (Serarius.)

CHAPITRE V.

1. Alors Tobie répondit à son père, et lui dit : Mon père, je ferai tout ce que vous m'avez commandé.

2. Mais je ne sais comment je pourrai retirer cet argent. Gabélus ne me connaît point, et je ne le connais point aussi ; comment me ferai-je connaître à lui ? Je ne sais pas même le chemin par où l'on peut aller en ce pays-là.

3. Alors son père lui répondit : J'ai son obligation entre les mains ; et aussitôt que vous la lui ferez voir, il vous rendra l'argent.

4. Mais allez chercher présentement quelque homme fidèle qui puisse aller avec vous, en le payant de sa peine, afin que vous receviez cet argent pendant que je vis.

5. Tobie, étant sorti ensuite, trouva un jeune homme éclatant, qui avait retroussé sa robe avec sa ceinture, étant comme prêt à marcher.

6. Et ne sachant pas que ce fût un ange de Dieu, il le salua, et dit : D'où êtes-vous, bon jeune homme ?

7. Il lui répondit : Je suis des enfants d'Israël. Tobie lui dit : Savez-vous le chemin qui conduit au pays des Mèdes ?

8. Cui respondit: Novi et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatani.

9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10. Tunc egressus Tobias indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen oculi non video?

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est ut à Deo cureris.

14. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituiam tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei angelus: Ego ducam et reducam eum ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de quâ domo, aut de quâ tribu es tu.

17. Cui Raphael angelus dixit: Genus queris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo est?

18. Sed ne fortè sollicitum te reddam, ego sum Azarias, Ananias magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu: sed peto ne irascaris quòd voluerim cognoscere genus tuum.

20. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

21. Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus constitatur vobiscum.

22. Tunc paratis omnibus, quæ erant in viâ portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri suæ, et ambula-verunt ambo simul.

23. Cùmque profecti essent, cepit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, et transmisisti à nobis.

24. Nunquàm fuisset ipsa pecunia, pro quâ misisti eum.

8. L'ange lui répondit: Je le sais; j'ai fait souvent tous ces chemins; et j'ai demeuré chez Gabélus notre frère, qui demeure en la ville de Rages au pays des Mèdes, laquelle est située sur la montagne d'Ecbatane.

9. Tobie lui dit: Je vous supplie d'attendre ici un peu, jusqu'à ce que j'aie rapporté à mon père ce que vous venez de me dire.

10. Alors Tobie, étant rentré, rapporta tout ceci à son père, qui, admirant cette rencontre, lui ordonna de prier ce jeune homme d'entrer.

11. Etant donc entré, il salua Tobie, et dit: Que la joie soit toujours avec vous.

12. Tobie répondit: Quelle joie puis-je avoir, moi qui suis assis dans les ténèbres, et qui ne vois point la lumière du ciel?

13. Le jeune homme lui répondit: Ayez bon courage; le temps approche auquel Dieu vous guérira.

14. Alors Tobie lui dit: Pourrez-vous mener mon fils chez Gabélus en la ville de Rages au pays des Mèdes? et quand vous serez de retour, je vous paierai votre peine.

15. L'ange lui dit: Je le menerai et vous le ramènerai.

16. Tobie lui répondit: Dites-moi, je vous prie, de quelle famille, ou de quelle tribu êtes-vous?

17. L'ange Raphaël lui répondit: Cherchez-vous la famille du mercenaire qui doit conduire votre fils, ou le mercenaire même?

18. Mais de peur que je ne vous donne de l'inquiétude, je suis Azarias, fils du grand Ananias.

19. Tobias lui répondit: Vous êtes d'une race illustre; mais je vous supplie de ne point vous fâcher, si j'ai désiré de connaître votre race.

20. L'ange lui dit: Je menerai votre fils en bonne santé, et je vous le ramènerai de même.

21. Tobie lui répondit: Que votre voyage soit heureux; que Dieu soit avec vous dans votre chemin; et que son ange vous accompagne.

22. Alors ayant préparé tout ce qu'ils devaient porter dans leur voyage, Tobie prit congé de son père et de sa mère, et ils se mirent tous deux en chemin.

23. Aussitôt qu'ils furent partis, sa mère se mit à pleurer, et à dire: Vous nous avez ôté le bâton de notre vieillesse, et vous l'avez éloigné de nous.

24. Plût à Dieu que cet argent, pour lequel vous l'avez envoyé, n'eût jamais été!

25. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

26. Dixitque ei Tobias: Noli flere, salvus perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum.

27. Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur ei, et bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

25. Le peu que nous avions nous suffisait, pour croire que ce nous était une assez grande richesse de voir notre fils.

26. Tobie lui répondit: Ne pleurez point; notre fils arrivera en Médie sain et sauf; et il reviendra vers nous dans une parfaite santé; et vous le verrez de vos yeux;

27. Car je crois que le bon ange de Dieu l'accompagne, et qu'il règle tout ce qui le regarde; et qu'ainsi il reviendra vers nous plein de joie.

28. A cette parole, sa mère cessa de pleurer, et elle se tut.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et respondens Tobias dixit ei: Pater, faciam omnia quaecumque mandasti mihi; — 2. Sed quomodo potero accipere argentum, et non cognosco eum? — 3. Et dedit ei chirographum, et dixit ei: — Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, et dabo ei mercedem, dum vivo; et accipe vadens argentum. — 4. Et ivit quærere hominem, et invenit Raphael, — qui erat angelus, et nesciebat. — 5. Et dixit ei: — Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, et si peritus es locorum? — 6. Et dixit ei angelus: Ibo tecum, et vix peritus sum, et apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum. — 7. Et dixit ei Tobias: Sustine me, et dicam patri. — 8. Et dixit ei: Vade, et ne tardaveris. — Et ingressus dixit patri: Ecce inveni qui simul ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, ut agnoscam, cujus tribus est, ac si fidelis ad eundem tecum. — 9. Et vocavit eum, et introivit: et salutaverunt se invicem. — 10. Et dixit ei Tobias: Frater ex quâ tribu, et ex quâ patrâ es tu? indica mihi. — 11. Et dixit ei: Tribum et patriam tu quæris; an mercenarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobias: Volo, frater, agnoscere genus tuum et nomen. — 12. At ille dixit: — Ego Azarias Ananias magni de fratribus tuis. — 13. Et dixit ei: Sanus venis, frater: et ne mihi irascaris, quia quasi videri tribum tuam, et patriam tuam agnosce. Et tu es frater meus ex pulchrâ et bonâ progenie. Cognovi enim ego Ananiam et Jonathan filios Semel magni; quomodo ibamus unâ in Hierosolyma ad orandum offerentes primogenita, et decimas geniminum; et non erraverant in errore fratrum nostrorum. De bonâ radice es frater. — 14. Sed dicite mihi, quam tibi ero mercedem daturus? Drachmam die, et necessaria tibi, sicut et filio meo. — 15. Et adhuc adjiciam tibi super mercedem, si sani revertetis. — 16. Et bene senserunt sic; et dixit ad Tobiam: Paratus esto ad viam, prosperemini. Et paravit filius ejus, quæ ad viam. Et dixit ei pater ejus: Vade cum homine hoc. Qui autem in cælo habitat Deus, prosperabit viam vestram; et angelus ejus ibit vobiscum. Et exierunt utrique ad eundem, et canis pueri cum eis. — 17. Ploravit autem Anna mater ejus, et dixit ad Tobit: Quid emisisti filium nostrum? an non virga manûs nostræ est in egrediendo ipsum et egrediendo coram nobis? — 18. Argentum argento non antevertat, sed peripsema filii nostri sit. — 19. Quomodo enim datum est nobis vivere à Domino, hoc satis multum nobis est. — 20. Et dixit ei Tobit: Ne sollicitudinem habeas, soror: sanus veniet, et oculi tui videbunt eum. — 21. Angelus enim bonus ibit cum eo; et prosperabitur iter ejus, et redibit sanus. — 22. Et cessavit plorans.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 5. — Invenit singulari Dei provi-

dentia juvenem splendidum, non eleganti for-

(1) VERS. 2. — Quid sicutum dabo ei? etc. Finis hic versiculi secundi deest in Græco et Hebræo Fagii, legiturque tantummodo in editione Munsteri. Meminisse oportet, ambos hosce textus nihil habere superius de Gabeli chirographo, quod tamen in versiculo sequenti agnoscunt.

VERS. 3. — CHIROGRAPHUM QUIDEM ILLIUS PRÆ-
SUS ME HABEO. Editio Munsteri: Dedit ad To-
biam filium suum: Hoc est pignus, de quo illi

dicit, quid marcipium suum mihi dedit, et ego dixi: Accipe pecuniam hanc de manu mea. Sanus autem hodie viginti annis, quando tradidit argentum in manu ejus. Hebræus alter: Confestim protulit chirographum ejus, etc., scriptam scilicet cautionem, si mutuo data ea pecunia censetur; vel meram depositi confessionem, si depositum maluerit. Vetus latina versio fert, datum fuisse chirographum utriqueque, alterum quidem à Gabelo, alterum verò à To-

mā (1). Juvenilem formam, eamque elegantissimam solent hōi angeli adsciscere, dūm hominibus apparent, ut illā formā designent inditam sibi à naturā pulchritudinē, robur ac vigorem, qui nullo unquā senio marcescit, inquit S. Dionysius. Reliquos verō habitus, iis ad quas mittuntur, functionibus aptari solet, v. g., ad lēta nuntianda, ad spectatores exhilarandos, splendidam assumunt vestem, ad terrendos vel puniendos malefactores, gladium stringent, hastam vibrabunt, equos agitant. Raphael ergo, ut omni ex parte commodum ducem expeditumque ad iter se exhibeat, speciem et juvenilem et mercenariam assumit (2).

VERS. 8. — RAGES IN MONTE ECBATANIS. Vide c. 3, v. 7 (3).

hi, qui syngrapham simul et pecuniam traderit, additque, ante sex et viginti annos depositum ejusmodi creditum fuisse.

(1) Nescio quid minoris et majestatis intuitus est in juvenis ore Tobias, idque tunc quidem naturalem esse hominis doctem censuit, deinde verō agnovit translucentem esse fulgorem illius gloriæ, quā ille in celo fruebatur. Alii ut splendidus accipiant pro eleganti et optimo disposito, vel pro viro ingenio et genere illustri, qui natalium maiestatem ore præferebat. Græcus: *Invenit Raphael, qui erat angelus, et nesciebat, Hebraeus Fagii: Statim accepit in manus suā pecuniā, quā solveret itineris duci mercedem, egressus est in forum, ut quæreret hominem qui secum proficisceretur; et ecce angelus Raphael, hominis similitudine acceptus, attit in foro.* (Calmet.)

(2) VERS. 6. — SALUTAVIT EUM; Tobias scilicet juvenem, seu Raphaelē, sub juvenis specie. Hebraeus Munsteri refert, Raphaelē interrogasse Tobias, unde esset: Dixit angelus ad Tobias: Adolescent, unde es tu? Respondit Tobias: Mi domine, scilicet vici quā me ducas in Mediam?

UNDE TE DUCEMUS?... V. J. AT ILLE RESPONDIT: EX FILIIS ISRAEL. Desunt hæc in Hebræo, Græco et Syriaco; sed in veteri latīnā Versione legitur, Tobias interroganti unde esset, respondisse angelum se unum esse ē filiis Israël, fratribus ejus, et: Vexi, ait, hūc ut operer. (Calmet.)

(3) VERS. 8. — MANSI APUD GABELEM FRATREM NOSTRUM. Hebraeus Græcusque exprimere possunt solummodo: Noctem egi, velut hospes alio tendens, vel diptilis subleiti tanquā hospes, non veluti sedem illi disturbium habiturus. Denique Raphael indicat se fuisse in Rages, atque apud Gabelem diversasse.

RAGES, QUE POSITA EST IN MONTE ECBATANIS; id est, in montibus circa Ecbatā jacentibus, seu potius in montibus Medie; docet enim Stephanus, nomen Ecbatanorum ad maximam ejus regionis partem porrigi. Hebraeus Munsteri, et vetus latīnā versio: Rages provincia Medorum, atque iter duorum dierum ab Ecbatā usque ad Rages; et Rages quidem est in montanis, Ecbatā autem in planitie campi.

VERS. 12. — QUALE GAUDIUM MIHI ERIT? Est naturalis et moderata querela. Ut erat Gedonius Judicum 6, v. 15, et Bezellai 2 Reg. 19, v. 35. Respondet Angelus:

VERS. 13. — EGO SUM AZARIAS ANANIAS MAGNI FILIUS (1). Whakerus dicit angelum hic mon-

Nihil tale exhibent altera Hebræi editio et Græcus, apud quos nec ea leguntur, quæ de suis Rages docet Vulgata.

Græcus, Syrus, et Hebraeus Fagii omittunt versus 12, 13, 14, 15, quos tamen, ita ferè ut Vulgata, exhibet Hebraeus Munsteri. Ceterum plana sunt omnia in textu. Vetus latīnā versio ingredientem Raphaelē primum à Tobias salutatum fert; cui angelus parum salutationem rependit, omnem gaudii copiam illi optans. Id officium erat apud eas gentes consuetum, ut dignissimus quisque salutem diceret primum, inferior redderet; id quod adhuc apud Turcas perseverat. (Calmet.)

(1) Non satis exploratus est Ananias iste, cujus se filium Azarias vel Raphael asserit. Constat utique, ad tribum Juda, Benjamin et Levi non pertinuisse; superius enim, v. 7, dixit, unum se esse ex israelitis, et Tobias senior testatur inferius, v. 19, in Græco, se adesse Ananiam et Jonathānum, filios Semei magni, quibus comitibus Hierosolymam proficisci solebat.

Mentitum ibi angelum ait impediens illo Vistakorus lib. 1 contra Edmundum Campianum, f. 77. Sed his hæreticis sublimi bellè ea hæreticus alius. Drestius: « Helli, ait hunc in locum scribens, homines, sive quod hæc scribunt, sive quod credunt, scilicet mendacium hujusmodi nullum extare in libris canoniceis. Atqui diabolus, Samuel nuncupatur, 1 Reg. 28. » Ita iste. Dico ego, verò angelum dicere se Azariam esse, idque dupliciter. Primò quia illius formam et personam prae se ferebat, quemadmodum S. Petri imago dicitur D. Petrus. Neque enim majus hic mendacium, quā cum dicit angelus, Genes. 31: Ego sum Deus Bethel, ut eum in locum faceret Calvinus, et Exod. 3 et 19: Ego sum Dominus Deus tuus, ut iis in libris probavi. Hinc D. Athanasius 3 in Synopsi: « Raphael comitatus est illum, in speciem hominis, qui Azarias dicebatur. » Vide Hieronymum, Dan. 8; sanctus Augustinus serm. 226: « Celavit in primo nomine dignitatem, ne faceret locustori terrorem. Si enim diceret: Ego sum angelus, non esset Tobias mercenarius. » Secundò, verò talis est angelus, qualem se dicit, si nominum notationem spectemus, Azarias est auxilium Dei; Ananias Hananeel gratia et donum Dei; Nathan et Jonathas, Dei donum; Selomith, pacificus et retributus. Quemadmodum igitur D. Hieronymus in Math. 23 Zachariam ostendit, ex nominis interpretatione, Zachariam esse, ut lib. 4 Regum cap. 12, dicebam; ita Raphael est Azarias, qui Dei auxilium affert, est filius Dei et gratia. Unde Lyranus et Carthusianus inquirunt, « quæ ab angelis inter homines dicuntur et fiunt, sunt figurativa; et locutio, quæ dicit Raphael, se ex israelitis filiis esse, signat esse charitatis conjunctionem, quæ SS. angeli deo fideiilibus conjuguntur. » Doctorem tamen

ut. Sed absit; nam præferens formam et similitudinem Azariæ, verè poterat dicere, se esse Azariam, sicut Genesis 31, et abibi, quia angelus præferbat personam Dei, verè dicebat: *Ego sum Deus*, ut ibid. agnoscat Winkler magister Calvinus; et S. Petri imago vocari solet S. Petrus. Deinde, significatione etiam nominum verè angelus erat is quem se esse dicebat: nempe Azarias significat auxilium Dei; Ananias, vel Rasanee, ut est in Hebræo, gratiam seu donum Dei. Afferebat enim angelus iste Tobie auxilium Dei; eratque verissimè *filius gratiæ* seu doni Dei. Ubi notat sanctus Gregorius, homil. in Evang., Angelos ex se nullis habere nomina, sed ea sortiri solum ratione ministerii quo aliquando funguntur.

Vers. 19. — Ex macro cunab, seu ex stirpe valde nobili, ex re. Hebræus et Græcus ad quemdam legi, qui, in D. Thomæ pag. 1, quest. 51, a. 2, docens fieri posse, ut angelus, quod antea conformatum jam fuit, et in sepulchro foris iacebat, corpus assumeret, substituit locum istum explicari posse, quia poterit Raphael Azariæ corpus ascendere, vel certe alius alicujus, qui ex magni Ananiam prospexit esset. Verum, si alius alicujus corpus ascendisset, falsè adhuc Azariam sese diceret. Si Azariæ verè mortui corpus ascendisset, resuscitaretur ipse mortem, vel jam tunc, vel saltem postea ipso adhuc Raphaelis peregrinante potuisset Tobias. Siquæ veritas sibi data, fraudemque factam Tobie judicasset se doluisset. Ego tamen, nunquam rescivisset, nunquid hominis pars una propriè homo est? Nam isti, contra quos mihi hæc disputatio, nullum in angelis verbum tropum, sed puram putam proprietatem volunt. Si verò, ut interdum synecdochicè dicitur, una hominis pars homo esse potest, nonne potius animus ipse homo quam corpus? Cum solam ergo Azariæ corpus sibi Raphael adhaerisset, quomodo verum fuisset: *Ego sum Azarias*? Duo igitur alibi modi, ut minimè hæc angeli oratio mendax, abundè sufficiat. (Serarius.)

L'ange dit au jeune Tobie: *Je suis Israël*. Il ajoute ensuite, quand il fut introduit chez Tobie le père: *Je suis Azarias, fils du grand Ananias*. Les incrédules l'accusent de mensonge. — Nous soutenons que l'ange qui avait pris la figure d'Azarias le représentait et tenait sa place, et conséquemment pouvait sans mentir se qualifier tel, de même que l'ange disait à Jacob: *Je suis le Dieu de Béthel*, parce qu'il représentait le Seigneur, et parlait en son nom. D'ailleurs, l'ange disait la vérité, suivant la signification du nom qu'il avait adopté. Car Azarias signifie secours de Dieu, et il était réellement envoyé au secours de Tobie. Ananias signifie grâce ou don de Dieu. Or Raphaël était réellement le fils de la grâce et de la miséricorde. Il faut savoir, comme saint Grégoire l'a observé, que les anges n'ont point de nom de leur nature, mais qu'ils prennent leur nom de l'office et du ministère auquel Dieu juge à propos de les employer. (Duclot.)

dant Tobiam surgentisse, se jam olim noscisse Ananiam, et eius fratrem Jonathan (ita Græcus; Hebræus enim Nathan legit, sed utrumque nomen idem prorsus significat, nempe donum Dei), noscisse, inquam, quando sua cum illis è Nephthalim Jerosolymam adorandi causâ proficisceretur; neque enim ablati fuerant illi in errorem reliquarum cognatarum seu contribulorum, qui ad vitulos Jeroboami adorandos pergebant.

Vers. 27. — In Hebræo et Græco additur, parentem decrevisse filio et Raphaeli victum diurnum, et drachmas unam in singulos dies. Et insuper ultra conditam mercedem aliud honorarium promississe.

Vers. 21. — ANGELUS COMITATUS EI (1). Vers. 21, dixerat: *Comitetur totiducum*. Durissimula videtur locutio; sed eam Cicero defendit Tusculanæ 5. In memoriam hujus prosperi conductus Tobie per archangelum Raphaelen, voluit religiosissimus Lusitanus rex Joannes duas primas in Indiam à se missas naves nominibus Raphaelis instigare anno 1497, ut refert Maffei. Baronius verò narrat de alio mirabili conductu et custodia, quam Angelus exhibuit duci exercitus Theodosii imperatoris (2).

(1) Ecce non solum exemplum angeli Raphaelis, sed etiam verba Tobie ostendunt hominum curam angelis esse à Deo commissam. Subiicit quasi explicans quod dixerat: *Sit Deus in itinere vestro, et angelus eius comitetur vobiscum*. Sic rursum postea idem dicit: *Credo enim quod angelus Dei vobis comitetur cum*. Facit ergo hoc, sicut et similes scripturæ, contra hæreticos, qui negant sanctorum angelorum pro hominibus apud Deum intercessionem. Si enim cura nostræ salutis à Deo illis commissæ est, ergo et intercessio. Adde quod angelus idem infra, cap. 12, apertè dicit: *Quando præbat cum lacrymis, et sepeliebat mortuos, etc., ego absum orationem tuam Domino*. (Estius.)

(2) Vers. 22. — PARATIS OMNIBUS, QUE ERANT IN VIA PORTANDA. Nemo se viæ committere tunc volebat sine comessu; neque enim in itinere facillè occurrerent emenda vitæ necessaria, quin et longior interdum peragenda erat viâ, nullo occurrente loco, quo quis sese reciperet. Mos ferendi in itinere comessus ubique per Scripturam occurrit et recurrit inferis 6, 7, et 8, 21.

ASCENDERUNT AMBO SIMUL. Græcus et Syriacus: *Egressi sunt ambo, et causâ patri causâ ipsa*. Canem Tobie cum hero iter ingressum notat etiam Hebræus Fagii. Sed prætereunt initio capitis 6, ubi à Vulgata exhibetur.

(Calmet.)

Vers. 25. — BACHELUM SENECTUTIS NOSTRÆ TELLELI. Græcus: *Quid emulisti filium nostrum? An non virga munda doctus est in ingreditendo ipsam et egrediendo coram nobis? Idem expressè videtur Hebræus illi verbis: *Ipsæ sunt**

CAPUT VI.

CHAPITRE VI.

1. Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit primâ mansione juxta fluvium Tigris.

2. Et exivit ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

3. Quem expavescebat Tobias, clamavit voce magnâ, dicens : Domine, invadit me.

4. Et dixit ei angelus : Apprehende branchiam ejus, et trahere eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, et palpitare cepit ante pedes ejus.

5. Tunc dixit ei angelus : Exentera hunc piscem, et cor ejus, et fel, et jejur repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamentâ utiliter.

6. Quod cum fecisset, assavit carnes ejus, et secum toleravit in viâ : cætera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Ragæ civitatem Medorum.

7. Tunc interrogavit Tobias angelum, et dixit ei : Obsecro te, Azaria frater, ut dicas mihi, quod remedium habebunt ista quæ de pisce servare jussisti ?

8. Et respondens angelus, dixit ei : Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus demoniorum, sive à viro, sive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.

9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabuntur.

10. Et dixit ei Tobias : Ubi vis ut maneamus ?

11. Respondensque angelus, ait : Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tuâ, et hic habet filiam nomine Sara, sed neque masculam, neque feminam ullam habet aliam præter eam.

12. Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere conjugem.

13. Pete ergo eam à patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem.

14. Tunc respondit Tobias, et dixit :

hæculus manuum nostrarum, qui ingredi et egredi faciebat à domo, id est, domesticus res curabat, accipiens, solvens, œconomus nobis agens, et comparans quæ nobis essent necessaria.
(Galmet.)

1. Tobie se mit donc en chemin, et le chien le suivit, et il demeura la première nuit dans un lieu proche du fleuve du Tigre.

2. Etant allé laver les pieds, un poisson énorme sortit de l'eau pour le dévorer.

3. Tobie en étant consterné jeta un grand cri, disant : Seigneur, il s'élance sur moi.

4. L'ange lui dit : Prenez-le par les ouïes, et le tirez à vous. Ce qu'ayant fait il le tira à terre; et le poisson commença à se débattre à ses pieds.

5. Alors l'ange lui dit : Videz les entrailles de ce poisson, et conservez le cœur, le fiel et le foie; parce qu'ils vous seront nécessaires pour en faire des remèdes très-utiles.

6. Ce qu'ayant fait, il en fit rôtir la chair qu'ils emportèrent avec eux. Ils salèrent le reste, qui devait leur suffire jusqu'à ce qu'ils arrivassent à Ragæ au pays des Mèdes.

7. Alors Tobie interrogea l'ange, et lui dit : Mon frère Azarias, je vous supplie de me dire quels sont les remèdes que l'on peut tirer de ce que vous avez voulu que nous gardassions de ce poisson.

8. L'ange lui répondit : Si vous mettez un morceau du cœur sur les charbons, la fumée qui en sort chasse, par la vertu de Dieu, toute sorte de démons, soit d'un homme, soit d'une femme, en sorte qu'ils ne s'en approchent plus.

9. Le fiel est bon pour oindre les yeux où il y a quelque taie, et il les guérit.

10. Et, lorsqu'ils furent arrivés près d'Écbatane, Tobie lui dit : Où voulez-vous que nous logions ?

11. L'ange lui répondit : Il y a ici un homme nommé Raguel, qui est de vos proches et de votre tribu; il a une fille qui s'appelle Sara, et il n'a point de fils, ni d'autre fille qu'elle.

12. Tout son bien doit vous venir, et il faut que vous épousiez cette fille.

13. Demandez-la donc à son père, et il vous la donnera en mariage.

14. Tobie lui répondit : J'ai oui dire qu'elle

audio quia tradita est septem viris, et mortui sunt, sed et hoc audivi, quia demonium occidit illos.

15. Timeo ergo, ne fortè et mihi hæc eveniant : et cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

16. Tunc angelus Raphael dixit ei : Audi me, et ostendam tibi qui sunt, quibus prevalere potest demonium.

17. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et à sua mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus : habet potestatem demonium super eos.

18. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab eâ, et nihil aliud nisi orationibus vacabis cum eâ.

19. Ipsâ autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur demonium.

20. Secundâ verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

21. Tertiâ autem nocte, benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.

22. Transactâ autem tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, ut in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris.

avait déjà épousé sept maris, et qu'ils sont tous morts; et on m'a dit aussi qu'un démon les avait tués.

15. Je crains donc que la même chose ne m'arrive aussi; et que comme je suis fils unique, je ne cause à mon père et à ma mère une affliction capable de conduire leur vieillesse au tombeau.

16. Alors l'ange Raphaël lui dit : Écoutez-moi, et je vous apprendrai qui sont ceux sur qui le démon a du pouvoir.

17. Ceux qui embrassent le mariage de manière qu'ils bannissent Dieu de leur cœur et de leur esprit, et qu'ils ne pensent qu'à satisfaire leur brutalité, comme les chevaux et les mulets qui sont sans raison, le démon a pouvoir sur eux.

18. Mais pour vous, après que vous aurez épousé cette personne, étant entré dans la chambre, vivez avec elle en continence pendant trois jours, et ne pensez à autre chose qu'à prier Dieu avec elle.

19. Cette même nuit, mettez dans le feu le foie du poisson; et le démon sera mis en fuite.

20. La seconde nuit, vous serez admis dans la société des saints patriarches.

21. Et la troisième nuit, vous recevrez la bénédiction de Dieu, afin qu'il naisse de vous des enfants dans une parfaite santé.

22. La troisième nuit étant passée, vous prendrez cette vierge dans la crainte du Seigneur, et dans le désir d'avoir des enfants, plutôt que par un mouvement de passion, afin que vous ayez part à la bénédiction de Dieu, en la race d'Abraham, par vos enfants.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Illi verò euntes viam, venerunt vesperi ad Tigrim flumen, et manserunt ibi. — 2. Puer autem descendit ad lavandum se : et prostravit piscem à flumine, et voluit devorare puerum. — 3. Angelus autem dixit ei : Apprehende piscem. Et tenuit piscem, et projecit eum in terram. — 4. Et dixit ei angelus : — Incide piscem, et sumens cor, et jecur et fel, repones tutò. — 5. Et fecit puer sicut dixit ei angelus. Piscem autem assantes comederunt. Et pergebant utrique, donec appropinquarent in Echanana. — 6. Et dixit puer angelo : Azaria frater, quid est cor, et jecur, et fel piscis? — 7. Et dixit ei : Cor, et jecur, si quem turbaverit demonium, vel spiritus malignus, hæc oportet suffire coram homine vel muliere, et non ultra turbabitur. — 8. Fel autem, unge hominem, qui habet albugines in oculo, et sanabitur. — 9. Ut autem cum appropinquarent Ragis; — 10. Dixit angelus puero : Frater hodie manebimus spod Raguel, et ipse cognatus tuus est, et est ei filia nomine Sarra. — Loquar de eâ, ut ipsa detur tibi in uxorem. — 11. Et quoniam ad te pertinet hæreditas ejus, et tu solus es de genere ejus. — 12. Et puella pulchra, et prudens est. Et nunc audi me, et loquar patri ejus. Et quando revertemur à Ragis, faciemus nuptias : quoniam novi Raguel, quia non dabit eam viro alteri juxta legem Moysi, vel reus erit mortis : quoniam hæreditatem tibi convenit accipere, quam omnem hominem. — 13. Tunc dixit puer angelo : Azaria frater, audivi ego puellam datam septem viris, et omnes in nuptiali thalamo perisse. — 14. Et nunc ego solus sum patri : — et timeo ne ingressus moriar sicut et priores : quoniam demonium

diligat eam, quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam. Et nunc ego timeo ne moriar, et deducam vitam patris mei et matris meae cum dolore super me in sepulchrum ipsorum: et filius alius non est eis qui sepeliet eos. — 15. Dixit autem ei angelus: Non meministi verborum, quae mandavit tibi pater tuus, super accipiendo te uxorem de genere tuo? Et nunc audi me, frater, quoniam tibi erit in uxorem: et demonii nullam rationem habet: quoniam nocte hac dabitur tibi haec ipsa in uxorem. — 16. Et si ingressus fueris in thalamum, ammes cinerem thymismatum, et super pones de corde, et fetore piscis, et facies fumigare. — 17. Et offaciet demonium, et fugiet, et non redibit iterum in seculum seculi. Quando autem accedes ad eam, surgite utrique, et clamate ad misericordem Deum, et salvabit vos, et miserebitur. Ne timeas, quoniam tibi haec parata sunt à seculo: et tu ipsam salvabis, et ibis tecum; et existimo, quia tibi erunt ex ea filii. Et, ut voluit Tobias haec, dilexit eam, et anima ipsius adhesit valde ei. Et venit in Ecbatana.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Juxta fluvium Tigris (1), cui adjacet Ninive unde illo die excesserant. Ita

(1) VERS. 1. — CASUS SEQUITUR EST RIV. Hoc quod superius, v. 22, Graecus Hebraeusque narraverunt, hic silent. Qui libri hujus veritatem impugnant, obijciunt hoc quod de cane herem sequente hic narratur. Id minus è dignitate S. Spiritus hunc librum dictantis videtur. Sed non frustra id hic narrari animadvertunt interpretes; hujus enim historiae veritatem confirmat. Si licuit Homero, recantato scriptori, canem Ulyssis exhibere, hero suo post viginti absentiae annos blandientem, cur videri dabitur sacro scriptori persimilem rem narrasse? Homeri carmen fabula est, fateri, sed veritatis est imitatio. Crebra sunt apud historicos exempla canum, quorum constant fuit erga heroes usque ad mortem fides; neque hujus rei narratio praeter dignitatem gravissimorum historicorum visa est. Quicumque è Scriptura sunt, omnia Patres summo opere observant, lidemque censuerunt, litterulas, apices, et minima etiam quilibet occulto mysterio non vacare. Sacrae paginae perinde sunt ac divites auri fodinae, quas qui scrutantur, nihil negligunt, minimas venas rimisque sollicitè investigant, nihil non pretiosum curaque dignissimum esse noverunt.

MANET PRIMA MANSIO Juxta fluvium Tigris. E Ninive contrario anno secus Tigrim, Adiabonem et Mediam versus, iter instituerunt. Substituerunt primò ad ripam amnis, in publico facile diversorio, cujus generisedium meminit veteres, quae in via regis per Orientem identidem distributa occurrebant. Nobilissima ejusmodi aedificia occurrere in toto Persarum imperio, testatur Herodotus; è quibus centum et undecim à Sardibus Sinas usque per tractum tredecim millium et quingentorum stadiorum disposita numerat. Regis sumptibus aedificata, iisdem detinebantur. Crebra sunt hodie pariter diversoria, quae advenae sese recipiunt per totam Turcarum ditionem, ut suis non careant urbes et reges viae. Nulla ibi suppellex, citius nulla; quisque sibi cibos parat, resque ad cubandum necessarias. Excipiuntur nulla mercede peregrini: quin et mora illis aliquot dierum interdum permittitur. Non desunt etiam loca in quibus per triduum cibaria peregrinis gratuito exhibentur. Aedes ejusmodi appellant Caravanas. Porro hujus generis aedificia fuisse quendam à Ninive ad Ecbatana, minime ambigimus,

Plinius, l. 8. cap. 13. Non quòd sub dio pernoctarint, sed in caupona flumini vicina, ubi cum pedes, fatigationis minuenda gratia, abloerent.

VERS. 2. — ECCE PISCIS INMANIS (1). Quidam

cum eae urbes essent principum et florentissimae imperii Assyriorum. Hebraeus Fagii fert, venisse illos vespere *Ladichim*, fortè *Laodiceam*. Hujus nominis urbs est in Mesopotamia, teste Plinio; est et in Media, apud Stephanum. Nomen *Laodiceae* scribitur apud Antoninum, *Laodicea*; et recentioribus Graecis est *Laodichia*. Syrus ex versione Fabiani Justiniani fert: *Ad Caspitas*, juxta Tigrim; sed nullus ejus nominis locus occurrit. Reddunt alii Syriacum: *Venerant vespere ad Tigrim*, id quod congruit Graeco, quem perpetuo sequitur Syrus. (Calmet.)

(1) VERS. 2. — EXIIT UT LAVARET PEDES suos, ex more in fervidis regionibus familiari, antequam mense accumbant. Solebant hoc officio excipi hospites, domum venientes. Cum Tobias in diversorio esset, nomen nactus est, qui sibi pedes lavaret; nihil enim ibi hospitibus praebatur nisi lectum. Graecus et Hebraeus Fagii ferunt, Tobiam ad amnem ivisse, ut lavaret.

ECCE PISCIS INMANIS EXIIT AD DEVORANDUM eum. Manuscriptus Hebraeus codex libri Tobiae apud Bochartum, fert, piscem hunc exsiluisse, ac vorasse panem Tobiae. De hoc pisce varii varii. Suspicatur Grolius, hippopotamum fuisse, cujus est figura equo persimilis; quadripes est, caretque branchiis, vorax et carnivorus. Hoc cerè maxime congruit pisci Tobiae; sed vicissim piscis ille branchiis non carebat, quae desunt hippopotamo. Quare de alio pisce sermonem hic esse, fateamur oportet.

Demonstrat Bochartus, alium esse hunc à callionyma et allaro, et cum facile confundi. Animadvertit autem in rem praesentem, omnia, quae Arabes de Sabae ferunt, lucio congruere, illud praesertim quod fel cum melle mixtum corroborat oculos, abstergit albuginem et maculas, et vitiosum ruborem purgat. Piscis est carnivorus, in Tigri familiaris, creoscens immaniter, gustui optimus, extra aquam non vivens, pinis instructus, et Judaeis permixtus; squamosus est enim et alatus; denique fel oculi morbos oculorum curat. Dotes haec omnes exigit piscis Tobiae.

putant alicui fuisse. Sed balena, teste Plinio, branchias non habet; neque in Tigri versari solet, neque potuisset ingens belua ab uno adolescente in terram extrahi. Alii vo-

Nihilò tamen sacius sententiam suam de uero adhuc suspenderit Bochartus; qui potius res pro silura, vel acipensere, seu sturione, quod piscis genus fluvialis esse demonstrat, nec deesse in Nilo, Danubio, aliisque Polesi, Silesi, et Pannonici fluvii, uti et in Mosella. Magnitudine est immani, crescens interdum ad tres ulnas, pedes octo, imò et sexdecim, ac pondere centum viginti, et centum quinguentis librarum. Invenit siluram quolibet belluarum genus, pisces, et cetera onusta, ut hominibus quidem exceptis. In hujus ventriculo membra voratorum hominum inventa sunt. In anno Tigri id genus piscis fuisse, nupiam legitur; sed eo migrare potuit è mari, vel ex Euphrate, cujus aquis innatur: fertur. Fel etiam naturæ suæ creditur curare noxium oculorum ruborem si cum melle admisceatur; quemadmodum et vitius eodem hasso creditur felli hyeme aquatico, et planis qui ambo siluro periculosi sunt. Quin et apud quosdam glanis possit dæmones, essent fumo prunis impositorum. Hæc potissimum sunt pro silura argumenta.

« Sed huic opinioni adversari gravis momenti difficultas, non dissimulat Bochartus; utitur enim alio caret et aquatis, cibus proinde Judæis recitus; affirmatque Bellonius, Judæos Constantinopolitaneos illo coa impudico abstinere. Respondet Bochartus, necessitatis causâ absolvi potuisse Tobiam, et carmentalem hæc legem neglexerat. Sed quæ necessitas illam hinc lege absolventi? An deceret in Tigri pisces, quos emerit? Quos pater suffecerat committas, an primis ipse die itineris omnes comederant? Adde, auctores qui silurum esse non putant, nullas illi branchias tribuere, quibus tamen non caruisse Tobie piscem constat. Differenda igitur est de hoc pisce sententia, vel non recedendum à lucio, dum novæ præstantur conjecturæ.

(Calaneo.)

IN MARE ITINERE, in Asia tab. 4, id est, in Ninere intellecto. Nam à Ninive non aberat nisi itinere dierum quatuor, si quis expeditus pedes esset. Unde in Græco dicitur prope Ninivem fuisse. Hoc quadriduum Raphaels et Tobie, vel si properantibus des solium triduum, addè undecim diebus quos ab Ecbananis impendisse hic dicuntur in Charam, habebis duas hebdomadas ; addè totidem itineri in eundo, propter astutem et valetudinem teneram To-

biam ; totidem mansioni apud Raguel in Ecbananis, ut constat ex cap. 8, vers. 25, et cap. 9, vers. 5, reperies totas sex hebdomadas toti itineri impensas. His addè septimum hebdomadam, quæ Sara subsequens hic vers. 18, dicitur maritum suum, deprehendes, certò in quinquagesimum diem incidisse initium festæ et lætæ illius instauratarum nuptiarum hebdomadis, cujus mentio fit hoc cap. vers. ult. Atque hæc explicat locum S. Augustini alioqui perobscuro, quo dicit l. 22 contra Faustum c. 87 : « Tobie quoque Scripturam testari, festum Pentecostes diem de septimanis consistere, nempe septem illis quas jam recensui (1).

(1) VERS. 1. — PRÆCEDAMUS, ET LENTO GRADU SEQUANTUR ITER NOSTRUM FAMILIÆ. GRÆCUS ;

VERS. 5. — ANNA SEDERAT IN SUPERCILIO MONTIS. UNDE RESPICERE POTERAT DE LONGINQUO (1). Allegorice, Synagoga per suos patriarchas et prophetas, è sublimi et longinquo prospectabat, et vidit Dei Filium Messiam adventantem.

VERS. 7. — UBI INTROIERIS DOMUM TUAM, STATIM ADORA DEUM (2). Unde et mos ille vetus, ut urbem aliquam ingressi non modò prelati, sed et principes populi, ante omnia rectè ad templum deducantur. Et S. Benedictus in Regula sua jubet ut hospites simul atque excepti fuerint, ad orationem deducantur.

VERS. 9. — CANIS (3), qui comes est angelo,

Præcurramus ante uxorem tuam, et parens domus. Eadem legit Hebræus Fagii. Cum Tobias senior anxius illi sui reditum expectaret, nihilque minus expectaret quàm ut ille uxorem duceret, par erat ut Raphael hortaretur adolescentem, acceleraret iter, suisque præcurreret. (Calmel.)

(1) Matris in filium amor exprimitur in hoc versu 5, quemadmodum apud Lartium deced. 3, lib. 2, dum ad portas, de suis aut filiis, aut viris rogaturæ concurrunt matrem, et apud Homer. Odys. 15, dum ad Penelopem redit Telemachus filius; et maxime cum unigena Tobias esset. (Serarius.)

(2) DEUTERQUE RAPHAEL AD TOBIAM : At (re ar significat hac verba notanda esse prioribus angeli verbis, v. 4, ac v. 5 et 6, per parenthesis quasi interjici) ubi introieris domum tuam, statim ADORA DOMINUM DEUM TUUM, ET GRATIAS AGENS EO, ACCEDERE AD PATREM TUUM, ET OSCULARE EUM. Dicte hic cum peregrinarius, vel proficisceris quodpiam, primò adire templum, Deumque invocare, ut viam tuam prosperet et dirigat ad suam gloriam, et team alicuiusque salutem. Deinde rediens, primò ad templum pariter redi. Deoque gratias age : ita faciunt viri religiosi et probi. Audi Pacatum in Panegy. : « Magnas urbes ingressi, primò sacras aedes, et dicata summo Numini delubra visitamus; tum foras, atque gymnasia. » Ita fecit S. Antonius visitans S. Paulum primum eremitam, teste S. Hieron. in ejus Vita, ceterique monachi et anachorete; teste Cassiano. (Corn. à Lap.)

(3) MEMOR VETERIS DOMINI, ut Argus in Odysseæ. (Grotius.)

TUNC PRÆCÉDERET CANIS, QUI SIMUL PERBAT IN VIA, ET QUASI NUNTIVS ADVENIENTIS, BLANDIMENTO SUE CAUDÆ GAUDERAT, &c. Solent nonnulli mirari, quomodo hæc tam minuta et levis scriptura sint dictante Spiritu sancto, et veluti in dubium revocant, an necessariò credendum sit, canem habuisse caudam. Quibus respondeo, non censenda esse minuta et levis, quæ justam haberent causam cur scriberentur, quale istud est de cane Tobie. Describitur enim hic canis, tanquam nuntius advenientis, et Scriptura loquitur, hoc est, ut nuntius illi advenientis, quo tantopere pater illi parentes sunt recreant. Deinde ad hujusmodi per se exigua scribenda, idcirco Spiritus sanctus movit auctores sacros, ut doceret Dei providentiam ad omnia

doctores exprimit Ecclesie, qui confingunt cum hæreticis lupos arcent ab ovili dominico. Vide Isaie 56, et ibidem S. Hieronym. Vide etiam Pierium in Hieroglyphicis l. 5.

VERS. 10. — CÆCUS PATER OFFENDENS PERIBOS (1). Ingens indicatur lætitia, et ex ea foeminò etiam minutissima extendi, juxta illud Matth. c. 10 : Unus passer non cadit in terram sine voluntate Patris. Pertinet autem hujusmodi ad fidem, non quasi articuli fidei, sed ratione quidam secundariâ, tali qualem jam explicamus; vel saltem eâ quâ creditur Scripturam non posse errare, aut narrare falsum. (Estius.)

Videntur quibusdam hic nonnulla minutiora, quàm ut in divinis Listeris referri debeant. Sed Christo Domino momento, est etiam in lege tota et aper quispiam, Matth. 5 et Lucæ 16, id est, aliquid, quod ex illo admodum, minutissime ydeatur. Et verò scribantur hæc primò, quia reverà contingerent. Cur enim, quod verò factum est, non dicatur? Apud profanos, in fabulis, cum istiusmodi leguntur, laudantur, ut apud Homerum Odys. 15 et 16, quod veritatem scilicet rectè imitentur. Cur ergo, in ipsa veritate, dùm exprimentur, non alludescunt? (Serarius.)

(1) Pedum Tobie cæci offensio, vers. 10, indicat lætissimam, et ex ea festinationem illius, ad filium excipendum, et significat, ut ait « Beda, Judæorum populum è perditione sua vœternò surgeniem et currentem ad Dominum, quavis offenderet gressibus operum, donec plenæ fidei et operationis bonæ lucem reciperet, regeneratus in Christo et instructus. » In his ergo et similibus non sunt, ut despiciantur, tollenda nimium supercilia; sed eorum potius veritas asplectenda, et significatio, si jam perspicitur, utiliter suscipienda; si nondum perspicitur, diligenter inquirenda. Quæro te, quantum est, Genes. 30, et quàm penè, si nasculis dicaculosque Faustos audias, ridiculum, in agro, à puero, mandragoras inveniri, Lix. matris afferri, harum à Rachel, desiderio tanto, partem expect, isque mariti noctem ab illâ vendi, ab illâ coemi? « Jacob, inquit « Faustus Manichæus lib. 22, cap. 5, inter « Rachel et Liam duas germanas sorores earumque singulas famulas, quatuor uxorum « maritos, tanquam hircus erravit; ut esset « quotidie inter quatuor sortem certamen, quænam eum venientem de agro prior ad concubitum raperet, interdumque etiam merce « dibus in noctem ab invicem conducerept « eum. » Quid ergo contra infastum istam Faustum (quem ego, sive orationis cothurnum, sive sannas, argutiolas et scurriliones in tueris, Calvino nostro simillimum judico), lib. 22, D. Augustinus? Robustè profectò eum, uti semper alias, jam inde à cap. 47 refellit; sed quæ meo huic instituto congruant, ista sunt cap. 56 : « Cur, ait, ipsam rem gestam sancta « Scriptura tacere voluerit, quæ non ulique « talia desideria muliercularum nobis pro magno insinuare curaret, nisi aliquid in eis « magnum querere competeret, nihil amplius « conspiciere valeo, quàm quod ex illo communi « sensu mihi suggeritur, ut illo mandragorico « pome figurari intelligam sanam bonam; non

minatio boni senis ad filium redirem excipiendum et amplectendum.

VERS. 15. — APPREHENDENS MEMBRANULAM OCULI TOBIAS TRAXIT AB OCULO. In nostro La-

« cam quæ confertur, cum laudant hominem
« pauci iusti atque sapientes, sed illam popula-
« rem, quæ etiam maior et clarior notitia com-
« paratur: non ipsa per sese expetenda, sed
« intentioni bonorum, quæ generi humano con-
« sultant, pernecessaria. » (Serarius.)

ET CONSPICENS CÆCIS PATER SUUS. Hinc le-
guntur in Græco versibus 10, 11, 12, 13, 14,
15, 16 et 17: *Accurrens Anna, traxit asper col-
lum filii sui, et dixit ei: Vidi te, fili, et nunc
moriar. Et ploraverunt utriusque. Et Tobias ait
ad iuvencum, et protulit eum. Filius autem ejus
occurrens ei, apprehendit patrem suum, et insper-
sit fel asper oculos patris sui, dicens: Confide,
pater, ut autem eras ante (dolor cessavit) de-
terit oculos suos, et desquamatae sunt ab angulis
oculorum ejus albugines. Et videns filium suum
precipit asper collem ejus, et ploravit. Gemina le-
gunt Hebræi. Quid ab Anna gestum fuerit, si-
let Vulgata. Syriacus accuratius rem narrat:
Anna, videns vel, egressa est in occursum filii
sui, et amplexa illum, cecidit in cervicem ejus, et
dixit: Cum videris te, fili mi, non doleui mihi, si
moriar, quantum ecce te vidi. Et venit ad To-
biam patrem suum. Stabat autem ille in portu;
et audiens (Tobias) vocem filii sui, volebat illi
obviare ire, et cupiens obviam ire filio, impetens
cavebat. Accurrens autem filius Tobias, prehendi-
dit et erexit patrem. Qui surgens, insperxit vultu,
occulum capiens filium, aperitis ambobus ocu-
lis. Et expressit Tobias fel in oculos Tobias pa-
tris sui. Qui compunctus oculis, dixit: Quid
fecisti mihi, fili Tobias? Dixit autem Tobias:
Bona esto amico, et spera, pater mi: medica-
mentum hoc est, et claritatem faciet tibi. Et susti-
nit patrem suum, et dum teneret ipsum, desqua-
mavit medicamentum albugines istas et vidit
Tobias lucem, et laudavit Deum. (Calmet.)*

VERS. 11. — ET CONSPICENS ANNO FLERE DUE
CANTEO. Græci addunt dixisse matrem: *Vidi te,
fili, jam maritus, scilicet contenta et læta.* Sic
Simeon viso Christo ait: *Nunc dimittis servum
tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.*
(Corn. à Lap.)

VERS. 15. — TUNC SIMEON TOBIAS DE PELLE
PISCIS, LESITUS OCULOS PATRIS SUI. ET SUSTINUIT
QUASI DIMIDIAM FERE HORAM, etc. Quidam hæc
mysticè interpretantur, quod corporalis afflic-
tio et correptio divina, quamvis amara sint
homini carnali, instar fellis, tamen aperiant
oculos mentis nostræ. Alii literaliter; sed
intelligitur fel istius piscis etiam naturaliter
valuisse ad tollendam hanc albuginem ex ocu-
lis Tobie. Non enim, inquit, propriè cæcus
erat ex corruptione sensus videndi, sed tantum
ex impedimento albuginis, quæ pupilla tegebat,
qualis cæcus naturaliter curari potest.
Verum quia Scriptura supra, capite 2, vers.
15, plagam cæcitatis appellat, rectius puto
dicendum operationem hanc miraculosam
fuisse et supernaturalem, tum quia nulla na-
turalis historia refert fel alicujus piscis valere
ad tollendam ab oculo hujusmodi albuginem
aut pelliculam; tum etiam quia calida stercora,
quæ inciderant in oculos Tobie, non albugi-

timo dicitur Tobias junior eam astraxisse ab
oculis parentis; in Græco tam hoc versu quàm
octavo id seniori tribuitur, qui ut sensit acri-
moniam fellis quo filius oculos inunxerat, di-

nem tantam pupillis obduxisse faciliè intelligi
possunt, sed positus lumina extinxisse, sicut
calk extinguere solet. Ac tertio, quia angelus
supra, c. 6, sicut affirmat jecur pisca valere
ad extricandum omne genus demoniorum,
eodem tractu orationis dicit, fel valere ad san-
dandos oculos, in quibus fuerit albugo. Atqui
illud prius valuit tantum virtute supernaturali,
ut supra ostensum est, c. 8, v. 2. Ergo et istud.
Nec obstat quod meminit albuginis et mem-
brane tegentis oculos, quia id accidit etiam in
oculis verè excecatis, ut cessante uno obdu-
cantur pelliculæ. (Estius.)

ET SUSTINUIT QUASI DIMIDIAM FERE HORAM, do-
nec fel sensim suâ acrimoniâ albuginem et
membranam oculis patris obductam, eroderet,
attenuaret et consumeret. Hinc patet hanc
excecatis per fel curationem fuisse naturalem,
ut ex Lyrano, Dion., Serar., Sanchi: et aliis
dixi c. 6, 8. Unde Græci habent, Raphaelem
dixisse: *Tu fel unge in oculos ejus, et ipse mor-
bus deteret, abicietque albugines, et ipse te in-
taebit.* Et inferius: *Tobias sparsit in oculos
ejus illud fel; ad verbâ morbi compuncti sunt oculi,
eos confricuit, et ab eorum cantibus, seu angulis
albugines squamarum instar deciderunt.* Pro quo
noster habet: *Et cepit albugo ex oculis ejus
quasi membrana ovi egredi. Quam apprehendens
Tobias traxit ab oculis ejus, statimque viam re-
cepit.* Porro Tobias fuit cæcus per 4 annos,
scilicet ab anno ætatis 56 usque ad 60, quo
visum recepit, ut patet c. 14, v. 3, ubi tamen
Græci habent, eum octo annos vixisse cæcum,
nimirum ab anno ætatis 58 usque ad 68, quo
illuminatus est. In Vita S. Gregor. Turon.
archiep. narratur, quod pater ejus Florentius
simili modo fuerit curatus; sic enim ait au-
ctor vite: *Florentius redidit calore capta-
tus est, accenditur febris, intumescunt pedes,
dolor pessimus intorquet; perendinata pestis
hominem contriverat, jam penè conculcatus
jacebat. Interca puer (filius Gregorius Turon.)
vidit iterum in somno personam, sese, utrum-
que oculum Tobie cognitum haberet, interro-
gantem? Respondit: Nequaquam. Qui ait:
Noveris hunc fuisse cæcum, atque per filium
ex jecore piscis, angelo comitante, curatum.
Tu ergo fac similiter, et salvabitur genitor
tuus. Hæc ille patri retulit, quæ confestim
pueros ad amnem direxit; piscis capitur, quæ
de extis jussa fuerant, prunis imponuntur.
Non fecellit virum eventus: ut enim primò
fumus odoris in naribus patris refoavit, pro-
pitius omnis ille tumor dolorque recessit.*

Hæc omnia penè ad verbum repetit ipse
S. Greg. Turon. l. de Glorificatorem c. 40.
Mysticè Beda: *Albugo, inquit, significat
stultitiam placendi sibi ipsi, ovum speciem
et fiduciam, Tobias populum Judaicum;*
habet ergo in oculis suis albuginem, qui
in oculis suis magnus, candidus et justus
apparet, sibi quæ nimis placet et arrogat;
sed habet eam instar membranæ ovi, quia
exaltationem mentis sustinet sub spe stultis-
simâ nascituræ Christi; hunc enim non na-

clit conficisse albogines, detrivisse et abjecisse. Id naturaliter contingere potuisse docui c. 6, v. 2 et 9. Moraliter autem fel penitentiam designat: mordet et urit; sed sustine vel

tum credunt, sed nascentium sperant, et vanè expectant Judæi. Verum quibus à Raphael medico, id est, ab angelo magni consilii Christo Domino ablata fuerit hæc omnis caligo, agnoscent Messiam jam venisse et redemisse mundum, eumque esse Jesum Christum.

Alleg., Piscis est Christus, ut jam dixi ex S. Augustino, Prospero et aliis. Caro hujus sacratissimi piscis, charitas hujus est, tot operibus in nostrum bonum factis testata, ac passionibus et doloribus ostensa. Fumus autem cordis ejus, est oratio nostra meritorum ejus valori subnixta. Ideo enim hæc aliquid potest apud Patrem, non quia nostra tantum est, sed quia à membro Christi filii naturalis fusa, et in ipsius meritis et charitate fundata. Hæc extricat omne genus damnosorum, quia diabolus vincit, et illius tentationes et dolores irridet. Ac proinde Chrysost., sapienter casum nostrum absentis orationis, et victoriam ipsius presentis tribuit. (Corn. à Lap.)

Quæritur an Tobie cæcitatem fel illud curavit. Resp.: Videtur, quia in colligendis sacris medicamentis et fel adhibet Celsus lib. 5, et geratim ad medicamenta, in oculorum præsentibus, valere fel docet Plinius lib. 23, cap. 11. Speciatim verò docet primò id idem Plinius, lib. 32, cap. 4: « Callionym fel, inquit, cicatrices sanat, et carnes oculorum supervacuas consumit. Nelli hoc piscium copiosius, et existimat Menander quoque in Comædiis. Et coracini fel excitat visum; et martini scorpionis ruli cum oleo veteri, aut melle Attico, incipientes suffusiones discutit. Eadem ratione albogines oculorum tollit. » Secundò idem docet Galenus lib. 10 de simplicium medicamentorum Facultatibus, cap. 12; Aelianus, lib. 13, cap. 4; Rhazis, lib. 9, cap. 27; Odoardus Oxoniensis de Animalibus. Tertio, ita etiam è recentioribus censeat Valerius, cap. 42; Franciscus Gregorius tomo 6, probl. 135, licet lucium piscem nominet. Et verò assensum etiam illi qui naturalem, ad curandum, jecoris fumo vim negabant Lyranus et Cartesianus. Sunden ipsum etiam curationis tempus, quæ nos in momento facta, sed dimittit quasi horâ, vers. 14. Ad quam tamen celeritatem, si quis divinâ vi opus fuisse contendere, non inagnopere pugnandum. Interim factam curationem istam naturaliter an parum indicat ipse felis hujus oculis applicandi modus, ejusdemque in illos vis? Et in Latino quidem solo liniendi verbo modus ille significatur, vers. 8 et 13, sed in Græco est, *inungere et illinere*, vel *aspergere*. Vis verò in eodem textu ea ostenditur, ut inunctos, aspersosque oculos mordet; unde et tandem efficitur, ut qui morsum illum sentit Tobias, albogines ipsas conficiet, dederat, abiciat. Sic enim junior Tobias Raphael: *Tu fel ingeris in ejus oculos, et ipse morsus dederat, abiciatque albogines, et te instabitur*. Quid, qui naturalem tantum sanationem procurat, diceret aut faceret aliud chirurgus? Tobias verò occurrentem patrem apprehendens, *aperuit in ejus oculos illud*

medicamentum, videbis. Quid? Deum, te ipsum, præterita, præsentia, futura, sed longè alio quàm soles oculo. Cæterum quanto tempore cæcus manserit Tobias, indicatur c. ult. v. 5, nempe quadrienisio (1).

fel. Ut verò morsu punctique oculi sunt, eas conficit, et ab eorum cantibus sex angulis albogines, aquarum instar deciderunt. Quod non parvè etiam significantius in Latino exprimitur vers. 14: Et sustinuit quasi dimidium ferè horam; et capiti sibi ex oculis ejus, quasi membrana cœi egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit. Ut igitur fel hoc Raphael monstraret, supernaturale fuit; sed ut ex eo monstrato, siquæ oculis appposito, cæcitas curaretur, naturale opinor. Hæreticis verò, qui convellendæ librorum istorum auctoritatis occasionem omni ex re capitant, monitorem hoc loco demus, hæreticum quidem et ipsum, minus tamen proceum. Ait ergo in Moeleth, seu operis Grammatici consummati Epistolâ nuntiatori Munsterus: « Ne putes esse fabulam; quod de capto in Tigride pisce atque extensio, et inde subitâ sterilitate, et sanati cæcitate in eo scribitur. Habes et in Matthæi cap. 17, ferè talem historiam, quando Christus jussit Simonem ire ad mare, mittere hamum et tollere piscem, qui primus prodisset, et aperto ore ejus, extrahere staterem, atque illum dare pro vectigali. » Et ne quis eruditiori et accuratori judicio, historiarum istiusmodi quasi fabulam forent, improbationem adscribat, subdit idem Munsterus: « Hæc autem non propter te scribe, sed propter rudiores pueros, qui in exercitiis in rebus divinis habent ingenium, et vel hæretico judicio, planè rudioribus ille sese pueris hæretici accensent, rerumque divinarum Imperitos profitentur, qui Tobiam vellicant. (Serarius.)

(1) Post curationem, laudant omnes qui cum narrant, Deum, versu 16, adeoque ipsa conjux, quæ rebus adversis, parum recedè ipsi Tobie, mînisque de Deo religiosè locuta olim fuerat, cap. 2, vers. 22; sed præ omnibus ipse, qui sanitatem adeptus erat, Deum benedicit, vers. 17: *Tu, ait, castigasti me, et in salutem meam, quemadmodum infra, cap. 13, vers. 2: Tu flagellasti et salvas. Cum castigationem et flagellum experimus, futuram salutationem expectamus; et cum istam optamus, illam non respiciamus. Percepit Deus, et sanatus ejus sanabit. (Serarius.)*

VERS. 18. — INGRESSA EST ETIAM POST SEPTEM DIEBUS SARA UXOR FILII EJUS. Versiones Græcæ et Hebrææ et vetus Latina, planè oppositâ sententiâ, ferunt, Sarâm eadem die pervenisse, eique venienti obvium utrumque Tobiam procurrisse. Græcus vers. 18 et 19, ita sonat: *Intravit filius ejus gaudens, et remansit patri suo magnalia facta sibi in Mediâ. Et exivit Tobias nuntius suus gaudens, et benedicens Deum ad portam Niniæ. Et mirabantur speciantes eam eam, quia vidit. Et Tobias confitebatur coram eis, quia miseratus est ipsarum Deus. Et ut appropinquavit nunti suus, benedixit eam, dicens: Venias, fili. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, et pater tuus, et mater tua. Et factum est gaudium omnibus in Niniæ fratribus ejus. Meminisse hic juvat, initio capituli hujus in Græco non legi, Tobiam præcucurrisse ante*

suorum agmen à Charan, sed tantummodò cum propè Ninivem ventum esset, socios deseruisse, et præcursum domicilium præpararet. Ita series narrationis optimè sibi constat. Sars eadem dñe Ninivem pervenerit necesse est. Hebraeus Fagii Græco persus congruit; Munsteri verò, qui ex Akrtin percurrisse Tobiam narrat, urbem hanc propè Ninivem, et è regione ejusdem collocat.

VERS. 20. — VENERUNT ACHIOR ET NABATH CONSORIUM TOBIÆ. Hebraeus Fagii: Venerunt fratres ejus, propinquisque, ac præceteros regni, etc. Hebraeus Munsteri: Latitasti sunt quidam magno ipsi, et cuncti Judei, qui erant in Ninive. Græcus: Advenit Achior et Nabath, filius fratris ipsius, Syrus: Achior et Laban, filius sororis ipsius. Nunc primum sermo occurrit de Nabath Tobie fratri filio. Achior, seu Achior, filius est fratris Tobie, cujus mentio fit superius Græca editio 1, 24, ubi appellatur

CAPUT XII.

1. Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2. Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dābimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus?

3. Me duxit et reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, et dæmonium ab eā ipse compescuit; gaudium parentibus ejus fecit, me ipsum à devoratiōe piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

4. Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur mediocritatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

5. Et vocantes eum, pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem: et rogare coeperunt, ut dignaretur dimidiā partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.

6. Tunc dixit eis occultè: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

7. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opus autem Dei revelare et confiteri honorificum est.

8. Bonus est oratio eum jejuniis et elemosynis, magis quàm thesaurus auri recomdere.

9. Quoniam elemosyna à morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam.

Achiacharus Anael. Achiorum et Nabath unum esse eundemque virum, Grotius suspicatur; cujus conjectura favet verbum, quod singulare est in Græco, apud quem et filius fratris Tobie, quasi unus sit, singulari numero appellatur. Nec rara sunt, præsertim in captivitate, unius ejusdemque hominis duo nomina. Veri igitur potest: Achiacharus, alio nomine Nabath, Tobie fratris filius, advenit.

VERS. 21. — PER SEPTEM DIES EPULANTES. De epulis et nuptiis nihil in Hebræo Munsteri, in quo tamen sunt pulchra et prædiosa munera, Tobie collata. Vetus latina versio: Consummate sunt nuptie cum hilaritate septem diebus, et data sunt illi munera multa. (Calmet.)

ET PER SEPTEM DIES EPULANTES, agentes repollis, quæ græcè hic minus propriè vocantur, *repollis*, propriè dicerentur, *assillas*, ut est in Glossis. Grotius.)

CHAPITRE XII.

1. Alors Tobie appela à lui son fils, et lui dit: Que pouvons-nous donner à ce saint homme qui a été avec vous?

2. Tobie répondant, dit à son père: Mon père, quelle récompense lui donnerons-nous?

3. Il m'a mené et ramené en santé; il a été lui-même recevoir l'argent de Gabélos; il m'a fait avoir ma femme; il a éloigné d'elle le démon; il a rempli de joie son père et sa mère; il m'a délivré du poisson qui allait me dévorer; il vous a fait voir à vous-même la lumière du ciel; et c'est par lui que nous avons été comblés de biens. Que pouvons-nous donc lui donner, qui égale tout ce qu'il a fait pour nous?

4. Mais je vous prie, mon père, de le supplier de vouloir bien accepter la moitié de tout le bien que nous avons apporté.

5. Tobie le père et son fils le firent venir ensuite; et l'ayant pris à part, ils le conjurèrent de vouloir bien recevoir la moitié de tout ce qu'ils avaient apporté.

6. L'ange alors leur parla ainsi en secret: Bénissez le Dieu du ciel, et rendez-lui gloire devant tous les hommes, parce qu'il a fait éclater sur vous sa miséricorde.

7. Car s'il est bon de tenir caché le secret du roi, c'est une chose honorable de révéler et de confesser les œuvres du Dieu.

8. La prière accompagnée du jeûne et de l'aumône, vaut mieux que tous les trésors et tout l'or qu'on peut amasser.

9. Car l'aumône délivre de la mort; et c'est elle qui efface les péchés, et qui fait trouver la miséricorde et la vie éternelle.

10. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animas sue.

11. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam à vobis occultum sermonem.

12. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

13. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

14. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, et Saram uxorem filii tui à demonio liberarem.

15. Ego enim sum Raphael, angelus, unus ex septem qui adstamus ante Dominum.

16. Cumque hæc audissent, turbati sunt: et tremantes ceciderunt super terram in faciem suam.

17. Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere.

18. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, et cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili, et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite Deum, et narrate omnia mirabilia ejus.

21. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est; et ultra eum videre non potuerunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: et exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

10. Mais ceux qui commettent le péché et l'iniquité sont ennemis de leurs âmes.

11. Je vous manifeste donc la vérité; et je ne vous cacherai point une chose qui est secrète.

12. Lorsque vous priiez avec larmes, et que vous ensevelissiez les morts; que vous quittiez pour cela votre dîner, et que vous cachiez les morts dans votre maison durant le jour, pour les ensevelir durant la nuit, j'ai présenté vos prières au Seigneur.

13. Et parce que vous étiez agréable à Dieu, il a été nécessaire que la tentation vous éprouvât.

14. Maintenant donc le Seigneur m'a envoyé pour vous guérir, et pour délivrer du démon Sara, la femme de votre fils.

15. Car je suis l'ange Raphaël, l'un des sept qui sommes présents devant le Seigneur.

16. A ces paroles, ils furent troublés; et étant saisis de frayeur, ils tombèrent le visage contre terre.

17. Et l'ange leur dit: La paix soit avec vous; ne craignez point.

18. Car lorsque j'étais avec vous, j'y étais par la volonté de Dieu. Bénissez-le et chantez ses louanges.

19. Il paraissait, à la vérité, que je buvais et que je mangeais avec vous; mais je me nourris d'une viande invisible, et d'un breuvage qui ne peut être vu des hommes.

20. Il est donc temps que je retourne vers celui qui m'a envoyé; et pour vous, bénissez Dieu, et publiez toutes ses merveilles.

21. Après ces paroles, il disparut de devant eux, et ils ne purent plus le voir.

22. Alors s'étant prosternés le visage contre terre pendant trois heures, ils bénirent Dieu; et s'étant levés, ils racontèrent toutes les merveilles qu'il avait faites.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et vocavit Tobit Tobiam filium suum, et dixit ei: Vide, fili, mercedem homini, qui venit una tecum: et adicere ei oportet. — 2. Et dixit: Pater, non laudor dans ei dimidium eorum, quem attuli. — 3. Quoniam me tibi redexit sanum, et uxorem meam curavit: et argentum meum attulit, et te similiter curavit. — 4. Et dixit senex: Justè fit ei. — 5. Et vocavit angelum, et dixit ei: Accipe dimidium omnium quæ attulisti, et abducas eas. — 6. Tunc vocans ambos eorum, dixit eis: Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificentiam date ei: et confitemini ei coram omnibus viventibus, pro his quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes; et ne pigri sitis confiteri ei. — 7. Mysteriorum regis bonum est occultare, opera autem Dei revelare honorificè. Bonum facite: et malum non inveniet vos. — 8. Bonum oratio cum jejuniis, et elemosinæ et justitiæ. Bonum est paucis tem-

justitiâ, quàm stultitiâ cum injustitiâ. Bonum facere eleemosynam, quàm thesaurizare aurum. — 9. Eleemosyna enim à morte liberat et ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas, et justitias, implebuntur vitâ. — 10. Peccantes autem sunt hostes suæ ipsorum vitæ. — 11. Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi jam : Mysteriorum regis occultare bonum, opera autem Dei revelare honorificè. — 12. Et nunc, quando orasti tu, et nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ coram sancto : et quando sepeliebas mortuos, similiter aderam tibi. — 13. Et quando non piger eras surgere, et relinquere prandium tuum, ut abiens operires mortuum, non latuisti me benefaciens, sed tecum fui. — 14. Et nunc misit me Deus sanare te, et nulum tuum Sarram. — 15. Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis qui offerunt orationes sanctorum, et ingreditur in conspectu gloriæ Sancti. — 16. Et turbati sunt ambo, et ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt. — 17. Et dixit eis : Ne timeatis : pax vobis erit. Deum autem benedicite in secula. — 18. Quoniam non me ipsius gratiâ, sed voluntate Dei nostri veni; unde benedicite eum in secula. — 19. Omnibus diebus apparebam vobis, et non manducabam, neque bibebam : sed visionem vos spectabatis. — 20. Et nunc confitemini Deo; quoniam accendo ad eum qui misit me : et scribite omnia quæ consummata sunt, in libro. — 21. Et surrexerunt, et non ultra viderunt eum. — 22. Et confitebantur opera magna, et mirabilia ejus, quomodo apparuerat eis angelus Domini.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 7. — SACRAMENTUM, id est, mysterium, arcanum, a rege tibi creditum, amittere bonum, imò necessarium est (8), propter fidem regi datam, et quia alioqui gravissima emergerent incommoda. Ita Gellius l. 50, c. 55. Et ex sententiâ Capitolini in Vita Gordianorum, de Senatusconsultis tactis : Taciturnus, consiliorum thesaurus. E contrario, Dei

opera revelare, honorificum est. Unde Stephanus papa apud Rhabinonem anno Christi 753 : « Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic opera Dei, quæ in illo per sanctos sunt, sine ejus meritis, non debent alteri, sed prædicari; sicut angelus monet Tobiam, hoc v. 7, et suo præit exemplo v. 11. » Subdit Angelus :

VERS. 8. — BONA seu melior, EST ORATIO CUM JEJUNIO ET ELEEMOSYNA. Neque enim sine illis comitibus mala est oratio, sed cum illis valde bona et efficax redditur. Unde Franc. Georgius cum ex S. Damasceno explicasset, orationem esse mentis elevationem in Deum, subdit, tit. 6, sect. 9, problem. 417 : « Tantò magis mens elevatur, quântò orans à gravaminibus (mentis) expeditur. Duo (verò) sunt gravamina (mentis) oblectamentum carnis, et terrenorum affectus. Illud gravanti corpori animam subjicit; hæc facibus terrenis animam suffocant. » Ab hoc per eleemosynam, ab illo per jejunium anima expeditur (1).

(1) VERS. 6. — TENDITIS Oculos. Scorsum illum duxerant et in locum à domesticis secretum, ut ea proponerent, quæ hic subduntur. Sed angelus majus etiam secretum postulavit, ut se illis manifestet. Secretò in auribus loquitur, ut nemo præter ipsos audiat; manifestationis suæ testes respicit : soli Tobiam eo munere digni habiti sunt. Dei dona preciosa sunt et rara, ac longissimè semper absunt ab ostentatione et jactantiâ. In Græco legitur : Tunc angelus vocans ambo clam, dixit eis : Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificetiam date ei, et confitemini ei coram omnibus visentibus, pro eis quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operam Dei honorificè demonstrantes, et ne pigri sitis confiteri ei. Hebræus Fagii aliquantò fusius : Respondit eis angelus : Habes arcanum quoddam, quod dicam vobis. Ingressi sunt ambo pater et filius cum angelo in contione, ad quos angelus dixit : Date laudem, etc. Sed Munsteri editio verba hæc legit pro versiculis 6, 7 et 8 : Dixit eis Raphael : Cantate Domino canticum novum, et benedicite Deum, atque celebrare nomen ejus pro omni bonitate quam fecit vobiscum. Multiplicate preces, orationes, et eleemosynas coram illo cunctis diebus vitæ vestræ. Nisi vultis est in conspectu Domini facere jugiter eleemosynas, quàm congregare thesaurus auri et argenti. (Calmet.)

(2) OPERA AUTEM DEI REVELARE ET CONFITERI, HONORIFICUM EST. Egregium est archætes, opusculum. Reges consilia sua in occulto habent : Deus sua vult patescere. Aditus principis aures exquirere illicitum ait Tacitus Annalium 6. (Grotius.)

(1) VERS. 9. — ELEEMOSYNA A MORTE LIBERAT, ET IPSA EST QUÆ PURGAT PECCATA, ET FACIT INVENIRE MISERICORDIAM ET VITAM ÆTERNAM. Helorus Fagii : Justitia (id est, eleemosyna, ut capite 4, 7, demonstratum est) liberat à morte, atque expiat iniquitatem. Quicquid facit justitiam, hunc Deus exaltabit in longitudine dierum. Græcus : Eleemosyna à morte liberat, et ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas et justitias, implebuntur (saturabuntur) vitâ. Varia sunt verba, sensus idem. Quoniam autem vitæ æternæ nomen hæc non exprimit, de hæc tamen textum hunc explicandum esse, nullus dubio est locus. Eleemosyna certè quid non est à natura datum, quo opes, commoda, vitæque inter homines disturnam et felicem consequamur : ipseque Tobias esse potest exemplum infortuniorum, quò perveniunt in-

VERS. 13. — QUIA ACCEPTUS ERAS DNO, non modò congruum; utile, decens, sed planè necessarium fuit, ut TENTATIO PROBARET TE. Alia è diametro mundanis ratiocinatio. Sed S. Paulus totidem verbis idem inculcat Actorum 14, vers. 21: *Per multas tribulationes* (non dicit, expedit, aut decet, sed) *operiet nos intrare in regnum Dei.* Idem repetit 2 ad Timotheum 3, v. 12. Et ipse de se Christus Lucæ ult. v. 26: *Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?* Porro de fructibus elemosynæ, quos hic commemorat angelus, dixi e. 4, v. 14, supra.

VERS. 15. — EGO SUM RAPHAEL ANGELUS, UNUS EX SEPTIM QUI ASTANT ANTE DOMINUM (1). Heteridium il qui totos sese plis largitionibus, ceterisque charitatis operibus adducunt. Aliud etiam hujusce rei documentum proximò sequens versiculus exhibet. (Calmet.)

VERS. 16. — QUI FACIUNT PECCATUM, HOSTES SUNT ANIMÆ SUÆ. Necem sibi crudeliter inferunt, adeuntque æternæ damnationis discrimen. Nihil hic sententiâ insanis esset, si corporis interitus intelligeretur, cum prospera et diuturna vitâ impij ac nefarii homines fruuntur. Psalmista eandem rem, quam Raphael hic, testatur est: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam; et Jesus Christus in Evangelio: Qui amat suam vitam (vitam suam) perdet eam.* Hebraeus Munsteri totum hunc versiculum cum tribus sequentibus præterit.

VERS. 17. — EGO OSTENDI ORATIONEM TEAM DOMINO. S. Cyprianus legit: *Ego obtuli memoriam orationis vestre in conspectu claritatis Dei.* Græcus: *Ego obtuli memoriam orationis vestre coram Sancto.* Hebraeus Fagii: *Ego ingredi feci lacrymas vestras in conspectu Domini.* Angelos Scriptura et Patres exhibent, cœn familiares et ministros Domini, cui preces nostras sistunt. S. Joannes angelum vidit, cui thura porrigebantur, sanctorum scilicet orationes, in altari aureo coram Dei solio sistenda. Tertullianus et Patres doctrinam hanc confirmarunt. Opinio in gente suâ receptæ testis Philo Judæus docet, bonos angelos quodam legationis genere fungi hominum ad Deum, et Dei ad homines; cujus muneris sanctitate sacri et inviolabiles efficiuntur. Neque ab hac veritate longius aberrarunt profani. *Omnia dæmon inter Deum et hominem est, explicans deferensque hominum quidem ad deos preces et sacrificia, deorum vero ad homines imperia, et præmia sacrificiorum.* Inter homines catholicosque rectores hinc preces, inde dæmonem, qui ultro citro portat, hinc petitiones, inde supplices, seu quidam utriusque interpretis et salutiferi.

(1) Græcus: *Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis, qui offerunt orationes sanctorum, et ingreditur in conspectu gloriæ Sancti.* S. Cyprianus: *Ego sum Raphael, unus ex septem angelis sanctis, qui assistunt, et commendant ante claritatem Dei.* Hebraeus Munsteri numerum hunc septem angelorum non exhibet: *Ego sum Raphael, unus ex principibus ministrantibus ante solium maiestatis.* De septem hisce angelis dissidium est iugens inter scriptores

hebraicis: *Ego sum ex principibus nostris, qui ministrant ante solium gloriæ.* Græcè editur: *Qui offerunt preces sanctorum* (id est, eorum qui professione, voto, sua proposito sancti sunt)

Sunt qui agi hic credant non de septem angelis numero distinctis, sed de Spiritu sancto, cui septenarius numerus idecirco adscribitur, quòd septem dona hominibus distribuat. Alii malunt, numerum hunc septem indefectum esse, ut quandoque solet Scriptura. Angeli utique ante Dominum assistentes plures sunt quàm septem. Nulla millium ante Dei solium exhibent Daniel et S. Joannes: *Nulla millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.* Septem igitur angeli principes sunt inter suos gloriâ et dignitate, primi celestis exercitus duces. Primas tenent inter angelos, et apud supremum universi orbis Imperatorem. Sed unde septem? Hunc angelorum numerum non minùs apertè exhibet Apocalypsis: *Gratis vobis et par...* à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Vetusissimæ Ecclesiæ Patres sententiam hanc adferunt et adoptarunt. Conceptis verbis hanc expriment Aretas, S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, et S. Cyprianus. Ex eodem fonte hauserunt veteres quidam hæretici septem angelos qui totidem orbis partibus (septem enim in partes orbem distribuerunt) præsidebant. Cum priscis hisce hæreticis sentire Kimchi visus est. Recentiores quidam post veteres Rabbinos aiunt, septem hosce angelos præesse corporibus sublanaribus, ut singuli singulos planetas moderentur, ex quibus colorum influxus in terram deferuntur. Hæc tamen digniora videntur levibus curiosorum animis, quàm seriæ virorum gravium et scientiæ præstantium meditationi. (Calmet.)

Hinc patet Raphaelem esse unum è primis angelis, qui quasi principes aulae celestis Deo proximè assistant, de quibus fasè egi Apocal. 1, v. 4. Græca addunt: *Ego sum unus de septem, qui offerunt orationes sanctorum, et ambulant ante maiestatem sancti.* Hicco septem ergo incumbit cura generis humani. Alii exponunt: *Unus è septem, id est, unus è multis.* Astare ante Dominum multa significat, ut rectè advertit Andreas Victor. lib. de Custodiâ angel. p. 43. Primò astant angeli, quando loquuntur cum Deo, postulantes divinum lumen, ut cognoscant, quæ sit in aliquâ re agenda ejus voluntas. Secundo, astant angeli, dum pia opera, sacrificia, elemosynas, preces humanas offerunt Deo. Tertio, astant, cum parati sunt ad obsequendum divinæ voluntati, quasi milites prompti paratique ad bellum, si bellum ex divino nutu gerendum sit, et quasi servi parati ad munera obedienda ad quodcumque imperium Dei. Quarto, astant Deo judici, hominum causas contra demonum accusationes agentes, sententiamque expectantes. Quintò, astant, dum Deum laudant, uti Isaias e. 6. Seraphim stantes sepebat, Deum miris his vocibus laudantes: *Sacros, Sacros, etc.* Sextò, astant, est divinum vultum intueri, et inde summæ felicitatis latices haurire, quod vel in empyreo accidit coelo, ubi peculiari singularique modo thronus fulget divinus, vel in aliis quibuscumque locis, in quibus omnibus Deus est; ut sic

et ambulant ante majestatem sancti. Videntur ergo hi septem angeli, seu (ut eos vocant S. Prosper, Isidorus, Severus Minoricensis, et alii) hi archangeli singularem præ cæteris angelis ut functionem externam, sic et internam præcellentiam obtinere, quæ consistat, vel in gratiarum eminentiâ, vel potius in principatu opposito principatui regum demonia eorum, de quo supra cap. 3, v. 8, ut præsent septem præcipuis virtutibus: v. g., tribus theologicis, et quatuor cardinalibus, vel virtutibus oppositis septem vitis capitalibus; vel septem donis Spiritûs sancti. Sic Isaiæ 33, quidam dicuntur angeli pacis. Alii angelus, præpositus penitentibus. Et hi septem principes per candlestick septimanæ, Exodi 25, et per septem candlestick, Apos. 1, designari videntur, quasi qui virtutum suarum splendore totum orbem collustrent. Cæterum decuplex ex hæc Tobia historia munus horum angelorum, et per consequens etiam reliquorum nobis utilitarum, colligere possumus: primum est, ad stare solio Dei, eundemque contemplando, summam æternamque ex nde felicitatem haurire. Patet ex hoc vers. 14. Secundum, preces hominum Deo offerre, suis ipsis addendo commendationes, v. 12, ex quo et tertium, bono agentibus adesse. Quartum, ad opera pia hortari, vers. 6, 8 et sequentibus. Quintum, docere mortales, non solum quæ ad theologiam, seu fidem et bonos mores spectant, ut hoc cap. passim, sed etiam quæ ad physicam et medicinam, si quando res usque ita postulat, ut c. 6 et 11 de felle, corde, jecore vidimus. Sextum, demones propulzare, nosque contra illos tueri, cap. 8, v. 3. Septimum, à pluribus corporum periculis nos liberare, hic, vers. 5. Octavum, opus quoque, et

ubique sint boni angeli, semper astant Deo, quia semper Deo fruuntur. Hinc fit ut dicantur recedere et redire, quia ad ministeria missi recedunt quidam ab empyreis sedibus, sed summam felicitatem non amittunt, et illuc ad Dei nutum revertuntur. Septimò, astare, strictè et pressè ad eos angelos attinet, qui ad ministeria externa mitti non solent; sed rationes rerum faciendarum in Deo consuantes, inferiores angelos ea munera executuros docent atque illuminant; unde distinguuntur angeli in assistentes et ministrantes. Assistunt Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes; ministrant quinque alii ordines, et de his alibi agentes probavimus etiam aliquando mitti. Hinc Raphael ait se astare Deo. Nam astare ante Deum non tantum significat esse in collo, quod commune est omnibus angelis, sed indicat in ministerio quendam principalitatem, ait Toletus in c. 1 Lucæ. (Corn. à Lap.)

splendidas subinde (cum sic expedit) neptias et honestas affinitates procurare, cap. 6, v. 11. Nonum, interdum etiam nos probare et adversis exercere, hic v. 13. Decimum, suspiriosè potius consolari, penè toto hoc cap. Sed id maxime experiemur, cum ex hac vitâ et exilio nos revehent in patriam, et supremi iudicis tribunali stent. Vide Viab. Brunus, et Serarium. Porro tant evidens hæc ducitur argumentum pro cultu et invocatione angelorum, ut etiam Calvinus, alioque juratos ejusce rei hostis, id ultro admittat (1).

(1) Vers. 16. — CUMQUE HÆC AGGRESSI, TURBATI SUNT, ET TREMENTES CECIDERUNT SUPER TERRAM IN FACIE SUAS, ex reverentiâ et sacro horrore. Nam, ut aiebat S. Antonius, « metus non tantum ex pavore animi; quantum ex magnarum rerum sæpe incutitur aspectu. » (Corn. à Lap.)

VERS. 17. — DIXITQUE IIS ANGELIS: PAX VO- BUS, SOLITE TIMEAT. Hinc Patres docent angelice apparitionis signum esse, si primò horror incutatur, deinde consolatio et læticia ingeratur, nam contrarium facit demon. Audi Bedam in c. 1 Lucæ: « Sicut, ait, humane fragilitatis est spiritalis creature visio turbare, ita et angelice benignitatis est, paventes de aspectu suo mortales mox blandiendo solari; ast contra demoniacæ est feritas, quos non præsentia terrores senserint, amplius semper horrore consculere. » Et S. Antonius, teste S. Athan. in ejus Vita: « Cum bonus angelus, inquit, bonis hominibus apparet, etiam in initio inusitato aspectu timorem injicit, ad extremum consolationem et animi tranquillitatem relinquit; et rursum: Sanctorum angelorum amabilia et tranquillos aspectus, quia non contentum, neque clamant, neque audit aliquis vocem eorum; verum tacite leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus in- fundunt, siquidem cum illis est Dominus, qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis et placida angelorum luce radiatur; tunc anima carissimum promissorum aviditate flagrans, effracto, si posset, humani corporis domicilio, et membris exonerata mortalibus, cum hisque videt, abire festinat ad cælum; horum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humane intrò fuerit eorum fulgore perterritus, omnem convulsio ex corde auferant metum. » Deinde demoniacum apparen- tium contraria hæc dat indicia: « Pessimorum autem vulsus truces; sonitus horridi; torridi cogitatus, pluvius, motusque indisciplinatos adolescentium, vel latronum, à quibus confestim timor animæ, sensibus stupor incutitur, odium Christianorum, monachorum meror, tediumque suorum recordatio, metus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore concepto, successerit gaudium; et ad Deum fiducia atque ineffabilis charitas, venisse scimus auxilium, quia securus animæ, presentis majestatis indicium est. »

VERS. 18. — VIDERAT QUIDEM VORSCUM MAN-

VERS. 20. — NARRATE OMNIA. Græcè et Hebraïcè : *Scribite in libro hæc omnia quæ facta sunt*. Unde in proemio hujus libri dixi, To-

DECARÈ. Reverà enim Raphael non manducabat, quia manducatio est actio vitalis, quæ anima cibum in ore vitaliter masticat, ne ex ore in stomachum, ut ab eo concoquatur, vitaliter traheatur. Raphael autem cum non informaret corpus assumptum, vitaliter in illud non trahebat cibum, sed in illud perinde ac in sacrum quemcumque cibum infundebat, quem deinde in vaporem et aerem resolvebat.

SED EGO CIRCA INVISIBILI, etc. Utroque Deus, Deique visio et fructus est cibum angelorum, quo delictantur, et beantur jugiter.

(1) VERS. 20. — ET NARRATE OMNIA MIRABILIA HÆC. Græcè habet : *Scribite omnia quæ facta sunt in libro*; unde liquet Tobiam Raphaeli obe-

CAPUT XIII.

1. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, et dixit : Magnus es, Domine, in æternum, et in omnia secula regnum tuum :

2. Quoniam tu flagellas et salvas; deducis ad inferos, et reducis, et non est qui effugiat manum tuam.

3. Constatemini Domino, filii Israel, et in conspectu gentium laudate eum :

4. Quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarratis mirabilia ejus, et facialis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras : et ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

6. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, et cum timore et tremore constatemini illi : regemque seculorum exaltate in operibus vestris.

7. Ego autem in terrâ captivitatis meæ confitebor illi : quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque, peccatores, et facite justitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam.

9. Ego autem et anima mea in eo lætabor.

10. Benedicite Dominum, omnes electi ejus; agite dies lætitiæ, et constatemini illi.

11. Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bonis tuis, et benedic Deum seculorum, ut reedificet in

bium suamet manu hunc librum conscripisse, cum præsertim in primâ personâ ubique loquatur in eodem Græco et Hebraico textu.

dicentem hanc historiam conscripsisse, ac hujus libri esse auctorem, uti habent Græca c. seq., v. 1. Hebræa uberioribus habet : *Nunc ergo, ait, scribite vobis omnia hæc verba in libro; et erit in testimonium inter vos et Deum vestrum omnibus diebus vite vestre. Et hoc verbum ait in signum, et in testimonium in consensu generationem et generationem. Et vos benedicite Dominum, et constatemini memoriæ sanctitatis ejus. Et nunc dimittite me, et revertar ad Deum, qui misit me ad vos.* (Corn. à Lap.)

VERS. 21. — AD ASPECTU EODUM ABLATUS EST. *ἀφ᾽ οὐρανόθεν ἔβλεψεν αὐτὸν ὁ κύριος, τὸ σκῆπτρόν αὐτοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ut loquitur Lucas, 24, 51. (Grollius.)*

CHAPITRE XIII.

1. Alors le vieux Tobie, ouvrant la bouche, bénit le Seigneur, et dit : Seigneur, vous êtes grand dans l'éternité; et votre règne s'étend dans tous les siècles.

2. Car vous châtiez et vous guérissiez; vous conduisez jusqu'au tombeau, et vous en ramenez; et nul ne peut se soustraire à votre puissance.

3. Rendez grâces au Seigneur, enfants d'Israël, et louez-le devant les nations.

4. Car il vous a ainsi dispersés parmi les peuples qui ne le connaissent point, afin que vous publiiez ses merveilles, et que vous leur appreniez qu'il n'y en a point d'autre que lui qui soit le Dieu tout-puissant.

5. Il nous a châtiés, à cause de nos iniquités; et il nous sauvera, à cause de sa miséricorde.

6. Considérez donc ce qu'il a fait en notre faveur, et louez-le avec crainte et avec tremblement; et glorifiez par vos œuvres le roi de tous les siècles.

7. Pour moi, je le louerai dans cette terre où je suis captif, parce qu'il a fait éclater sa majesté sur une nation pécheresse.

8. Vous donc, pécheurs, convertissez-vous; faites des œuvres de justice devant Dieu, et croyez qu'il vous fera miséricorde.

9. Pour moi, mon âme se réjouira en lui.

10. Bénissez le Seigneur, vous tous qui êtes ses élus; célébrez des jours de joie, en lui rendant des actions de grâces.

11. Jérusalem, cité de Dieu, le Seigneur t'a châtiée à cause des œuvres de tes mains.

12. Rends grâces au Seigneur pour les biens qu'il t'a faits; et bénis le Dieu des siècles,

te tabernaculum suum, et revocet ad te omnes captivos, et gaudetas in omnia secula seculorum.

13. Luce splendidi fulgebis; et omnes fines terræ adorabunt te.

14. Nationes ex longinquo ad te venient: et munera deferentes, adorabunt in te Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt.

15. Nomen enim magnum invocabunt in te.

16. Maledicti erunt, qui contempserint te; et condemnati erunt, omnes qui blasphemaverint te; benedictique erunt, qui edificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, et qui gaudent super pacem tuam.

19. Anima mea, benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus Dominus Deus noster.

20. Beatus ero, si fuerint reliquie seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

21. Portæ Jerusalem ex sapphiro et smaragdo edificabuntur: et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.

22. Ex lapide candido et mundo omnes plateæ ejus sternentur; et per vicos ejus Alleluia cantabitur.

23. Benedictus Dominus qui exaltavit eam, et sit regnum ejus in secula seculorum super eam. Amen.

afin qu'il rétablisse en toi son tabernacle qu'il rappelle en toi tous tes captifs, et que tu sois comblée de joie dans tous les siècles des siècles.

13. Tu brilleras d'une lumière éclatante, et tous les peuples de la terre t'adoreront.

14. Les nations viendront de loin vers toi, et, apportant des présents, elles adoreront en toi le Seigneur, et considéreront ta terre comme une terre sainte.

15. Car elles invoqueront en toi le grand nom du Seigneur.

16. Ceux qui te mépriseront, seront maudits; ceux qui te blasphèmeront, seront condamnés; et ceux qui t'édifieront, seront bénis.

17. Pour toi, tu te réjouiras dans tes enfants, parce qu'ils seront tous bénis, et qu'ils se réuniront tous en lui.

18. Heureux tous ceux qui t'aiment, et qui se réjouissent de ta paix!

19. O mon âme, bénis le Seigneur, parce que le Seigneur notre Dieu a délivré Jérusalem, sa cité, de toutes ses tribulations.

20. Je serai heureux, s'il reste encore quelqu'un de ma race pour voir la splendeur de Jérusalem;

21. Les portes de Jérusalem seront bâties de saphirs et d'émeraudes; et toute l'enceinte de ses murailles, de pierres précieuses;

22. Toutes ses places publiques seront pavées de pierres d'une blancheur et d'une beauté admirable; et l'on chantera le long de ses rues: Alleluia.

23. Que le Seigneur, qui l'a élevée à ce comble de gloire, soit béni, et qu'il règne en elle dans la suite de tous les siècles. Amen.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et Tobit scripsit orationem in exaltationem, et dixit: Benedictus Deus vivens in secula, et regnum ejus. — 2. Quoniam ipse flagellat, et miseretur; deducit ad infernum, et reducit: et non est qui effugiet manum ejus. — 3. Confitemini ei filii Israel in conspectu gentium, — quoniam ipse disseminavit nos in eis. — 4. Ibi demonstrate magnificentiam ejus, exaltate eum coram omni vivente, sicut ipse Dominus noster, et Deus ipse pater noster in omnia secula. — 5. Et flagellabit nos in injustitiis nostris: et rursus miserebitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus, ubicumque dispersi fueritis in eis. — 6. Si reverteritis ad eum in toto corde vestro, et in tota anima vestra ad faciendum coram eo veritatem; tunc reddet ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis: — et videte, quæ faciet vobiscum, et confitemini ei in toto ore vestro, et benedicite Dominum justitiam, et exaltate regem seculorum. — Ego in terrâ captivitatis meæ confiteor ei, et ostendo fortitudinem et magnificentiam ejus genti peccatorum. — Revertite peccatores, et facite justitiam coram eo. Quis scit, si volet vos, et faciet misericordiam vobis? — 7. Deum meum exalto, et anima mea regi coeli, et exaltabit magnificentiam ejus. — 8. Dicant omnes, et confiteantur ei

in Hierosolymis. — 9. Hierosolyma civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum; et rursum miserabitur filiorum iustorum. — 10. Confiere Domino bene, et benedic regem seculorum; ut rursum tabernaculum ejus edificetur in te cum gaudio, et letificet in te captivos, et diligat in te miseros, in omnes generationes seculi. — 11. Gentes multae de longè venient ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes, et munera regi caeli. — Generationes generationum dabunt tibi exultationem. — 12. Maledicti omnes qui odio habent te; benedicti erunt omnes diligentes te in seculum. — 13. Gaude, et exulta super filiis iustorum; quoniam congregabuntur, et benedicent Dominum iustorum. — 14. O beati qui diligunt te, gaudebunt in pace tua. Beati quicumque tristi sunt super omnibus flagellis tuis; quoniam in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, et letabuntur in secula. — 15. Anima mea benedicat Deum regem magnum. — 16. Quoniam edificabitur Hierusalem sapphira, et smaragdo, et lapide pretioso muri tui, et turres, et propugnacula in auro mundo. — 17. Et plateae Hierusalem in beryllo, et carbunculo, et lapide de Saphir sternentur. — 18. Et dicent omnes vici ejus: Alleluia, et laudem dicentes: — Benedictus Deus, qui exaltavit omnia secula.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 4. — DISPERSIT VOS INTER GENTES (2), nempe quando per reges Assyriorum

(1) VERS. 4. — APERIENS TOBIAS SENECAM OS SUUM, BENERIXIT DOMINUM. Creditur Tobias hoc carmen statim, postquam angelus evanuit, coelisse. Graecus Hebraeusque Munsteri: *Et Tobias scripsit orationem, et canticum exultationis, et dixit: Benedictus Deus vivens in seculo.*

VERS. 2. — TU FLAGELLAS ET SALVAS. Graecus Hebraeusque personam mutant: *Ipsae flagellat et miseratur.* Desumpta haec sunt ex canticis Annae matris Samuelis: *Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.* (Calmet.)

(2) Graecus: *Ipsae disseminavit nos in eis.* Ibi demonstrat magnificenciam ejus. Quia est sapientia Deus, in gloriae suae incrementum ea pariter convertit, quae indifferentia esse videntur. Israelitarum captivitas Dei gloriam apud gentes commendavit duplici ratione, 1^a quod integram ferme gentem durissimè oppressam captivitate poenas criminum subrum, ipsis latentibus reis, dantem cernerent; 2^a quod Dei lex, oracula, populus, Scripturae, per Asiam universam esse diffunderent, quibus ea gentes sensim ad fidem aliquando excipiendam parabantur; 3^a plura Deus prodigia patravit inter nationes nominis sui ignaras, ut feriente gentium oculos ipsa rei veritate, nihil illis censari posset, si deinceps errarent. Scitum est quid in Tobia Ninivite spectarent, quid cives Ecbatanorum in Eschere, quid in Daniele Babylonii. Prodigia haec omnia testes erant verae religionis adversis errorem ac superstitionem; 4^a constant prophetarum Ezechielis et Danielis erga legem Dei sui obsequium, pietas Tobiae, Susannae, Mardochei, Esther, sociorum Danielis, aliorumque palam arguebant damnablemque crimina Assyriorum et Babyloniorum.

VERS. 5. — CASTIGAVIT NOS PROPTER INQUITATES NOSTRAS: ET IPSE SALVAVIT NOS, PROPTER MISERICORDIAM SUAM. Nihil intuetur Deus in nomine peccante, quod gratiam suam mereatur. Quare illum misericordiam planè gratuita praevenit, et gratiae illecebris et efficacitate clementiae suae trahit. Graecus legit: *Flagellabit nos in iniquitatibus nostris; et rursum miserabitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus,*

Salmanassar et Theglathphassar abducti estis à terrâ Israel, et dispersi per omnia regna Orientis.

VERS. 7. — OSTENDIT MAJESTATEM SUAM IN GENTEM PECCATRICEM (1), id est, in Judaeos, qui Deum peccabant, inquit S. Cyrillus. Sed malim exponere de Assyriis, quorum defeto exercitu in Judæa, et tyranno quoque Sennacherib recens esse filiorum è vivis sublato, Deus potentem majestatem suam manifestè declaravit (2).

ubicumque dispersi fueritis in eis. Si revertentis ad eum in toto corde vestro, et in tota anima vestra, ad faciendum coram eo veritatem, tunc redibit ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis. (Calmet.)

(1) Quae haec? Israeliticane, an Assyriae. Israeliticam innuere videtur Vulgata, criminum suorum merito captivam. Neque enim Assyrii divinam adhuc ultionem experti fuerant. Florebant Ninive, imperium stabat. Graecus legit: *Ego in terrâ captivitatis meae confortor ei, et ostendo fortitudinem et magnificenciam ejus genti peccatrici.* Accipienda sunt igitur haec de Assyriis, gente profana superstitionibus et criminibus addicta. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — BENERIXIT DOMINUM, OMNES ELECTI EUS. Vos scilicet Israelitae, selectum à Deo genus, gens sancta, illi sanctorum et patriarcharum. Graecus: *Dicant omnes, et confiteantur ei in Hierosolymis.*

VERS. 11. — JERUSALEM, CIVITAS DEI, CASTIGAVIT TE DOMINUS IN OPERIBUS MANUUM TUARUM. Graecus: *Hierosolyma, civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum, et rursum miserabitur filiorum iustorum.* Hebraeus Fagil lectioni Vulgatae, quam sequitur, addit aliquid: *Jerusalem, civitas sancta, ipse rependit tibi iniquitates filiorum tuorum. Verum iterum salvabit eos.* Est quoque spes scolastico rati, dicit Dominus, et revertentur filii ad terminum (regionem) suam. Hebraeus Munsteri hujus capitis finem corripuit. Hic enim pro toto hoc capite à v. 4, et pro toto sequente exhibet: *Et vos, filii Israel, viriliter agite, et confortetur cor vestrum, et non discedant manus vestrae; habetis enim mercedem operationis vestrae. Et ipse quidem Deus*

VERS. 11. — JERUSALEM, CASTIGAVIT TE, GRÆCÆ, castigabit, sicut cap. seq. v. 7: *Domus Dei quæ lacrima est, Græcæ, quæ incendetur.* Sed quia propheticè hinc loquitur, idcirco ob rei certitudinem, usurpat præteritum pro futuro, q. d.: Tam certè futurum vides, ac si jam factum esset. Ita Lyræus. Similia habes in cantico Moysi Exodi 15, vers. 14 et 15: *Conturbati sunt principes Edom, cōvenerunt omnes habitatores Chanaan, etc.*

Nota. Quia propheticè hic loquitur Tobias, idè more propheticò, dùm agit de urbe Jerusolymâ, non de solâ terrestri Jerusolymâ agit, sed ab illâ paulatim assurgit ad allegoricam Jerusolymam, quæ est Ecclesia sancta Dei; et ab hac rursus ad anagogicam Jerusolymam, quæ est gloriosa sanctorum Ecclesia in cœlis. Sicut etiam Isaias facit cap. 6, 5 et 66, et alii prophætæ. Ergo sub typo Jerusolymæ terrestris partim jam afflicta sub Manasse, ut colligitur ex 2 Paralipom. 35, v. 9, partim affligendæ, imò desolandæ atque evertendæ sub Sedecia, sed iterum instaurandæ sub Eodra et Nehemiâ, et quidè majori gloriâ, ut patet Aggæi 2, v. 10, prædicit Tobias Synagogam Judæicam, seu Ecclesiam veteris (nam una est omnium ætatum Ecclesia Dei, licet varios habuerit status), jam utinamque collapsæ, sed sub Herode magis collapsuræ, inovationem, et majore cum gloriâ instauratorem sub Christo et per Christum. Unde mox subdit:

VERS. 12. — REVOCANDES JERUSOLYMAM OMNES CAPTIVOS (1), nempe quantum est ex parte

exaltatur, quando miseratur vestri, quoniam Deus iudicis est. Beati omnes qui sperant in eo. Vos itaque, filii, multiplicare elemosynam, orationem et precationem coram Domino mundi, quoniam elemosyna et oratio deprecantur Dei comminationem, sicut scriptum est: *Elemosyna liberat à morte. Benedictus Dominus, qui fecit mecum, et cum patre meo, atque cum progenitoribus meis, et cum omni eo qui sperat in se, signa et mirabilia atque terribilia magna. Benedictus Dominus in æternum. Amen, amen.* Ita desinit liber Tobias in hoc codice. (Calmet.)

(1) VERS. 12. — CONFITERE DOMINO IN BONIS TUIS. Rebus tuis florentibus, Dominum lauda. Genesim: *Confiteri Domino bonè, lauda concinnè.*

UT REEDIFICET IN TE TABERNACULUM SUUM; ut restitui templum possit. Quisvis enim templum adhuc staret, illud tamen perinde ac eversum intuebatur; Futuram urbis templique restitutionem prædicit inferius, versibus 19 et 20.

REVOCET AD TE OMNES CAPTIVOS. GRÆCUS legit: *Levificet in te captivos, et diligat in te miseris, in omnes generationes sæculi.* (Calmet.)

revocantis, omnes nullo excluso. Sed multi vocati, pauci reducti, quia noverunt reducti. Vel dic, universalem particulam, omnes, hinc distribui non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum: nam et ex singulis tribubus aliqui regressi sunt Jerusolymam, et ex singulis nationibus universi orbis aliqui ingressi sunt Ecclesiam Christi. Quæ tantò spiritus hinc significatur allegoricè per Jerusolymam, quòd in eâ urbe fuerint facta prima illius fundamenta (1).

VERS. 14. — NATIONES (GRÆCÆ ÆΛΛΗ, unde ethnici) EX LONGINQVO AD TE VENIENT, etiam ab extremis terre finibus. En vocationem gentium ad Ecclesiam Christi. Cur autem venturi sint, subjungit: *ET ADORABUNT IN TE DOMINUM, ET TERRAM TUAM IN SANCTIFICATIONEM HABEBUNT,* id est, veluti sanctam et sanctitatis fontem complectentur et venerabuntur, ut nempe veram sanctitatem inde sibi hauriant, per Sacramenta et gratiarum fontes, qui in illâ solâ, neque alibi reperiuntur (2).

VERS. 21. — PORTÆ JERUSALEM EX SAPHIRO ET SMARAGDO. Hic anagogicè rapitur ad Jerusolymam cœlestem. Et ad hæc Tobias verba videtur alludere S. Joannes Apocal. 21, v. 18, ubi penè iisdem verbis eandem describit.

VERS. 22. — EX LAPIDE CANDIDO ET MUNDO OMNES PLATÆ EUS STRUMENTUR. GRÆCÆ: ΠΛΑΤΕÆ

(1) VERS. 13. — LUXE EPIENDIDA (Evangelij et prædicationis Christi, ejusque Apostolorum) PULCHER, ET OMNES FINES TERRÆ ADORABUNT TE. Prædicit conversionem omnium gentium ad Christum, quæ Ecclesiam quasi Christi sponsam adorabunt, id est, humillimè venerati sunt et coluerunt, ac venerantur et colunt. Idem prædixit Isaias cap. 49, 25: *Valu, ait, in terram devotè adorabunt te, et pulverem pedum meum diligunt.* (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 18. — BEATI QUI GAUDENT SUPER PACE TUA, qui gaudio tuo gaudent. GRÆCUS Hebræusque: *O beati qui diligunt te! gaudent in pace tua* (participes erunt felicitatis tue). *Beati quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis! quoniam in te gaudebunt; videntes omnem gloriam tuam, et lætabantur in sæculum.*

VERS. 19. — ANIMA MEA, BENEDIC DOMINUM.....

VERS. 20. — BEATUS IRO, SI FUERINT RELIQUÆ SEMINIS MEI AD VIDENDAM CLARITATEM JERUSALEM. Probat hic locus id quòd supra animadvertimus, Tobias scilicet propheticè more loqui, et præteritum pro futuro usurpare. Hic autem satis demonstrat, eorum, quæ de Jerusolymâ effectus est, eventum diu esse differendum. GRÆCUS Hebræusque non legunt hic versiculum 20, et v. 19 nonnisi verba hæc habent: *Anima mea benedicit Deum, regem magnam.* (Calmet.)

ejus tessellabatur in beryllis, et carbunculis, et lapide ex saphir, id est, saphiro, seu ex venis saphiri, ut noster versit, Thren. 4. vers. 7. yel, et alii volent, ex Opbir, de quo egi 3 Reg. 9. Porro de his lapidibus vide Plinium à S. Hieronymo laudatum, item Epiphanium et Isidorum.

Nota, per hos lapides pretiosos metaphoricè designari pulchritudinem, claritatem, majestatem et æternitatem beatæ illius patriæ celestis.

ALLELUIA (1), id est, laudate Deum, cum ju-

(1) Alleluia Hebr. idem est quod laudate Deum. Alleluia ergo est vox laudis, exultationis et jubili, quam beati jugiter peragunt in celo. Unde S. Aug. serm. 151 de Temp.,

CAPUT XIV.

1. Et consummati sunt sermones Tobie. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et vidit filios nepotum suorum.

2. Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque et sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vite sue in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris Dei perrexit in pacem.

5. In hora autem mortis sue vocavit ad se Tobiam filium suum, et septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitque eis :

6. Prope erit interitus Ninive : non enim excedit verbum Domini : et fratres nostri, qui dispersi sunt à terrâ Israel, revertentur ad eam.

7. Omnis autem deserta terra ejus replebitur : et domus Dei quæ in eâ incensa est, iterum reedificabitur : ibique revertentur omnes timentes Deum.

8. Et relinquent gentes idola sua, et venient in Jerusalem, et inhabitabunt in eâ,

9. Et gaudebunt in eâ omnes reges terræ, adorantes regem Israel.

10. Audite ergo, filii mei, patrem vestrum : Servite Domino in veritate, et inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi :

11. Et filii vestri mandate ut faciant justitias et elemosynas, ut sint memores Dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in totâ virtute suâ.

bile, cum letitia, cum magnâ contentione et intensione. Sic enim laudes divinas insonant æternum sancit. Videtur alludere ad gentiliū is Paron, is Paron (inquit S. Hieronymus), cujus loco Jerusalem cantandæ dicitur perpetuum Alleluia.

qui est de Paschate : « Tempus moreris, inquit, quod significant dies quadragesimæ, et significamus et habemus. Tempus autem letitias et quietis et regni, quod significant dies isti, significamus per alleluia, sed nondum habemus laudes. Sed nunc inspiramus ad alleluia. Quid est alleluia? laudate Deum. Sed nondum habemus lapides; in Ecclesiâ frequentanter laudes Dei post resurrectionem, quia nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram. » (Cörn. à Lap.)

CHAPITRE XIV.

1. Ainsi finirent les paroles de Tobie; et depuis qu'il eut recouvré la vue, il vécut quarante-deux ans, et il vit les enfants de ses petits-fils.

2. Après avoir vécu cent-deux ans, il fut honorablement enseveli dans Ninive.

3. Car il avait cinquante-six ans lorsqu'il perdit la vue; et il la recouvra à soixante.

4. Tout le reste de sa vie se passa dans le bonheur; et il avança paisiblement en âge faisant de grands progrès dans la crainte du Seigneur.

5. Or, à l'heure de sa mort, il appela Tobie son fils, et les sept jeunes enfants, qui étaient ses petits-fils, et il leur dit :

6. La ruine de Ninive est proche; car la parole de Dieu n'est pas vaine; et nos frères, qui ont été dispersés hors de la terre d'Israël, y retourneront;

7. Et toute sa terre, qui a été déserte, sera peuplée, et la maison de Dieu, qui a été brûlée, sera rebâtie de nouveau, et tous ceux qui craignent Dieu y reviendront.

8. Et les nations abandonneront leurs idoles; elles viendront à Jérusalem, et elles y demeureront;

9. Et tous les rois de la terre se réjouiront en elle, en adorant le roi d'Israël.

10. Mes enfants, écoutez donc votre père : Servez le Seigneur dans la vérité, et appliquez-vous à faire ce qui lui est agréable.

11. Et recommandez à vos enfants de faire des œuvres de justice et des aumônes, de se souvenir de Dieu, et de le bénir en tout temps dans la vérité et de toutes leurs forces.

12. Nunc ergo, filii, audite me, et nolite manere hic, sed quicumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeat hinc.

13. Video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

14. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore suâ, et filiis, et filiorum filiis, et reversus est ad soceros suos.

15. Invenitque eos incolumes in senectute bonâ: et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum: et omnem hereditatem domus Raguelis ipse percepit; viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.

17. Omnis autem cognatio ejus, et omnis generatio ejus in bonâ vitâ, et in sanctâ conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo quàm hominibus, et cunctis habitantibus in terrâ.

12. Ecoutez-moi donc maintenant, mes enfants, et ne demeurez point ici; mais aussitôt que vous aurez enseveli votre mère auprès de moi dans un même tombeau, ne pensez plus qu'à vous hâter de sortir d'ici;

13. Car je vois que l'iniquité de cette ville la fera périr.

14. Après donc la mort de sa mère, Tobie sortit de Ninive avec sa femme, ses enfants, et les enfants de ses enfants; et il retourna chez son beau-père et sa belle-mère.

15. Il les trouva encore en santé dans une heureuse vieillesse; il eut soin d'eux et leur ferma les yeux; il recueillit toute la succession de la maison de Raguel; et il vit les enfants de ses enfants jusqu'à la cinquième génération.

16. Et après qu'il eut vécu quatre-vingt-dix-neuf ans dans la crainte du Seigneur, ses enfants l'ensevelirent avec joie.

17. Tous ses alliés et tous ses enfants persévérèrent avec tant de fidélité dans la bonne vie, et dans une conduite sainte, qu'ils furent aimés de Dieu et des hommes, et de tous ceux qui étaient dans le pays.

TRANSLATIO EX GRECO.

1. Et cessavit confitens Tobit. — 2. Et erat annorum quinquaginta octo, quando amisit visum: — et post annos octo recuperavit visum. Et faciebat elemosinas: — et adiecit timere Dominum Deum, et confitebatur ei. — 3. Magnopere autem sensit: — Et vocavit filium suum et filios ejus et dixit ei: Fili, accipe filios tuos: ecce sensi, et ad exeundum è vitâ sum. — 4. Abi in Mediâ, fili, — quoniam credidi: quicumque locutus est Jonas propheta de Nineve, quia subvertetur: in Mediâ erit autem pax magis usque ad tempus, et quia fratres nostri in terrâ dispergentur à bonâ terrâ: — et Hierosolyma erit deserta, et domus Dei in eâ comburetur, et deserta erit usque ad tempus. — 5. Et rursus miserebitur eorum Deus, et reducet eos in terram, et edificabunt domum, non qualis prior, donec impleti fuerint tempora seculi. Et post hæc revertent de captivitatibus, et edificabunt Hierosolymam honorificè: et domus Dei in eâ edificabitur gloriôsè, sicut locuti sunt de eâ prophete. — 6. Et omnes gentes convertentur veraciter ad timeandum Dominum Deum, et defodient idola sua. — 7. Et benedicent omnes gentes Dominum. Et populus ejus confitebitur Deo: et exaltabit Dominus populum suum; et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominum Deum in veritate, et justitiâ, facientes misericordiam fratribus nostris. — 8. Et nunc, filii, discite à Ninive: quoniam omnino erunt quæ locutus est propheta Jonas. — 9. Tu autem, serva legem et præcepta, et esto amator misericordiæ, et justus, ut tibi bene sit. — 10. Et sepeli me honestè, et matrem tuam mecum, et non ultra maneat in Ninive. Fili, vide quid fecit Aman Achicharo, qui nutritus erat eum, quomodo è luce adduxit eum in tenebras, et quicumque retribuit ei. Et Achicharum quidem salvavit; illi autem retributio retributa est, et ipse descendit in tenebras. Manasses fecit misericordiam, et salvatus est de laqueo mortis, quem fixerat ei. Aman autem incidit in laqueum et perivit. — 11. Et nunc, filii, videte quid elemosyna facit, et justitia liberat. Et hæc ipso dicente, defecit anima ejus super locum. Erat autem annorum centum quinquaginta octo; et sepelierunt eum gloriôsè. — 12. Et quando mortua est Anna: sepelivit eam cum patre suo. Discessit autem Tobias cum uxore suâ, et filiis suis in Ecbatana ad Raguel socerum suum. — 13. Et sensi honorificè. — Et sepelivit soceros suos gloriôsè, et hereditavit substantiam eorum,

et Tobit patris sui. — 14. Et mortuus est annorum centum viginti septem in Echanis Medis. — 15. Et audivisti, priusquam ipse moreretur, perditionem Nineve, quam captivavit Nabuchodonosor, et Azyrios: et gavisus est antequam moreretur, super Nineve.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 6. — NON ELICUIT VERBUM DOMINI (2).

(1) VERS. 1. — ET CONSUMMATI SUNT SERMONES TOBIAS. Offerunt hæc naturali sensu capituli præcedentis conclusionem. Tobias canticum suum his verbis clausit. Optime etiam vertitur: Hæc postrema Tobie verba: hic fuit exitus vite illius; novissima hæc sunt Tobie monita, gesta que ejus postrema. Sermones pro rebus ipsis usurpantur; sed Græcus ad præteritam interpretationem nos revocat: *Et ita cessavit confiteri Tobias*. Ita canticum suum clausit.

POSTQUAM ILLUMINATUS EST TOBIAS, VIXIT ANNIS QUADRAGENTA DUOBUS. Auctor Historie Scholasticæ et Hugo à S. Caro legunt duos et quinquaginta pro duobus et quadraginta. Sed optimæ editiones ferunt constanter quadraginta duos. Tobias oculorum morbum contraxit anno ætatis sexto et quinquagesimo, et ægrotavit annis quatuor: curatus est sexagenarius; deinde vitam prorogavit ad duos et quadraginta annos, obitque senex annorum centum et duorum. Ita annos ejus vite numerat Vulgata: quibus calculis admissis, Tobias obiit circa annum mundi 3565, id est, anno primò Josie, si ductus in captivitatem statuatur juvenis annorum duorum et viginti. Neque enim minori ætate esse poterat, cum Tobias junior vite hujus usur jam frueretur. At enim quâ ratione id conveniat iis que inferius, v. 7, narratur, templum scilicet Domini eversum jacere, suo tempore restitutum? Convenit inter omnes, templi excidium non contigisse nisi quinquaginta amplius annos post obitum Tobie, numerum anno Sedecie undecimo, et mundi 3416.

Ut ejusmodi salebras vitent Græci, Tobie vitam ad annos ætatis centum et quinquaginta octo prorogant; quare obitus dicens est anno 3419, et templum biennio vel triennio ante hoc oraculum, anno 3416 corruisse. Ibi pariter Tobias prædicit eam futuram Ninive excidium, et in fine hujus capituli, v. 15, in Græco legitur, juniorem Tobiam oraculi hujus veritatem impletam ante obitum suum spectasse. Capta est Ninive juxta Usserium anno 3578 ab Astyago et Nabonassaro, obsesso ibi Chinaladano. Igitur Ninive casus componendus est cum anno quadagesimo primo ante obitum Tobie senioris, id quod dictis hucusque repugnat. Adde, Tobiam juniorem, cum vitam, ut Græci alant, vix ad centum et viginti septem annos ætatis prorogavit, octo vel novem ante patrem ejus vice anno patris quadagesimo constitutus necesse est, ac scribit illum Ninivem visisse dicis: hinc autem majus paritur negotium. Deserendi sunt igitur numeri Græcorum, et chronologia Vulgatæ servanda; vel ingenue fatendum est, mendum aliquod in numeros annorum utriusque textus irrepisse.

Græci, uti animadvertimus, Tobie seniori

Græcè additur per omem prædictum, diu ante

annos tribuunt centum et octo supra quinquaginta. Oculorum usu privatum statuunt, cum octo et quinquaginta ætatis annos ageret, atque octennio cæcum perseverasse. Syriacus in Polyglotis Anglicis fert, Tobiam obiisse centum et duobus annis senem, cæcitatem laborasse septennio, ab anno ætatis octavo et quinquagesimo. At in Syriaco Faldani Justiniani centum et triginta duobus annis grandævus obiit; octo supra octoginta annorum senex cæcitatem correptus, eo morbo laboravit septennio, vitamque, recuperato oculorum usu, ad septem ac triginta prorogavit.

Arabs, ab eodem laudatus, vitam Tobie definit ad annos centum et duodecim: cæcitatis initium statuit anno ætatis sexagesimo. Eandem vite ætatem auctor Historie Scholasticæ narrat. Integram periodum ejus ætatis Hebræus Munsteri non exhibet. Pagii verò editio, Græco consentanea, fert, quinquaginta et octo annis natum oculis capium fuisse. Ex tanto variantium discrimine facile intelligimus, numerum annorum Tobie incertissimum esse, nihilque satis constans in eâ re scriptores sensisse. Illud constare arbitramur, ægrè conciliari posse textum Vulgatæ cum eâ quam sequimur, chronologiâ.

(Calmet.)

VERS. 2. — COMPLETIS ITAQUE ANNIS CENTUM DUBIUS REPULTUS EST HONORIFICE IN NINIVE, scilicet in loco exilii. Hic enim translatus erat à Salmanassar rege Assyriorum, quorum metropolis erat Ninive. Discant hic sancti se in mundo tanquam in exilio vivere et mori, ac proinde non curent in patriâ apud suos mori et sepeliri. Nam:

Omne saltem foris patria est, cœu placidus æger; et, ut ait Thomas Morus in Utopiâ: « Undi- que ad superos tantandem est via. »

(Corn. à Lap.)

De Niniviticâ Tobie sepultura nihil habent Græci et Hebræi: narrat Syriacus et Vulgata. Tradit Fabianus Justiniani hoc loco, Ticienses canonicos metropolitano diem dicere Carthusiensibus monachis, prope eam urbem positâ, eâ sublata utriusque Tobie et Saræ uxoris Tobie junioris ipsa. Sacras ejusmodi exuvias translatas ferunt Româ Ticiensem septimo seculo à Rothari rege Longobardorum, atque in templo Sancti Joannis Baptistæ, sub nomine S. Raphaelis archangel: dedicatæ, collocatas. Sacrum depositum raptum ferunt in eunte pontificatum Urbano VIII: omnis deinceps illarum memoria perit. Ægrè tamen credimus, ipsa esse horum ipsa, cum veterum nemo memoria prædiderit, illa è sepulchris suis amota fuisse, et Romam translata.

VERS. 3. — ET SEPTEN JUVENES FILIOS EJUS. Numerum hunc septem filiorum nec Græci Romanæ editionis habet, nec Syriacus. Filios sex numerat Hebræus cum Græco Complutensi.

(Calmet.)

(2) VERS. 6. — PROPE ERAT INTERITUS NINIVE.

Tobiæ : nam Jonas prophetavit sub Jeroboamo filio Joas rege Israel, 4 Reg. 14, et tum minatus fuit et prædixit excidium Nîve. Sed

id est, ad paupertatem redigetur. Quid copium fieri per Nabopolassarum distulimus ad Nabumum; sed nihil impedit quominus aucta sit calamitas per Nabuchodonosorem, sicut in fine hujus libri in Græco dicitur.

Nos enim excider verbum Domini per Nabumum. Et foris in Græco pro Iovis & prophetæ, Jonas propheta, legendum, Nabuchodonosor & prophetæ, Nabuchodonosor, et infra rursum, & prophetæ Nabuchodonosor, prophetæ Nabuchodonosor.

Fraterni nostri qui discessit tunc. Nonnulli ex decem tribubus qui se adjungunt Judæ et Benjamin.

Quomodo futura moriturus prædixit Tobias? Vetus opinio est, morientium animos futuros interitum quendam præsentire atque prædicere. Appropinquante, ait apud Tullium, de Divinatione, Quintus, morte, multo est antea divinitior. Nam et ad ipsum vident, qui sunt morbo gravi et mortifero affecti, instare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum; tumque vel maxime laudi student, qui secus quam decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maxime poenitet. Divinare autem morientes etiam illo tempore confirmat Rædonius, quod offert Rhodius quendam sex æquales nominasse et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. E nostris verò Arnobius lib. 2. contra Gentes: « Morti, ait, viciis, maxime valeamus scientiâ, ita ut de futuris vaticinemur, ut prædixit est Plato, in Apologiâ Socratis, dixisse Socratem. » Et D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 25, ita Petrum illum suum colloquentem facit: « Vellem scire quoniam modo agitur, quod plerumque morientes multa prædicant. Respondet verò ipse capite sequenti: « Ipsa aliquando animarum vis, sub utilitate sua, aliquid prævidet. Aliquando autem exitore de corpore anime, per revelationem futura cognoscunt. Aliquando verò jam diu juxta sit ut corpus deserant, divinitus afflata in secreta coelestia incorporeum mentis oculum mittunt. » Significat verò sanctitate, doctrinâque clarissimus pontifex duos prædicationis hujus modos, naturalem unum, supernaturalem alterum, et in duo rursum membra istam partitur. Naturalem exponunt aliter Platonici, aliter Aristotelici. Illos D. Thomas 2. 2. quæst. 172, art. 1, cum non contemnit, hæc tamen potius assentitur et in argumenti primi solutione illam D. Gregorii subtilitatem ita explicat, ut in animo, qui è corpore jam exolat, sit, alia prænotendendum futurorum vis nulla laus, quam habilitas et promptitudo quendam, præsentis quædam motus et impressiones ætæ meliusque cognoscendi, quæ cum animus corpori magis adhuc afflatus, easque vinculis et materiâ impeditur, est, minus cognosceret, ut ibidem etiam similiter docet Cajetanus. Tobias ergo nostri naturalis an supernaturalis præsentio prædictioque fuit? Putabit fortè quispiam fuisse naturalem, quia, ut quæst. 5 vidimus, aiebat: *Vide quia iniquitas ejus finem dabit*

Ninivitis poenitentiam agentibus Deus tum pepercit, ultione in aliud tempus dilata. Nam relapsis iterum in pristina scelera supervenit ultor Phul-Bel-Ochus, et multis post annis Deus iterum per alium prophetam, nempe Nabum, prædixit et de novo minatus est eisdem excidium, puta sub fine regni Joatham regis Judæ. De facto verò et reipsa tandem eversa fuit anno 13 Joas regis Judæ, idque à Nabuchodonosore seniore, qui 25 anno patris sui Nabopolassaris adhuc viventis et imperantis, nomine ipsius, adversus Niniven caput regni Assyriorum, unâ cum Cyaxare, seu potius, Cyaxaris filio Astyage, expeditionem suscepit; et urbe potius, excidit illam, funditis evertit, ac monarchiam Assyriorum transtulit ad Chaldeos. Ita S. Hieron., cujus hæc sunt verba: « Revera quantum ad historias tam Hebræas quam Græcas pertinet, et maxime Herodotum, legimus, Nîlvem, regnante apud Hebræos Josiâ, apud Medos Astyage, fuisse subversam. » Nam Astyages jam tum regnabat unâ cum parente suo Cyaxare, cujus etiam nomine videtur bellum istud administrasse: sicut Nabuchodonosor, ut dixi, nomine Nabopolassaris etiam parentis sui. Similia habet etiam Eusebius in Chronico, et alii. Quin et Josephus ipsum penè annum eversæ Ninivæ digito demonstrat; nam ait: « à tempore Joatham regis Judæ, quo regnante Nabum propheta prædixit excidium Ninivæ, usque ad

et. Quid verò non naturale, si quis, quos impios videt, illa eadem exitumque impendere præmonet? Quid mirum, si urbem superbiam, injustitiâ, luxuriâ, sceleribusque afflicta perditam, funditis brevi quis excidendam prænuntiet? Ideoque itera tantum naturalis prædientia videatur, ut aliâ illac excedere illum præciperet. « Rujis, ait Plinius lib. 8, c. 28, imminentiâ, motuque præmigrant. Aranei cum tellis primi cadunt. » Nihilominus tamen vera hæc et supernaturalis propheta fuit. Certissime siquidem futura, quæ ex hominum arbitrio pendent, quæque aliter omnino evenire possunt, ante providere atque præloqui non ab hominis naturâ est, sed extrinsecus aliunde. Quot et quam sceleratis urbes, domos, homines videmus, et tamen quis futurum eorum interitum, absque ullo errore, nisi à superiore quodam vi adjuvetur, prædicat? Neque verò urbes tantum Ninives calamitatem, sed et felicem Israelitarum è captivitate reditum, Hierosolymorumque restaurationem, et Ecclesiæ tam militantis quam triumphantis statum proposuit. Cum ergo sanctissimus vir esset, fecit quod, cum corporis vinculo laxandi jam essent, alii sancti fecerunt, Genes. 27, 40, 50, alibi. Unde à S. Ambrosio, lib. de ipso propheta nominatur. (Serarius.)

realem eversionem illius effluxisse annos centum quindecim. Atqui decimus tertius annus Josie est præcisè centesimus decimus quintus ab ultimo vel penultimo anno regni Josiam. Idem colligere licet ex annis vite Tobie junioris: nam ex v. 16 hujus capituli habemus, ipsum complevisse 99 annos vite; sed in Græco additur, antequam moreretur, audivisse, destructam esse Ninivem à Nabuchodonosore et Assuero, seu Cyaxare, quem Græci vocant Axares. Ergo, Ninive excisa videtur ultimo vite anno Tobie. Jam verò ab anno sexto Ezechie regis Juda, quo unà cum patre et matre suâ puerulus sexennis vel septennis à Salmanassar in Assyriam abductus, usque ad 15 annum Josie, fluxerant anni 93, quibus additi sex anni infantilis ætatis ipsius ante captivitatem, complent numerum 99 annorum; ergo. Sed vide fasces hæc in Chronico nostro, ex quo etiam videbis, hunc eundem Tobie mortis annum, nempe 15 Josie regis Juda, initium facere septuaginta annorum servitutis et captivitatis ac desolationis Judææ, cæterorumque Judææ vicinorum populorum. Sed de hoc pluribus Jeremie 1, et Chronici nostri c. 35. Hic tantum nota instigum Dei providentiam circa Tobiam, Raguellem et Gabiellum, quorum frequens mentio in hoc historiâ. Nam antequam excinderetur urbs Medorum regia Ecbatana et Rages, aliâ adhuc pace inter Medos et Assyrios, effecit ut Tobias suam inde sponsam è domo Raguelis cum dimidia parte bonorum illius, insuper et decem argenti talenta à Gabiello reciperet atque in totum deolveret. Cùm verò deinde Ecbatana à tyranno Ninivæ et Medorum hosti vi et armis subjugaretur Judith 1, v. 5, effecit rursus ut Raguel cum uxore, familiâ et aliâ bonorum omnium medietate, in mediis bellorum flammis salvus et intactus conservaretur. Denique cùm excidium immineret Ninivæ, jamque instaurata esset Ecbatana, et in dies magis magisque reforesceret, curavit Tobiam cum omni suâ familiâ et substantiâ è Ninivæ in Ecbatanam demigrare. Quoniam ipsi cura est de nobis, 1 Petr. 5, v. 7.

VERS. 6. — FRATRES NOSTRI QUI DISPERSI SUNT, ET DOMUS DEI, QUÆ INCENSA EST. Prophetice loquitur præteritis pro futuris, ut dixi capite præcedenti, v. 11. Unde et in Græco est: *Dispersentur et incendetur*. Videtur enim Tobias propriè loqui de duabus tribubus Juda et Benjamin in Judæâ adhuc relictis; quoniam etiam verum sit, ex aliis omnibus tribubus

plurimos è captivitate Jerusolymam rediisse, ut constat 1 Esdræ 3 (1).

VERS. 8. — RELINQUENT GENTES IDOLA SUA. De translatione gentium ad Ecclesiam Christi, vide quæ dixi cap. præced. v. 14. Denique (2).

VERS. 10. — HIC IN GRÆCO ADDITUR, ACHIACHARUM TOBIÆ EX PATRE NEPOTEM QUEM ASSAR-EDDON DOMUI SUÆ PRÆFECERAT, UT DIXI IN LINE CAPITIS 1, AMULATIONE ET INSTIDIS AMANI CUIJUSDAM DETURBATUM LOCO SUO, ET UNÀ CUM MANASSE QUODAM IN CARCEREM DETRUSUM: SED MERITO ELEEMOSYNARUM SUARUM BREVI EDUCULUM UTRUMQUE, ET AMANUM VICISSIM IN TENEBRIS COMPACTUM FUISSE. Et hæc Achiachari incarcerationis fortè causa fuit cur Tobias patruus ejus, qui à nepote sustentabatur, à Ninivæ in Eleemaida profugere coactus sit, ut vidimus supra, in fine cap. 2. Ubi deinde restitutio ejusdem Achiachari in pristinum statum causa fuit reditus Tobie ex Eleemaida in Ninivem (3).

(1) VERS. 7. — OMNIS AUTEM DESERTA TERRA IUS (ISRAEL) REVERTENTIS (INCIPIT AD EAM POSSIBILITATEM REVERTENTIBUS) ET DOMUS DEI, QUÆ IN EA INCENSA EST, ITERRA REEDIFICABITUR. Incensum est, id est, incenditur à Chaldeis; loquitur prophetice de futuro quasi de præterito, ob futuri certitudinem; Unde Græci habent in futuro: *Fratres nostri dispergentur, et Jerusalem erit deserta, et domus Dei in ea comburetur, et deserta erit usque ad tempus; et iterum reedificabitur eorum Deus, et converteret eos in terram. Et edificabunt domum, non qualis prior, usquequo compleverint tempora seculi. Et post hæc revertentur de captivitate, et edificabunt Jerusalem hanc, et domus Dei in ea edificabitur. Et in omnes generationes seculi, edificatio gloriosa, sicut loci tui de cælis propheta. Et omnes gentes convertentur verò ad cunctandum Dominum Deum, et confitentur idola sua.*

(CORR. à Lap.)

« Le vieux Tobie prédit que le temple du Seigneur, qui a été brûlé, sera bâti de nouveau; or, disent les critiques, dans ce temps-là le temple de Jérusalem n'avait pas encore été incendié par les Chaldéens, et il ne le fut que quelques années après la mort de Tobie. » — Nous répondrons 1^o que la version grecque ne parle de l'incendie du temple que comme d'un événement futur; 2^o un argument fondé sur des calculs de chronologie de ces temps-là n'est rien moins qu'une démonstration; puisque les chronologistes s'accordent rarement entre eux, et que ces sortes de difficultés n'ont jamais porté atteinte à l'authenticité de ces anciens livres. (Duclos.)

(2) VERS. 9. — ET QUICUNQUE IN EA REGES OMNES TERRE ADORANTES REGES ISRAEL, ID EST, ADORANTES CHRISTUM, NON ENIM POST REDITUM È CAPTIVITATE FUIT ALIUS REGES ISRAEL QUAM ADORAVIT OMNES REGES TERRE; CHRISTO AUTEM OMNES GENTES ET REGES SERVIERANT. (CORR. à Lap.)

(3) VERS. 10. — SERVITE DOMINO IN VERITATE. id est, verè, sincèrè, scilicet xerò, sincèrè, recto, integro, totoque corde. non ficto. non

false, non dimidiato, non diviso, ut dimidium cordis animique partem Deo detis, alteram diabolo, puta idolis et cupiditatibus. Veritas ergo hic opponitur mendacio, superstitioni, hypocrisis, fictioni et simulationi. Ita Serarius.

(Corn. à Lap.)

Vers. 11. — UT FACIANT JUSTITIAS, id est, opera iusta, pia, sancta. In Græco sic habet: *Et nunc, fili, ab ex Ninive, quotiam omnibus erant, quæ locutus est propheta Jonas. Tu autem serva legem et præcepta, et esto amator elemosynarum et iustus, ut tibi bene sit; et sepeli matrem, et matrem tuam matrem: et non ultra maneat in Ninive. Fili, vide quid fecit Aman Achicharus, qui nutriti eum, ut è luce duxit eum in tenebras, et quanta retribuit ei. Et Achicharus quidem salvatus est, illi verò retributio data est, et ipse descendit in tenebras. Manasses in elemosynis erat, et salvatus est de lapso mortis, quem paxerunt ei: Aman autem incidit in laqueum, et perivit. Et tu, fili, vide quid elemosyna facit, et quomodo iustitia liberat.*

Quis fuerit hic Aman, incertum est, certum est non fuisse Aman hostem Mardochei et Esther: hic enim Tobit longo tempore fuit posterior. Quis etiam fuerit hic Manasses ignoratur: aliqui putant fuisse maritum Judith: nam tempus consentit, sed locus dissentit, ait Salianus: vixit enim Judith tempore Tobie, inquit ipse, sed in Bethulâ Iudææ, non in Ninive et Assyriâ, ubi vixit hic Manasses, de quo agit Tobias.

(Corn. à Lap.)

Pietatem, non istis tantum qui modò coram astabant, insculptam voluit Tobias: sed in totâ etiam posteritate, quam idcirco sancti optant ut per eam Dei cultus honorque vigeat. *Filius ergo vestris mandatis, ut faciatis iustitias et elemosynas. Deinde, ut sint memores Dei, et tertio, benedicant eum. At quomodo et quomodo? in omni tempore, in omni veritate, et in totâ veritate ad. In Græco hæc unum tantum filio dici videntur, videlicet tanquam præcipuo, et aliorum qui aderant patri et magistro: insigne adhibetur exemplum Achichari, et Manasse ejusdem, quia fuerant ambo isti ab impio et ingrato Amone in dignitatis et vite periculum adducti, pietate tamen et elemosynis evaserunt. Queritur de hoc ipso loco Ambrosius Pelargus in quidam ad Erasmus Epistolâ, quæ incipit: Quando vel Homeris, « in Tobit, inquit (quem cum aliis « aliquot tûm veteris, tûm novi Instrumenti « libris prælegendum suscepit theologie candi- « datis) multa occurrunt frigida prorsus, et « jejuna, plura item subobscura, in editione « præsertim septuaginta Interpretum, ut me « susceptæ provincie penè pœniteat. » Quid, Pelarge, ais? quid queris? Et ego, indignus licet, theologie candidatus prælegendum Tobiam suscepit, neque tamen quæ Dei gratia est, ejus provincie unquam pœnituit. Subobscura quidem non paucæ occurrerunt. Sed et in aliis divinarum Litterarum libris operosissima multa, frigida tamen et jejuna nulla penitus, quin et verum hic pyriten sentio, de quo lib. 1. de Dogmatibus Turrianus. Et miror, quomodo, quam tuis istis et frigoris et jejunitatis abundare censas? At ex omnibus quod te vel maxime torquet, unum, quæso, propone. « Ad finem, ait, libri in hæc verba*

« legatur. Tunc ubi ei invenitur Amos Achicharus « et ipse Achicharus, ubi de hoc et de quibus quædam « et: ubi: Anceps sum animi, quo sensu lo- « cum interpretetur, quod ignorem vocula « et: ubi: significandam. Interpres, nescio quis, « ita locum vertit, quasi Aman alteri suo « Achicharus pessimum retulerit gratiam, ni- « mirum quem è lumine in tenebras duxerit « Verum hinc non liquet, utrum senserit in- « terpres (scilicet Archi) in tenebris conjec- « tum carcerem, an orbatum oculorum lumi- « nibus. Obsecro ut, loco excussio, significes « per pœnitem, qui tibi sensus magis probetur. » Quid ad hocigitur Erasmus? « In Tobit, in- « quit, nihil dubito, quin mendum sit scribæ. « Nam Franciscus Asulanus scripsit sibi fuisse « depravatisimum exemplar, quum libros « istos exonderet. Nec movere debet exempla « priorum consensus, quum Argentinenis, « imitatus sit Aldinum. » Recitè, mendum est. Sed quomodo emendandum? Tacet Erasmus, et tamen partim ex interprete quem viderat Pelargus, partim ex antithesi rei quæ non erat hoc usque adeò collectu correctique difficile. Ipsa ergo Septuaginta editio correctæ, librique alii, etiam quos secutus erat interpres à Pelargio citatus, non ubi, sed ubi habent, per quod nomen intelliguntur carceris et egestatis, vitæque abjectioris tenebræ, cum ab istis tenebris salvatus postmodum et liberatus dicatur Achicharus, et in eadem ipse Aman detrusus. Quod enim viris bonis intriverat, exedendum ipsi fuit, prout in Amone alio, edocebit Estheris volens.

Cur eversa Ninive? — Causa ponitur vers. 15: *Vide, ait, quia iniquitas ejus finem dedit ei.* Nam, ut ait Prologo in Jonam D. Hieronymus, « ad Jonæ prædicationem actâ pœnitentia, « ubi, veniam concessit erat Ninivitis: postea « verò in pristinis vitis perseverantes Dei in « se provocaverunt sententiam. » Fuerat Jonæ prædicatione non absoluta, sed cum conditione, nisi pœnitentiam agerent, et per veniam à Deo propter pœnitentiam, data urbis salus etiam cum conditione fuit, si in pœnitentiâ et emendatione scelerum perseverarent. Hinc vers. 6: *Non enim excidit verbum Domini, quod secusum Jonam prædixerat.* Hinc verò intelligimus, unde bella, urbium excidia, regionum vastationes et depopulationes. *Iustitia, inquit Salomon, Proverb. 14, vers. 34, elevat gentem, ni- « aros autem populus facit peccatores.* (Serarius.)

Laisant de côté les déclamations vagues de Voltaire, qui n'ont point de rapport au livre de Tobie, et dont la réfutation se trouve dans nos notes précédentes, nous observerons ici que le patriarche des Incrédules, passant à la mort de Tobie, au lieu de faire remarquer à ses lecteurs la prédiction que fit en juste de la ruine de Ninive, prédiction qui fut accomplie peu après sa mort, par les armes de Cyaxare; et celle du retour des captifs hébreux; et enfin la promesse d'un roi d'Israël, qui devait être adré par les rois des nations, événement dont nous sommes témoins, nous dit seulement que quand Tobie mourut de vieillesse, ses enfants l'enterrirent avec joie. Ces deruliers mots n'ont pu échapper à la censure du critique, qui ne pensait pas que la mort des serviteurs de Dieu, qui ont rempli une longue carrière, fournit des motifs solides de consolations.

IN DÆMONEM ASMODÆUM

Dissertatio.

Cum sæpè adeò in Scripturâ de bonis malisque angelis, eorumque per visum objectâ specie, gestis, prodigiisque mentio recurrat, mirari sibi, cur rarus admodum in illâ sermo habeatur de dotibus, viribus, gloriâ, multâ subiectione, agendi potestate, et ratione, quâ illi nobilissimum Creatoris opus, sese cæteris communicant. Quidquid autem eâ de re in sacris libris occurrit, ad hæc potissimum capita revocandum est : esse nimirum bonos malosque spiritus : aliteros, quâ semel in creatione donati sunt, gratiâ servatâ, Creatori pariter suo morigeros, destinatâ sibi gloriâ frui ; aliteros superbâ inflatos, è loco suo dejectos, et in Tartara detrusos, acerbissimas ambitionis suæ poenas dare ; furorē suum in miseros mortales exercere, nullamque omittere artem, ut nos eodem unâ supplicio obvolvant. Tandem bonos angelos divinarum beneficiorum munerumque ad nos deferendorum ministros esse ; demones verò divinæ ultionis et justitiæ executores sese exhibere : Inter demones et angelos aliquam esse potestatem, cujus leges ignorantur, quâ aliter alteri subditur : agere pariter utrosque in corpora et in spiritus subtiliori quidam ratione, quam ne mente quidem assequi, nedum verbis explicare valeamus : singulis regnâ, imò et singulis hominibus suis esse angelos præsidēs, qui nostris rebus et conservationi consulunt, illud potissimum curantes, ut salutem nobis comparent, modò ne quid obstaculi divinæ à se delatæ gratiæ per nos, pervicaciâ malo inhaerentes, opponatur.

Sed in his ipsis quæ Deo revelante novimus, quàm multa sanè obscura et tenebris obsita ? Angeli et demones nonquàm ferè nisi è corpore aliquo efficiuntur. Quæ insuper de illis narrantur historiolæ, parabolæ veritatis quàm genuinæ historiæ plerumque esse videntur. Si historiam pollicetur ad crimen Evæ, et Angeli militantis necem assine Balasami, dæ-

tion à une famille dont ils ont été l'exemple, et dont ils feront à jamais la gloire, au lieu que celle de l'impie ne produit que le trouble, l'horreur, la confusion, le désespoir. (Duclos.)

monis Asmodæi, de quo in præsentâ : dæmonis Jesum Christum in deserto tentantis, ac tandem Jobi diabolici tentatione probati ; si, inquam, eas omnes historias sedulò perpendas, nonne augeri potius scrupulos et dubitationes, quàm expelli ignorantiam sentis ? Id egisse Deus videtur, ut angustioribus terminis humanæ curiositati præscriptis, ab eorum cognitione nos revocaret, quæ imponi prorsus ignorantur, ut scilicet omnem mentis aciem rebus majoris momenti, et nostræ utilitatis magis consentaneis, intendamus.

Nec sanè multum in explorandâ angelorum naturâ Jodæi olim ante captivitatem studii contulerunt. Nullum etiam ad eam usque statum illis impendisse cultum sive legitimum sive superstitiosum, illos legimus, qui nō nomina quidem illis tribuere nōrant. Quæ enim deinde collata sunt angelis nomina, ipsa factitibus, Hebræi inter Chaldeos didicerunt, ac tum primò usurpari cœperant nomina Michaelis, Gabrielis et Raphaelis ; neque prius septem angelos principes solio Dei adstantes nōrant. Neque plūs quidquam de malis angelis noverant ; nomen enim Satanas, quod alibi occurrit, nonnisi *adversarium* significat ; et Beelzebub profani numinis nomen est. Apud Isaiam 14, 12, legitur Lucifer, sed sidus est ferens diem ; et si dæmon intelligatur, est figurata locutio. Primis omnium sub dæmonis nomine Asmodeus occurrit ; quanquàm et dubitandi locus est, utrum peculiare aliquod dæmonis nomen eâ voce designetur ; potest enim Tobie locus 3, 8, reddi, dæmonium exterminare, ubi in Vulgatâ habetur, *dæmonium, nomine Asmodeus, occiderat eos*. Fateamur tamen oportet, Vulgatæ sensum proniorem esse, et litteræ textûs maxime consentaneum, ut Asmodeus pro singulari dæmonis alicujus nomine usurpetur. Græcus legit : Ἀσμοδὸν ὃν ὠνόμαζον, Asmodeus malus dæmon. S. Prosper Asmodæum nequissimum nominat : de Promis. part. 2, cap. 39, : « A quâ Asmodeum dæmonium nequissimum expulit. » Hebræus Munsteri : אַסְמוּדָאֵם הָרָע, Asmodæi rex dæmonum.

Inter varias nominis *Asmodæi* etymologias, ea jure meritoque intelligenda est quæ vocem derivat ex *Schémâ* (1), destruere, exterminare, perdere, evellere, vastare; quæ sanè ejusdem vocis significationes omnes dæmoni conveniunt, illud potissimum student, ut *Asmodæus* perdat, virtutis et pietatis opera destruat, probra consilia removeat, denique gloriam viresque suas in eo exercenti, ut homines criminibus et peccatis implicet, et suis deique omnem mundi economiam vertat. S. Joannes in Apocalypsi 9, 11, meminit dæmonis, cui nomen in Hebræo *שְׂמֹדַי*, *Asmodæus*, in Græco *Ἀσμοδαῖος*, *Asmodaios*, in Latine *Exterminans*. Hic ultionem Domini Egypto intulisse, excusso decem plagarum flagello, creditur; eodemque gladio versante animadversum fuerunt in Israelitis, perduellionis et murmuris reos in deserto (2); quemadmodum et ejus gladio exercitum Sennacherib in Palæstinis agris deletum 4, Reg. 19, 35. Idem hostes Ecclesiæ in fideles armavit; idem hæreticos et impios, ut pravis doctrinis fidei sanctitatem corrumpant, incitavit, et adhuc incitat.

Cum verò nomen *Exterminans* aequè omnibus malis angelis convenire esse possit, adhuc questioni locus est, quisnam angelus ille malus, qui Saram vexabat, interfecit septem viros ad puellæ thalamum accedentibus. *Asmodeus* eo vocatur, Hebr. *פְּדֻסְמָה*, *Asmodeus*. Sciamus enim plures esse, nec unius generis, dæmones (3); horum quidam alii inter suos imperant, alii servant. Sunt qui avaritiæ, qui chrietati, qui licentiæ, qui gulæ præsent. His cura est, ut futurorum oracula procadant venditumque; illi tentandis hominibus instant; illi mali hospites hominibus insident. Alii morbos parant; illique de illis scilicet Judæi, ut ex Evangelio intelligimus, morbos ferè omnes dæmonibus accepto ferri debere. Tandem vulgò creditur dæmonum aliquos æræ obsidere, alios desertis locis, alios provincias et regna. Quis ergo dæmon *Asmodæus*; quodve illis munus?

Hebræa editio supra à nobis laudata, regis dæmonis titulo illum distinguit; sed inter

(1) In Hippol. *ΠΕΡΙ ΤΩΝ*, Græcè *Ἀσμοδαῖος*, *Asmodeus*, *Ἀσμοδαῖος*, *Ἀσμοδαῖος*, etc.

(2) 4 Cor. 10, 10; et Judith 9, 24, 25: *Exterminavit autem eum exterminator, et à serpentibus perierunt.*

(3) Vide, si placeat, 1. Cor. 12, 24. Cum *creantur autem omnes principibus, et potestatibus, et virtutibus*. Ex Abb. Seren. apud Cassian. Collat. 8. cap. 14, et Seren. ad Tob. 3, quest. 4. *Origin. contra Celsum* lib. 8.

malos angelos regis titulus multis communis est. Christum in *Βεελζεβὺς* principem dæmoniarum ejicere dæmonia, Judæi dicebant, Matt. 9, 34, et 12, 24. Marc. 3, 22, Luc. 11, 15. S. Hieronymus in Habacuc 3, principem dæmonum ex doctrinâ Hebræorum appellat *שְׂמֹדַי* *Asmodeus*, quæ vox sonat prunas, scintillas, sagittas, quæ omnia cum diabolo, sive agendi celeritas, sive diræ in illum à Deo pronuntiata post deductam in crimine Evam spectantur, optimè congruunt. Eundem dæmonem principem S. Chrysostomus hom. de lapsu primi hom. appellat *Σαταναῖος* *Satanas*, ac si diceretur, qui terga Deo tanquam inviso vertit.*

S. Joannes Apoc. 12, 9, pluribus illum nominibus appellat, uti *dracōis magni*, *serpentis antiqui*, *diaboli*, *satanæ*, qui *seducit universam orbem*. Job. 1, 3, et Matth. 4, 10, *Satan* vocatur; quo nomine nihil aptius exprimit gravissimum illius odium adversus homines et veritatem, est enim hostis, adversarius, calumniator; in quam etiam significationem convenit vox Græca, *diabolos*, quæ adversarium iniquum, et sycophantam, et calumniatorem exprimit. Illum S. Petrus in 1, Ep. 5, 8, veluti leonem plagit undique pererrantem, ut prædam aliquam nanciscatur. Denique Isai. 14, 12, principi dæmoniarum nomen tribuitur *Luciferi*. Sunt qui credant, *Asmodeum* principem falsæ dæmonum Medix, quæ in regione suam exerceret potestatem: quemadmodum ille Dan. 10, 13, Persidi imperans, S. Michaeli populi Dei patrono aliquandiu obstitit. Sanè *Asmodeus* derivari potest ex Hebræo *עֶשֶׂת נֹדָה*, *ignis Medix*; impuras enim flammæ forebat. Natus est, aiunt Rabbini, ex concubio Noemæ, sororis Tubalcaini, cum Simone; idemque est Sammael, de quo in Targum in caput 28 Jobi. Docent denique Talmudistæ *Asmodeum* inter dæmones universos principem locum tenere (1).

Quæ tamen opinio præ cæteris probatur, *Asmodeum* libidinis dæmonem facit: nuptiam verò rex cæterorum sit, Hebræis asserendum relinquimus, cùm in sacrâ Scripturâ id nominis egisse legatur, quod facillè infimus quique dæmon obire potuisset. Permissâ enim sibi à Deo potestate, eos qui procaci animo ad Saram thalamum accederent, neci trade-

(1) Vide, si lubet, Seren. quest. 9. *Eliaam* Levit. in Thâm; Targum in Job. 28, et in Eccles. 4, 1.

bat; nihil tamen habebat virium in honestissimam probamque puellam, atque invitus et rei exitum ignorans, felicitati illius, una et Tobie, etiam atque etiam consulebat. Nimirum ambo illi morum similitudine sese invicem flagitabant; quos proinde alto providentie sue consilio respiciens Deus, neminem ad puellæ torum accedere passus est, quam inviolatam lectissimo coniugi servabat.

Huius necis causam Raphael ipso juniori Tobie speravit Tob. 6, 16: *Ostendam tibi, qui sunt, quibus prevalere potest demonium. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deus à se et à sua mente excludant, et sua libidine ita vacent, sicut equus et mulas, quibus non est intellectus: habet potestatem demonum super eos.* Nec Sara aliter suspensa est Tob. 3, 19. *Aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me vos fuerant digni.* Ita planè: Indigni erant eo conjugio, quanquam non ea sola fuit eorum necis ratio, nisi etiam protactoris libidinis crimen ultionem divinam in ipsos provocasset.

Quod in hæc re negotium facessere videretur, illud est, quod Asmodeus fumo ex jecore et corde piscis crematis sublato pulvis fuerit. Tob. 6, 8. *Cordis partemque si super carbonem ponas, fuma ejus extricat omne genus demoniorum sive à viro sive à muliere.* Alibi verò cordi jungitur jecur; quemadmodum etiam utrumque in Græco exprimitur. S. Prosper nihil habet nisi de felle, memorie, uti credimus, lapsu, par. 3, cap. 29 *Premissa.* Qui enim sive fumus, sive nidor, sive aliud quodcumque corporeum, et è corpore expressum grave esse spiritus poterat? Quanquam enim procedentes à corpore impressiones, si corporeis sensus tangant, statim horrorem vel voluptatem in animâ excitant, quo sanè horrere et voluptate etiam spiritus à materiâ secretis tangi posse intelligimus; nunquam tamen reipsâ tanguntur, si omne abfuerit divinum prodigium, quo Deus supremus rerum omnium arbitrer veli, ut occasione quarundam corporum impressionum, quibus corpora, à spiritibus planè secreta, moventur, similes motus in spiritibus respondeant. Ità ita demonum impiorumque cruciatibus servari intelligimus, ut scilicet occasione ignis, ubi in modis versantur, sensus doloris, Deo ita volente, in ipsis excitetur, quemadmodum fieri solet, cum spiritus, vitali fœdere cum corpore junctus, ejus dolore tangitur. In hunc planè modum demones et impiorum

animæ corporeo igne in inferno torqueri creduntur; non enim vorax illud elementum tremendis animabus impenditur, sed eo posito; Dei omnipotentis voluntate tam intimo doloris sensu anima tangitur, veluti si corpore induta, igne torrescentibus membris, angaretur.

Faciliori negotio hanc difficultatem extricabant ethnici, quorum solennis erat sententia, demones subtili ac tenui quodam corpore; veluti è puriori æthere, constare: rati insuper, eos liquoribus sibi libatis, et niddore cœnium sibi crematarum, pasci; ac tandem fumibz thuris et arqumatum nutrirî, et hausto cruore victimarum viribus confirmari. Verùm; sic Porphyrius de abst. l. 2, vir sapiens ejusmodi sacrificiis plurimum abstinere, ne demones, omnium malorum auctores, ad se alliciat. Una huic cura sedebat, ut animam omni maculâ eluat; neque enim in animam omnis corruptionis expertem nequissimi illi demones quidquam possunt. Eadem planè sensisse credimus Chaldaeos, apud quos liber Tobie scriptis mandatus est; ut et israelitis, pro quibus auctor hunc librum scripsit: utraque enim ea gens demones à materiâ non omnino secretos arbitrata, sensum illis et impressiones, quales nonnulli corpora patiuntur, aptabat. Itæ proinde opinione et populi perjudiciis occupatus Tobias, Raphaelem alloquens, aiebat, *Saram à demonio deperiri, id est, tam cautè blandam elegantemque puellam custodiri, ut neminem ad illam accedere pateretur.* Hic sanè, si aliàs unquam; valet illud S. Hieronymi, in Jerem. 29, et in Math. 14 et in Helvid.: *« Multa in Scripturis sanctis dicuntur juxta opinionem illius temporis, et quo gesta referuntur, et non juxta quod rei et veritas continebat. »* Neque hunc errorem veteres Ecclesie Patres prorsus deponere constat, cum demones subtili corpore constare, quod delicatis odoribus cœterisque tenuioribus sensuum functionibus aptum esset, arbitrentur. Origenes tanquam extra controversiam positum constituit, demones liquoribus et crematarum carum sapore delectari, Origen. contra Cel. lib. 3, pag. 28, et p. 33; interdum simulatâ cœlestium hominum ac honorum angelorum personâ, credulis illudere, imperis cupiditatibus et musicis concentibus tangi; locoque pelli oculâ carminum et herbarum ac sigillorum vi, quæ adversus ipsos ac morbos ab illis paratos pharmaca sunt prestantissimum. Hinc

sane omnia tum vetustate, tum auctoritate, tum numero eorum, quorum suffragio fulciuntur, probatissima sunt; vide Huet. *Origines*. lib. 2, c. 2, quest. 5; et quamquam alia Ecclesie sententia placuisse videtur, non desunt nostræ quoque ætate viri eruditi, genus quoddam corporis angelis quibuscumque sive bonis sive malis tribuentes. Grotius, in psal. 103, gravissimè queritur de fautoribus Aristotelis, quem ille primum auctorem rerum omnino corporis expertum arbitratur. Si igitur hoc ponatur, nihil planè nos movebit, dum angelis et demonibus sive corporea forma, sive potius et cibi usus, sive inferendi pellendique morbos vis tribuitur; est enim naturæ maxime consentaneum, ut corpus in sensus et corpora agat.

Quæ ratione suam tueantur sententiam illi qui nidorem cremati cordis et jecoris naturali virtute demonium expulisse aiunt, quin corpora sensusque demonio tribuant, non facillè intelligo. Vide Bart. Falum in *Energumeno*, et P. G. Tholosan. *Syntagma juris* lib. 24, c. 22. Quantumvis enim illi philosophico acumine conantur, nunquam tamen evincunt, eà, quam statuunt inter Asmodæum et hunc nidorem, antipathia id effici potuisse, ut spiritus fumo pelleretur. Cùm enim antipathia omnis qualitatum inter se oppositione et repugnantia indecatur, nulla planè esse potest inter ea, quibus nulla ratio communis est, qualia sunt spiritus et corpus: secus non unus vel aliter spiritus similitudinem exerceret in corpora, sed omnes planè spiritus aequè corpora horrerent, aequè enim omnes corporis expertes sunt.

Si quis verò totam hujus nidoris efficaciam ponat in sensu, quo non spiritus quidem, sed junctum spiritui corpus afficitur, cùm mirum subito humorum et sanguinis agitatione prave corporis affectiones, quibus demon affligendo corpori utebatur, corriguntur; hic sanè opinionis suæ subscriptores religiosissimos theologos, accuratissimosque philosophos habebit. Profectò si tetra melancholicæ morbo correptus Sadi angebatur, poterat sanè David insanientem humorem lyre contentu compescere, sublatoque eorundem humorum bello, instrumenta nocendi diabolo subducere: ex quo illud consequitur, ut musicis modis pulsus vel saltem coercitus fuisse demon verissimè dici queat. Idem dicitur de radicibus, quas Josephus *Antiq.* lib. 8, c. 2; de Belle lib. 7 c. 13. narrat, vix naribus vexatorum

oblatis, demonis vim coercere, ipsumque à corpore hominum pellere: quod præsentissimum pharmacum Judæi sese ex Salomone didicisse narrabant. Similem pellendi arcendive dæmones vim habere radices plurimas, herbas, plantas, lapides, et alia legimus in Serar. in Tob. 8, q. 8, art. 2, 3, 4, etc.; quibus omnibus illud S. Augustini de fumo, quo pelli dæmones creduntur, optime convenit: «Non quia (dæmones) nidore ac fumo, sicut nonnulli vani opinantur, sed hominum pascuntur erroribus», de *Civit.* l. 2, c. 22. Non equidem fumo, herbis, sive lapidibus demon pellitur vel coercetur, sed inani hominum superstitione; ut enim pravas ejusmodi opiniones in illis foveat firmetque, solet interdum, demon illis obtemperare, damno coercitæ malitiæ suæ satis superque reparato superstitione et errore, quem his artibus fovet.

De verbis notisque magicis, uti et de genere quodam plantarum, aliter planè nobis philosophandum est. Solent enim in iis rebus dæmones ultrò sibi legem imponere, ut nihil nisi ad nutum clientulorum agant: in eo siquidem imperii sui impli sæpique rationem constituunt: ut nocentibus ad nocendum serviant; illud maximum lucrum suum rati, si hominibus famulatum in magicis artibus exhibentes, illos sibi etiam atque etiam devoteant. Sed hæc omnia nihil planè in rem præsentem faciunt, certò enim constat, nullam in historiâ Tobie et dæmonis magicam superstitionem intercessisse.

Inter duas hæc opinioniones, eam nempe quæ naturali virtute, et eam quæ divinâ pulsam demonem constituit, medium iter sibi tenendum Serarius in Tob. 8, qu. 3, arbitratur. Observat ille, aliquid fieri posse sive boni sive mali angeli operatione, sive solo nutu et imperio Dei, nullo angeli vel alterius cujusque naturalis agentis ministerio; vel denique ad id præstandum posse angelum sive demonem à Deo miti, qui divinis jussionibus implendis instrumento vel auxilio aliquo naturali utatur; utatur autem sive necessariò, sive spontè, vel instrumentum illud naturâ suâ ad rem producendam aptum sit vel ineptum, vim scilicet agendi ex se habeat nec ne, an ab alio. His autem constitutis, opinatur Serarius Tob. 6, 8, fumum jecoris vi suâ quâdam naturali pellendo dæmoni aptum fuisse; cujus rei argumentum esse ait angeli cum Tobâ colloquium, qui humano loquendi more utens, insitam jecori piscis virtutem pellendi dæmonis narra-

vis. Nec aliter, quàm quo modo hominis oratio accipi solet, junior Tobias Raphaëlis, quem merum hominem arbitrabatur, orationem intellexit; nequē aliud volebat idem Tobias, cūm de virtute ejusdem jecoris angelum interrogaret Tob. 6, 7, cujus proinde ad mentem eundem angelum respondere par erat. Censet igitur idem sactor Deum, cūm mundum crearet, plantis quibusdam virtutem coercendi dæmonem, cujus odium jam tam perspectum in hominē habebat, indidisse. Aliquid tamen supra naturam in eodem fumo agnoscit, ex eo quod angelus inter loquendum Tobie revelavit, pulsum semel dæmonem jecoris fumo nunquam deinceps reverti; quod sanē prodigiosum est, et præter supra pharmaci naturam. Hujus prodigii in causā fuisse censet tum junioris Tobie continentiam et orandi studium, tam plūm duorum conjugum in conjugio incedendo consilium: denique angeli Raphaëlis præsentiam non modicē in eam rem contulisse, sibi persuadet.

Totam hanc historiam ad parabolam et rhetoricam allegoriam Grotius ad Tob. 5, 8, et 6, 8, redigere videtur; neque enim dæmonium sive prodigium aliquod in liberatione Saræ agnoscit. Quem Scriptura Asmodeum, septem priorum Saræ virorum interfectorem, nominat is, nihil est Grotio præter noxiam quamdam in corpore ejusdem femine qualitatem, quā viri illi correpti interimebantur. Solemne est enim Hebræis, ut morbi omnes et incommoda, quorum lateant causæ, diabolo deputent; ut suos esse surditatis dæmones, suos silentii, quibus homines et muti et surdi redduntur, crediderint. Luc. 11, 14; Matt. 9, 31, Grot. ad Matt. 4, 24. Epileptici, et ignotis aliis morbis, qui pharmacis contumaces sunt, laborantes, à demonibus, ut illi quidem sensabant, angebantur. Id apertissimē in Evangelio habemus. Eo igitur morbo Sara laborabat, cui à se depellendū plurimū contulit tum ejusdem Tobie continentia, tum fumus, quo conclave universum, quo lectus, quo cætera omnia purgabantur. Ita Grotius nodum indissolubilem præcidit, unoque calami ductu assertissimam, et omnium, tam Judæorum quā Christianorum, assensu probatam historiam delet: probatam, inquam, totius Ecclesiæ Christianæ consensu; neque enim alicujus esse momenti reputanda est quorundam recentiorum interpretum singularis opinio, qui nullo satis firmo argumento de illius veritate dubitarunt.

Qui divinā virtute pulsum Asmodeum judicant, illi sanē inter se minimē conveniunt. Sunt enim inter quos Lyran. ad c. 6; Munst. ad Tob. 8; Tirin. ad 6, 8, qui censent, fumum illum non nisi symbolum quoddam fuisse precum Tobie et Saræ, quibus unico totum valetudinis prodigium tribuendum sit, quemadmodū olim in luto, quo cæci oculos linivit Jesus, accidisse legimus; vix enim lotis in piscinā Siloe cæci oculis, statim videndi facultas restituta est, non luti sive aquarum, sed Christi virtute, cūm lotio non nisi argumentum fuerit prodigii. Ex eo erat dæmonum genere Asmodeus, qui continentia et oratione pelluntur, quemadmodū dæmones, de quibus in Evangelio, non nisi oratione et jejuniis ejiciebantur. Alii alunt fumum id solum indicasse, quō temporis articulo pulsus fuerit. Vide lib. de Dæmoniac. part. 5, cap. 48, et Menoch. ad cap. Tob. 6, 8. Malunt alii, Asmodeum unius Raphaëlis opem fuisse depulsum, jecore adhibito ne prodigium sentiretur; ejus enim obtentu angelus latere voluit, ne sese (latere enim Deus angelum volebat donec Tobias regrederetur) Tobie proderet. Vales. Philos. soc. cap. 38. Est. ad Tob. 8, 2. Vide, si lubet, Guillel. Paris. de Universo, Carthus. ad Tob. v. 6. Serar. ibid. q. 2. S. Prosper omnia ad Jesum Christum secit, piscem mysticum, qui dæmones pellit, nostrisque morbis medetur. Sed mysticum sensum sequi se idem Pater declarat, ut proinde ejus opinio à literalium expositionum sensu expungenda sit. Vide Prosp. de Promiss. p. 2, c. 39. 1796; Græcè est piscis, et monogramma Jesu Christi; nec rarō Jesus pisci apud veteres comparatur. Vide Tertull. de Bapt. Hieron. ad Bonos. Optatum lib. 8. August. de Civit. lib. 18.

Quicumque hanc sententiam de pulso divinā virtute Asmodeo tuerentur, his potissimum argumentis fulciuntur: 1^a Magnopere inter se duo hæc abhorrent, spiritus et fumus: crassus hic, corporeus, et sensibilis; ille pura nudaque mens. 2^a Multum etiam abhorrent inter se morbus et pharmacum: morbi curantur vel admotis corpori contrariis naturæ medicamentis, vel noxiis humoribus emissionē coercitis, vel rectā sanguinis et humorum œconomia restituta; id quod non unā ratione confici potest, sive in humores ipsos agendo, et causā nocendi illis sublatā, sive restituta animæ pristinā quiete et tranquillitate, ut enim illa quiescit, continuē quies omnis et tranquillitas sanguinis et humorum restituitur necesse est,

rotaque deinde iusta corporis habitudine restitueretur. Denique potest morbus destitutione spirituum induci, qui unice hęc ratione pellitur, spirituum igniculis excitatis, reparatisque apto nutrimento sanguine et humoribus, nimis effusione erogatis. Nihil simile in re præcepti. Uxor junioris Tobie nullo, quantum scimus, corporis vitio laborabat. Id unice præstandum erat, ut dæmon, quo puella obsidebatur, eā illud in lascivos ejus proceus sapiens, pelleretur. Porro neque fumus in dæmonis corpus, appete quo dæmon carebat, agere poterat; neque in spiritum; quid enim corpus ad spiritum? Si quid fumus in Sarā valuisse, cur in aliis similis rei causā non valeat? Suffusus certē et odoramenta omnia, quęcumque tandem fuerint, nunquam pellere dæmonem sive ē corpore sive ē loco vi suā valuerunt. Si in exorcismis quibundam sulphur et alia acerrimi odoris cremenda præscribuntur, non odor sed precibus, quibus ea exorcismis absolvitur, dæmonis expulsio tribuenda est. Vide Dæmoniorum Flagell. Exorcis. 4 et 6. Quanquam eos rursus unā cum libro censurā inuasisse S. R. Ecclesia videtur. Denique si fumus pellere dæmonem ex se valebat, cur orare et continentiam servare conjugēs jussi sunt? Cur Raphael Tobiam admonuit, in eos tantum valere dæmonem, qui spēdidas voluptates unice sectantur? Naturalis medicina nullam exigebat rectę mentis habitudinem.

Inter tot varias repugnantesque sententias illud nobis statuendum iure meritoque arbitramur; 1^o Fumum jecoris piscis nihil directē et physicē lassitū virtutē in dæmonem valuisse. 2^o Nihil illam potuisse nisi in sensus Tobie et Sarę, in quibus fortē voluptatis utilitates conspiciens, contingentē custodiam plurimū juxit: quam sanē vim quibusdam plantis, succinis, et odoribus tribuendam, naturalis historie scriptores omnes nōcunt; Plin. lib. 24, c. 9, de Salice et Amerinā l. 25, c. 15, et l. 26, c. 10, de Nympha, et l. 30, c. 15, et 32, c. 4. Ovidius, de Remedio amoris, l. 1:

Nulla recantantes deponunt pectora caras,

Nec fugiet vivo sulphure siccus amor.

Factum inde, ut obstructa dæmoni notendi via, nihil in Tobiam valuerit, neque in illius necem, quemadmodum ceterorum, quidquam visum habuerit; ac proinde victus ac pedore suffusus, inde se proripiens, in superiorem Ægyptum impiis artibus exercendis sese receperit: cum præsertim duorum conjugum in studio castarum precum et vigiliarum per tres

succedentes noctes consensum viderit. 3^o Denique angelus Raphael non minimum victorię de Asmodæo momentum fuit, quippe qui et artem vincendi dæmonis revelavit, et proprium veri Israelitę conjugii usum docuit, ac tandem eā quę pollebat virtute, dæmonem victis dare manus cegit. Maximam enim victorię partem angelo tribuendam, satis insinuat Scriptura narrans, catenis vincium Asmodæum in ultimam Ægyptum à Raphaelē ejectum fuisse. Profecto hæc dæmonis captivitas neque fumo jecoris, neque precibus, neque Tobie continentię tribuenda est. Quare tota hujus prodigii ratio tribus partibus consistit; revelatione singularis pharmaci, et prorsus extraordinarii; manifestatione verę causę necis priorum Sarę virorum, artisque quę dæmonis nequitia deinceps eluderetur, et ope à Raphaelē præstitā, ut dæmon à Tobia arceretur, atque in perpetuum eliminaretur.

Reliquum est disquiramus relegationis Asmodæi modum, causam et locum; rem enim tantummodō narrans Scriptura cetera silet, Tob. 8, 3: *Tunc Raphael apprehendit dæmonem, et reliquit illud in deserto superioris Ægypti.* Hebræus legit, Asmodæum vix nidore jecoris tactum, in superiorem Ægyptum sese proripuisse, catenis ab angelo victum, Græcus addit: quod verō idem angelus dæmonem apprehenderit, in neutro quidem, sed in Vulgata legimus. Innotuit autem eadem Vulgata, angelum id in viciis Raguelis præstitisse, devinctumque veluti ad carcerem in deserto Thebaidis deduxisse. Ut ut res habuerit sese, illud constat, hujus historie narrationem alio sensu accipiendam esse, quam quo mēra audaque littera significat. Qui enim fieri poterat, ut dæmon vinciretur, vel certo alicui loco adiceretur, caperetur, ac veluti captivus detruderetur in carcerem? Verbum igitur alligare in re præsentī eodem sensu usurpandum est, quo et alibi sæpē in sacrā Scripturā, ubi lisdem ferē verbis de exodæmone agitur. Ita Jesus Christus nunquā ē domo viri fortis diripi arma, et vastari aedes posse dicit, nisi quis prius, ait Matt. 12, 29, Marc. 3, 27, alligaverit fortē; et Apocalypsi 20, 2: *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille.* S. Petrus 2, ep. 2, 4, de lapu angelorum perduellium ait: *Rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.* S. Judas v. 6, de angelis, qui non servaverant suum principatum, scribit: *In judi-*

cum magis dicit, vinculis æternis sub caligine reseruari. Hæc omnes locutiones aliter planè intelligamus opus est, quàm de verâ alligatione, quâ veris catenis vinculi demones detineantur, cum potius vim quamdam superiorem significant, cujus potestate impius demonum furor coercetur, ipsique inviti in cruciatibus detinentur.

S. Augustinus de Civit. l. 20 cap. 7, totam hanc vincendi demonis rationem ita exponit: *Alligatio diaboli est, non permitti exercere totam tentationem, quam potest, vel rei, vel dolo, ad seducendos homines.* Destinetur modò vinculis alligatus in inferno diabolus, cum exercere vires suas fallendis hominibus, numinum superstitione, revelato universis hominibus Jesu Christo, prohibeatur. Hunc fortem Christus alligavit, arcem illius expugnavit, armis diripuit, et spolia divisit. Raphael de Asmodæo, quasi de hoste superato, absolutè decernit, eumque veluti in vinculis captivum, in extremam ignotamque oram relegat. Jubet enim de mandato Domini loco cedere, ablatamque illi significat concessam antea serviendi in procos Saræ facultatem. Hæc omnia unâ eâ voculâ, *alligavit*, designantur. Cum enim demon nihil injussu Domini valeat, eo facultatem revocante, veluti alligatur. Scitè pseudo-Augustinus serm. 497, de Temp. nunc 37, append. nov. edit. illum cani victo comparat: « Alligatus est, tanquam innexus catenis canis: neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortiferâ securitate conjunxerit... Latrare potest, sollicitare potest, mordere non potest, nisi volens tem. »

Verùm quomodo fieri potest, ut demon uni loco addictus teneatur? Nonne æquè repugnat, sive spiritum uno in loco claudi, sive vinculis coerceri? quorum utrumque à naturâ intellectuali penitus abhorret. Respondemus tamen, utrumque nullo negotio fieri posse: ut enim demon alligatus dicitur, cum ejus necandi potentia certis quibusdam finibus Deo jubente concluditur; ita pariter idem spiritus uno in loco teneri dicitur, cum Dei jussu nihil agere nisi certo in loco, rebus, et personis sinitur. Quare cum Asmodæus antea uni Saræ alligatus detineretur, ut nihil posset, nisi in eos, qui pravâ animi habitudine ad peccatum accederent; in desertâ superioris Ægypti pulsus est, non ut ibi veluti in carcere clauderetur, sed ut eum locum veluti theatrum exercendæ virtutis sum haberet, seu

potius ut ibi deserto iniquitque in loco armini noxia moraretur. Igitur claudus in loco demon nihil est aliud, quàm demon, cui intra certum loci spatium agendi potestas sit. Demon, à quo Deus tentari aliquem sinit, is eo in loco claudus, ubi ille degit, rectissimè dicitur.

Qui malis spiritibus ita imperet, ut ad arbitrium supremoque jure illos certis locis et temporum articulis addicere possit, quibus eorum nequitie præstitulis et ne ubi ubi noceant inhibere, unus est Deus. Fatemur tamen Angelos interdum et homines eadem potestate usos esse, ut demonia certa in loco religarent, eorumque furorem frangerent: sed nemo unquam sive homo sive angelus id propriâ virtute gessit, uno tantum Dei nomine pollens. Eo nomine munitus Raphael Asmodæum, eo S. Michael Satanam, corpus Moyses rapere conantem, coarctavit: Imperet tibi Dominus, Judæ Ep. v. 2. Denique si SS. martyres, confessores, et exorcistas nostrâ ætate coercere demonem possunt, id unice virtuti et nomini Jesu Christi tribuendum est.

Alia verò est de magis, qui demonibus ita imperare gloriantur, ratio. Si quid enim illi verè asserunt, cum alligatos gestari à se demones in annulis, in cubicalis, aliisque locis habere ferunt; non illi quidem divini nominis, sive invito Deo propriâ virtute agere credendi sunt; sed sive humani fictitiisque potestate in demones utuntur, sive Deus latenti, ter ibili tamen, providentiæ suæ consilio permittit ut infelices illi, qui ab obsequiis Dei recesserunt, detestabili servitute malis angelis pareant, specie quidam auctoritatis decepti, quâ sese in demones frui arbitrantur; cum interim specie imperii indigni et impli servitute opprimantur. Probabiliter etiam censemus, demonum principem quodam imperii genere in suos utentem, subditos sibi spiritus cogere, ut magorum, qui demoni se totos addixerunt, voluntati obsequantur. Ut ut res habeat hęc, tamen tam recta rationis sensu, tum religione ipsâ docemur, neque principes demonum, neque subjectos illis demones, neque tandem magos absolutam auctoritatem exercere; tota enim demonis virtus et actio ad nutum summi spirituum principis est qui infinitâ potestate et sapientiâ ipsos tuetur ac moderatur.

Ejecto demoni superior Ægyptus, arena planè, sterilis, arida, inculta et incolis,

penè vacua regio, destinata est. Cùm enim Ægypti solum nullo imbre irrigetur (vide Herodot. lib. 2, Diodor. l. 2, Ptolem. Strab. etc.) atque exundantis Nili aquæ, ne superiorem regionem fecundent, aggere montium et soli altitudine prohibeantur, arescere illam, et squalere necesse est. Quin et anguibus venenatisque belhais totam teneri, S. Hieronymus in Ezech. 30 censuit. Profectò horrenda illa et deserta loca in oblivione et horrore semper mansissent, nisi sanctissimorum eremicorum frequentia celebrarentur; quorum religione et virtute factum est, ut quæ regio olim horrore habebatur, deinde tanquam deliciarum paradisus et terra selecta, ubi insignium virtutum exempla virescerent, suspiceretur. Quare dæmon ab universo, quæ latè patet, orbe crucis virtute exclusus, cùm ad extrema ea loca confugiens tatum sese crederet, inde etiam virtute et austeritate votorum eremicorum secedere coactus est. In hanc arenam descendentes, Antonius, Pacomius, Macarius, Paphnutius, ceterique plures, sæpius cum dæmone congressi, de hoste, quanquam furente, feroci, traditque sibi loci strenuo defensore, insignes frequentesque victorias retulerunt.

Quandiu vinctus Asmodeus in Ægypto fuerit, Scriptura quidem non docet; suspicandi tamen locus est, omni vitæ Tobie et Saræ tempore exulem mansisse, cum capite ejus libri 6, v. 8, legamus, dæmonem semel eâ arte, quæ ibi narratur, expulsum, nunquam ad illos reverti potuisse: Ita ut si ira eos accedat ad eos. Utrum verò eo tempore elapso denegata prius facultas nocendi heribz dæmoni concessa sit, aliud est providentiæ arcantum, cujus consilium scrutari nemini licet. Animadvertere juvat, Jesum Christum Matth. 12, 43, innuere vulgatum fuisse Judæorum persuasionem, dæmonem ex hominibus, quos obsidet, pulsum, in loca fugere squalentia et deserta, donec aptum nactus rei tempus,

primum hominis contubernium repeat. Ita pulsus è Sathæ dæmon per intervalla redibat. Septuaginta locum Isaie 43, 24, reddentes aiunt Babylone in solitudinem ab hostibus redactâ; habituras ibi domicilium sirenes et centauros, choreasque ibidem dæmones esse ducturos.

Mira quædam narratur (vide *Voyage du Levant de Paul Lucas*, t. 1 cap. 9 et 14) de angue, in specu superioris Ægypti versante, quæ sanè naturæ vires superare facile quilibet suspicetur. Latet hic in antro montis è regione urbis Saizæ, centum circiter leucis ultra Cairum, ad ripam occidentalem Nili. Nemini nocet, sed cuius se palpandum, quin et occidendum atque in frusta secandum præbet; quibus frustis in dissitas plurium dierum itinere regiones translatis, tamen occisus reviviscit, atque in charo sibi specu à querentibus invenitur. Animi sensus prædictum crederes, obvis enim quibusdam procurrat, longisque spiris complèctitur; aliorum conspectum evitat; ac statim fugit. Tandem si vera sunt, quæ de hoc angue narratur, prodigiosum aliquid in illo agnoscere cogimur. Sunt qui ipsum Asmodeum in superiori Ægypto religatum esse arbitrentur. Sed optandum est, ut certum tempus indicetur, ex quo in eâ regione anguis apparuit, de quo altum est apud veteres silentium. An fabella est, decipiendâ credulis, fallendoque otiosorum tempori procusa? Docent Rabbini Salomonem è sollo suo pulsum, agnoscere Asmodeum dæmonem; vicissim tamen reversum Salomonem in suam ditionem abegisse Asmodeum, quin et catenis vinctum coegisse ut artem doceret lapidum sine strepitu expoliendorum. Bartolocci Bibliot. Rabbiniçâ tom. 1, pag. 490, 491, Dæmonem Sachra Olmarid appellatum catenis vinctum à Salomone, et monti Bared alligatum, recepta apud Arabes Mahometanas opinio tenet, ait Golius in suis annotationibus in Abulfaragium. (CALMET.)

VARIAE QUÆSTIUNCULÆ

QUÆ IN LIBRO TOBIÆ PASSIM OCCURRUNT.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

AN JOB SIT JOBAH, DE QUO GENESIS CAP. 36,
VERS. 33, ET 1 PARALIP. CAP. 1.

(Tobiæ cap. 2, vers. 12, 15.)

An Job sit Jobah, tres sunt opiniones. Prima Rabbi Salomonis in Numerorum caput 14, non esse, sed ipsum Job Chananeum fuisse, qui, promissionis terram ingredientibus Israelitarum exploratoribus, è vitâ exciderit. Altera similiter Jobabum eum negat. Sed aliam ob causam, quod ex Abrahami fratre Nachor propagatus sit, non autem ex Esau, è quo scaturit Jobah, Genesis 36. Nachoris enim primogenitus fuit Hus, Genesis 22, vers. 31, et vivebat in terra Hus, nomine Job, ut ipsius libri canit proximum. Atque hanc opinionem tradit Scholastica Historia, et ante ipsam olim Philippus presbyter Commentarius in Job, Divus Hieronymus Traditionibus in Genesis, et Commentarius ille in Job cap. 1 et 32, qui in ipsius tomis est. Tertia eundem Job et Jobah affirmat, et, ut mihi quidem videtur, non paulo credibilis. Primò quia 70 Interpretes, post Hebraicum libri Job finem, addiderunt: *Ἐπεσφύγγε δὲ αὐτὸν ὁ νεκρὸς Ἰάβελ*. Et: *Ἦν δὲ αὐτοῦ πεντήκοντα πέντε υἱοὶ καὶ τὸν ἑνὸς ὄνομα, πατρὸς δὲ Ἐσάυ*. *Ἦν δὲ αὐτοῦ αὐτὸν πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ Ἀβραάμ*. Rursumque: *Μὲν τὴν Βαλὰκ ὁ καλοῦμενος Ἰάβελ*. Quod meridianum hisce jubar clarior? Hi verò Septuaginta, et nihil aliud, certò tamen vetustissimi sunt, et Israeliticarum rerum callentissimi. Et licet undam tantum vel historicorum, vel paraphratarum auctoritatem haberent, quantum tamen hoc eorum testimonium? Suffragatur præterea posterior Græcus interpret Theodosius; et plurimi gravissimique scriptores, Divus Chrysostomus in Catena in Job; S. Epiphanius l. 4; Severus Solpiti in Historiâ; Eusebius in Chronici; Ambrosianus Commentarius in Romanam; D. Augustinus lib. 18 Civit. cap. 47, apud aliquem in Genesis. quest. 121, pro, *Jobah, qui successit in regno Basac*, correctò legendum, *qui successit*; Origenes in Job; Glycas in Annalibus; Codrenus in Historiâ; Abulensis in proœmio Bibl. cap. 7, in Genesis. 22 et 36, Exodi 2, quest. 8. Tanque

apud veteres contrita et declamata fuit hæc sententia, ut eam etiam apud Eusebium l. 9 Preparationis, asseverarint Aristæus et Polyhistor antea citatos Alexander. Tertio, Jobi hoc regnum vel hinc stabilitur, quod et neque illa, quæ objecta est, terra Hus, neque aliud quidquam adveniat. Licet enim fuerit Nachoris filius Hus, ab alio tamen potuit Jobi terra nomen accipere. Fuit enim et in Esau stirpe quidam Hus Genesis. 36, vers. 37, 1 Paralip. 1, vers. 42, rursumque alius vers. 47, licet ipse Græcis horum nominum, uti et priorum sæpè aliorum, non una scriptio *Ἰαβ*, *Ἰα*, *Ἰαβ*. Hanc sanè Jobi terram, in Idumæam partibus fuisse, lidem testantur 70, et, loco citato, Aristæus. Jobi etiam sepulcrum non in Mesopotamiâ, sed in Palæstinæ Idumææque finibus adhuc hodiè visitur, inquit loco citato Abulensis. Alia verò, quæ adversari quis putaret, hæc potius regno patrocinantur.

QUÆSTIUNCULA II.

QUID JOB ARGUMENTUM OPPONENT, NEQUE TAMEN
ELIPGENT?

Si rex fuit Job, cur ejus nullum in Scripturâ usquam regnum, sceptrum, nomen est? Quomodo tam repente ad tantam inopiam et pauperatatem detradiatur, ut in sterquilino sedeat, et quidem, ut Græci habent, extra urbem et sub dio? Non ipse urbis illius erat dominus? nullus in eâ propinquus, amicus, subditus, servus habebat? Nullius omnino tecto recipi, nullius misericordiâ et benignitate juvari potuit? Vix in ullo etiam Dionysio et importunissimo tyranno tantam illi opus auxilii humani solitudinem legimus. Movet enim plurimè homines repentina eorum, qui regiam paulò ante majestatem obtinebant, calamitas. Vix tam durus quisquam, qui eorum misericordiam non capiat. Quantò minùs ita subito tam ab omnibus deserti Job potuisset, qui summâ semper in omnes benevolentia beneficentiâque fuisset? Oculis, ait, cap. 29, *fui cæcus, et pes claudus. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam*, et alia ibidem plura. Quid reges amici non potuerunt amici regis nunc am-

eti et inopis egestatem opibus divitiisque suis sustentare? Non argenti aurique tantum, quantum statui retinendo satis videretur donare vel saltem mutuum dare? Neque enim ad eum ita venerunt, ut de ipsius arcamina nihil inaudissent, sed omnia cum intellexissent, et de compacto unâ venissent, ut sibi viaticum, sic et amico solatium aliquod, suis è thesauris, afferre non valuerunt? Ad hoc, si rex fuisset, cum postea pristinam ad affluentiam splendoremque postliminò rediit, imò complicata recepit omnia, filiorum suorum aliquem regie dignitatis heredem reliquisset. At Genes. 36, qui Jobabo in regno successit, Husam fuit, ejusmodi Jobi filium nullum legimus. Et ipsum Jobi nomen totam hanc larvam regiam Jobo detrahit. Esi enim in Latino et Græco quidam cum Jobab similitudo apparet, in Hebræo tamen et Chaldæo major multo dissimilitudo est. Neque enim syllaba illa posterior tantummodò abest, sed in ipsâ etiam fronte habet Hebræa et Chaldæa vox litteram aleph, ejus in Jobab nullum prorsus vestigium. Postremò ipse Job cum pristinâ suâ fortunâ, clientelâ, honores, cap. 29, vers. ultimo, exaggerat, non se regem vocat, sed regi similem fuisse ait, qui in satellitiis suis medius habitas. Non nisi ergo commentitius et velut in comicorum scenâ personatus rex videtur. Sed quæ adeò fortia videntur, possunt tela ista excuti. Nam primò etsi nomen vel scriptum regium in Jobi libro ei nunquàm datur, regia tamen ei res, et abundantia cap. 1, et cap. 29, tribuitur, prout etiam postea rursùm dicitur. Quæ verò adiunguntur de tantâ, tam subitâ calamitate, de sterquilinitate, de subdiali commoratione, de subditis et amicis, omnia hæc admirabilem quidem viri tantæ aramnam et patientiam demonstrant, sed regem hand fuisse non efficiunt. Alioquin non regem tantummodò, sed nec splendidum antea, divitem, honoratum et gratiosum fuisse probaret. Si verò animum converterimus, omnem istam inopiam et egestatem, quam etiam conjunctissimi et misericordissimi deseruerint, truculenta à damnoe lævictam conflantemque intelligemus. Quem admodum enim à ejus armenta diripuit, servitiam occidit, greges inflammavit, domos funditus everit, ipsumque tandem ejus corpus gravissimò contudit, ulcere scabieque teterimâ inquinavit et excruciat; ita, quæ tantis in malis regibus ei adhuc esse poterant, omnia, præter ea quæ animi propria sunt, et in-

vito nemini eripi unquam possunt, bona detrahit ita ut vel omnino vel magnè ex parte, famam ei, gloriam, clientelas, amicitias, hominum benevolentias et misericordias omnes adimeret, unoque veluti turbine, omnia vitæ humanæ præsidia et solatia, simul abeiperet. Dixit, et quidem verissimè, veterum quidam:

Diem fueris felix, multos numerabis amicos,

Tempora si fuerint subita, solus eris.

Quantò magis hæc à propinquis, subditis et servis solitudo nostro huc, in quem, eatenus veluti emissâ tartarea illa fera, impetu furoreque tanto succurrebat, evenire posuit! Conjecturis nullis opus est. Ista ipsa omnia ipsemet cap. 6, vers. 13 et 15, sed maxime cap. 19, vers. 7, 13, 15, 16, 17, 19, lamentatur. Et ea in ipso animi magnitudo, rerum humanarum despicientia: ejuslibet asperitatis perferendæ studium existit, ut neque aliorum, ut ab infirmis quidquam extenderet, misericordiam magnopere sollicitaris, prout cap. 7, vers. 22, indicat: neque vel ea, quæ spontè à quibusdam interdum offerebantur, admiserit, ut idcirco à S. Ephrem, sermone de Sacerdotio, magnus pauperum amator nuncupetur. Regni verò ejus hæreditatem à filiis aditam non esse, si quis neget, quomodo probatur? Et sanè probabiliter negari potest primò, quia, qui Jobabo successit Husam, à 70 vertitur *Assam*, cujus valde cum Job significatio convenit. Nam *Joh* et *Jobab* dolens est, *Assam* desolatus et aliud caput vicarius, *Chusam*, eorum silentium vel festinatio. Deinde cap. 46, vers. 14, pro Job, qui in Hebræo, Latino et Chaldæo est, posuerunt 70 seniores *Assam*, quasi valeant idem ea nomina. Cum ergo filios septem *Joham* habuerit (Job. cap. 42 vers. 13), et eorum unus, apud 70 in ejus libri extremo, itemque apud D. Hieronymum in Prefatione, Ennon vocetur, cur non potuit ceterorum alius, patris nomen gerere, eodemque significatu, modò *Chusam*, modò *Joh* vel *Assam* appellari? Quod si et ipsemet Ennon iisdem nominibus omnibus insignitur? Neque enim infrequens, plura in unum aliquem nomina congruere, præsertim si eorum eadem, vel penè eadem notio sit. Accedit quòd in regum istorum indiculo, dum quorundam pater indicatur, quorundam taceatur, eo ipso innui videtur, hos eorum, qui ante ipsos nominati, etibusque in regno ipsi successerunt, esse filios. Regnavit enim in Edom *Elia filius Beor*, pro eo mortuo, *Jobab filius Lara*; pro eo mortuo, *Chusam de terra*

Tichastus; pro eo mortuo, *Adas filius Gadai*; pro eo mortuo, *Semai de Maferai*; pro eo mortuo, *Saül de facie Rebehai*; pro eo mortuo, *Balan filius Achaker*. Cur, obsecro, cuius filius sit Bela, Jobab, Adad et Balanum affertur, cujus verò sit Chusam, Seula et Saül taceatur? No tamen de hisce posterioribus nihil omnino attingeretur, loca, in quibus antea possessiones et domicilia obtinebant, et unde ad regnum evocati sunt, Scriptura recessit. Atque isto modo paternum regnum attulisset Jobi filius. Sed dici et aliud potest, meris tunc in *Idemque* parte illa non fuisse, ut hereditario veluti jure paternum à filio diadema ausciperetur. Reges ipsos libero populi aut procerum suffragio deligi, et unde ipsis collibueret, vocari solitos fuisse. Manifestum id in eodem posito jam indiculo apparet, dum Bela, Chusamo, Saül, non eorum filii, sed alii quidam succedunt. Ceterum, de ipso Job equine, dæce subindicate controversia. Una est, quomodo Job et Jobab nomen idem censeri possint, cum monosyllabum illud, hoc dissyllabum sit. Qui modicè tamen Hebræas litteras auferunt, satis vident, cum alia multa, tunc verò sapientia illa quæ litteram consonantem secundam duplicant, contrahi, unicuique syllabæ præponantur. Altera est, quomodo ei aleph interdum præfigatur? Septuaginta Jobi librum à Syriaco conversum alunt; D. Gregorius l. 20 Moralium c. 24, ex Hebræo et Arabico Idioma; divus verò Hieronymus, Prefatione in Danielem, clariùs, Job cum Arabica lingua plurimam habere societatem refert. Jam verò tam in Syriacâ quàm Arabica lingua usitatum, ut quàm creberrimè aleph istud præscribatur. Pro monte Sinai, est in Targum Exodi 2 et 35, Asana pro Iem, id est, die, sæpè legitur alama, et pro Ichar, id est, honore, alkara; Postelli aut in Arabica Grammatica monitum est, ab Arabicis nominibus rare aleph abesse. Ad postremum tandem, eorum, quæ Jobi regnum tremefaciebant, respondeo, particulas, sicut et quas, non similitudinem semper, sed ipsam interdum veritatem importare. Tradunt siquidem Hebræi esse caput quoddam ambulationis, id est, caput veritatis; quemadmodum Joannis 1: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre*. Unde et nonnulli interpretes cum Job 29, v. 35, vertisset: *Cum sederem, quasi rex circumstante exercitu*; alteram, quæ in Hebræo est, similitudinis particulam simpliciter vertit: *Eram tamen materiam consolator*. An rex non erat, quo,

ut eodem loco dicitur, loquente, principes cecidissent loqui, et *Regem* aspernabantur ore suo, secum enim collabant dices, et lingua eorum gutturi suo aspernabantur. Et c. 19, v. 9, ejus etiam verba sunt: *Deus spoliavit me gloriam meam, et abstulit corpus meum de capite meo*. Neque enim prudentiam et sapientiam, quæ Proverb. 4, Ecclesiastici 8, similia per tropum ornamento, parere dicitur, ei abstulerat Deus. Jobum ergo regem, qualem sanè tempora et loca illa ferebant, quæ, cum 70 illis senioribus, arbitrari delinceps veretur? ut videlicet non infamè tantum aut mediocri fortune hominem, sed etiam quos purpura et sceptrum ornam, propositum, in adversis, quod semper latuerant, exemplum habent.

QUESTIUNCULA III.

JOBO REGES UTI NEM INSULTAVIT?

Apud Euripidem Andromache: *Calamitarius, ait, hominum infestissimus, nunquam insultari, memens ne quid etiam ipse patiar*. Insipientia siquidem est non parva, cadentibus, tanquam si rursus ipse non possit, insultare. At reges laesos, sapientes antea diximus. Quomodo amicum ergo regem et ærocinotum lussent? Deinde venerunt illi, quemadmodum c. 2, v. 11, explicatur, ut Jobum ipsum visitarent et consolarentur, tantumque ex ipsis malis mororem ceperunt, ut exclamarent, complorarent, vestes disciderint, septem cum eo diebus in terra consoederint, verbum eloqui ausi non fuerint. Videbant enim dolorem esse vehementem. Constat verò, miseris ac morientibus solatium esse non parvum, si eorum alii misereantur, cum sique lugeant, uti verissima Menandri apud Stobæum, sermone 112, sententia est. Quoniam igitur ab hisce regibus, insultatio? Textus tamen, cui refragari nefas, verba sunt vers. 15: *Beato Job insultabant reges*. Initio videlicet, boni illi amici cum dolente doluerunt, et ad eum consolandum sapienter venerunt, multaque sapientibus digna postmodum dixerunt, plurima tamen suis in sermocinationibus perierunt, et afflictos integerrimi viri casus importunitas exagitavit, omnino contra humanitatis illud apud eundem Stobæum, sermone 111, oraculum:

Ne nimium severus et gravis esto erga infelicitate Agentes, homo cum sit.

Neque verò viros tantos; meo è sensu, criminor, sed ipsum eos Jobi voluminem accusat. Nam, ut multa, quæ cap. 11, vers. 1, cap. 12,

vers. 2 et 4, c. 15, v. 2, 3, 4 et sequentibus, cap. 21, vers. 2 et sequent., inserta præteream, nomine cap. 7, vers. 25, referuntur de-
traxisse sermonibus veritatis? Vers. 26: *Ad increpandum tantum, eloquia concinuisse, et in ventum verba protulisse? super papillum irruisse, et amicum adsertere voluisse?* Nomen cap. 15, vers. 4, vocantur fabricatores mentaculi, et cultores perversorum dogmatum, cap. 16, vers. 9, falsiloqui? Et cap. 19, vers. 2: *Usquequò, ait Job, affligitis animam meam, et attulistis mihi sermonibus? En decies confunditis me, et non erubescitis opprimere me. Vos contra me erigistis, et arguitis me in opprobriis meis.* Tandem verò quis contra eos Deo ipso vel testis vel iudex gravior? Eorum certè uni cap. 42, vers. 7, coelitus exclamat: *Iraus est furor meus in te et in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti contra me rectum, sicut servus meus Job.* Atque hinc intelligimus primò quidem, quàm non absurdè D. Gregorius l. 2 Moralium cap. 17, et Hieronymianus in Job Commentarius cap. 32, asserant, istos Jobi amicos hæreticorum, qui Ecclesie catholice tam arroganter insultare audeant, personam sustinuisse. Deinde quàm satis non sit, bono ad quampiam rem animo aggredi, nisi omnis ipso in progressu offensio semper caveatur. Denique, quàm ab insultatione nobis abstinendum sit, adeò ut illi etiam, qui ad veram fidem conversi nondùm sunt, insultari vetet D. Augustinus in psal. 97, quia insultationis, ait, *tube infructuosum bellum facit.* Quandoquidem verò loci ejus mentis incidit, abs re non fuerit, regiam hanc de Job disputatiunculam, sonoro ipsius tube clangore, domum veluti prosequi et celebrare. Nam ad illa ejus psalmi verba: *In tubis ductilibus et voce tube corneæ:* *Quid tibi, ait, voluit tube ductiles et tube corneæ?* Ductiles tube æreæ sunt, tundendo producantur. Si tundendo, ergo vapulando erilis tube ductiles ad laudem Dei producantur. Si cum tribulamini proficiatis, tribulatio, tensio, profectus, productio est. Tuba ductilis erat Job, quando repente percussus tantis damnis et orbitate filiorum, tensione illa tante tribulationis factus tuba ductilis sonuit: *Domine dedit, Dominus abiecit; si cut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum.* Quomodo sonuit, quàm suavem sonum dedit ista ductilis tuba? Ad hoc tanditur, datus est in potestatem, ut et caro ejus percontaretur. Percussa est, cepit putrescere, scatere vermicibus. Supposita

« Eva ad seductionem, uxor ejus servata ad
« ministerium diaboli, non ad solatium mariti,
« suggerit blasphemias, non obtemperat illi.
« Obtemperavit Adam Evæ in paradiso, repel-
« lit Adam Evam in stercore. In stercore
« enim sedebat Job, cum flueret et putresce-
« ret vermicibus. Mellior Job putris in stercore,
« quàm integer ille in paradiso. Sed adhuc ille
« Adam non erat. Respondit Evæ preparata
« ad istam supplicationem et tentationem,
« et ait illi: Ecce audivimus quomodo tundi-
« tur tuba ista: Percussit eum diabolus à ca-
« pite usque ad pedes gravi vulnere, et putrescens
« vermicibus sedebat in stercore. Audivimus quem-
« admodum tensus est, audiamus quomodo
« sonet vox tube hujus ductilis. Dulcem vo-
« cem, si placet, audiamus: Locuta es, inquit,
« tanquàm una ex insipientibus mulieribus. Si
« bona suscepimus de manu Domini, mala non
« sustinebimus? O sonum forem! o sonum
« dulcem! oh! quem non dormientem excitet
« sonus iste? Quem non excitet presumptio
« in Deo, ut adversus diabolum socurus pro-
« cedat in prælium, non suis viribus obtentu-
« rus, sed illius qui probat? » Videri etiam
potest de Tempore sermo 105.

QUÆSTIUNCULA IV.

QUI TOBIAM IRRISERUNT, ET QUID IPSE?

(Tob. cap. 2, v. 15, 16, 17, seq.)

Qui Tobiam irriserunt parentes eodem vers. 15, non sunt proprio dicti parentes, cum cum ab illis pupillum relictum supra viderimus; sed sunt propinqui et consanguinei, qui etiam Gallis *patres* appellantur, uti notat Genebrardus in Psal. 57; unde et pro cognatione, *parentela* nomen, quo utitur Egwaldus Cantipratensis l. 2, cap. 36; Julius Capitolinus in Gordianis; et *parentalis*, quæ non pressè tantum dictis parentibus, sed propinquis etiam omnibus fiebat, idem indicant; idèque additur, et *cognati*, pro, id est, cognati. Nomen istud, et, exegeticon à grammaticis vocatur. Acerbissimum verò est, et planè, ut dici solet, unguis in ulcere, afflictos homines ab amicis non modò solatii nihil accipere, sed contemni etiam et irrideri. Leniendus erat Tobias dolor; suscipienda et deprecanda ejus in opere bono sollicitas et constantia. Sed, quæ mundi hujus pravitas est, fit plerumque quod ait Job cap. 12, vers. 4, *deridetur justus simplicitas*; et quod Salomon Proverb. cap. 14, vers. 2: *Ambulans recto itinere, et timens*

Deum deservitur ad eo, qui infanti graditur vid.
Sed Tobias sannis et irrationibus non modò
non fractior et languidior effiebat; verùm
multò etiam robustior et ad omne officium
incitator. *Incipit filius, ait textus.* Potui-
set existimare, si despici se ludique tacitas
pateretur, abundè satis esse, vel si saltem,
superpositis ori digitis, eorum proterviam
miseraretur. At perire ipsos non vult: pro
malo bonum eis reddit; pro contumelione
monitionem, pro subsannatione doctrinam et
instructionem utilissimam, vers. 18. Auctor
questionum ex utroque Testamento, quæst.
119: « Quam laudabilis, inquit, sit sanctus
« Tobias, Scripturâ docemur, cujus devotio-
« nem nec captivitas minuit, nec oculorum
« amissio, quominus Deum benediceret, per-
« suasit; neque exhausta substantia à viâ
« justitiæ et veritatis avertit. Necessitas enim
« probat justum. In egestate aequitatem ser-
« vare, vera et perfecta justitia est. Unde enim
« quorundam devotio minuitur, inde argumen-
« tum facit laude dignus Tobias. » Et paulò
post: « S. Tobias erectus ad Deum animus,
« nec captivitate fractus, nec inopiam humilia-
« tus. » Sunt verò in illâ instructione, quæ
adversus omnes fortune demonisque impe-
tus egregiè hominem armare queant, duo
consideranda, unum quidem quod præterit;
alterum quod futurum est. In priori genere
sunt parentes majoresque nostri, à quorum
virtute ac sanctitate nos degenerare turpis-
simum est; *filii, ait, sanctorum avum, Abraham*
scilicet, Isaac et Jacob, quorum ad imitandum
nobis proposita esse debent præclarissima,
secundis adversisque temporibus, exempla.
Similiter infra, cap. 9, vers. 5. In posteriori
genere vita æterna est. Errant, qui sola vitæ
hujus temporalis bona veteris Testamenti ho-
minibus proposita existimant. Canticorum 2,
vers. 5, Ecclesiæ veteris hæc in Targum
verba sunt: *Verba legis Dei dulcia fuerunt gati-*
tari meo; et præmia præceptorum ejus servatur
mibi in æculo venturo. Vitam, ait Tobias, illum
expectamus, quam Deus daturus est; quasi jam
è Nicæno illud symbolo recitaret: Expecto
resurrectionem mortuorum, et vitam venturi se-
culi. Expectabant, inquit Apostolus Hebr.
cap. 11, vers. 10: fundamenta habentem civita-
tem, cujus artifex et conditor Deus; seq. vers. 15,
confitentur se peregrinos et hospites super ter-
ram. Qui enim hæc dicunt, significant se pa-
triam inquirere. Et vide quibus vitam illam
daturum Deum asserat: His qui fidem suam

sanguinem mactant ad eo. Fides omnium, quæ
ad sempiternam felicitatem adesse oportet,
fundamentum est, eaque non habenda tantum,
sed et constantissimè perpetuò retinenda, ita
ut cum morte vita potius milles, quam cum
heresi perfidivæ ullâ, fides commutanda sit.
Quam igitur vitam expectent, qui à catholica
fide ad nova sese dogmata contulerunt? qui
fidem penè scepticis quam vestem hodiè com-
mutant? jam Catholici, postea Lutherani,
non multò post Calviniani, Trinitarii, Athei?
Sed actum de his, et in Athanasii Symbolo,
et libro 1 contra Filidinum. Nos cum Tobia
nostro qualibet rerum difficultates, aliorum
etiam probra, contumelias, irrisiones, tanti
tamque beati premii expectatione seramus,
prout monet S. Paulus Hebr. 11, S. Jacobus
cap. 5, et à bonorum virorum officio ne tan-
tillum quidem unquam recedamus; filios nos
esse meminerimus sanctorum, id est, sancto-
rum Bonifaciorum, Killianorum, Augustino-
rum, omniumque martyrum et Apostolorum,
qui in sanctissimâ nos Christi Jesu Ecclesiâ
generaverunt, nobisque amplissimarum charita-
tis, patientiæ, modestiæ, sobrietatis, virtu-
tumque omnium hereditatem reliquerunt.
Plurimum verò duobus istis calamitosis feli-
cissimis vel hoc nomine dehemus, quòd de
futuri seculi spe tam luculentum nobis ambo
elogium dederint. De Tobia jam vidimus, de
Job verò, ita Epistolâ 103, D. Hieronymus:
« Resurrectionem corporum sic prophetat,
« ut nullus de eâ vel manifestius, vel cautius
« scripserit. Scio, inquit, quòd Redemptor meus
« vivit, et in novissimo die de terrâ surrecturus
« sum. Et rursum circumdabor polle meâ, et in
« carne meâ videbo Deum salvatorem meum;
« quem videris sum ego ipse, et oculi mei con-
« specturi sunt, et non alius; reposita est hæc
« spes mea in sinu meo. »

QUESTIUNCULA V.

DE RAPHAELIS NOMINE ET CAME.

(Tob. cap. 3, v. 25.)

Non est, ut annotat epistolâ 68 S. Bernardus,
in eo beatorum spirituum perfecta posita co-
gnitio, ut Michaelis, Gabrielis, Raphaelis nô-
rint nomina; est tamen hoc ipsum aliqua
ejus cognitionis prolatio et exordium. Ab eo
igitur inchoemus. Valet *rapha* Hebraicum,
curare, mederi, parcere ac remittere; et Deum
significat, idèque Raphaelis nomen vertitur,
aut *curans Deus*, aut *ignoscens*, aut *parans* aut
medicinas Dei, ut aiunt D. Gregorius homil.

51, D. Hieronymus in Danielis cap. 8. Isidorus lib. 7. Orig. cap. 5. Magister sent. 2. distincti. 10. Quocirca post hoc nomen primò et perfectissimè Deo convenire, qui cum sit et crederè suam rapam in Scripturis dicitur, Ezech. 13, v. 26: *Si audieris vocem Domini Dei tui, et quod vocem est coram eo feceris, et edidisti mandata, custodierisque omnia precepta illius; circum tangorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te. Ego enim sum Dominus Deus tuus laborator tuus, Hebraicè rophché, id est, sanans te, seu, ut in Græco, ἰατρίκῃς es, medens illi. Agrotanti Ezechiel regi per Isaiam dicit Dominus 4 Reg. 20, v. 5: Ecce Rophelach, id est, sano te, die tercio, accideris templum Domini, et v. 7; Psal. 29, v. 5, et Psal. 59, vers. 5: Rophelach raphel: Sana animum meum, et sunt similia Psal. 59, v. 4. Psal. 135, v. 3, Psal. 106, v. 20; Isai 6, v. 10, c. 19, v. 22, c. 37, v. 23, 44, v. 5; Genes. 29, v. 17; Jerem. 27, v. 14. Deinde per quendam medicum virtutis largitorem, et impositum à summo illo Medico munus, Angelus iste, Raphael nuncupatus est, ut ait hoc locò idem dicendum, quòd à S. Bernardo dictum, cum de S. Gabriele, qui Dei vltra aut frigidè exponitur, ageret sermone primo super Misas ait: « Non, ait, de decens aut incongruum videatur, dominum et nuntium communis benèri vocabulo, cum et similis in utroque appellationis non sit tamen utriusque similitudo causa. » Hinc ergo canit in S. Michaelis laudum hymno, Ecclesia: O Christus,*

Angelus nobis medicum salutaris
Missa de cælis Raphael, ut omnes
Santæ agrotat, partemque nostram
Dirigat ista.

Apud S. Augustinum serm. 226, ait ipse Raphael: *Ego sum minister caritatis, Deus est auctor sanitatis.* D. Hieronymus locò citato: « Ubicumque, ait, medicina et curatio necessaria est, Raphael mittitur qui interpretatur curatio vel medicina Dei, hoc videlicet nomen interpretatione significante, quòd et in Deo sit medicina vera; » Hebraicus textus paulò infra: *Misale*, ait; Dominus Angelus Raphaelem principem caritatis praeponit, ait; qui sanitatem parat. Unde et in Romano Missali; quod anno 1520 Parisiis editum, Missa est de S. Raphael, pro agrotantibus et peregrinantibus: Ab his enim, et à medicis, quos in Hebræo vocat Scriptura rophim, Genes. 22, v. 2 Jeremias 8, v. 22, 2 Parap.

16, 11, merito sanctus iste angelus colatur et invocetur, ab illis quidem; ut saluberrimè huius operà, valetudinem siquidem ad divini nominis gloriam expediat, recipiant; eo ducere ad eum, quo proficiuntur, terminum rectè perveniant; ab his verò, et ardorem et difficultate medendi munus, eo præsidente atque adiutore, diligenter feliciterque obeant. Quòd si eum ad finem rectè S. Comas et Damianus, S. Sebastianus, alique coelites invocantur, quidni et S. Raphael?

QUÆSTIUNCULA VI.

AN HOMINUM PRECES OFFERANT DEO ANGELI?

Offerre porrò angelos Deo preces nostras ostendit istè locus; dupliciter, primò quia c. 12, v. 12, dicitur: *Ego obtuli orationem tuam Dominus.* Deinde quia in Græco ibidem postea subditur: *Ex septem spiritibus, qui offerunt orationem sanctorum.* Confirmatur ex Actorum 10, et apertius ex Apocal. cap. 8, ubi dicitur angelus ante altare stantibus aureum habere, ipsique de sanctorum orationibus incensam seu thymiamata multa data; ut ea daret supra altare atrium, quòd est ante thronum Dei. Patres verò idem frequentissimi docent, et quidem ita ut simul interdum moneant, discendum hinc nobis, quàm libenter precibus vacare oporteat, quàm studiosè, quàm venerabundè ac religiosè. Anastasius Nicænus, questione 61, citat Constantinopolitanum Niphorem dicentem: « Selmus et credimus nostras in Deum glorificationes, per sanctos offerri angelos; si quidem verum illud Math. 18: *Angeli eorum semper vident faciem Patris; quid agentes aut operantes, nisi quòd nostras petitiones ad aures Domini Sabbath animò adducentes, eum reddunt propitium ea quæ gessimus?* » Apud D. Augustinum sermone 226: « Ego, ait Raphael, medullata intuli sacrificia pro senibus et sepulchra. Vident quantum prosit mortuos sepelire? ut oblatio ejus, per angelum Raphaelem, ad coelestem ascenderet maiestatem. » Rupertus lib. 9 de victoriâ Verbi cap. 8: « Scire debemus sanctos angelos, inter Deum et homines Dei servos, esse administratores; et nos in conspectu eorum piallere et orare, esseque semper esse paratos ad offerendas Deo orationes Ecclesie. » D. Bernardus serm. 7 in Cantica: « Credimus, ait, angelos sanctos stare orantibus, offerre Deoprecas, et vota hominum, ubi tamen sine ira, et disceptione levare parat manus perspe-

« xerint. Probat hoc angelus ita loquens ad Tobiam: *Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et deprecabaris propter animam tuam, et mortuos abscondabas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos; ego obtuli orationem tuam Domino, cap. 12, v. 12.* Eapropter attendite principes vestros, cum statis ad orandum, vel psallendum, et stete cum reverentia et disciplina, et gloriamini, quia angeli vestri quotidie vident faciem Patris; nimirum missi in ministerium propter nos, qui hereditatem capimus salutis; devotionem nostram in superna ferunt, referunt gratiam. » Et postea: « anime in his sanctis exercitationibus, exercitatem, coelestis nuntii esse familiares exhibent, et frequentes, » praesertim, si frequenter orationem persenserint. Et scrip. 3 super *Miam* ait: « Solent, ait, angeli astare orantibus, et delectantur in his quos vident levare puras manus in oratione, holocaustum sanctae devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. » Molanus cap. 12 de Picturis: « Angelorum, » ait, thuribula, quibus cum pinguntur, significent, quod orationes nostras Domino offerant, et recitent, ut est apud Tobiam: i. Hebraei Genes. 1, ut ait Zohar, sicut esse firmamenti faciem, velut, quae Deo referant omnia, figurata scilicet oratione angelos notant, sicut et eam tradunt, eorum qui Deo sacrificia et orationes offerunt, principem esse Sandalphon, uti notat Franciscus Georgius tom. 6, problemate 179 et 181. Est autem Sandalphon quasi *avaliqec*, quem Exodi cap. 4 Mos occurrere tradit in Exodum Zohar columnâ 120.

QUESTIUNCULA VII.

UTRUM DEI IPSI HOMINIBUS PRECES OFFERANT.

Angeli vero revera nihil quod Deo ignotum sit patefaciunt, sicuti neque nos, quando preces et vota recitamus aut cantamus, cum intimas aliorum cogitationes, non modò dùm sunt, sed etiam antequam sunt, norit divina mens perfectissimè. Offerunt tamen, quia Deo ita visum est, atque major ipsius immensae majestati ab omnibus creaturis, quae quidem propriè honorem culpam facere possunt, honos fit. Tunc enim et humana et angelica natura simul conjunctis veluti operis illam venerantur; eam boni omnis fontem praedicant, ab ea sese totas pendere, absque ipsa nihil omnino posse proficere. Quin et in eo magnus quidam eidem summæ majestati

honos positus est, quod angelica natura, tam nobilis, tam præstans, tantâ jam felicitate circumfluens, ob ipsius Dei non ullam vel egestatem vel necessitatem, sed solam voluntatem et præscriptum obsequendi tantummodò et venerandi gratiâ, eò sese lubentissima et promptissima demittat, ut inferioris naturae precibus animum advertat, eas accipiat, eas tabellariorum instar, ad Deum referat, illisquæ studio et alacritate tantâ serviat. Quemadmodum enim, citra ullam angelorum operam, potest nos Deus tueri et gubernare, ad majorem tamen suæ potentiae et bonitatis demonstrationem et gloriam omnes illos fecit administratores spiritus, omnes in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capimus salutis, Heb. 1, vers. 14. Ita nostras ut preces audiat, desideria nostræ cognoscat, nullâ ei angelorum opus operâ; eam tamen uberius, uti expositum est, boni causâ, interponi sapienter benignè potenterque vult. Atque hæc hisque plura libro 15 de Trinitate, cap. 13, ut alibi postea citabitur, et istum etiam, qui in manibus est, Tobiae locum explicando, judicavit S. Augustinus epistola 120, in qua, quæ libe vult faciant, leguntur hæc: *Annuntietur, inquit, Psalmus vigesimus primus, Domine generatio ventura et annuntiant celi justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Non ait: Annuntietur Dominus generationi venturae, sed: Annuntietur Dominus generatio ventura. Quod non sic accipiendum est, tanquam necient aliquid annuntietur, ut sciat, sed sicut annuntiant angeli non solum nobis beneficia Dei, verum etiam illi preces nostras. Nam scriptum est, Tobiae 12, in Græco, ubi angelus hominibus dicit: Ego obtuli memoriam orationis vestræ; non ut tunc Deus noverit quid velimus, vel quo indigemus. Novit enim Pater vester, ait Dominus, quid vobis necessarium sit principum petitis ab eo; sed necesse habet rationalis creatura obtemperare Deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, sive petendo quid erga se fiat, sive consulendo quid faciat, qui plus mentis affectus est, ut ipsa construat, non ut Deus instruat. Nam et hæc quædam contestatio rationalis creaturæ est, quod non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile, cujus participatione etiam sapiens efficitur. » Similiter D. Bernardus loco citato, non Deo, sed angelis et sanctis aliis nostras preces*

notas fieri annotat, et subiungit: « Quis dabit mihi per vos, ô benigni principes, petitiones meas innotescere apud Deum? Non enim Deo, cui etiam cogitatio hominis confitetur, sed apud Deum, hoc est, ipsis, qui, cum Deo sunt, tam beatis virtutibus, quam pro carne solutis spiritibus. » Alia etiam causa est, ut suas nostras preces adjungant, frigidioribus calidiores, ignavioribus efficaciores, impurioribus puriores, quâ de re post pluribus, Divi modò Hilarii una nobis vox, sed egregia tanè sufficiat: « Intercessione, » ait in Ps. 129, angelorum, non natura Dei indiget, sed infirmitas nostra. Nisi enim sunt propter eos qui hereditabant salutem, Deo nihil ex his, quæ agimus, ignorante; sed infirmitate nostrâ, ad rogandum et pro-merendum, spiritualis intercessionis ministerio indigente. »

QUESTIUNCULA VIII.

QUONAM MODO NOSTRAS PRECES OFFERUNT ANGELI?

Offerre Deo illi nequeunt, nisi eas à nobis prius acceperint. Quæri ergo potest, et quis modus quo nostras à nobis preces accipiant, et quis quo acceptas prepotenti Deo assistant. Prior modus est in preces nostras cognoscendo: aliter incognitas proponendo. Cognoscunt verò illas cognitione vel supernaturali, quæ aut essentiam divinam planè intuendo, aut revelationem quamdam divinitus accipiendo fit, vel naturali, quam per lumen et species his à primâ ipsorum conditione inditas existere censet D. Thom. 1 part., q. 57. Existit quidem naturali, eas tantum preces percipiunt, quæ aliquo exteriori actu funduntur, non solis purisque mentis agitationibus et voluntatis affectionibus continentur. Supernaturalis verò cognitio ad omne præcûm genus et modum fundi potest, licet hisce de rebus possint et plura et subtiliora indagari, quæ apud D. Thomam loco citato, Capiteolum 2, dist. 8, Ferrariensem 3 contra Gentes, cap. 154, aliosque videri possunt. Illud tamen silendum jam non est, quomodò potuerit Raphael Tobie Saræque preces simul accipere, cum ille Ninivem, Ecbatana hæc, et supra dictum, incoleret. An in duobus tam remotis tamque distantibus locis simul esse, quæ utrobique agerentur simul videre, quæ dicerentur simul audire, potuit? Certe Græcus textus, capite sæpè citato, tempus idem fuisse ait: *Quandò, inquit, orâsti tu et sponsa tua Sara,*

ego cõdidi memoriam orationis vestre coram Sancto; et hoc cap. 5, vers. 24, Latinus: In illo tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriæ sancti Dei; et missa est angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatae. Sed intelligendum primò quidem posse angelum sibi locum, in quo præsens sit, uti minimum, et qui puncti instar habeat, ita et maximum longissimèque patentem, absque ullâ tamen quantitatis mole accipere. Deinde, etiam à loco quopiam abeas sit, posse tamen acerrimè et illuminatissimè quæ pollet mentis acie intueri, penitusque pernoscere quæ illic vel agantur, vel dicantur, modò ea, ut paulò ante dicebam, aliquo extra mentis voluntatisque claustra vestigio prodeant. Si enim nos tam longè posita, in aquarum et camporum æquoribus, in montibus et collis videmus, et ut canit libro quarto Manilius 4,

Parnaso sic totum pervexit pupula mundum;
Cur ea tantum, quibus proximè adsunt, angeli videant? Jam, inquit l. 8 de Civitate Dei, c. 15, D. Augustinus, quis hominum, « videndo, æquabitur aënis et vulturibus? » Nam, ut idem Augustinus ait lib. de Divinatione demonum, cap. 5, « illi sublimiter volantes intervallo maximo, natantem sub fluctibus pacem pervident; hi projecto cadavere, ex improvisâ longinquitate advolant. » Quod sensum ergo in his efficit ærimonía, id et multò ampliùs in angelico intellectu non efficiet tot et tam illustris inscripta rerum sigilla, via et celeritas tanta? Nùm hominum custodes angeli, ita eorum lateribus affixi, ut aliò quòquam abire nequeant, vel si abeant, eorum jam facta et dicta non perspiciant? Concludo igitur, præter supernaturalem modum, potuisse Raphaelem naturaliter trium modorum aliquo Tobie Saræque vota extipere, ut vel scilicet utrique præsens simul adesset, vel neutri, vel ab uno quidem abesset, intelligendi tamen vi, quid precaretur uterque vel tantum alter, longissimè spectares. Neutri verò affuisse, sed utriusque precationem, mentis obtatu, cognovisse, vel certè Tobie potius quàm Saræ assitisse opinor, non quia Tobie custodem egerit, ut aliquos sensitisse supra dixi, sed quia ad istam ab illo venerit, illiusque potissimum facta memorarit infra, c. 12. Licet enim motu quàm ocellimo ad Tobiam à Sarâ venire potuisset, cum tamen nullum ejus extet indicium, contra verò ad illum esse mis-

tum videamus, magis placet Tobin astutiasse, vel potius, ut dixi neutri. Cum enim è magnis angelorum principibus unus sit, uni eum hactenus Tobin adhesisse quis credat? Erit tamen fortassis, qui non posse angelos in eorum quæ ab illis discessit aut facimus aut loquimur, cognitionem venire contendat, quòd nullas illis formas imprimere, nulla tam procul signa dare possimus, cum possit quantevis intervallo, per istiusmodi formarum impressionem vel signorum ostensionem loqui angelus angelo. At si ve tota hæc per formas et signa loquendi angelica ratio admittatur, si ve non, dico angelis ad nostras vel actiones vel orationes conspiciendas, aliis formis opus non esse, quàm illi ipsa quas olim acceperunt, easque tum ad singularia ista cognoscenda valere, cum in rerum naturâ esse hæc incipiunt, ita ut non per specierum novarum acceptionem, sed earum quas jampridem habuerunt, usum, non per rerum signa nova, sed per res ipsas, quatenus existunt, tota illa ducatur cognitio. Modus verò quo jam cognitæ preces nostras Deo stant, est non ut ipsas voces ac sonos, vel phantasmata certè nostra propriè accipiant, Deoque vel inibi, vel in cœlis offerant, ut à Bellarmino rectè doctum lib. 2 de Missâ, cap. 24, sed ut ea ipsa Deo significant; significant verò ei loquendo. Loquuntur autem eâ linguâ eâque ratione quâ Isaiæ 6, clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus; Zachariæ primo: *Domine exercituum, nequequid non misereris Jerusalem et urbem Juda?* Lingua porro et ratio ista, quæ alia quàm voluntaria conceptionem mentis ad Deum applicatio? Loqui enim aliis angelos, nihil aliud generatim est, ut ait 1, q. 10, 7, a. 1, D. Thomas, quàm conceptum menti manifestum alteri facere. At quemadmodum idem art. 3 persequitur, et supra jam ex Patribus docui, non sit ea cum Deo locutio, ut ei quippiam, quod obscurum vel absens esset, communicetur; sed potius ut ab eo angelis ipsis quippiam tribuantur, eo modo quo doctori, ut ab eo doctrinæ aliquid accipiat, loquitur discipulus, quo in naturalibus ad efficientes causas convertuntur, quæ efficientiæ illarum indiga sunt. Quod verò per ejusmodi sermonem, angelis à Deo tribuitur, est hoc interdum ad ipsorum tantummodò commodum, interdum etiam ad aliorum, quorum scilicet illi apud Deum causas agunt et proponunt. Denique modus iste fit cum insigni quidam angelorum divinus majestati loquentium humanas-

que preces offerentium, demissione et eximio adversus illam cultu, quem metaphorice *thronus et agnitus* deplingere voluit S. Joannes Apocalypsis 8.

QUESTIUNCULA IX.

DE ANGELICÆ ORATIONIS MODO QUID HERETICI?

Qui oblationem istam negarit, ex illis qui vel angelos, vel Apocalypsin agnoscant, novi adhuc neminem; sed in modo inepit supra modum Beza in Apoc. 8: « Quod sit, ait, hoc angelorum ministerium (per quod sanctorum orationes Deo offeruntur) quis novit? Mediatore quidem non esse ex verbo Dei constat, neque à nobis invocandos. Qui de re vide Augustinum lib. de Trinit. 15, 15. Qui subtilius hic volent contemplari, mirum, nisi etiam angelicam aliquam missam in cœlo fabricent. » Quinque potissimum, benè si numeres, proponit Beza, quorum primum modestim plenum videretur, nisi quæ citra modum, modo tam adversa quàm quæ ultra sunt, essent. Quod sit hoc angelorum ministerium quis novit? Pro ingenii humani tenuitate, adhibitis et bonis ratiocinationibus, et Scripturarum Patrumque sententiis, norunt theologi, et breviter hactenus exposui, cur illis ratione nullâ oppugnatis, nedum expugnatis, non assentiamur? Sit tamen modestim; etiam scio quid in calce Bezarum premat, de quo paulò post viderimus. Alterum: Mediatore quidem non esse, ex verbo Dei constat. Quorsum, quæso, isthe de mediatoribus? Jam incipit prodere cur angelorum illud ministerium ignorari velit. Metuine, si noverimus quid sit angelos nostras preces offerre, intelligamus eos nobis aliquid petere, nobiscum Deum laudare, idèque esse inter nos et Deum mediatore. Est hoc alius illud, quod tangi noluit: Mediatore, ait, non esse, à verbo Dei constat. Si à Dei verbo non esse mediatore constat, et ex eodem tamen verbo constat precum eos nostrarum oblatore ac internuntios esse, id est, mediatore, nonne in Dei verbo contraria inerunt in Dei ore calidum et frigidum, etiam et non? sed è quonam verbo hujus locos mediatore non esse constat? Tacet Beza, nisi quòd, suo isto, constat, se illud 1 Timoth. 2: *Unus est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus*, intelligere demonstrat. Verùm de mediatore illic agi non qualicumque, sed eo qui inter debitorem et creditorem, offendentem et offensum, sese medium proprio solutionis atque satisfactionis pretio interposuerit, clarissimè ostendunt r

unquam ascripsit, ipsi concupiscant, nonnullisque improbis persuadeant. Se siquidem deos faciunt, honoremque summum, qui Deo soli debetur, flagitant; vel consequi hoc si nequeant, in eam fatuos et cæcos mortales opinionem adducunt, ut credant, absque his interpretibus, ignota Deo esse omnia; nihil, nisi eorum interventu, nobis ab Illo dari posse. Atque hæc deliria sunt, quæ Simon olim Magus iniecit, quæ D. Paulus Coloss. 2, quæ Theodoretus in eum locum, quæ citatis locis Commentarius Ambrosianus et Augustinus insectantur. Illic in illo: « Dominum hominum spernentes, stultos factos esse, et honorificentiam regis comiti vindicare, honorem nominis Dei deferre creaturæ, et relicto Domino, conservos adorare, regem nescire, quibus debet reipublicam credere. » Brevis etiam Augustinus esp. illo 16: « Quæro quales præces hominum diis bonis per dæmones allegari possit, magicas, an licitas? Si magicas voluit tales; si licitas, voluit per tales. » Vide eundem in Psalmum 135 Enchiridii, c. 56 et sequentibus; Bellarminum lib. 1 de sanct. Beati, c. 20, et reverendissimum Baronium tomo 1 Annalium.

QUESTIUNCULA XL

QUAESENT HOMINUM PRÆCES OFFERTÆ DEO ANGELI?

Videntur ita loqui textus, ex c. 12 ante citatis, Latinus et Græcus. Dicendum tamen Deo ab istis bonis etiam hominum opera offerri. Primum quidem, quia qui ad Cornelium venit angelus, Act. 10, ei dixit v. 3: *Orationes tue et elemosinæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*, quasi diceret: Ego tuas obtuli et orationes et elemosinæ. Nam quod dicit, *ascenderunt in memoriam*, idem valet, quod hic c. 12, in Græco, *obtulit memoriam orationis* voluit, et utrobique est, *et propitiatus*. Deinde offerendi ratio eadem, ut Deo scilicet honores major sit. Præterea sanctis hominum actiones credens sacrificia, imò et præces quædam vocantur. Postremo D. Augustinus serm. 226, sepulchrorum quas fecerat Tobias oblationem per ipsam Raphaelem factam ait, sed multo uberius serm. 3 de Nativitate, ubi hortatur ut nascenti Domino et Salvatori Christo Jesu munera offeramus et vota, quæ duplicia ipse constituit, bona et meliora. De bonis: « Sunt, ait, multi, qui votent, alius pallam, alius oleum, alius cæram ad luminaria noctis, alius ut vinum non bibat per aliquot annos, alius ut jejunia certo tempore faciat, alius ut

« carnes non comedat. » Meliora verò ea vocat, quibus ipse Deo animus offertur, vitiorumque nostrorum extirpationes, et virtutum exercitationes, idque generaliter explicat; deinde per novem veluti gradus speciatim. Ad extremum concludit omnia hæc Deo, ab angelis offerri, summamque idecirco suavitatem et dulcedinem afferre. Locum lectæ servatque longè utilissimus. Gradibus, uti dixi, distinctum proponam, 1. « Quicumque iram contra alterum tenet tantum propter amorem Dei dimittat, et obtulit votum. » — 2. « Si quis consuevit jam longè diuturnitate luxuriam volutari, respiciat aliquando, et excutiat sordes suas per compunctionem, et clamet in corde suo in oratione secretis ad Dominum: *Pissime Domine, misericordissime Deus, sufficit mihi, humasque peccati, quod contempsit, quod fœtoribus carnis meæ satisfeci, jam nunc te inspirante vivo me à sequi tibi meo conserarum.* Cum hæc fecerit, et iste obtulit votum. » — 3. « Si iterum invidiâ teneatur fratris, et felicitate illius aut actione prosperâ non delectatur, quod est peccatum usque ad mortem, promittat et ipse in corde suo, meditaturum se potius actus bonos, quam livorem eundem habiturum; et cum fecerit, et ipse obtulit votum. » — 4. « Si quis verò sibi conscius est de homicidio, inducat sibi ipse in corde suo poenitentiam, et vindicet in se ipsam malam conscientiam, et statuat sibi ante Deum cruciatum poenitentiae et spatium; et plenum animum veneno quem ante effusio sanguinis proximi sancitavit, cruciet per abstinentiam et humilitatem; et communicare nullatenus presumat, ut non dupliciter se infelix damnet, dum in corde criminum horroribus pleno sacrificium corpus Domini periculose praesumit accipere. Quod si quis se talem agnoscit, et hæc fecerit, et ipse offerret votum. » — 5. « Si quis fortè, ut assolet, detrudere semper consuevit, et aliorum actiones obloqui, nec suas respicere, vocet hodie Deo in corde suo et dicat: *Hucusque de aliis dixi, me non inspexi; ego eram miserior, et alios miseros cavilabam; et ideo nunc sufficit, quod peccavi lingua mea; at modo invidiare desinere.* Ecce qui hæc facit, offert votum. » — 6. « Si quis crudeliter se sentit, misericordiam animi vocet Deo. » — 7. « Si quis superbum, vocet humilitatem. » — 8. « Si quis vinum nimium est deditus, sobrietatem vocet. » — 9. « Si quis seniori suo peccavit, veniam petat,

« et si ille non sapuerit petere, ille tamen dimittat. »

Conclusio est : « Et cum hæc omnia feceritis, charissimi, offeritis Deo votum placitum, et quasi remuneratis Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, et vota vestra offerentur ante tribunal Christi. Putamus quàm dulce est, quando vota nostra talia, qualia dixi, angeli qui custodes vitæ nostræ sunt, ante conspectum divinæ majestatis obtulerint? » Ecce quæ et qualia Deo ab angelis offeruntur.

QUÆSTIUNCULA XII.

AN EORUM TANTUM, QUI FII SUNT, PRECES ET OPERA OFFERUNT ANGELI?

Omniâ id asseverare S. Raphael, in Græco, videtur c. 12 : *Ego sum Raphael unus de septem angelis, qui præcedunt te; et præcedunt te dñm, qui offerunt preces sanctorum.* Unde et Act. 10, antequam narretur, quemadmodum Cornelii præcationes et elemosynæ in memoriam, in conspectu Dei, ascondissent, præmonet S. Lucas : *Erat Cornelius religiosus ac timens Deum cum omni domo sua.* Apoc. 5, v. 8 et 85, solæ sanctorum orationes quæ à senioribus et angelis offeruntur, traduntur. Et cūsa est quod solæ sanctorum preces et opera Deo grata sint, solæ suavitatis odorem coram celesti altari fundant, solæ æternæ felicitatis præmiū ferant. Etai enim falsum est, quod aliquibus unum, quicquid agunt vel infideles vel peccatores, esse, tamen quod agunt non eos verè beatitudinis numeros habet, ut per Christi Jesu meritum, veram apud Deum gratiam inquant, celestemque vitam promereantur. Nihilominus tamen sanctorum piumque nomine hæc intelligendi non solum tantum qui reapse celestem jam gratiam suis in animis insculptam habent, in verorumque Dei filiorum numero sunt, sed etiam qui voto, proposito et voluntate, ut vel superiora D. Augustini verba indicio sunt, et, è non contemnendorum sanctorum sententiâ, is ipse qui adductus Cornelius. Alia aliorum opera non offerunt, sed accusant apud Deum demones.

QUÆSTIUNCULA XIII.

AN EADEM ANGELORUM COLATIO CONVENIAM SEMPER HABEAT IPSORUM PRO HOMINIBUS PRÆCATIONEM?

Antea quidem jam breviter hoc indicatum, sed paulò nunc diligentius explicandum. Dubius hoc in mundo modis aliquorum aliquibus

preces et opera offeruntur. Primò simpliciter, ut mera tantum nuntiatio sit, illos hoc et illud petere, agere. Secundò amice, cum benevolâ scilicet aliquâ commendatione, precumque suarum adjunctione. Prius accedit, quando qui precatur et internuntiatur est, vel nulli eum qui supplicat amicitia et charitate prosequitur, vel quæ supplicat, minis ei bona utilisque judicat, aut alteri certè culpam, quem etiam amat, noxia, vel ne is cui supplicat, inivitis audiat, molestique ferat, veretur. Sic enim apud principes, eos qui iis à supplicibus libellis, vel à cubiculis sunt, videmus modicissimè siccissimèque causas etiam optimas interdum proponere, ut quæ in scholis materialis tantum et reposita dicitur, recitatio videatur. Posterior verò fit, quando secus habent hæc omnia. Nam verò sanctorum angelorum, quanta in homines, et sanctos præsertim, benevolentia! quis amor! quæ charitas! A sanctis porro ipsis, quæ petuntur, et ad Dei gloriam (de peccatis enim non ago) benefiunt, ejusmodi sunt ut vel semper bona lisque utilia, et nemini alteri noxia sint, vel certè ita semper instituta, ut ea divinæ voluntati ejusdemque correctioni omninò submittantur; in Deum verò causæ illæ, quæ interdum principes à quorundam supplicationibus vel audiendis vel approbandis abhorrent, nullo modo cadunt, et possunt illis recenseri complures. Principes aliis jam negotiis occupati et fessi sunt? Ergo quicquid tunc audiendum offeritur, molestum. Principes epulo, somno, ludo aliquo sese recreant? Quidquid ad occupationem tum vocat, ingraturum. Principes restrictiores sunt minisque munifici et liberales? Quælibet pecunie opisque petitio frontem eis corrugat. Principes officii, quod ad subditorum salutem gerere debent, parum memores sunt? Cū ab iis justitia, egentiorum defensio, religionis propugnatio postuletur, iræ effervescent? Quid plura? Sunt hæc à Deo alienissima omnia. Quamobrem concludendum, sanctos angelos, cū ardentissimâ sanctorum hominum charitate flagrent, cū quæ ab ipsis petuntur et aguntur, divinæ semper voluntati consentanea judicent, vel ei ceriò, prout illi etiam volunt, submittant, cū Deum libentissimò semper jucundissimèque omnia hæc accipere noverint, ita eadem ista offerre, ut eas etiam ipsi obsecrationes, commendationes amiceque affectus consociant. Præclarè omninò D. Augustinus Eschiridii cap. 56, cū duas unius Ecclesiæ catholice portas fecisset, unam

adhuc peregrinantem, alteram in caelis triumphantem, de hac ipse subiungit: « Hæc in sanctis angelis beata persistit, et suæ parti peregrinanti sicut oportet opitulatur, quia utraque una erit consortio eternitatis, et nunc una est vinculo charitatis, quæ tota instituta est ad colendam unum Deum. » Diabolus profectò apud Deum non simplici peccatorum, quæ homines admittunt, narratione contentus est, sed, odii quo in homines vehementissimo imbutus est, accusationes et calumnias plenissimas adjungit; iram quod in se est, divinam incendere, penas et tormenta gravissima extorquere anathemat. Quidni sancti ergo angeli, non mendaci exaggeratione, sed verè suæ charitatis adjunctione, divinam nobis misericordiam conciliare, gratiam et præmia impetrare consentiant? Libet verò et contra hæreticos ex eorum ipsorum verbis ista consabillire. Beza in Apocalyp. 8, versionem nostram, quæ angelum de sanctorum orationibus dedisse refert, arguit, et vertit ipse v. 3: *Dati sunt angelis suffragii multi ut offerret cum precibus sanctorum olivum super altare aureum; et v. 4: Ascendit fumus suffragii cum precibus sanctorum à manu angelii ad conspectum Dei.* Viden' angelum non sanctorum tantum preces offerre, sed cum precibus etiam? Et subdit: « Manifestè videmus angelum secusim dici multa illa thymiamata accipere, quæ cum sanctorum precibus offerat. Unum igitur ab altero non separandum quidem, sed distinguendum est. » Nostram tamen contra ipsum versionem herosè solidèque propugnat eum in locum Ribera noster. Cum enim in Græcis propositio nulla sit, sed tantum dicatur, angelum thymiamata multa obtulisse orationibus sanctorum, vel aliqua supplenda præpositio sit, vel nulla. Si supplenda, cur potius cum præm-de? cum toties in Hebræis scripturis materia unde quippiam fit absque præpositione de vel ex, quæ subintelligenda, exprimitur, ut Genes. 3, v. 19, Exodi 37, v. 6, 3 Reg. 6, v. 31. Si non supplenda, sententia fuerit, angelum sanctorum supplicationibus, quas offerebat, thymiamata quædam adjunxisse suarum scilicet precum odorem suavisimam, quæ ipsi à bonorum omnium largitore Deo seu Christo Domino, data essent. Sed videatur ut dixi, Ribera.

QUESTIUNCULA XIV.

AN EX ANGELORUM ORATIONE, IPSORUM INVOCATIO COLLI GI POSSIT?

Hoc, ut ante dicebam, extimescis Beza, cum oblationis hujus modum atræ ignorantie caligine oblectam vult, sed patuit tamen supra et dixit non parum, idèoque jam statuendum, ex oblatione quæ hominum preces et operum sanctorum munera majestati divinæ angeli offerant, concludi rectè ipsos à nobis posse invocari. Potest enim rogari quispiam, ut quod jam agit, idipsum agat, idque vel simpliciter vel studiosè et propensè. Prius in Scripturis obvium. Nobis tacentibus, nihilque omnino rogantibus benedicant omnia opera Domini Domino, laudent eum omnes angeli ejus, et tamen cum Daniele c. 3, et Davide Ps. 145, non fas modò, sed bonum etiam et utile admodum dicere: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate eum et superexaltate eum in secula. Benedicite, angeli Domini Domino; benedicite, cæli, Domino. Laudate Dominum de caelis; laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus;* quod verò ad illud quo abuti solent, Beza et Calvinus respondeant: *Quod facis, fac citius?* Posterius verò multò etiam et in Scripturis et in quotidiana consuetudine utitur:

Qui movet ut facias, quod jam facis, ille monendo

Laudat et hortatu comprobatur actus meo.

Aser et ad palmam per se cursus honores,

Si tamen horteris, fortika ibit equus.

Divina ergo voluntas, et ipse, quo hominum genus amat, amor, eos, ut precibus nos suis adjuvent, impellit. Si propria tamen aliqua nos magis amandi et adjuvandi ratio accedat, cur è eos moveri non censeamus? Ejusmodi est, si eos rogemus et invocemus, vel etiam si divina idipsum voluntas imponat. Hinc enim in sacro Canone de sacris, seu religiosis actionibus, quæ in sacrificio suscipiuntur, Deum precatur Ecclesia: *Jube hæc perferri per manus sancti angelii tui, in sublime altare tuum, in conspectu divinis majestatis tue.* Quin et Beza parens (sic enim enim vocare solet, mali boevi malum ovum) Calvinus lib. 3 Inst. cap. 20, § 25, ex eo quòd in Dei conspectum per angelorum manus perferri dicuntur fidelium preces, negat, quòd à me jam non agitur, colligi sanctos præsentis vitæ defunctos invocandos, de angelis verò quibus delegatum salutis nostre curandæ ministerio, quibus demandata custodiendi nos in omnibus vitis nostris pro-

vincia, qui nos circumstant, monent, conso-
lantur, qui pro nobis excubias agunt, concedit.
Et sanè ipsos invocaverunt sapientissimi sanctis-
simique Patres, Augustinus annot. in Job.
eccl. 2, cap. 19; Basilii in Psal. 33; Chry-
sostomus erat. 8 apud Jacobum Berrorum,
alii quos in Litaniarum opusculo, istis vel co-
mites vel assecles adjungam. Sed omnium
veluti nomine aclamat et dicit S. Ambrosius
libro de Viduis: « Obsecrandi sunt angeli, qui
« nobis ad præsidium dati sunt; » ipsoque Am-
brosio major Ecclesia, cujus vox: S. Raphael,
ora pro nobis. Atque hæc de his quæ ad verum
Tobie Sarumque precatationis effectum, primò
spectabant.

Jam secundò ad idem effectum spectat quòd
versu 24 eorum illæ preces exaudiat sint. Ne-
que ulla hic difficultas, nisi quam varia tex-
tum affert lectio. Sic enim Latinus: *In illo
tempore exaudiat sint preces, amborum in con-
spectu gloriæ summi Dei.* Hebræus verò: *In
tempore illo exaudita est oratio amborum in con-
spectu ipsius Seceiah, et in conspectu throni gloriæ
Jehovah; oratio quidem Tobie pro cæcitate
colorum suorum, oratio verò Sara pro familia-
tione parentum suorum.* Quòd *Jehovah* sit, dic-
tum in Exodo cap. 6, sed *Seceiah*, ut ait Rab-
bi Elias, est ipse Spiritus sanctus, ita nuncu-
patus, quòd Hebræis sanctus valeat habitare;
ipse verò in prophetis virisque sanctis habitare
soleat Josue 22, Deuteron. 4, Genes. 9. Græci
porrò textus, Complutensis, Venetus, Basilien-
sis, ita legunt: *Exaudita est oratio amborum
in conspectu gloriæ magni Raphaelis.* Si tex-
tum istorum aliquis mendum haberet, id in
ultimo potius hæere arbitrare, quia cæteri
multò plures, et omnes tam Græci quam He-
bræi et inter se et cum Latino congruunt. Ni-
hil tamen immutandum puto, quia sæpè acci-
dit ut isti textus eodem in historia diversas,
non aduersas res proponant, sintque hæc om-
nes bonæ, veræ. Cùm autem illi, hæc in con-
spectu gloriæ Dei preces exauditas, satis patet,
eas à glorioso, suoque in maiestatis solio me-
taphorice consistente Deo auditas; sed quid,
in conspectu gloriæ magni Raphaelis exauditas?
Expositiones tres afferri queunt. Prima, ut
per Raphaelem Deus ipsemet accipiat. Id enim,
ut supra vidimus, verbè vis omnino
concedit. Altera, ut Raphael angelus quidem
sit, sed ejus gloriæ ipse rursùm Deus appelle-
tur, quemadmodum Psal. 5: *Tu, Domine, ma-*

*ceptor meus es, gloria mea, et exaltans carnis
meæ.* Si enim S. Paulus 2 Corinth. 14, Co-
rinthiorum gloria est, si Judith Hierosolymo-
rum, cap. 13, si S. Pulcheria, Ecclesiarum, in
synodo Chalcedonensi, si denique ullus domi-
nus clientum et famulorum, ullus magister
discipulorum, parens ullus filiorum, Ecclesia-
stici 3, v. 13, quanta Raphaelis omniumque
penitus angelorum gloria Deus est? Tertia
verò expositio est, ut in gloriosè magni Ra-
phaelis angeli conspectu exaudita sit precatio.
Quia enim eam divinæ maiestati offerre de-
buit, eam quoque prius et audire necesse
fuit, quemadmodum et supra dictum est, ipse
ergo antequàm preces illas offerret, exaudiat,
exauditasque postea obtulit. Et hæc simplicis-
sima expositio videtur, maximèque huic Se-
ptuaginta Romano textui consentanea; foret
enim magna verbi ambiguitas, si proprium hoc
Raphaelis nomen modò angelum, modò Deum
in uno eodemque loco significaret. Deinde,
etiamsi Michaelis et Gabrielis nomina, eorum si
notio consideretur, Deo et Christo Domino tri-
bui possent, quia tamen Scripturarum liber ita
loquitur? Dixit quidem Beza in S. Jude Episto-
lam v. 9, Michaelen, de quo inibi agitur,
esse Jehovah; sed hoc tantummodò dicit ut
ejus loci difficultatem effugiat, et adhuc fortè
apposuit, simulque admodum ineptit, dùm
apud Zachariam c. 3, v. 1, angelum Jehovah,
ipsum Jehovah esse vult, prorsus ac si dice-
ret, domini alicujus famulum esse ipsum do-
minum. Si ipsum præterea editionis Romanæ
contextum aspiciamus, planissimè de angelo
Raphael sermonem hic esse intelligemus.
Nam ubi noster textus, et Hebræus et Græci
alii subdunt: *Et missus est angelus Domini
sanctus Raphael,* emittit hic Romana illa editio
Raphaelis nomen, et tantum ait: *Et missus est
curare duos illos.* Quis verò missus est? Nonne
ille ipse qui nominatus antea fuerat, Raphael?
Neque tamen editio Romana tacet à Deo etiam
preces istas exauditas. Cùm enim ait missum
Raphaelen, ut illos curaret, indicat eum à quo
missus est, precibus illis annuisse, hancque
idcirco Raphaeli provinciam imposuisse.

Cæterum, tertium, id est, quod ad Tobianæ
precatationis effectum verum pertinet: « Missus
« est angelus Domini sanctus Raphael, ut cu-
« raret eos ambos. » Hic admirabere, ô lector,
summam Dei bonitatem, si mente paululum
agiles et expendas, quis sit qui mittitur, à quo
mittitur, ad quosnam mittitur, et ad quid.
Mittitur angelica præstans et nobilis admodum

natura, mittitur à summo Deo ad tam viles
objectosque homines, ob rem adeò minutam
et exillem. Quis etiam res vulgò nota videatur,
non obstupescat? Obstupescere ceteris
Deoque idcirco laudatur, et laudari ab om-
nibus optatur, D. Bernardus, cum istud uni-
versè consideraret scripsit. 12, in Ps. *Qui habi-
tat, ac diceret: Angelis suis mandavit de te,
ut custodiant te in omnibus viis tuis. Confitean-
tur Domino misericordiam ejus, et mirabilia ejus
filii hominum. Confiteantur, et dicant inter
gentes, quoniam magnificavit Dominus facere
cum eis. Domine, quid est homo, quia tenentur
ei, aut quid apponit erga eum cor tuum? Ap-
ponis cor erga eum; geris pro eo sollicitudi-
nem; curam illius habes. Denique ei mit-
tis Unigenitum tuum; humilis Spiritum tuum;
promittis etiam vultum tuum. Et ne quid in
caelestibus vacet ab operà sollicitudinis no-
stræ, bestos illos spiritus propter nos mit-
tis in ministerium; custodiam nostram deputas;
nostros jubes fieri pedagogos. Parùm est
enim quid facias angelos tuos spiritus, facis
et angelos parvulorum. Denique angelis eorum
semper silent faciem Patris, illos utique tam
felices, et tuos ad nos, et nostros ad te an-
gelos facis. Angelis suis mandavit de te. Mira
dignatio et verò magna dilectio charitatis.
Quis enim quibus, de quo, quid mandavit?
Studiosè consideramus, fratres; diligenter
commendamus memoriam hoc tam grande
mandatum. Quis enim mandavit? Is, cujus
sunt angeli; cujus mandatis obtemperant;
cujus obediunt voluntati. Nempe angelis suis
mandavit de te, ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Nec cunctantur, quin etiam in ma-
nibus tollant te. Summa ergo majestas man-
davit angelis; et angelis suis mandavit, illis
utique sublimibus, tam beatis, tam proxi-
mis sibi coherentibus, tam familiariter ad-
hærentibus, et verò domesticis Dei. Mandavit
de te. Tu quis es? Domine; quid est homo,
quid memineris ejus, aut filius hominis, quoniam
reputas eum? quasi verò non sit homo pu-
tredo, et filius hominis vermis; sed quid
putas mandavit de te? Numquid scripsit con-
tra te amaritudines? Numquid ut contra so-
lum, quod vento rapitur ostendant poten-
tiam suam, et stipulam siccam persequan-
tur? Numquid ut tollant impium, ne videat
gloriam Dei? Mandandum istud est, non
mandatum. Non recedas ab adjutorio Altis-
simi; in protectione Dei cœli commemorare,
ne de te illud quandoque mandetur. Quem*

enim protexerit Deus cœli, non de eo man-
dabitur, sed pro eo. Angelis suis mandavit de
te, ut custodiant te, ô triticum inter zizania,
ô granum inter paleas, ô lilium inter spinas!
Gratias ei, fratres, gratias ei pro nobis pari-
ter et pro vobis. Sed si Deo tante corpo-
rum nostrorum curatio curæ; ut angelum, et
angelum tam excellentem, mittat, quid pro
animorum sanitate non faciet? Nam

Optandum est, ut sit mensa sana in corpore sano;
Sed magis, ut sit mensa, etiam sine corpore, sana.
Ideoque rectè hic Glossa: « Mysticè, ait, per
« Raphaelem intelligi potest Dominus noster
« Jesus Christus, qui dicitur magni consilii
« Angelus, secundum translationem 70 Isaie
« 9, et venit in mundum ad curandum in utro-
« que sexu genus humanum. » In Græcis
porro dicuntur paulò signatius nonnulla:
« Missus est Raphael, ut ambobus mederetur,
« ipsius Tobit albugines abstergeret, et Saram
« Raguels filiam daret Tobit, filio Tobit, uxo-
« rem, et vinceres Asmodæum, malum demo-
« nium, quia ad Tobiam pertineret hereditas
« illam accipere, » id est, Saram, quam illi voluit
optima hereditas debebatur, idque quis, ut ait
Hebræus, Tobit jus erat propinquitatis, id
est, propinquitatis jure illam sibi vindicare
poterat; sed addit adhuc in Græcis: Eodem
tempore domum rediit Tobit, et Sara è concubio
descendit, eoque sermo de illo tempore quo
dum ei uxor approbraret, in illam domum suam
partem priorem exierat, ubi calamitas cœci-
tasque accepta fuerat.

QUESTIUNCULA XV.

QUOMODO SARÆ VIRI MORTUI?

(Tob. cap. 5, v. 8, et cap. 6, v. 14.)

Hoc ait, cap. 6, 14, Tobias: Audisti, quia
demonem occidit illas, id verò solum mini-
mè fuisse summa omnium consensio est, et
textus ipse demonstrat. Nam ibidem, vers. 17,
idcirco subdit angelus, in quo accipere solent
demon potentiam, et capite 8, versu 3, idem
demon apprehenditur et religatur, deinceps
que versu 18, tanquam inimicus, qui Rague-
lem persequeretur, excluditur, itemque, c. 12
versu 3, à Sarâ demonem compercutitur, ne
videlicet, quemadmodum septem alios, ita et
Tobiam interimeret. Idcirco enim et fissa solle-
batur, cap. 8, vers. 12; et omnium clarissimè
c. 3, v. 8: Asmodæus occiderat eam. Sed quoniam
eos mortis genere occidit? Venerabilis Beda
in antea expositum caput, eos à demone ra-

ptos asserit; sed his tum sepulcro minime opus fuisset. Qui enim, si rapiuntur, aut quò deventerint ignoratur, aut certe aliquem in locum remotiorem; ut de sepulturâ eorum cogitari vix possit, transferuntur. Dicebat verò Raguel cap. 8, versu 12: *Ne forte simili modo evenierit ei, quo et cæteris septem illis viris, qui sunt ingressi ad eam.* Idèdque fortè ita exponi Beda queat, ut raptos dicat, quasi è medio sublatis, seu, è vivorum numero raptos, eo loquendi modo quo nùtur Sapiens Sapientie 4, v. 11: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Modum verò speciemque mortis patefacit, in Græco, supra, c. 5, v. 8, irata et contumellis dominam proscindens famula. Dicit enim: *Non intelligis, quæ viros tass suffocati?* Nam quod fecerat Asmodeus, hoc linguax mandaxque in dominam conferebat ancillula. Suffocatio porro duplex est: Una quæ ad vitam quidem eripiendam tendit, sed tanta nondum est ut eripiat, nisi magis intendatur et augeatur. Et sic à Platone et Theocyde dicitur ætus *αἰς*, unde calidior aer et locus apud Galenum et Plutarchum, *αἰσθητός*. Sic ephialtes, seu suppressio nocturna, cujus et mentio antea incidit, posteaque, cap. 8 recidet, suffocare solet; et idcirco à Themisone et Paulo Argemæta lib. 3, cap. 25, *αἰσθητός*, et *αἰσθητός* vocatur. Sic denique cibi quidam suffocant, et febris, et apud Demosthenem atque Læcianum, ira. Quid servus ille nequam Maithazi 18, v. 23? Nonne suis ipse manibus conservum tenens, suffocabat eum, dicens: *Redde quod debes?* Altera suffocatio est, quæ tantoperè increscit, ut vitam penitus auferat, sive aliquo jam dictorum modorum fiat, sive alio; ut aquis, quemadmodum Marci 5, porci suffocantur; sive laqueo, qui apud Hesychium idèd *αἰσθητός* dicitur, unde, et apud Aristophanem, *αἰς*; sic *αἰς*, *αἰσθητός*, ut quæ ad inferos ducit, suffocatoria. Dæmon igitur septem istos Saræ sponso, majore istâ et lethali suffocatione suffocavit, vel intercluso spiritu, nimioque fervore, cum et ipsi libidine nimia inflammati arderent; vel assumpto ad tempus corpore, injectisque in illorum colla manibus; vel aliquo etiam laqueo sceleratas eorum fauces obstringendo; vel denum ephialte gravissimo ipsos ita premendo, ut respirare seseque movere nihil possent. Hoc enim mortis genere, quando divina ei justitia concedit libentissimè crudelissimè torior iste utitur, et usus verè est contra illos de quibus, cap. 6. Cum Symphoriani urbis præfecti filius, voluptatum

flammis totus ardens, sceleratâ sanctam A quem manu contingeret, cecidit in faciem assem, et præfatus à diabolo, exspiravit, inquit serm. 90 D. Ambrosius. Quin et pro immani suâ crudelitate quosdam etiam interdum suffocare carnifex ille nititur, quos tamen divina mirabiliter bonitas conservat. Vir nobilis et valdè religiosus à quodam imperii principe, ut ejus confessionem audiret, vocatus erat. Timens verò diabolus ne per sacram confessionem, è peccatorum infortiorumque laqueis princeps ille solveretur, ipsam intempestâ nocte confessorium suffocare voluit, si sacris precum verbis fuisset ejus furor cohibitus, uti refert lib. 2, cap. 39, n. 25, Cantipratenus. Arcadius verò Cypri archiepiscopus et ex eo S. Damascenus oratione 3 de Imaginibus: «Contigit, ait, ut vir quidam mercator civitatis Antiochenæ gravi molestiâ ab improbo demone affligeretur, diùque angeretur, adeo ut spirandi facultate interclusâ suffocaretur. Hic profectus ad sanctum Simeonem est, et ejus precibus ita sanitatem assecutus, ac si nihil unquam perperassus esset. » Si quis verò contendat, canonem Episcopi 26, quæst. 5, omnem illius occidendi potestatem demonibus negare, quòd neque in melius, neque in deterius creaturam ullam transformare possint, idèdque neque è vivo animali cadaver effloere, occurrendum, agi eo loco de propriâ demonis potestate, ut per seipsum absque Dei nutu id possit, ne, ut ibi dicitur, creator et divinitate aliqui præditus existimetur. Deinde loquitur etiam canon de perfectorum animalium in alia perfecta translato et verâ metamorphosi. Cadaver verò nùm ejusmodi?

QUESTIUNCULA XVI.

QUI ET QUANDO IDEM A DEMONIO SUFFOCATI?

In Græco, cap. 6, vers. 14: *Ἐν τῇ νυκτὶ ἐν θάλασσῃ ὑπνιάσθαι, suffocati dicuntur, cap. 7, vers. 11: Οὗτος ἔβη ἀποκαταστὰς ἐπὶ τὴν ἀντίθρονον τοῦ τῆς νύκτος, quando ingradiebantur ad ipsam Saræ, moriebantur sub noctem.* Et c. 5, vers. 8: *Ἀποκαταστὰς ἀπὸ τῆς νύκτος ἐπὶ τὴν ἀντίθρονον τοῦ τῆς νύκτος, ὅς ἐν γυναικὶ, demonium eos interfecit, priusquàm cum eâ ipsi fuissent, ut in mulieribus, id est, priusquàm uxorem cum eâ consuetudinem habuissent uti moris, seu, ut Hebræorum alter ait, priusquàm cum eâ cubuissent, et alter, priusquàm appropinquarent ad eam, more univæ terræ.* At in Latino, c. 5, v. 8: *Asmodeus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam.* Quod ita Badvellus accipit, quasi

diceret S. Hieronymus, eos cum ea congressos esse. « Sed omnes, addit, Hebraei, quos quidem viderim, illos ante congressum, necatos fuisse memorant. » Id tamen haudquaquam vel S. Hieronymus, vel textus noster inficiatur, cum de ingressione loquatur, quā in Saræ thalamum et cubiculum ingressi sunt viri illi; quam etiam ingressione nominavit Græcus, cap. 7, vers. 11, et paulo ante vidimus, *ἀνὴρ ὁ ἀποσπένων τὴν γυναῖκα αὐτὴν, ὡς ἐν τῷ θάλαμῳ αὐτῆς, ὡς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς*. At hoc Badvelli videre noluit; sed, ut aliam in sententiam lectorem abduceret, veritatem, sub noctem quā erant ad eam accessuri, interfecit, quasi non accessissent. Ad ipsam ergo accesserunt, qui ejus thalamum intrarent; ad ipsam non accesserunt, quia eam non intrant. Atque hinc patet, illibatam integramque penitus virginem Sarā fuisse, cum Tobie in matrimonium collocaretur. Unde, cap. 5, vers. 12, dūm Græcè dicitur: *Ἡ ἑσπέρη ἡμετέρα σου ἡμετέρα σου ἐστίν*, ad veterem illam consuetudinem respicitur, quā à maritis uxores cognominabantur, non simpliciter, sed quando ex illis prolem habebant, vel ab illis saltem cognita fuerant, Isaiæ 4: *Ἰνακεται nomen tuum super nos*. Sic Maria Cleophae uxor, et aliorum alie dictæ sunt. Hinc verò intelligitur, quā verum sit illud apud Bensiram proverbium: *Sponsa ascendit in thalamum, nec quid ei eventurum sit novit*, ut in letissimis etiam rebus animi semper modestam et sanctam quandam sollicitudinem retineamus, cum, ut addit in Syro-Chaldaico Boderianus, juxta Latinorum proverbium: *Inter calicem et os, vultus adest intercedere*. O quā facilis è summo gaudio in luctum summum catastrophe è nuptiali thalamo in fersalem tumbulum! « Incertum est, ait, epistolā 26, Seneca, quo te loco mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. »

QUESTIUNCULA XVII.

SARÆ VIROS CUR INTERFECIT ASMŌDEUS?

Causa in textu Græco hic una datur, in Latino nostro altera. Illa est *ὅτι ἀσπένων* quālibet, id est, quia demonum ipsam amat. Ubi due sanè non facillima in questionem vocari possunt, quo scilicet amore ipsam amaret demon, et quomodo ex eo amore fiebat ut in Saræ viros impetum faceret, eosque occideret. Quoad prius, certò statuendum, demonis amorem istum supernaturalem haudquaquam fuisse. Nulla enim sceleratissima damnatissime spiritibus charitas est, nisi fateri quis vellet,

eosdem simul Deo gratos et amicos esse, imò et Dei filios. *Omnis enim qui diligit, ex Deo natus est*, 1 Joan. 4, et: *Deus charitas est; et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo*, ibidem. Natusque verò amor, qui à philosophis rei cuique tribuitur, ejus videlicet ad id quod illi bonum propensio, et voluntatis etiam appetitio, quæ ita in bonum quoddam fertur, ut ejus contrarium velle nequeat, de quo 1 p. q. 60, D. Thom., nihil ad hunc locum. Neque enim Sara erat, in quam veluti diabolice naturæ bonum, vel commune et summum bonum raperetur diabolus. Posse verò fieri ut liberrimo quodam amoris actu diligantur à demonibus homines, sunt quæ probabile faciunt nonnulla. Ex his sunt duo hæc potissima: unum, possunt naturali mentis suæ vi, quæ ipsa adempta non est, cernere ac judicare rem quamvis esse bonam, honestam et pulchram. Cur eam ergo amare non queant? Alterum ab experientia variè sanè et multiplici ducitur. Primò enim gentium dii nonne suos ipsi cultores amarent? nonne multis magnisque ipso beneficiis affecerunt? At omnes dii gentium demones, Psal. 75. Hinc enim et Jupiter optimus, et Juno sospita, et dii soter, et *ἀσπένων*, et *ἀσπένων*, et alia sexcenta. Deinde Socratis demonium cum amore magno nonne complectebatur? nonne ad honesta multa eum exercebat, à periculis multis abducebat? Jam magi, venefici, sagæ ceteraque devotorum diabolo caput turba, nonne ab eo diligitur? nonne bonis quibusdam ornatur? Quasi demones quosdam feminas deperire, ipsarumque complexus eblandiri, rursum viros quosdam mulieribus prestare, vel ipsas incubum et succubum nomina testantur. Certe Nazianzenus oratione de S. Cyprino, demones quosdam corporum et formarum amantes tradit. Et de variis variorum in homines demonum beneficiis, narratur à nonnullis multis præsertim à Casario lib. 5, cap. 56, de quibus, qui famuli specie ita domino naviter fideliterque famulabatur, ut ab hostibus eum suis liberaret, egrotanti, penique jam deposito, præsentissimum medicamentum, leonum lac suppeditaret; c. 57, alium quendam militis clarum pernam; cap. 45, vineam custodit. A Trifemio in Hirsaugiensi Chronico anno 1152, pileatus quidam demon (Hutekin vocabant) inducitur, qui momentū non parvi arcana quidam viros principibus aperuerit, impigram in culinaris operibus operam præstiterit, et, quod Sarā nostram

magis attingit, commendatam à peregrinante viro uxorem diligentissimè, etsi procacem alioquin ipsam precarentur multi, custodierit. Apud Guilelmum Parisiensem, p. 2, c. 8, est alius, qui cum Ludione quodam suaviter ludat, jacetur, caclidmetur. Apud Agricola, lib. de subterraneis Animalibus, adeò mites, humilibusque amici demones quidam referuntur, ut à Germanis eam ob rem *gutesi* appellentur. Apud D. Microsynum, cum demonem S. Hilarii interrogaret: *Dic quare masas et ingreditur puerum Dei? Ut aerarem, inquit, eam strigam.* Vel hoc igitur extremo, vel superiorum modorum aliquo, videri queat amasse Saram Asmodeus. Eucleasius tamen et verius, ut res tota perspicatur, intelligendum est, eam verè amat creatura intelligens aliam, duo concurrere solere. Primb, ut qui amat, ei quem amat, ipsius causâ, bonum quodpiam optet, idque illi pro viribus procuret. Deinde, ut in eo qui amat, causa quapiam insideat, eò quam ad eam amandum illicitur alius. De demones verò, cùm stat hominum omnium hostes plus quàm capitales, sibi quis persuadet, nobis eos boni quidquam cupere? Totum illorum genus in nostrum ardentissimis invideat odii facibus, jam à primo Adami exordio, flagrasse semperque flagrare, Christianorum quis ignorat? Eiusdemque verò non est, extremo quodam odio quempiam odiasse, ipsique bonum vel minimum avere, multò minus pro virili conciliare. Causa verò ear hominum aliquos demones diligant, quæ in his esse potest? Num natura ipsa humana? num aliquid accidens? Illam sanè, quamvis cum eâ intelligendi societatem quandam habeant, oderunt tamen pessimè, adeò ut ex momento illo quo intra istam hominis naturam, in gehennæ laterum infelicitatè deturbati sunt, et quo ipsa supra ipsos, ad beatissimum Dei conspectum et admirabilem illam divinæ hypostaseos conjunctionem, quàm altissimè sublata et evicta est, eam delatam penitus, è totaque rerum universitate sublata vellent. Hominis verò accidens, demones ad amandum quodnam incitet? An morum similitudo? An animi vel corporis bonitas aliqua? Si morum similitudo, Saram equidem amicitiâ completi non potest Asmodeus. Ille enim sancta, religiosa, Dei amantissima; illo sceleribus coopertus maximis, impietate totus amens, feriali Numina odio totus insanus. « Disparis mores, » disparia studia, inquit lib. de Amicitia Tullius, sequuntur, quorum dissimilitudo dis-

« etat amicitia. Nec ob aliam causam ullam » boni improbi, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta « maxima potest esse morum studiorumque » distantia. » Neque tamen morum omnium similitudo amorem parit, sed bonorum et inter bonos. Superbum superbus non amat? Ignavum ignavi, rivolet rivolet, iracundum iracundus? Itemque in aliis vitiorum generibus. Et notum illud, de quo 2 Rhetor. Aristot. c. 4, figulo figulos. Ad, si plus quiddam vis, eundem Aristotelem lib. 8 Ethic., c. 4 et 5, lib. 9, c. 4.

Animi bonitas vel in rerum cognitione vel in virtute sita est. Neutra homini demonem adjungit. Nam et illam ei quantalatenusque invidet; et hanc animo insuetat iniquissimè. Alioquin sanè quò quisque esset vel doctior vel melior, eò eum admaient magis demones. Ea quia in Christo Dominus sapientia thesauri omnes, omnia omnis sanctitatis ornamenta, quàm eximio ipsum ipsiusque sanctissimos angelos coelitesque omnes amore prosequeretur! Tante sanè virtutis pulchritudo est, splendor et dignitas tanta, ut vel in hoste, quemadmodum in Pisconem sensit Cicero, amari soleat, etiam ab inimicissimis et barbarissimis; atamen hominibus, et hominibus hæc in vitæ viâ constitutis. Nam desertores isti spiritus tam nefario jam erga Deum et homines odio, tamque immani et obstinato velle imbuti sunt, ut recte sinceræque voluntatis actum nullum agere aut velint aut possint, quemadmodum explicat D. Thomas 1, q. 64, art. 2, de Malo, q. 16, art. 5, de Veritate, q. 24, art. 10; Scotus 4, dist. 10, q. 1, art. 4 et 5; Cassalius lib. 1 de quadripartita Jentia; Scotus etiam et Durandus 2, distinct. 7, dùm in objectum quidem honestum in genere ferri posse demones concedunt, sed illic adjungunt, ne rectè, circumstantiarum omnium oppositu, ferantur, impediri eo quem intensissimum habent malitiae habitus. Sicut enim quandoque fit, ut perturbatiore morientis animi motu impellente, quæ omnibus illi charissima est, vita odio habeatur, et seipsum non esse quidam optent, ita et in demoniorum voluntate pravitas tanta tamque perfixa est, ut quæ ceteroqui amabilissima est, honestatis species, eam ipsi despiant, oderint et aspernantur.

Corporis bonitas, quæ amorem concillet, vel sola, vel sanè præcipua, est forma et pulchritudo. Idcirco enim et à vocando ad amorem,

Græcis et ædificata putatur. Amor vero iste, cujus conciliatrix pulchritudo, vel purus, vel impurus et libidinosus est. Et isto capi accenditur quædam dæmonas, plurima sanè nobilisque ingenia existimant. Movebantur, quantum videretur adhuc fleuit, tribus potissimum argumentis. Primum est illud à Genes. c. 6: *Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* Alterum ducitur à corporum sensibus ornatorum naturâ, quæ sese illis libenter applicant, penitusque admovent, in quibus eximiam aliquam formæ venustatem aspexerint. Ex eo enim aspectu, quædam arida quæpiam miseries igni moveatur, illiç, nisi aspergat recta ratio frigillum, exardescit amor. Persuassum vero illis erat, esse dæmonas istiusmodi corporibus præditos, neque ullam rectæ rationis imperium admittere. Tertium suggerit de horum incubita et succubitu experientia, ut paulò ante indicatum. Sed primum, in illo Genesios loco sublatum; alterum à totâ ferè scholasticorum scholâ jam exterminatum, sicuti et à nostro Pererio lib. 8 in Genes. disput. 2, Suarezio, tom. 2 Metaphysicorum, disput. 33, sect. 3. Tertium verò questionentis aliquot evolvendum.

QUESTIUNCULA XVIII.

AN CERTUM SIT, DÆMONEM NONNULLOS FERROS AUT VIRIS QUIRÔSSAM INCUBARE VEL SUCCUBARE?

Est morbi genus quoddam, quod à Plinio *suppreatio*, ab aliis *epistula*, dici solet, sed id Tertullianus lib. de Animâ, c. 44, *incubitiones* vocavit. Alii verò *incubæ* vel *incubones* quoddam dæmonem genus appellant, quod feminis interdum quibusdam incubare, hisque libidinosè abuti, succubæ verò vel succubones, quos, ad non dissimilem impuritatem, viri sese nonnullis subternere arbitrantur. Etverò minime id eos temerè aut falsò arbitrari, quæ citata est experientia ostendit. Est enim ea non nuda vel alterius hominis, sed quamprimorum, neque, horum vanorum et fallacium, sed veritatis amantium, siquæ dignissimorum; neque uno tantum, vel altero aut loco aut seculo, sed quàm plurimis collecta et corroborata. Nam, à veteribus, præter D. Hieronymum in S. Pauli Vita et in Isaiæ 13, Isidorum lib. 8, Orig., c. ult., ita D. Augustinus lib. 15 Civit., c. 25: *Celeberrima, inquit, fama est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audias affirmant, Sylvanos et Faunos, quos*

in vulgò incubos vocant, improbos existisse mulieribus, et easdem appetisse ad peregrinas concubitus; et quosdam dæmones, quos Divus Gallus nuncupans, hæc aspidas immunditiam et tentare, et effluere, plures taliaque asserunt; ut hæc negare impudentia videatur. Ceterò, si aliud nihil haberemus, vel una hæc viri tanti, tam seriò affirmantis, tot testosque testes laudantis et approbantis auctoritas sufficere debeat. Sed et publicum D. Bernardi valdeque solemne in publico sacroque loco, existat testimonium. Nam, ut narrat ejus Vita auctor lib. 2, cap. 6: *Mulier quidam in regione Manneli, à quodam potentie dæmone, sex annis, habito ejus consensu, incredibili libidine vexata est. Appropinquavit ei in specie pulchri militis, et sæpè abutabatur eâ invisibiliter, marito ejus in eodem lecto cubante, lascivus ille spiritus. Quæ, anno septimo, timore correpta, veniente in prædictam civitatem sancto Bernardo Clarevallensi abbate, misera mulier ad pedes ejus corruens, passionem horribilem et ludificationem diabolicam multis cum lacrymis confessa; succurri sibi flagitavit, à quo consolata, et quid facere deberet edocta, post confessionem diaboli ad illam accedere non potuit, sed tamen eam verbis terruit, et quia post abbatis decessum ead ejus supplicia revertetur, acerrimè minabatur, ita ut qui fuerat amator, crudelissimus fieret persecutor. Hæc cum sancto indicasset, proximâ die Dominicâ, cum deo-ribus episcopis, accensis candelis, cum omnium fidelium, qui erant in ecclesiâ, subscriptione, anathematizavit fornicatorem spiritum auctoritate Christi, tam ad illam quam ad omnes alias mulieres, ei deinceps interdictis accessum. Extinctis verò illis sacramentalibus luminaribus, tota virtus dæmonis extincta est, et mulier, post generalem confessionem peccatorum suorum, communicans, plenè liberata est.* Hujus verò mirati pene suppres experientiam eandem exemplis verbisque pluribus astruunt Cæsarius lib. 1, cap. 7, 8 et 9, D. Thomas 2 sent. dist. 8, q. 1, art. 4, et 1 p. q. 52, art. 5, ad 6, ejus condiscipulus et cognominis Cantipratensis lib. 2 Apud, c. 57, num. 13, 14, 15 et sequentibus. Vincencius lib. 4 Historiæ. Superiori seculo pontifex maximus Innocentius VIII, in decretali adversus maleficas mulieres Epistola: *Non sine ingenti, ait, molestiâ, ad nostrum pervenit auditum, complures utriusque sexûs personas, propriæ salutis inimicæ, et à*

« fide catholica deviantes, demonibus incubis
« et succubis abuti. » Similia etiam hoc seculo
complura nonne litteris prodiderunt Magius
Miscellaneorum lib. 3, cap. 4, Symphorianus
Camperius lib. 2, c. 7, Jacobus Sprengerus,
et Henricus Institor in Malleo maleficarum p.
1, q. 1, c. 4? Quid iudicum tribunalia? Nonne
in veneficiorum causis hæc sæpissimè audie-
runt? Novi sanè, qui ut à mulierculis quibus-
dam pestem hanc depellerent, piè ac strenuè
admodum laborarunt. Sed Cantipratensi com-
mentatore adhuc, opinor, superstitem, Col-
venerium audiamus. « Hoc, ait, scelus abhinc
« annis ferè tribus in veneficiis utriusque se-
« xus, in parte orientali Flandriae atque Bra-
« bançie, per iudices seculares deprehensum
« est, et extremo supplicio punitum; confes-
« sione sunt occasione huiusmodi perversissi-
« mæ voluptatis, se ad veneficii crimen pro-
« tractos, et quamvis essent conjugati, quod
« tamen relicto thoro legitimo, alter succubo,
« alter incubo, multo tempore sceleratissimè
« permixti fuerint. Hæc habui, ait, ex iis, qui
« eorum examini interfuerunt. »

Quia verò de incubis quidem assentiuntur
Euthymius tit. 28, cap. 9, Cantipratensis lib.
2, cap. 30, de succubis tamen ambigunt, no-
tando de iisdem Innocentii verba et Cassarii
lib. citato, cap. 9 : « Non solum, ait, in his
« cavendum mulieribus, sed et viris, qui jam
« sicut demones per formas virorum, ut di-
« cetam est, feminas ludificant et corrumpunt,
« ita per species feminarum, viros seducunt
« et decipiunt. Legi vitas Patrum, et invenies
« ibi quosdam viros perfectos per phantasmata
« mulierum delusos, contractos et defectos. »
Ita ille. Neque sanè ratio apparet ulla cur fe-
minis imponere genii pessimi possint et velint,
viris nunquam possint aut velint. Et quoniam
hereticorum contra Catholicos quidem testi-
monia respuit Justinianus I. Quoniam multi,
c. de Hæreticis, contra hereticos tamen ad-
mittit, valeat etiam loco isto, contra diabolum
testis Lutherus, dum mensalem sermonum,
seu Symposiarum, cap. 24, refert, se à
Joachimo Friderico, imperii electore, audisse,
nobilem quandam, in Germaniâ familiam esse,
que à succubo demone propagata sit. Sed
hæreticus alius et aliâ è sectâ, Vieri, homo,
ex D. Augustini loco ante indicato, sententiâ,
impudens, incubitiones et succubitiones istas
negat, et mulierem objicit Hollandicam, que
sibi cum incubo rem fuisse fateretur, ab in-
speciente tamen obstetricæ virgo pronuntiare.

ut. Sed non omni virorum accessu femine
pudoris claustra reserari, docet ex Anatomicis
medicis Vesalius lib. 5, cap. 15, è theologis
Testatus episcopo de Isaac verbis : *Eccæ virgo
concepit*, num. 12 et 24; quanquam et in istis
claustris, quasi antea nunquam patuissent,
observandis, et quodam velati fascino clau-
dendis, demoniacam nescio quid solertiam in-
terdum efficere scribit Cantipratensis lib. 2,
cap. 30, num. 38.

QUÆSTIUNCULA XIX.

QUALE, HISCE PERSONIS GENERIS, CORPUS
ASSUMANT DEMONES?

Cum ad incubitiones et succubitiones istas
corpore opus sit, et proprium illi corpus Ari-
stotelis et D. Thomæ gymnasia constanter ne-
gent, alieno quopiam eos indui fatendum.
Quemadmodum enim sanctis, sic et profanis
angelis ea, dum à Deo conderentur, potestas
data ut è sublimari materiâ possent vel nostris
vel animantium cæterarum corporibus insi-
millia fingere, sibi adjungere, eaque ita figu-
rare et movere, ut, licet homines ipsi non
essent, homines tamen qui et humane quidam
opera molirentur, videri possent. Nota hæc è
D. Thomâ 1 p., q. 51, art. 2, et q. 110,
art. 2.

QUÆSTIUNCULA XX.

INTRINSECUS ASCITO CORPORE, LIBEROS GIGNERE
NUM POSSINT?

Tres eruditorum hominum sunt opiniones:
prima negat, et in ea videri culpam possent
D. Chrysost. hom. 22 in Genesim; Philastrius
hæres. 408; Serenus apud Cassianum collat.
8, c. 21; alii apud Eugabonum lib. 8 Philo-
cap. 32, nisi de puris iis spiritibus, vel certè
non alieno corpore larvatis loquerentur. Sed
in ea tamen sunt recentiores quidam, ut Vin-
centius lib. 4 Histor. c. 128; Lucidus c. 4;
Ulricus Constantiensis lib. de Pythonicis, c.
10; Petrus Boistau Gallico libro de prodigiis
Historia, c. 6; pauci alii apud Conimbricenses
nostros lib. 1 de Generat. q. 10, art. 5, in
quibus et Vieri lib. 3, c. 8 et 19. Altera
opinio asseverat, quam D. Thomas loco citato,
Victoria relectione de Magiâ Malleus malefica-
rum part. 2, q. 1, c. 4, Thomæorum familia
universa certissimam statuit, cum quibus fa-
ciunt Cassarius, Cantipratensis, Camperius,
Abulensis q. 6; Hector Boethius lib. 8; Magius,
Malonius, Jacobus Rufus Medicus lib. de
Constantianâ Magdalenâ, Bellarmin. lib. 3 de

Rom. Pontif. c. 12; Molina noster, alii quàm plurimi. Tertia, quæ Perori in Genes. 6, disput. 5, etiamnum ambigit, adeò ut illum definitè nihil pronuntiare dicat. Colvenerius loco citato. Videtur tamen ille in eam quæ negat propensior, quòd fieri non posse censeat, ut seminis prolificam viam demon conservet. Cùm enim proprium huic semen nullum sit, si liberos gignere incubus poteris, aliunde humanum semen, quod in mulieris uterum infundat, sufficere oportet. At quidnam ars vel solertia, ne prolifici spiritus dissipentur et evanescent, demon efficiat? Possetne, verbi causâ, dùm sanguinem mittimus, extra venas et arterias, vitales animalesque in illo spiritus, ne diffiant, conservare? Addubitare profectò hæc et similia quæpiam nos faciant, nisi experientiam inficiari, si non magnæ, alicujus tamen, ut antea D. Augustinus loquebatur, impudentiæ videretur. Arturum et Marlinum ex hujusmodi progenitum incubo, vetus narrat historia, et ex eâ Cæsaricus et Abulensis loco cit., Vincentius lib. 21, c. 50; Homerum Aristoteles lib. 3, Poeticæ; Plutarchus in ejus vitâ et ex eo, præfatione in Homerum, Politianus; Servium Tullum Plinius lib. 36, c. ult., Alexandrum Magnum è dracone, Plutarchus in Alexandro; Lucianus in Dial, alium è marinâ succubâ Gaufridus Athloderus, et ex eo Vincent. lib. 3, alios denique è Lucellurgensi Melusinâ succubâ idem Vincentius, et loco citato Lutherus, et ejusdem fortè generis multa ellim adulteria et stupra fuerunt, quæ Faunorum, Satyrorum, Jovis, aliorumque eorum, posteaquàm in vivis etiam peidem esse desissent, involucris gentilitas commemoravit. Quia tamen uti fabulas omnia hæc rejicere promptum, quid nobili illi, nostrâ in Germaniâ, familiæ, quam ab succubo extitisse imperitii septemvir antea narrabat, faciemus? Quid illis, qui usitato nomine *Weckelstinder*, à quibusdam *Gambianis* appellantur? Quid de Luthero ipso dicemus, quem ex incubo sese in balneo cui ancillabatur, concepisce propria mater professa est, quemadmodum in editis Lipsiæ libris Petrus Sylvius testatur, nec ipse etiam Lutherus inficiatur? Cùm enim ei tam infamem nefariumque ortum objecisset Cochleus, quid, homo alioqui linguâ calamoque petulantissimus, in maledictorum et convictorum palæstrâ nemini unquam cedens, victorque perpetuus, quid, inquam, respondit? Nihil planè, nisi, ut ipsemet Symposiatorum c. 28, recitat, hoc unum, quod paulò post

futilissimum intelligemus, non posse simul et mulieris esse filium, et ex incubo procreatum. Demones verò, infinità mentis vi et acumine, in naturalium rerum procreatione et conservatione, plures multò quàm ingeniorum nostrorum tenuitas videat, modos perspicunt. Colligit D. Augustinus in libris de Civit. Dei, et Victoria relectione de Magiâ, multa planè mirabilia, de quibus, nisi experientia et sapientum hominum asseverantia exstaret, fieri à creaturâ ullâ posse, quis putaret? Magna vitalium et animalium spirituum subtilitas est. Sed ea, ne tam subito exhalet, diligentissimâ custodiâ circumsepere et communire nequissimi subtilissimique spiritus approbè noverunt. Modum igitur tenebo, potiusque ratione et auctoritate quàm experientiâ, quæ mihi extra controversiam videatur, inductus, de incubis silenti, opinioni subscribere nihil timebo; sed succubos, virorum semine accepto, id mulierum instar, utero includere, novem aut decem menses gestare, vitaliter confovere ac enutrire, tandem verò etiam parere, ac in lucem istam edere, mihi sanè creditum difficile. Ad breve siquidem tempus seminis viam et tenuissimam veluti animam custodire, infra demonis potentiam non videtur; sed tanto tempore, et eo modo, non equidem opinor. Posset aliquis et eò versutissima demonum proveli calliditas, ut ipsi inter se mulieres virosque agerent, virosque nobis partus ederent. Idèoque succubos duobus tantum modis aliquam efficere sobolem suspicor, primò quidem aliunde mulierum quorundam infantes accipiendo, eosque veluti suos, è simulato utero proferendo, uti de Iphigeniâ cervâ et Diomedis aviis censet D. Augustinus lib. 18; deinde demonem alium, qui infantuli formam suscipiat, et veluti nascatur et adolescat, obtrudendo. Cujusmodi, Dessavie forsitan fuit ille, qui ultra 12 annum adolevit, et ciborum tantum, quantum rusticis frumentique trituratoribus quatuor sufficisset, devorsabat, et rursùm ille alius propè Halberstadium, qui sugendo et matrem et quinque alias feminas jam exmanierat, cibusque tamen plures unâ sumpserat, qui cùm in corbe, ab eo qui parentem se putabat, Hekelstadium, ad Beatæ Virginis templum miraculis tùm celebre ferretur, se demonem prodidit, et ita aquam è corbe ab illo excussus est, prout loco citato narrat, qui priorem illum vidit, manibusque, absque ullo tamen, quem edere sancti solent, effectu, tetigit Lutherus.

QUÆSTIUNCULA XXI.

QUI DÆMONEM HOMINIQUE CONGRESSU ORIENTUR,
SUN HOMINES?

Vetus proverbium est: *Semper nosi aliquid Africani apportare.* Causam dat Aristoteles lib. 3 de Generatione animalium cap. 5, quod in præfervida et siticulosa regione, diversissima ferarum species ad unum quempiam bibendi causâ rivum conveniant, sicque variâ et confusâ venere, variæ novæque monstrorum formæ nascuntur. Et verò, ex equo et asinâ, non equus vel asinus, sed aliud quidpiam, mulus scilicet gignitur. Cum ergo diversæ speciei sint dæmon et homo, an è detestabili ac monstrifico eorum conjugio, monstra, quæ neque homo neque dæmon sint, oriuntur? An verò quemadmodum è belluâ quidam et cane, itemque è canibus et vulpibus aut lupis, canes; è perdicibus et gallinis, ut ibidem ait Philosophus, gallinæ fiunt, sic è duabus hisce naturis, altera, hominum, inquam, vel dæmonum, existit? Fieri horum aliquid oporteret, si dæmonis aliquid in procreatione istâ semen esset. Ex ipsius enim cum humano confusione, vel homo, vel dæmon, vel ex utroque conflatus hippocentaurus quispiam; aut, si mavis, demonanthropus confunderetur. Nunc verò, cum semine omni proprio careat diabolus, ex ipso mulierem simulante et viro, simulata tantum vel personati alicujus dæmonii, vel subrepti alicunde infantuli sit, ut supra dictum, nativitas. Ex ipso autem virum agente et muliere, verum enasci hominem, nihil, ut etiam antea constitutum est, impedit. Quemadmodum enim, è florum herbarumque semine, quantumvis procul transportato, flores et herbar, non homines et hortulani, oriuntur, ita ex hominum semine, licet id à demonibus transferatur, non dæmones, sed homines nascuntur.

QUÆSTIUNCULA XXII.

SINTNE DÆMONUM FILII, QUOS INCUBANDO VEL
SUCUBANDO ILLI EDUNT?

Si veram pressamque philosophorum loquendi rationem tenemus, quos vel incubando vel succubando dæmonia ediderunt, eorum filii dicendi non sunt. Ejus enim filii verè habendi, è ejus semine, tanquam materiâ constant, et è ejus semine vi, tanquam efficiente causâ proximâ existant. At non est hoc dæmonum semen, sed eorum à quibus ipsi acceperunt, et ad factum istum transtulerunt. Quemadmodum qui herbarum florumve aliquorum, uno

ex horto in alium, semina transportat, non eorum, quæ postea terra parit et effert, vel pater vel effector propriè physicè dici potest, ita nec incubus aut succubus, dum alienum semen alium in agrum transfudit, vel transfusum tantisper accipit et fovet. Si verò paulò id nominis latius pandatur, potest etiam istiusmodi sobolis dæmon pater nuncupari. Atque hæc omnium concors sententia est, ita ut Lutherus, duplèi ratione, diaboli filius dici possit: ratione scilicet ortûs, quem, ut supra, quæst. 20, indicatum, demoni acceptum retulit ejus mater; et ratione doctrine, quam ab eodem se accepisse diabolo, perspicuè longèque admodum oratione, libro de Missâ angulari, tom. 6 editionis Ienensis, tom. 7 editionis Wittembergensis à folio 479 ad 480, ipsemet profiteatur, nihil magis timens quàm ne palam proficenti prolisq; asseveranti fidem adhibere quisquam cunctetur.

QUÆSTIUNCULA XXIII.

AN IN ALIENO ISTIUSMODI CORPORE SARAM
ADAMASIT DÆMON?

Duos amor istè modis intelligi potest, quoad amorem scilicet, abique ullo cum Sarâ ipsâ consortio et effectû, vel cum aliquo consortio et effectû. Prior ille in hominibus quidem sæpè invenitur; in dæmonibus non item. Neque enim hominem propriè amant ipsi, neque eorum actus ulli ipso amoris nomine, nisi ob aliquem effectum, afficiuntur. Et si amor vocaretur aliqua ipsius ad istiusmodi effectum invitatio, quàm ipse sanctissimos viros sanctissimasque feminas, quarum tot tantisque illocebris formarumque ludibris castimoniam tentavit, amasset! Inter dæmonem et S. Antonium pugnam ita sanctus describit Athanasius. « Ille utilla-
« bat sensus naturali carnis ardore; hic fide,
« vigiliis et jejuniis corpus omne vallabat. Ille
« per noctes in pulchræ mulieris vertebatur
« ornatu, nulla omitens figmenta lascivæ;
« hic ultrices gehennæ flammæ et dolorem
« vermium recordans, ingeste sibi libidini op-
« ponebat. » Et de S. Hilarione D. Hieronymus:
« Quoties, ait, illi noxæ mulieres cubant,
« quoties esurienti largissime apparere da-
« pes! » At posterior ille cum consortio effec-
« tus amor, in dæmonibus, etiam si falsus odii
« que lethiferi potius quàm amoris nomine di-
« guandos, interdum tamen, ut hactenus osten-
« sum, invenitur; attamen erga Saram nullus
« omnino existit. Nullus enim pudicitia per seip-
« sum vim afferre, neque subagitare ullius un-

quàm corpus potest, ejus obscenâ libidine, animum non prius contaminârit, ex eoque vel tunc, vel certè aliquando, flagitiosæ operis consensus non impetrârit, quemadmodum ostendit Cæsarius loco citato, et Magi Alberti discipulus Thomas Canti præstensis lib. 2, c. 57, num. 14, idque ita fieri divinæ bonitatis ratio postulat. Si enim permitteret Deus ut pro sui libidine feâculis dæmon abuteretur, eas nullo earum impetrato assensu lairer, quæ illa usquàm contrâ mælum hoc septa sâlis et clausa molier? Quis ab imperissimo illo thoros non commensuraretur? quæ aut virgo, aut confax non violaretur? Non poeticas profectò, sed verissimas et quàm plurimâs omnis regio Danaas et Lædas experiretur. Quòd si rarum ut corpus alicujus direxerit dæmonia, nisi ejus primò mentem expugnârint, prout apud Cassianum est collat. 8, cap. 19, quomodò unquam fiat ut libidinem illam sordibus inquinant, ejus non antes in animo pudicitiam conspiciant? Nostre verò Sarsæ integritas, mentisque sanctitas, nullis vel dæmonum vel hominum blanditiis sat minis usquàm cecidit, cap. 2, vers. 17 et 18. Quomodò ergo eam isto modo adamare dæmon potuit?

QUESTIUNCULA XXIV.

QUIS DE OCCASORUM SARSÆ MARITONUM CAUSA, IN GRÆCO TEXTU POSITA, TANDÈM SENTIENDUM?

Si, ut propositis hæcenus questiunculis probatum, neque ob naturam, neque ob advenitiam ullam corporis aut animi bonitatem, neque ob aliam ex ulla obsequiis, dictis aut factis oblectationem et commodum, neque ob alterius alicujus amicitiam dilexit Sarsæ dæmon, quomodò textus idipsum Græcus affirmat? Quomodò interfectorum ejus virorum causa in amorem suum confortat? Videtur idem Græcus rem totam insinuare, dum non simpliciter ait, dilectam à dæmonio illam fuisse, sed ipsam *audire* Tobiam. Plurimum verò interest an Serpenteis divinis quodpiam affirmet, an affirmare alios tradat. Quòd affirmat illa, non potest non esse semper verissimum; quòd affirmare alios tradit, verissimum semper est id eos affirmare; sed quòd ille affirmat falsum esse potest, ut Numerorum 13, v. 29, 32, 34; 1 Mach. 8, v. 15, Joân. 8, v. 48. Tobias verò ait se audivisse ipsam viris septem traditam fuisse, et (pauca licet verba interponat) omnes à dæmonio esse occisos, quia illam amabat. Duo priorè verò ipsi narrata erant; ut è consequentiis omnibus por-

spiciunt; sed tertium, quòd, tanquàm posterioris causa refertur, à veritate alienum est. Solet enim fama rebus quibusdam veris falsas non raro causas, suspiciones et conjecturas appingere, neque falsas tantum, sed inceptas etiam, vulgares, è trivio et imperitorum fecerit. Falsum profectò dæmonem hominum, ulli verò amicum esse, uti hæcenus instituta evicit disceptatio; vulgi tamen imperitia esse quandoque amicissimum opinatur. « Omnia », ait Lactantius libri 2 capite 13, dæmonia fallaciarum ratio expertibus veritatis obscura est. Prædesse etiam eos putant, cum nocere gesiunt, qui nihil aliud possunt « quàm nocere. » Istà verò, quæcumque et quæcumque opinatio, inprimis gaudet veteratior ille, ipsamque ut in hominum animis gignat, alas, augeat et amplifcet, omni omnis calliditatis, fraudum technarumque artificio elaborat. Fingit et mentitur bona se quædam mortalibus procurare, vel quædam ab illis mala depellere, quæ omnino nulla sunt. Exiguam quandoque in minimis quibusdam corporis aut fortunæ bonis, vel opibus opellæ quiddam dat; sed eo modo, quo ad hamandis piscibus, in ferrato hamo, escape frustillum, capiendis, extremâ hyeme, summique nive aviculis granulum aliquod obicitur, ut incantes videlicet nos decipiat, verissimique animi bonis expollet, gravissimis perpetuisque animos et corpora nostra supplicis afficiat. Serpens est cunctis terræ animantibus callidior, 2 Genes. v. 1, ejus cogitationes valerrimæ et rectissimæ sunt, 2 Cor. 2, vers. 11, cum tenebrarum incolæ sit. Imò et tenebræ ipsæ, in lucis tamen angelum sese transfigurant, 2 Cor. 11, versu 14.

*Cui nomius mille,
Mille nocendi artes.*

Atque hoc etiam illa, quæ tam multiplex oblectabatur, experientia efficit, non autem verò quemquam à dæmone diligere, prout et omnium exitus perpetuus probavit. Sanè et in hominibus, omnium illi teterrimi et nocentissimi hostes censentur, qui per fictam quandam amicitiam speciem, per minutula quædam vel munuscula vel obsequiola fallunt, et emecant, circumlitum scilicet mille venenum porrigen-tes. Quòd si quis ob pauca interjecta verba, hunc ipsum fuisse Tobiam narratum amorem negaret, negare tamen idem non posset, quia tanquàm Tobias ipsius opinionem, vel suspicionem Scriptura eundem amorem comme-

moraret. Sed namquid necesse bonorum sanctorumque virorum opiniones et suspensiones omnes veras esse? Neque Scriptura quid eam quidem in re veri esset, narravit, sed quid ille putarit. Et, si à famâ et volitante tùm rumore nollis, unde illi, queso, ista mens? Quis eum amari à dæmonis homines docuit? quis pudicissimam sanctissimamque Saram? A vulgi ergo sermonibus totus hic junioris Tobie sermo, quem Chaldeus textus, et noster negligendum putavit, Græcus recitavit; sed recitavit tantum, non approbavit.

QUÆSTIUNCULA XXV.

SI AMASSET IPSAM, CUR EJUS VIROS INTERPRECISSET?

Ex eadem officinâ est illud alterum, quod questione primâ quærebatur, quemodò à dæmonis, erga virginem amore fieret, ut violentas ejus sponsis manus injiceret, eosque interimeret? Vulgo enim ea erat deliratio, feminarum amoribus dæmones implicari. Virtutis porro et honestatis amor tantum abest ut ægrè ferat alios nobilissimè illius formæ, quam animo intuetur, amatores esse, ut quàm plurimos eodem illo amore affici plurimum gaudeat, idque pro viribus conetur, ut, quoad ejus fieri potest, speciem illam omnes videant, suspiciant, expectant. Is verò in quo commodi proprii et ineptæ alicujus bestitiæ ac jucunditatis ratio habetur, participes alios consortesque respuit; sed omnium maximè contentiosa, pugnat et cruenta ea rivalitas, quam libidinis commovet intemperantia. Quisquid enim rivalium alteri datur, hoc sibi subreptum dolet. Dimidium scilicet rei amatæ, ut de suo apud Lucianum Adonide facinorosa illa Venus quærebatur. Et femina, ut Georg. 2 cecinit Poeta,

sæpè superbas,

Corribus inter ac subigit decernere amantes.

Pascitur in magnâ sylvâ formosæ juvenca:

Illi alternantes vultû vi prælia miscuit,

Vulneribus crebris. Lassit ater corpora sanguis.

QUÆSTIUNCULA XXVI.

QUEMODO IIS, QUÆ OBJECTA, RESPONDEAT.

Deo sunt, initio questionum istarum, objecta: Unum, posse naturali mentis acie dæmonas rem aliquam perspicere, ac judicare bonum, honestum et pulchrum. Conceditur non illibenter, cum D. Thomâ 1 par., q. 64, art. 1; sed quod exinde colligebatur, posse dæmonas rem illam eandem amare, non admittitur. Sunt enim in dæmone, quæ liberam ipsius voluntatem jam depravent, tot et tanta,

ut veræ bonitatis, honestatis et pulchritudinis amore nullo tangi possit, cum acerbè nefariæque adeò, bonorum, honestorum, pulchrorumque omnium optimum, honestissimum, pulcherrimum, Deum oderit. In quantum, ait D. Thomas 1 par., q. 60, art. 5, ad 5, « Deus est commune bonum, naturaliter amatur ab omnibus. Quicumque videt eum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. Sed illi, qui non vident essentiam ejus, cognoscunt eum per aliquas particulares effectus, qui interdum eorum voluntati contrariantur. Et hoc modo dicuntur dæmones odio habere Deum, cum tamen in quantum est bonum commune omnium, unumquodque naturaliter diligat plus Deum quàm se ipsum. » Alterum ex dictis manifestum, sicuti et alia quæ incurrere fortè poterunt, ejusmodi est illud Tertulliani lib. de velandis virginibus, c. 7 et 8, ut propter angelos, feminarum capita velentur, 1 Corinth. 11, itemque istud auctoris questionum ex utroque Testamento mixtum, quæst. 115: « Apostolus ait: Quem nemo principum Anglorum secuti sunt. Hi sunt principes et potestates malos angelos sub se habentes, qui sub nomine factorum voluptates suas efficiunt, prout eis libitum fuerit, sicut assident malis angelis confiteri. Sunt enim quos diligunt alios non amant, quosdam verò odium. Et unicuique hoc suggerit unusquisque quod diligit, quia et ipsi diversas habent voluptates, aliis libidinem diversi stupri, aliis mœnere, aliis voluptatem, aliis petulantiam, aliis iram, quibusdam avaritiam, aliis lucra, aliis damna procurant, aliis charisma, aliis odia, necnon et impedimenta. »

QUÆSTIUNCULA XXVII.

QUE IN LATINO TEXTU EORUMDE SÆPE MARITOREM OCCISIONUM CAUSA? UBI DE MATRIMONIO USO ET FINI.

Quæ istorum odii causam attulit textus Græcus, auditione tantum, inanique vulgi famigatione nitēbatur. Sed Latinus, suo cum Chaldeo fonte, duas alias causas aperit, earumque auctorem edit, non imperitum vulgus, vel hominum etiam aliquem, summâ licet eruditione sapientiâque præstantem; sed ipsum angelum Raphaelē, versu 46 et 47. Nam quod apud Lyrannum quidam aiunt, idē illos perisse, quia infidèles et idololatæ, vel alterius certè tribus et cognitionis fuissent, uti etiam putat Carthusianus, falsum videtur,

qua non minore in culpa Raquel et Sara fuissent quam ipsi, ideoque et non minus plecti debuissent. An enim, qui prave superstitiosis homini, aut ei certe quem quoquo modo leges vetant, filiam dant, levius, quam qui hanc ducunt, delinquere putandi? An et ipsa, quæ hisce talibus nubere non recusat, magis quam sponsi, excusanda? Quarum ergo jam dictarum causarum prior est, quod isti Saræ nostræ proci, Deum à se, et à mente suâ excluderint. Id verò non de physica exclusione intelligendum, (Deum enim omnipotentem, omniaque naturæ suæ diviniæ presentia et immensitate complentem, ullo è loco, vel ex ullâ omnino re quis excludere unquam possit?) sed de ethica, prout supra expositum cap. 4, præcepto secundo, secundum quam rationem et illud accipiendum Apocalyp. 3, versu 20: *Eccce sto ad ostium, et pulso; si quis audierit vocem meam, et aperuerit janam, intrabo ad eum. Fecerunt ergo isti proci, quod obsecra illa Israelitici generis propudia, deo, inquam, illi apud Danielem senes c. 13, vers. 9: *exterius animum suum, et declinaverunt oculos suos, ut non viderent caelum, neque recordarentur judiciorum justorum*; verbo uno, Deum non timerunt, ut infra, cap. 7, vers. 12, significatur. Vide Augustinum, homil. 21. Posterior causa est, quod effrenatæ sœx libidini, sicut equus et mulas, quibus non est intellectus, vacare voluerint. Super tales enim habet potestatem demonium, hisque prævalere potest, quod matrimonio, ejus auctor Deus, Genes. 2, v. 23 et 24, Matth. 19, vers. 5, sceleratissime abuterentur; ejusque temperantiam, sanctitatem et finem à Deo ipso præscriptum implere admodum, secundum more, pervertant. Voluit enim Deus ut matrimonium ineatur, primò, quidem generatim, ad humanæ naturæ bonum, ut ea scilicet conservetur et propagetur, ut proles bene jamjam nata, excipiat, curetur, instituitur, ut mutuâ operâ conjuges ipsi faveant in copivictu quotidiano, in depravatæ naturæ moderatione. Secundò speciatim, ad fidelium Ecclesiæ utilitatem, ut et illa conservetur et augeatur, quemadmodum hic significatur vers. 22, *ut in semine Abraham benedictionem in filiis consequeretur*, et cap. 3, vers. 9, *sola posteritatis dilectione, in qua benedictio nomen tuum in secula seculorum*. Et ut fides conjugum mutua sit, et sacramentum. De quibus conjugii bonis D. Augustinus lib. 9 de Genesi ad litteram, cap. 7, et libro de Bono conjugali, S. Isidorus lib. 2 de Offic. cap. 19, Fulgentius epist. 1, c. 3:*

« Conjugalis potestatis, sit, inculpabilis est
« unus, officio gignendi divitiis attributus,
« si justitiæ terminum transgredi, libidinosus
« non permittatur excessus. Justitia verò
« utendi conjugii hæc est, ut non explendæ li-
« bidinis, sed substituendæ proles obtenta, sibi
« conjuges congruo tempore misceantur. Sic
« ergo queri debet ex nuptiis fructus, ut co-
« hibendus sit lubricæ voluptatis excessus. »
D. Chrysostomus hom. 14 in Ephes., hom. 5
in priorem Thessalonicensem: « Propter vitæ,
« ait, communionem, liberorum procreatio-
« nem, puella adjuncta est viro, non turpita-
« dinis, risusque gratiæ. » D. Basilus lib. de
Virginitate: « Quid est, ait, in Domino nubere,
« t Corinth. cap. 7? Non ut vile mancipium
« voluptatibus carnis ad coitum protrahi, sed
« judicio et commodioris vitæ ratione, nuptias
« eligere. » — « Matrimonium propter liberos,
« non propter voluptatem esse debet, » inquit
Stromate secundo Clemens, ideoque Menan-
der, ad seminandos, aiebat, *liberos, tibi meam
trado filiam*. Omnino sapienter lib. 9 de Legibus
Plato ideoque matrimonia ineunda dicit, ut
relinquat quis *τὸ θεῖον ὁρμήν ἀνδρῶν*, id
est, liberos qui Deo serviant pro se. Rursus-
que paulò post: « Oportet parentes gignere,
« et educare liberos, qui vitam tanquam lan-
« padem posteris tradant, ut sint semper alii
« qui Deum colentes juxta ipsius legem. » Hoc
sanè natura, hoc recta ratio, Deusque opti-
mus maximus à nobis requirunt.

QUESTIUNCULA XXVII.

CUR OCCIDIS SARÆ MARITUM ET NULO CONFERT
S. RAPHAEL? UBI ET DE MATRIMONIO USU IT-
EM.

Factum id videtur, primò quidem ut ad in-
signem Psalmi 51 locum alluderet angelus,
cumque in memoriam omnibus redigeret:
*Nolite fieri sicut equus et mulas, quibus non est
intellectus*. Deinde, ut à conjugio importuna
quidam vitia removeret. Est enim equus libi-
dinosus et salax admodum, et quidem à primâ
statim ætate ad extremam usque, ut ostendit
Aristoteles lib. 6 de Historiâ animalium, c. 22:
« Equus, ait, coire incipit bimus, tam mas
« quam femina, maxime tamen in trimis. »
Et: « Salacissimum omnium, tam feminarum
« tum marium, equus est. » Quid à quibus
hospites devoratos prius aiebat, Diomedes
equi? An non impudicissimæ, quibus, ut
Græcorum habet interpretatio, *πύρνατοι τῶν
ἑσθίων ἀνθρώπων, αἵνα ἀνέμω*, admisceri hospites

cebat, ipsosque postea interficiebat. Ipsius filius fuerunt? Quid verò vulgare illud vult, *et innoxius*, et: *Nellus tam effetas equis, quin male hinciat?* Et, *ante omnes furor est insignis equarum*, de ejus causâ Philosophus, lib. 5 de generatione animalium c. 5. Jam sacri vates idem ipsum indicunt. *Machati sunt*, ait apud Jeremiam Dominus cap. 5, vers. 7 et 8, *et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores et emistarii facti sunt; unusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat. Multiplicavit*, ait Ezechiel cap. 23, vers. 19, 20, *fornicationes suas; et inausculti libidine super concubitus eorum, quarum carnes sunt ut carnes asinarum; et sicut fluxus equarum, fluxus eorum. Mulis verò ad libidinem etiam intemperans, sterilis tamen adeo est, ut in ostentis et prodigiis multa parvus olim numeratus sit, uti à Plinio, lib. 8, cap. 44, aliisque traditum. Nam qui à Theophrasto in Capadeciâ, ab aliis in Syriâ, parere putati sunt, eos ab aliis genere discriminari docet lib. 1 de Historiâ animalium, cap. 6, et lib. 6, cap. 24, Aristoteles. Hinc, ut à Pierio lib. 42 Hieroglyphicorum scribitur, cum lascivum spureumque hominem volent veteres significare, mulum aut mulam pingere solebant. Vult igitur brutorum istorum nominibus ostendere S. Raphael ab omni vitâ, conjugaliq; honestate removendam, libidinem nimis importunam, intempestivam, crebram et furentem, castamque ipsius usum ad honestam liberorum procreationem, non ad pecuniam tantum voluptatem referendum. D. Augustinus libro de Nuptiis et Concupiscentiâ cap. 4: « Qui non hac intentione, hac voluntate, hoc fine generant filios, ut eos ex membris hominis primi in membra transferant Christi, sed infideles parentes de infideli prole gloriantur, etiam si tanta sit observantia, ut secundum matrimoniales tabulas, nonnulli liberos procreandos causâ concubant, non est in eis vera pudicitia conjugalis. » Enchiridii cap. 78: « Putari, ait, posset, non esse peccatum misceri conjugii non filiorum procreandorum causâ, quod est bonum nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis, ut fornicationis, sive adulterii, sive cujusquam alterius immunditiæ mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quod potest, tentante Salâ, libido pertrahere, cum incontinenti devitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi adidisset Apostolus 1 Corinth. 7: *Hoc autem dico vobis, non secundum imperiam.* Quid*

autem jam esse peccatum negat, cum dicit: *veniam facientibus apostolica auctoritas factur?* Et libro de Bono conjugali, cap. 6: « Conjugalis, ait, concubitus, generandi gratiâ nos habet culpam; concupiscentiâ verò satandâ, sed tamen cum conjugio, propter fidem tori, venialem habet culpam; adulterium verò, sive fornicatio lethalem habet culpam, ac per hoc, melior est quidem ab omni concubitu continentia, quam vel ipse matrimonio concubitus, qui fit causâ gignendi. »

QUÆSTIUNCULA XXIX.

CUR LIBIDINOSOS OMNES, UT SEPTEM ISTOS, NON OBSTRINGAT ARMORIBUS?

Potestatem super eos, inquit textus, habet, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deus à se et ad mente excludant, sua libidini ita vacent, sicut equus et mulus. Cùm verò nocendi sibi cupidissimus, cur equis et mulis tam multis parcatur? cur in eorum cæde cunctatur? Sanè verò potest ad omne penè peccatorum genus quæstio hæc transferri. Escis vestitis tam multi hodiè vescuntur, intemperantissimè tam multi cibo se et potu ingurgitant, cur, ut Adamus, non plectuntur? Cur tot parricidæ Caini poenas effugiant? Cur sulphure ac pice, Sodomorum iustar, quidam non deflagrant? Cur aliter et arrogantes tot, Davidicis flagellis non urgentur? Itemque in similibus, de quibus Lucæ 15, A poetarum quodam responsum est, quod multorum ore laudatur:

Si quoties peccant homines, sua fatentia mittat Joviter, exiguo tempore interitus erit.

At Christiano indigna sententia. Etiam si totos dies fulminaret, sulphure ac pice plueret Deus, ipsius nunquàm exinanirentur armamentaria. Neque enim quemadmodum finitum, finiti ablatione consumitur, ita et infinitum; neque effecta quantumvis innumera, quæ extra se molitur Deus, divinam ipsius vim ullâ ex parte minuire, fatigare vel exhaustire possunt. Sunt verò cur libidinosos omnes non interimat demon, causæ, partim generales, partim propriæ. Illæ videntur ad tres revocari posse: prima est, quod à se constitutum naturalem rerum ordinem, etiam si hominum scelerebus irritetur, invertere ac immutare Deus hæc statim vult; sed improbus eum vitæ cursum, quem ipsis naturâ concedit, agere libenter patitur. Hanc epim ob causam Matthæi 5, *alem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Licet enim aliam creaturis legem figere potuisset, nunc tamen

vera hæc Senecæ oratio, lib. 4 de Beneficiis, cap. 28 : « Rex honores dignis dat congrarium et indignis. Frumentum publicum tam fur quam perjuris et adulter accipiant, et sine defectu morum, quisquis civis est. Cum ali- quid est, quod tanquam civi, non tanquam bono datur, ex æquo boni ac mali ferunt. Deus quoque quædam in universum humano generi dedit, à quibus excluditur homo. » Et paulò post : « Quædam in medio ponuntur. Tam bonis quam malis conduntur urbes. Monumenta ingeniorum, et ad indignos perventura publicavit editio. Medicina et sceleratis opem ministrat. Compositiones remedium salutarium nemo suppressit, ne cæcarentur indigiti. In his exigo censuram, et personarum destinationem, que separatim tanquam digno dantur, non his que promiscuè turbam admittunt. Multum enim refert, utrum aliquem non excludas, an eligas. » Altera porro causa est, ut homini spatium, si velit, respiciendi concedat Deus, et summa ejus, utraque causa honoris, illi quam meritò à nobis amari collique debeat, eluceat. Existimas, inquit Apostolus Rom. 2, vera. 3, à homo, qui judicatus est, qui talia agunt, et facit ea, quia tu effugias iudicium Dei? An divitias bonitatis ejus, et patientiam, et longanimitatis contempsit, ignorans quoniam benignitas Dei ad penitentiam adducit? Tertis, ut quædam se jam impenitens peccare sentiant improbi, tantò graviora certò sciunt, quæ ipsos manent futura supplicia. Legi posset libello de illis, qui acriò à Numine corripiuntur, Plutarchus. Idèque S. Paulus, loco citato, thesaurizandi verbo utitur, ut pænam magnitudinem demonstraret. Neque enim ubi pecuniolæ quippiam, vel pretiosæ vestis et opum modicum est, thesaurus appellatur. Proprie verò, præter generales latus, causas possunt à personis et rerum, de quibus agitur circumstantiis duci, quemadmodum de libidinis aliis hæc jam occurrunt. Prima, non solum feminas omnes, in quas nonnullorum effusus libido est, tam sanctas, castas. Deoque charæ, ut Sara erat, idèque qui hæc abuti volebant, puniti, non qui aliis. Unde ipsamet cap. 3, vers. 19 : *Aur ego, ait, indignus fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni.* Secunda, viro hanc alteri, meliori, castiori et digniori nubere volebat Deus, quemadmodum et ipsa libidine, non falsò, suspicatur. Tertis, extrordinario miraculo suam Deus erga homines providentiam et benevolentiam declarare vis-

tuat, cum, eadem veluti operâ, unus cœlesti mederetur, alterius cœlesti patrocinaretur. Quarta, intererat divinæ gloriæ, ut quid contra Imperos demones unus aliquis angelus, plerumque hominum preces et suspiria valeant, cognosceremus. Quinta, demonum in sceleratos homines, duplex potestas est. Una tanta, quantam divinæ justitiæ severitas postulat, et hæc, in Tartaro tantum, posteaquam à vitâ jam excessum, viget. Altera, magna quidem, sed restricta semper et modificata, ne plus in miseros illos crudelitatis demon expromat, quam vel natura vel alius quicumque divinæ gloriæ ordo, eisi nobis partim quandoque cogatus, requirit. Et hujusmodi est, hæc in vitâ, illorum potestas, que interdum ad animum tantummodò, interdum etiam ad corpus et ad utrumque multifariam porrigitur.

QUESTIUNCULA XXX.

AN ARQUE POTESTATE A DEO ACCEPTA POSSET CONTRA HOMINES DEMON ALIQUID?

Nihil omnino potest; nam Matthæi 6, ne capillum quidem à capillis nostris abaque Dei nutu excidere docemur. Et cap. 8, non possunt in porcos invadere demones, nisi eis à Christo Domino potestas fiat. Jobo verò, etsi volis ardentissimè cuperent, an esclamitatem vel plagam inferre minimam, nisi concessisset Deus, potuissent? « Satanas, inquit I. 2 contra adversarium legis c. ult. D. August., cum habeat semper cupiditatem nocendi, nocere cuiquam non potest, nisi ab Omnipotente acciperit potestatem. Quid aliud non solum in libro Job, quem profectò ista non accipit, sed ipsæ scilicet legis adversarius, eodem et modo et jure, quò hodierni Ecclesiæ adversarii Tobiam aliosque nonnullos non accipiunt, sed etiam magis in Evangelio declaratum est, ubi spiritus immundi nec in porcos irent, nisi hoc illis, benignus ipse Salvator, potentibus quos certò in abyssum posset relegare, concederet; rem necessariam docere nos volens, ut scilicet noverimus multò minus eos posse, suâ potestate nocere hominibus, qui nec pecoribus qualibuscumque poterant. Hanc autem potestatem Deus bonus, oculis nobis justitiæ dare demonibus potest, injus non potest. » Et libro de Divinatione demonum : « Accipiunt, ait, demones, sæpè potestatem et morbos immittere, et ipsum aerem vitando morbidum reddere; et perveris atque amatyribus ter-

« renorum commodorum malefacta sudare. » Quid, quæso, magi, sage, impique alii, demonum ope non facerent, si quod illis liberet divino etiam concessu liceret? Magicas præstigas incredibili studio avehat discere imperator Nero. Magos undique omnes accersebat, pecudes hominesque immolabat. Nihil tamen omnino assecutus est, ut scribit, lib. 50, Plinius, ne tanti nimirum tyranni sævitia sævissimorum etiam spirituum adminiculo juvaretur, magisque accenderetur. « Nulla pro-
« factio, inquit ibi Plinius, sacra, barbari licet
« ferique ritus, non mitiora quàm cogitationes
« ejus fulscent. » Quin et iidem ipsi Acheron-
tes carnifices, statim atque ullum nostrum
graviore paulò culpâ obstrictam viderent, il-
licò accurrerent, advolarent, violentissime
crudeliter manus inferrent. « Nemo, ait apud
« Cassianum collatione 7, cap. 22, Serenus,
« posset non dicam juvenum, quos videmus in
« hæc eremo constantissimè commemorari, sed
« nec perfectorum quidem tantis taliumque
« hostium agminibus circumseptus, in eremo
« singularis habitare, si in ipsis demonibus
« esset, pro voluntate suâ, nocendi vel atten-
« dendi facultas atque libertas. Quod eviden-
« tius etiam Domini Salvatoris nostri confir-
« mat sententia, quam pro humilitate hominis
« assumpti, protulit ad Pilatum ita dicens,
« Joan. 19 : *Non haberes in me ullam potesta-
« tem, nisi datum tibi fuisset de superis.* » Similia
in D. Gregorio lib. 3 Dial. cap. 21, lib. 1 Mor-
tal. cap. 9 et sequentibus, D. Cypriano de
Oratione Dominicâ.

• QUÆSTIUNCULA XXXI.

UTRUM PER REPARATIS FUMUM DÆMON EXPULSUS?

Negant ex hæreticis nonnulli, ut Wittake-
rus, Jonas, et Lutherus. Ille lib. 4 contra
Duræum fol. 72, exclamat : « Quis unquam
« propheta, aut Apostolus dæmones hoc modo
« abigendos esse docuit? Paulus universam
« Christiani hominis panopliam descripsit, 1
« 1 Thes. 6, quâ tecti nullis dæmonum viribus
« superemur. Hoc verò mirificum telum, quo
« hunc dæmonem repulit Tobias, nunquam
« nobis commendat. » Verùm, pari modo,
« contra S. Paulum, suo sudario et semicinctio
« dæmones profligantem Actorum 19, vers. 12,
« contra ipsum etiam Dominum et Salvatorem
« Jesum jejuniò expellendos, profitentem Matth.
« 17, vers. 21, sycophantari nonne liceret?
« Neque enim vel jejunia, vel sudaria, vel
« semicinctia in illâ D. Pauli panopliâ recensentur :

tur : neque eidem Apostolo totam Ecclesiæ
armamentarium exponere propositum fuit,
sed præcipua quædam armorum genera com-
mendare, quæ tamen ipsa ne à Tobia quidem
nostro prætermittenda sunt. Insignem enim ejus
fidem, et religiosissimam in oratione, peror-
tationem legimus : ipsum vidimus stare suc-
cinctum lumbos suos in veritate, et indutum
loricam justitiæ. Similis mihi Massallianis vi-
detur Wittackerus, qui unicum dæmones
ejiciendi modum putabat, ipsam scilicet
quam aliis penè omnibus Christianorum cære-
moniis vilipensis immodicè predicabant,
orationem, prout in Panopliæ parte 2, tit. 22,
ab Euthymio traditur. Jonas verò in sym-
posiacorum Lutheri cap. 56, huic ipsi Luthero
dicebat : « Stultam rem esse per hepar istud,
« diabolum esse expulsam. » Respondit Luth. :
« Diabolus utpote fortis et vehemens adversa-
« rius non sic expellitur : habet enim Goliath
« hastam, quâ adversum nos pugnat et tunc
« intermissione nos tentat. Præterea Deus
« armat et instruit ipsum, acuit illi arma sua :
« dat ei stimulum, vel ferrum quod hastillæ suæ
« præfigat, suam scilicet legem, quâ nos fe-
« rociter invadit. » Nullam sapiens ille Jonas
causam, cur stultitiam, hoc sancti Raphaelis
factum vocasset, attulerat : sed sapientiæ no-
vum oraculum Lutherus, duas vel tres pro-
ferre voluit; verum vanitatis et stultitiæ
plenissimas. Prima : *Est diabolus fortis et ve-*
hementis. Quid ergo? vincit, vel solo jussu, ab
angelo, non potuit? Altera : *Goliath hastâ nos*
semper oppugnat. Quid inde? Ergo nunquam
expellitur? Tertia : *Eum Deus armat.* Luthero
judice, non Davidem Sathâ contra Goliathum
armat, sed Goliathum Deus contra nos, et
quidem suâ sanctissimâ lege, ut ea diabolo
ferrum sit, quo nos jugulet; sed qui ab angelo,
jecore incenso, exigi dæmonem non potuisse
censet, mirum quàm ridiculis, fœdis obscen-
isque ipse modis, eum, verbo exemploque
suo, profligandum doceat. Laudat enim, ad-
versus diabolum, joca, ludosque varios,
avocationem à legis divinæ cogitatione, viâ
haustum largiorem, cibum redundantem,
quia in tentationibus, inquit, *carnes deterius*
est jejuniare, quàm edere ac bibere. Commem-
dat etiam adversus dæmonis tentationes, do-
ctoratûs gradu ornatum esse, ventris (dicto ve-
nia sit) crepitus edere, itemque dæmoni dicere,
ut eam quæ ducit alvum, et olæ edere
et edat. Penè S. Cyrilli Hierosolymitani Ca-
techesi. 6, cohortatio me, ut verba Sophi

hujus ascriberem, induisset: eā tamen rerum, nominumque fœditate commentarium jam istum conspurcare ausus non sum; videre, si quis cupiat, omnia poterit in Symposiacis c. 24 et 25. Abs te tantum, Witzlakere, quæro, hæcne in tuā illā panopliā? Hiccine tui, Lutheri, contra Goliz Aantam, thoraces?

QUESTIUNCULA XXXII.

AN CONTRA DÆMONES FUMO HUC EFFICIENTIA
ULLA TRIBUENDA?

Ex iis, qui in dæmonem, jecoris fumo, excretum concedunt, non sunt omnino nulli, qui cum fumum nihil effecisse, sed merum tantummodò signum fuisse sentiant; sed illos in partes abeunt. Quidam enim vident totam hanc jecoris incensionem eò tantum adhibitam, ut se hominem esse, non angelum, angelus persuaderet. Alii fumum eundem sicut signum fuisse temporis tantum, quo dæmon expelleretur. Refert utramque hanc opinionem liber de Dæmoniis, c. 43, num. 696. Tertius placet fuisse signum tantum efficacitatis et virtutis precum Tobie. Ita Lyræus cap. 6, et ex eo hæreticus etiam Munsterus. Quæ questionis huic subserviant, dicta sunt non pauca 1 Reg. 19. Sint jam propositiones quatuor.

Prima. *Fumus iste non fuit signum humanitatis angel.* Primò quia supervacaneum superstitionis observationis periculum hominibus dedisset angelus, cum satis alijs tectus esset, variisque modis alijs et dæmonem extrudere et se ipsum occultare potuisset. Secundò peccasset mendacio cap. 16, vers. 8, dicendo, « valere ad extricandam omne dæmoniorum genus, » cum reverà nihil valere, ipse nōset optimè.

Secunda: *Non fuit etiam tantummodò temporis, quo dæmon expelleretur, signum.* Primò, quia c. 6, vers. 5, Latine, Græcè et Hebraicè dicuntur hæc verba, ut ex iis medicamenta fierent; quæ verò ad faciendam medicinam, utilia sunt, ea non signa tantum sunt. Secundò ibidem vers. 8, de cordis particulâ dicitur: « Extricat omne genus dæmoniorum, » id est, extricandi vim habet. Nam tunc omne dæmoniorum genus non extricabat, sed unum tantummodò. Ideoque sententia eadem est, atque dum dici solet: Herba ista vel potio, phlegmata ex omnibus omnia educit: febres omnes lenit, id est, educendi et leniendi vim habet. An verò falsum quod ait angelus? An,

ut vani quidam agyptæ et theriacopolæ, verba dat merasque, medio in foro, nugæ vendit? Tertio hoc cap. 8. Græcè dicitur: Tobias accepit cinerem seu primum thymianatum, et imponit cor pleci et hepar, fumumque fecit, et quando odoratus est dæmon odorem, fugit ad Egypti supra; Hebraicè verò: percepit Ammodus odorem et fugit. Ecce, clarè significatur, dæmonem, vi percepti odoris fugisse. Alioquin fumus iste tantum à Tobia et Sarâ, quibus abeuntis dæmonis tempus significari oportebat, visus dici debuisset, ut intelligeretur dæmonium abiisse. Quemadmodum apud nos hodiè, et olim, dum jubentur demonia sui è corporibus obsessis abiit signum aliquod edere. Quare, sol non tantum fuit signum temporis, quo visus resisteretur, ut infra dicam. Ergo neque cor et hepar temporis modò signum quo abire dæmon.

Tertia: *Non fuit tantum signum virtutis precum.* Primò iisdem serè argumentis probatur eum citata verba non significationem solam, sed agendi etiam efficacitatem quandam fumo huic tribuant. Secundò, sufficisset quolibet aliud suffimentum thureum, vel myrsicicum, præsertim cum hujusmodi odoris genus, ad eam significationem usitatus et accommodatus foret, vel certe satis esse debuisset fumus de quocumque piscis parte, vel è jecore cujuscumque animalis, verbi gratiâ, arietis, capite superiori, mactati, neque fuisset opus tanto itinere, tantoque labore, unâ cum sarcinis alijs, cor et hepar illud, hæc afferre.

Quarta: *Fumo huic, obvertitur dæmonem efficientia quædam fuit.* Patet ex dictis. Cum enim à Raphael angelo adhibita non frustra fuerit, neque solam aliquid significandi, uti probatum est, vim habeat, efficientia ei quædam tribuatur, oportet. Deinde omnia penò, quibus propositio secunda firmata, istam etiam quartam, et quidem directè confirmant. Numquid et divinæ justitiæ consentaneum, eos qui sese Deo æquiparare voluerunt superbissimos spiritus, corporatis nunc rebus subijci, et earum quasdam in illos efficientiam quandam exercere? Accedunt tamen suffragatores non aspernandi, Guillelmus Parisiensis libro de universo; Dionysius Carthusianus hoc loco, Vallesius sacre Philoso. cap. 33; Petrus Gregorius Tolosanensis Syntagmatis Juris lib. 24, cap. 22; Bartholomæus Falus in Energiamento, Franciscus Gregorius, tomo 6 problem. 419; Hieron. Mengus in Flagello dæmonum, documento 5.

Sed efficiuntur argumenta duo, unum cap. 6, vers. 8: non generatim dicitur, omnibus hominibus, jecur valere ad demonis expulsionem, sed tantum speciatim ipsi Tobie, si ponat. Est hoc Abulensis argumentum loco citato, 4 Reg. cap. 16, quæst. 46. Sed Græcè et Hebraicè generatim dicitur. Et verò in Latino, est unitatus loquendi modus, quo licet medicamento alicujus virtus generalis sit, alicui tamen dici solet: *Si hoc accipias, vel: Recipe hoc.* Alium argumentum cap. 8, v. 3, dicitur: *Tunc Raphael apprehendit demonem.* Ergo temporis duntaxat signum fuit. — Respondet: Nonsanquam in Latino quædam quæ in Græco et Hebraico non sunt, asseri, supra monstravi, idque hoc loco fit, neque tamen temporis, quo demon extrusus, hoc loco signum ponitur: sed altera quædam actio subiungitur, quæ à Raphaële tunc facta est, demonis scilicet colligatio.

QUÆSTIUNCULA XXXIII.

UTRUM FUMI SINGULÆ EFFICIENTIA NATURALIS?

Supernaturalem esse tradit loco citato Vallesius quam illi fumo Deus insiderit, eo modo quo inferorum ignibus, ut in damnatos spiritus agerent, concessit, et confirmari posset ista opinio illo ipsius Victoris q. 6, de Magia, argumento, quod laudat in 2-2, disp. 6, q. 43, puncto 2, noster de Valentia: *Non est super terram potestas quæ comparetur diabolo, qui factus est ut nihil timeret, Job. 41, vers. 24.* At si de supernaturali potestate agatur, certum est esse aliquam quæ demonem vincat et superet. Ergo scriptura illa de naturali potestate accipienda est, idcirco et fumi hujus, qui Asmodeo fupum imposuit, efficacia non à naturâ, sed superiori principio jam existerit. Naturalem verò censet Valus loco itidem indicato, quam ab ipso creationis primordio, in illam naturam Deus contulerit: idemque Tolosani Gregorio numero 9 et 10, capitulis antea nominatis, videtur qui et num. 2, qualitatem istiusmodi, quæ, per antipathiam, obsistat demonibus nonnullæ res, dicit non è quatuor elementorum compositione pendere, sed ex totâ, ut dicitur, substantiâ et ex proprietate à Deo eis inditâ. Mihi harum sententiarum alterutra si amplectenda esset, supernaturalem potius quam naturalem fumi hujus vim fuisse opinarer. Sed mediam ingredi viam quid prohibeat? Potest siquidem rerum efficientia triplex considerari. Una, quæ merè naturalis, altera, quæ

merè supernaturalis; tertia quæ mixta. Prima patet: Supernaturalem verò appello panphè vulgaris, quæ supra, vel præter usitatum physicum efficiendi modum quippiam efficit, idcirco merè, isto modo supernaturalis est, quando res quippiam efficit, nullâ insitâ suâ vi, sed solius causæ superioris imperio et voluntate, estque bona vel mala. Bona quando à Dei vel angeli boni voluntate actio est; mala, quando à demonis, ut si demon superior aliunde inferiorem egredi jubeat. Mixta, quando Dei angelive boni aut mali actio intervenit, sed ipsa nihilominus corporea res aliquid unum eundemque effectum, insitâ suâ vi operatur: sive per modum instrumenti, quod ad aliquem effectum vim ex naturali suâ dispositione, quandam habet (id quod instrumentis omnibus necessarium quiddam senserunt) sive per modum causæ veluti adjuvantis; etsi qui cum eâ simul agit, adjutorio nullo egeat. Rursusque, sive hæc efficientia sit ab elementorum certâ quiddam, etsi admodum occultâ temperatione; sive ab ipsismet rerum substantiâ. Nam de hisce disserendi non jam locus. Et mixta hæc, similiter bona vel mala est: *Bona verò efficientiam in rerum naturâ esse planum ex eo fieri potest, quod et contradictionis implicationem nullam, et congruentiam non parvam habeat.* Quidni enim congruat ut quemadmodum puram, absque physicorum corporum actione ullâ, efficientiam suam habent spiritus et absque spirituum actione, corpora suam: ita et inter se conexam conjunctamque quandam habeant? Mihi ergo de jecoris nostri fumo hæc videntur.

Primo: *Fumi asceris demonem efficientia fuit quondamteps naturalis.* Quia, ut supra indicatum, Angelus cap. 9, vers. 8, vim efficientiamque istam eo modo, describit, quo naturales rerum vires contra morbos, describi solent. « Cordis, sit, ejus particulam si super carbonem ponas, fumus ejus extricat omne genus demoniorum, sive à viro sive à muliere. » Quis Dioscorides, Plin. aut Matthiolum insitam herbæ vim aliter enuntiat? Quibus aliis verbis, quæ natura suggerit medicamenta eloquantur Theophrastus, Hippocrates, et Galenus? Res naturalis, recensetur, *cordis particula preparatio item naturalis, si super carbonem ponatur.* Verbum deinde, quod agendi vim importat, additur, *extricat*, id est, extricandi et expellendi vi præditum est, ut supra dictum. Neque e. 6, vers. 7, Tobias, nisi de

naturali harum rerum vi, rogat, cum ait: *Quid remedia habebant ista, que de pisce servare jussisti?* Raphael enim hominem tantummodò putabat, sed qui non frustra servari hæc vellet, peritiamque ipsorum efficacitatis aliquam haberet. Hoc enim et Raphael ipse vers. 3, indicat: *Sunt hæc necessaria, ut medicamenta utiliter.* Et in Græco modum exponit, paulò quidem aliter quàm in Latino vers. 8, sed ita tamen, ut eadem omnia, et paulò fortè clarius, indicet: *Si vezet aliquem demonum vel malis spiritibus, oportet hæc (cor et hepar) suffragare coram homine vel femina, et non vezabitur amplius.*

Secundò: Videtur naturalis hæc efficientia, non tàm primò simpliciter, sed in creationis principio, ab ipso naturæ auctore, cordi et jecori fuisse impressa. Primò quidem quia angelus eo ipso quo medicamenta esse ait cap. 6, significat vim quandam medicandi fixam et constantem illi inesse. Secundò consentaneum videtur, ut Deus, quemadmodum adversus eos, quos post Adami lapsum futuros videbat, morbos et ulcera, medicis quibusdam rebus vires indiderat, sic etiam indideret adversus demones, quos non animas tantùm, sed et hominum corpora læsuros prævidisset.

Tertio: Nonnulli eadem efficientia merè naturalia. Probatur 1^o ratione prioris opinionis quæ initio proposita est. 2^o Si pura puta physica via in hoc, aliisque hujusmodi contra demonem remediis inesset, demon medicamentis istiusmodi nobis vel absconderet, vel eriperet, vel delibillaret, vel contraria illis medicamenta objiceret. 3^o Possent solis radicibus et medicamentis hominum aliqui demones expellere, contra Jobi sententiam c. 41, vers. 24, de quâ supra. 4^o Quia auctoribus, aliqui etiam tetræ, delectantur demones, ut ex Porphyrio refert Eusebius lib. 8 Philosophiæ cap. 30. 5^o Quia superiore cap. 6, in Hebræo et Græco textu, non tantùm vis demones abigendi rebus istis tribuitur, sed ita etiam abigendi, ut nunquam revertantur, cum aliquo medicamento vi evanescente, redire possent. Solent enim præsentem duntaxat morbum medicamenta depellere, non autem efficere, ut reverit nunquam possint.

Quartò: Concurrerant cum suffraganti hujus vi naturalis, potissimum tria, quæ supernaturaliter insignem vim conciliarent. Primum fuit remotio causæ, ob quam demoni sævire concessum erat. Non enim, ut alii viri septem, sed libidine flagrabat Tobias, neque ut illi, ad mulierem adhiñebat. Secundum: Preces

Tobias et Saræ tam præteritis, quàm præsentibus, quæ quidem fuerunt duplices. Alie quidem in ipso statim ingressu thalami, ut ex thymiamatibus, de quibus paulò post, colliguntur: deinde post epulum dæmonem, alias, ne aliquem scilicet ille reverteretur, vers. 4. Et hæc etiam spectant thymiamata, quæ in Græco textu ponuntur, dum non jam simpliciter carbones, aut carbones vivi, sed prædæ, vel tibi thymiamaton sumptus dicitur, et in Hebræo additur tharibatum, quia, ut videtur, utrumque precibus, odoribus, divine majestati, reverentia cultusque causâ, læcenderunt sancti isti conjuges. Addi etiam possunt Raguells et Anne orationes, de quibus cap. 7, vers. 13: *Dixit Raguel: Non dubito quod Deus preces et facrymas meas in conspectu suo admiserit.* Imò et ipsius etiam Raphaelis, separato in cubiculo tum versantis et orantis oratio momenti plerumque attulit. Tertium: Significatio duplex in isto famò. Prior est significatio passionis Domini, ut ex D. Augustino supra dictum est, eumque secutus D. Prosper lib. de Promissionibus et prædicationibus p. 2, 39: *«Mysticum, ait, actionis hujus hoc est, quod ex interioribus piscis et demon fugatus est, et Tobias illuminatus. Hoc agit piscis magnus ex passione sua Christum, purgans Mariam, à quâ expulsi septem demones.»* Et postea: *«hæc, namque Latine piscem, sacris litteris, majores nostri hoc interpretati sunt ex Sibyllinis versibus, colligentes quod est Jesus Christus Filius Dei salvator, piscis in sua passione decoctus, cujus ex interioribus rebus, quotidie illuminamur, et pascimur.»* Posterior significatio est extinctionis seu debilitationis earum partium, quæ ad libidinem incitant. Cum enim faciat ipse videre, cogit amare jecur, et in Scripturâ, etiam cor, Prov. 4, Matthæi 15, dum in cinerem et fumum cor et jecur redigantur, significatio ejus quod dictum est, apparet. Atque hoc in hymno, quem in Sabbati Martino Ecclesiæ cœnâ, respexisse videtur S. Ambrosius, cum ait:

*Lumbos jecurque morbidum
Adure igni congruo,
Accincti ut sint perpetui,
Lum remotis passim.*

QUESTIUNCULA XXXIV.

JECORIS HUIUS EXEMPLO, POSSUNT SEQUEREA, CONTRA DEMONES, ALIA QUEDAM REMEDIA PROBARI?

Antimonium, contra omnes penè morbos

laudat nova eorum, qui Paracelsistæ dicuntur medicorum hæresis. Ego verò, quod contra dæmonia nobis præsidio sit, antidæmonium jam requiro. Et spiritale quidem potissimum est, sed de eo, quod sub sensum cadit, ut jam agatur, facit nostri jecoris incoensio. Sunt enim, qui omne quod corporatum, et sensibile sit, id contra dæmonas cassum proorsu et enerve censeant, ut ipse Paracelsistarum parens Theophrastus Paracelsus, qui parte 9 Philosophiæ tria tantum, quæ dæmonas exterminant, remedia nobis à Christo Domino data contendit, potestatem scilicet quandam immediatè ab illo manantem, deinde orationem et jejunium, et libro occultæ Philosophiæ, paucos hæc dæmonas expulsores, ait, quia ceremonias, quæ sensus videlicet ferire solent, adhiberent, tandemque eò progreditur, ut dicat, «Theologum nullam, nisi magiam peritum dæmonas ejecisse.» Contra verò, alii fumos, herbas, lapides, arma, verba, et id genus alia magnis, ad exigendos vel abarcendos dæmonas laudibus efferunt. Pervulgatam nam inquit Abulensis, 1 Reg. cap. 16, quæstionem. 45, esse opinionem suffumigationibus dæmonia profligari. Et lib. 35, capite 2, Plinius: «Plerumque, ait, video existimare, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimum esse vires incognitas.» De reliquis postea. Nam corpora hæc antidæmonica, possunt bifariam considerari, generatim et speciatim. Prior modus jam tenendus, et primò quidem à Paracelso quero, an expellendorum dæmonum potestas ita simpliciter à Christo Domino manet, ut nihil omnino, quod sensus incurrat, adhiberi oporteat, an secus? Si nihil omnino adhiberi oporteat, Divi Pauli sudaria vel semicinctia frustra et vitiose adhibita sunt Actor. 19. Lege reverendissimi Baronii tomum primum, anno Domini 56. Si secus, ceremoniis bellum cur indicit? Non commemorabo vetustissimos impositionis manuum, exsufflationis, adjurationis, aliosque generis ejusdem ritus, sed Paracelsum suis ipsis verbis constringo. Vult enim eodem libro, ut ad orationem cogantur dæmoniaci: et exegendi modum hæc præscribit, ut ipsis per crucis modum, incumbat quispiam. Non reprehendo ceremoniam, quæ nonnullam Eliæ imitationem, 3 Reg. 17, continere queat, sed hoc ago, cur post Christum Dominum, à nemine, quod quidem nōrim, usurpatam, ad expellendos dæmones ceremoniam usurpet, usurpata verò à plurimâ, extirpet? quæ ipsi videlicet exagitant,

ea sola placent novatoribus. Jam quod à solis magiæ peritis theologiis, dæmonas ejectos asserit, si malam in partem magiæ nomine utitur, est in Ecclesiam christianam nimis quàm contumeliosus, dùm insigne aspellendorum dæmonum divinitus datum munus, ad infame damnatasque artes revocat. Si verò bonam in partem, prout magi dicuntur, qui ab oriente Dominum adoraturi venerunt, magiam vocat, contra ceremoniarum sanarumque rerum usum, non modò nihil dicit, sed eum potius astruit. Quæmodò enim tetræ detestabilesque magi tetras detestabilesque ceremonias et res, suis in molitionibus, et præstigiis adhibent, ita è contrario eruditi, sanctique magi eruditas sanctasque ceremonias et res, in exorcismis, verisque miraculis. Qui verò suffumigationibus, herbis aliave meris corporibus aut corporum certè qualitatibus, tantam in spiritus vim tribuunt, unâ illâ superius allatâ Jobi sententiâ et adjunctâ ratione satîs refelluntur. Sed notandum, omnium rerum naturalium, quæcumque est adversus dæmonas vis, eam alterutro isto generi contineri. Vel enim secundariò et indirectè illos oppugnat et ejicit, vel primariò et directè. Prius accidit, quando ut in lunaticis, de quibus Matthæi 17, humores et corporis affectiones, quibus maximò oblectatur et abutitur dæmon, pertranat. Verbi causâ, melancholicos et avidiores. Sublatâ enim materiâ, et veluti fundamento, cui ille innitebatur ac immerabatur, ei ut excedat, imponi quædam videtur necessitas, prout lib. 2, de quintâ essentiâ Lullus, et lib. 2, de naturæ miraculis cap. 1, Lemnius. Parque itidem ratio videtur, si corpus, quod vexatam ab illo rem circumstat, vel etiam, quod ipse assumpti, ita immutetur ut ipsius proposito et energiæ inimicum sit. Sed consultò dixi videtur, quia verò optimè etiam humores depravare, optimâ corporum temperatione abuti nequam spiritus potest, in eoque commorari. Posterius verò, ut primariò et directè dæmon ipse petatur, fit quando, latentiore quidam vi, corporatæ res, tanquàm divinæ mantis instrumenta, in ipsosmet spiritus agunt. Breves ergo conclusiunculæ sex istæ sint: I. Nullas ceremonias, aut quæ in sensus incurrant res nullas contra dæmonas valere, falsum est. — II. Falsum quoque meros fumos, herbas aliæque corporata, contra eosdem immediatam ullam vim habere. — III. Sed verum ceremonias, et corpora, vel quæ ab his sunt, sensibiles qualitates, si cum spiritualibus quibusdam viribus

jungantur, valere plurimum. — IV. Verum item, corporata et spiritalia ista conjuncta valere plurimum, sed ita interdum bene ac religiose, interdum male ac superstitiose suscipiantur. — V. Verum etiam, bene ac religiose ista suscipi, quoties à supernaturali Dei angelive boni coepecta vim accipiunt: male ac superstitiose, quoties à demonis opitulatione. — VI. Sola ex omnibus, hoc incensi jecoris exemplo, approbati possunt, qui duo ista conjuncta habent, et à Dei angelive boni coepecta vim accipiunt. Cetera omnia cognitionem isto cum exemplo nullam habent.

QUESTIUNCULA XXXV.

ANTIDEMONICORUM SENSILUM ISTO CUM EXEMPO
COGNATIO INTERNOSCI QUOMODO POSSIT?

Primo videndum, an istiusmodi sensilia demonum vim verè frangant, eosque aspellant an non. Multa enim anicularum, et imperitorum, nimisque credulorum vulgus interdum asserit, quorum solida constantque veritas nulla. Temerè autem hujusmodi narrationibus assentiri non est philosophi, multò minus theologi. Si ergo verè demonibus nihil ista obsistant, perspicuum satis est, ab jecoris hujus, quod, ut supra dictum, efficacitatem veram habuit, cognitione longè abesse. Si verò verè obsistant, jam secundò videndum, aintne Dei angelive boni, an infelicit illius cooperatio et concursus. Si prius, habet cum exemplo isto cognitionem. Si posterius nullam, ut ex supra dictis clarum. Sed rursus quaeritur, quomodo ista, quæ sensu nullo percipitur cooperatio, internoscatur, divinane sit vel angelica, vel demoniaca? Doctè prudenterque noster de Valentia, 2-3 disp. 6, quest. 15, punct. 3, docet unde partim hoc, partim an sit naturalis vis, internosci non queat; deinde unde queat. « Non quit è solà causæ etiam apud eruditos, ignorantia, non è solà pro-
« ducti effectûs præstantiâ; non è solà, quæ
« ordinariè ad effectum esse debet, neque jam
« est, causæ proportionè; non è solo demonis
« indicio, non è solà ejus qui operatur vitâ
« imperiore, non demùm è solo fine malo; sed
« vel è solo operandi modo; vel è solà causæ
« conditione, et circumstantiâ, vel è solà effe-
« ctûs conditione et circumstantiâ, vel ex ipsâ
« denique communi experientiâ. » Putarem,
ut quod videtur parvis dicam, primò spectan-
dum an res quæ antidemonica dicitur, ex
naturâ suâ sit vel bona vel mala, vel indiffe-
rens? Si mala, conjecturis aliis quid opus?

l. 8. XII.

Nihil et cum jecore nostro similitudinis, quia
hujus incensio per se mala non est. Si bona
vel indifferens, pergendum porrò, et spectan-
dum, quinam rei talis, contra demones, usum
vel adhibeant, vel adhibendum primò censue-
rint, qui homines eruditione, prudentiâ, re-
ligione, integritate, rursùm cujusmodi modus
in illo illius rei, usu teneatur, an philosopho-
rum theologorumque placitis consentaneus,
an perspicuè improbus, an dubius. Spectandum
etiam, quod vel unius alicujus boni sapientis-
que viri, vel, fieri si potest, quod plurium totâ
istâ de re judicium sit, vel qui omnium opti-
mus et certissimus canon, quænam Ecclesiæ
ipsius, vel in aliquo decreto, vel in usu longè-
latèque, aut pridem admodum et constanter
recepto, sententia sit. Si qui rem illam adhi-
bent, homines scelerati sunt, si in modo va-
nitas aut viscositas inest aliqua; si sapientium
vel Ecclesiæ judicia eam improbant, ab
exemplo isto dissidere, penitusque dissonare,
numquid non judicanda? Et forent ista gene-
ralim satis, nisi de antidemoniacis quibusdam
remediis plussculum quid quidem require-
rent.

I. De suffragiis.

Est et hodiè harum in exorcismis quibus-
dam, usus. Nam in libro, qui demonum Pla-
gellum inscribitur, exorcismo 3^o præcipitur,
ut ignis ac sulphur accipiat, isque tandiù,
quoad super his quæ ab eo interrogantur apta
veraque respondeat, solutur demoniacus.
Et exorcismo 4^o ut benedicta ruta energu-
meni naribus admoveatur. Exorcismo 6^o, ut
accipiat sulphur, galbanus, assa foetida,
aristolochia, hypericon, et ruta omniaque
propriâ benedictione benedicantur, in ignem
que projiciantur. Quia verò cum « hisce rebus
« sacre ad Deum preces conjungantur, possunt
« huic nostræ suffragia non immeritò similes
« videri, » ut non directè tantum et primariò
energumenorum corpora immutent, sed ipsos
etiam demones, per mixtam illam, de quâ
supra, efficientiam. Refert 2, d. 8, a. 5, ad 4,
D. Thomas herbe cujusdam fumo effici, ut
trabes videantur serpentes. Cæterùm fugat
odore ipso cominus serpentes serpillum,
ut ait lib. 20, cap. 22, Plinius: nasturtium
similiter ibidem c. 13. Itemque galbani
accensi odor apud eundem lib. 12, cap.
26, animi defectionem, morborumque con-
tagionem teterrimè coriorum cornuumque
furores, ut docet lib. 2, c. 10, Levinus. Si

a3

divinum ergo huc rebus quidpiam, bono receptoque usu, connexum esset, cur aliquamvis, contra demonum efficientiam negaremus? Ea verò non in solo Tobia, sed in aliis etiam scriptoribus et ritibus efficientiæ hujus nonnulla extant adhuc vestigia. Nam Josephus lib. 8. Antiquit., cap. 2, indicat, à Salomonis exorcismorum, quos cum cetero sapientie ornatu à Deo ille acceperat, vetustissimam formulam, fuisse demoniacorum naribus radices quasdam adnotas, ut earum fumis et odoribus, ipsi eorum corporibus, demones extraherentur. Targum Chaldaus Cantic. 4, ver. 6: « Quia ait, tempore, quo populus domus Israel tenebat, manibus suis, artem patrum sanctorum justorum, fugiebant demones nocentes, tenebriones, et matutini, et meridiani de medio eorum, eo quod majestas gloriæ Domini residebat in domo sanctuarii, quæ edificata est in monte Moriah; et omnes demones et spiritus nocentes fugiebant ab odore incensi aromatici. » Sive in odor esset ille, qui quotidie in thymiamatis altari fiebat, sive qui in sacrificiis quibusdam, sive et aromaticis quibusdam radicibus aliis aliis, prout res postulasset. Sanctus etiam Iustinus dialogo cum Thyryphone, à Judæorum exorcistis, thymiamata et vincula demonibus expellendis adhiberi solita, testatur.

Tria tamen sunt, quæ istiusmodi suffumigia displicere, et ut Exod. 5, vers. 21, loquebantur nonnulli, fetere potius faciant. Primum quod hoc ipsum in Judæorum exorcistis reprehendere videatur eo loco S. Iustinus; simulque affirmare, idem à gentilibus exorcistis factitari. « Exorcistæ, ait, vestri eodem, quæ etiam apud gentes, arte adhibita adjurant, incensique odoribus, et vinculis utuntur. » Alterum, quod hujusmodi odoribus invitari potius demones videantur, idque, ut ait S. Augustinus lib. 20 Civ., cap. 21: « Non quia calore ac fumo, sicut nonnulli vani opinantur, sed hominum paucorum erroribus. » Tertium, quod anilis videatur superstitio, eos arbitrari fumo terreri, qui et corporis expertes, et atterito pridem fumo, caligini et flammæ assueverunt. Narrat, qui Germanicè conversus est Mathias, hypericum à mulierculis, circum pauperarum lectos incendi ut spirituum istarum injuriis obstat. « Hyperici, ait lib. 2 de agnitione essentia Lullus, quod aliis dicitur *fuga demonum*, seu *perforata fumigatio seminis*, fugat omnem demonem appropinquantiem corpori vel domui. » Primum tamen

illud factoris nihil exhalaret, si adverterimus, Justinum Judæis non simpliciter odorum incensationem vitare dare, sed eam, quæ abaque Dei veri invocatione, fiebat, quasi solè istarum rerum naturæ, et arte humanæ depelli possent demonia. Cùm enim dixisset, solo prophetarum vel aliorum veteris Testamenti sanctorum hominum nomine ista non pelli, adjunxit: « At si quis fortè vestrum, Dei Abraham, Dei Isaac, et Dei Jacob nomine illa adjuret, fortassis obtemperabunt. » Si quis, ait, quasi nullus id, vel rursus certè tum faceret, idemque apponit, fortè, et subdit: Jam verò exorcistæ vestri, etc., quasi clarè diceret: At Dei nomine, vestri exorcistæ demones non adjurant, sed potius artem, uti gentiles, quasdam adhibent, odoresque incendunt. Et isti fortè sunt, quos impostores vocat Diapianus l. *Præses*, § *Medicos*, ff. *de exorcismis*. cognit. Alterum similiter expeditur. Nam cùm thymiamata, in Deorum vel demonum potius honorem, adolebantur, his nequissimi spiritus eo, quo rectè S. Augustinus dicit, modo prolectantur. At eæ, quæ cum Tobia congruunt, suffumiones, in illorum detestationem, et contra ipsos, exultant, et quidem, non ut propitiati placati-que obesse desinant, aut non incipiant; sed ut via et tormentum his quoddam adhibeatur; ut vel iusti ac repugnantes, non solè naturali, quæ nimium infirma vel potius nulla foret, sed celesti divinique manus extrudantur. Tertium ostendit, quod sæpè jam dictum, solè naturali corporearum rerum facultate demones amoliri velle, vanum et superstitiosum esse, nisi fortè, uti antea etiam expositum secundariè et indirectè, dum vel energumenum corpus, vel cubicali, loci alicujus aer, aliter quàm vellet demon, afficitur et immutatur.

II. De radicibus et herbis.

Describit lib. 7 Belli, c. 5, Josephus radicem quæ *Saaras* dicebatur. « Hæc, inquit, statim efficit, quæ vocantur demonia, etiam si ægrolentibus tantum admoveatur. » In Antiquitatis verò lib. 8, cap. 2, plures hujusmodi radices à Salomone indicatas refert, ex quibus, quin *Saaras* illa fuerit, nihil dubi: sed eoque alia *Hypericon*, hæc in re, tantum quidem vi prædixitum eascent, ut id apud se semper gerent, variis in ædium partibus collocent, fugam demonum idcirco, quemadmodum supra Lullus dicebat, appellent. Narrat lib. 4 Enarrationum Dioscoridem Amatus La-

stantis raptum, apud Conimbricenses, demonibus infestum adeo haberi, ut proverbiali quasi elogio ipsam ita loquentem faciant: *Es como tem, que diabo faga, donde eu tem*, id est: *Ego sum raptus, quam diabolus fugit, inde ubi ego sum.* Plinius lib. 25, cap. 4, peroniam nigram Faunorum, in quiete, ludibris mederi narrat. At Fauni, quid nisi diaboli sunt? ut ait S. Hieronymus in S. Hilariōne, D. Augustinus lib. 15, Civit. 23, Cassianus lib. 7, cap. 33, Apuleius lib. de Virtutibus herbarum, cap. 71, *herba, ait, verbasci virtutem, qui secum portaverit, nullo metu terribili, neque bestie, neque occursum mali molestabit hunc.* Apud Ovidium Fast. 6, *cuidam quidam, magno pro munere spiritum, quod tristes pelleret possit.*

A spiritibus nixae (hæc erat alba) dedit.

Dioscorides lib. 4, cap. 100: *Fama, inquit, est rhamnii ramos, valvis atque fenestris impositos, veneficia depellere.* Et similiter, sub portæ limine, rhinanthum, turique rami, posuisse Bonum scribit libro de sapientibus Hesychius illustribus. Annimiserat à quibusdam artemisia rubra, sedum minus, quod vulgo *herba Jovis* vocatur, solisocum, levisticum, hyscopus, salvia, pulegium, tambucique folia. Et hujusmodi herbas agnoscere videtur apud Gratianum, cap. Dæmonium, 25, q. 2, D. Hieronymus, vel quis apud Polycarpum D. Hieronymi quidam umbra, quisquis ejus canonis auctor est. *Dæmonium, inquit, sustinenti, licet petras vel herbas habere sine incantatione.* Fabarum etiam, nigrarum præsertim, contra improborum spirituum spectra, robur celebravit antiquitas, dñm, ut in Pastorum 5 legitur, eis aversus quicquam jecit, et

Hæc ego mitto.

Hic, dixit, radice, hincque rursus fabis.

Ego sanè, cum herbarum lotarum aliquas, in antidæmoniacis, quas tradidit Salomon, Salomoni Deus, inficari possim, cause nihil habeo; easdem tamen absque aliqua precum sanctitate acceptas, nullis, contra dæmones, nisi fortè, et supra dictam, ludibria potestate esse arbitror, et majorem tamen de his ipsis adhuc vel auctoritatem vel experientiam requirere, quin et superstitio, et ex August. lib. 21 Civit. c. 6, postea dicam, à gentilibus, aliisque interdum usitatis existens. Quid enim fabæ, et fabæ nigre? In ipsa etiam illi Baras radice, duo mihi apud Josephum, nequaquam placent. Unum est, *opercere dñm et evellitur,*

semper aliquem mori; sive is homo, sive pro homine casus quisquam ait. Quis erodit? Illi, opinor, qui apud Plinium lib. 25, cap. 4, Peroniam præcipiunt eruere noctu, *Quoniam si pius Martius videat, trendo, in oculos impetum faciat;* cum et idem Plinius lib. 30, cap. 2, Appionem rideat, quod augeret, *Cynoccephalam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Ostrites, divinam esse contraque omnia veneficia valere; sed si ea erueretur, statim eum qui eruisset, mori.* Alterum, dæmonia esse malorum hominum spiritus, quasi desertores angeli non sint, de quibus contra Tryphonem S. Justinus, nisi vocaret Josephus maiorem hominum spiritus eos qui ad malum homines impellant. Fauni verò quibus personam illam mederi aiebat Plinius, non sunt vera dæmonia, sed morbi carotici aliquid, apoplexie vel epilepsie prodromus, qui suppressio nocturna et epilepsia alio nomine dicitur, idcirco et herba ipsa, *epistemon.* A dæmonibus tamen, qui apud Themisonem et Arginetam, idcirco pingamones vocati sunt, hæc suppressiones proficisci, à vulgo sunt, qui putant.

III. De septibus.

Petras nonnullas dæmonibus esse adversas causam antea citatas ostendit. Dionysius in Periogesi deprædicat *taspin*, quod sit *inimica empusis, et idolis, seu dæmoniacis spiritibus aliis.* Apud Psellum verò et Eugabium, lib. 3, cap. 25, Chaldaeorum sententia, est: *Cum venientem dæmonem terrestrem videbis, sacrifica lapidem murem exantale.* Ex forte id nominis accepit iste lapis, quod sit *menes taspin, vel tasrim, vel asrim*, id est, *fugus adversarios dolares, seu pilares, seu dæmones, prout istos interpretatur D. Hieronymus in Ezech. 33, et Isai. 13.* Sed præterea, quæ generatim superius allata, de his mihi nihil. Verba divi Augustini, quæ antea promisi, opportunè nunc appendam: *Illicuntur, ait lib. 21 Civit. cap. 6, dæmones ad inhabitandum, per creaturas quas non ipse, sed Deus condidit, delectabilibus pro suis diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, quæ casusque delectationi congruunt per varia genera lapidum, herbarum, animalium, carminum, rituum.*

IV. De armis.

Gladios et tela dæmonibus esse formidabilia innuit Odyss. Homerus, et Æneid. 6,

Virgilius, idemque Armeni cujusdam exemplo confirmat Psellus lib. de Dæmonibus, et ex eo Rhodiginus lib. 2, cap. 8. Atque hæc fortassis opinio Scyllas, ut magnum veluti nomen, acinacem venerarentur, impulit, quem admodum scribit initio lib. 1, S. Epiphanius, Clemens Protreptico, Lucianus Jove Tragædo, et Ammianus lib. 31. Et nostro tempore, multi, ait in *Æneid.* 6, Hortensius, assentant, ferri aciem dæmonas reformidare, et reipsâ compertum est; et novi, quibus hoc ipsum nocturnis horis accidit. Sed si, ut in scholis jam cantatissimum, corporis expertes hi gentii sunt, ferrum ullum cur formident? Qui, ut in fabulis Achilles, vulnerari non posset, imò qui thorace, armisque cæteris egregiè obiectas esset, ensium pignorumque aciem non pro nihilo duceret? Et sanè, quid fulgentis gladii aut color aut vibratio, quod non terrere, sed vel aliquo modo dæmonem impedire possit, efficiat? Qui verò istis ac armis defendere volebant, etsi cessasse dæmon videretur, grave tamen accepisse detrimentum, indicio sunt, quæ citatus addit Hortensius: «Novi, ait, quibus hoc ipsum nocturnis horis accidit, sed cum magnâ adversæ valetudinis conflictatione.» Neque verò ullum plium, prudentemque virum istâ defensione usum unquam audivi: neque in Ecclesiâ Catholicâ usquam probatum, ut mihi ad Tobie jecur accedere nihil videatur. Posset tamen fortassis movere aliquem Salomon, dum Canticoorum 3, vers. 8, circa lectum suum sexaginta gladiis accinctos, utras circumstantias ait propter timores nocturnos. Etsi enim arcæum quidpiam et spiritale significatur, ad morem tamen hunc alluditur, ejusque cùm usus, tum utilitas in sui videtur, prout perspicuè ibi docet Chaldaeus Paraphrastes, in quo sic: «Sacerdotes et Levitæ et omnes tribus Israel universi apprehendunt verba legis, quæ comparatur gladio, et prævalent et confortantur in eâ, sicut fortis, qui accinctus est gladio super femur suum: et ideo non timent à spiritibus nocivis, et dæmonibus, qui ambulant in nocte.» At sanè timores nocturni videntur illic appellari, ob quos, apud reges, et in castris, excubie, vigiliæque sunt, quod insidiis opportuno maxime nocturnum tempus sit, ideoque Hebraicus textus vocat timores in noctibus, id est, qui tunc venire solet, aut certè, ne eveniat, timetur. Chaldaeus verò Paraphrastes Judæam sui temporis opinionem refert, quæ nisi aliunde constabiliatur, me quidem certè

digladiari non faciat, neque verò, ut pro me gladium quisquam stringat, optare. Multò illa S. Benedicti virga, de qua lib. 2 Dial. cap. 4, D. Gregorius, dæmoni formidabilior. Eâ siquidem percussus, quem à Psalmorum precumque aliarum penso, niger crebrò puerulus abducebat, «deinceps ad orationis studium, immobilis permansit, sicque antiquus hostis dominari non ausus est in ejus cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verberibus.» Ipsius enim sancti Patris verbis, ejusdem judicium indicio.

V. De luce, igne, sanguine, jamque clausis.

Lucem lucifugis tenebricolisque spiritibus esse perinvisam quis non opinetur? Etenim omnis qui malè agit, odit lucem, Joan. 3, et illi tenebrarum rectores ab Apostolo Ephes. 6, dicuntur à Davide Psal. 90, nocturna dæmonia, seu perambulantia in tenebris: itemque à Targum Chaldaeo Cantic. c. 3, v. 8, et c. 4, 6. Solent præterea noctu, et in tenebris, multò et crebrius et libentius, quam interdum et luce, apparere, quemadmodum lib. 2, cap. 57, n. 7, notat Cantipratensis. Putant ergo interdum nonnulli, si candelas accendant, tutiora esse omnia. Sed etiam si collocarent funibus omnia cur dæmones extinguere, subitoque diffilare omnia non possint? Et sicut nocturna dæmonia sunt, nonne etiam, hisdem, et hisdem testantibus, diurna et meridiana sunt? nonne in angelos sese lucis transformant, 2 Corinth. 2?

Iguem hisdem spiritibus horrore esse putant nonnulli, quod æternis ipsi flammis addicti sint, et apud S. Paulinum, qui ab hæreticâ imperatrice, ad S. Ambrosii exitium, missi erant, dæmones, re infectâ, redierunt, quod, ut aiunt, ignis insuperabilis, sanctum illum, totamque ejus domum communiret, eo scilicet modo, quo lib. 2, c. 12, paradisum igni circumvallatum, dixit Lactantius. Ad hæc narrat lib. 8 Tripart. c. 8, Sozomenus Apelli, viro castimoniam et sanctitatem præstanti, cùm faber ferrarius esset, nocturne ferrum accideret, in formosissimæ mulieris formâ, ut ad libidinem eum prolliceret, dæmonem apparuisse; sed illum candens illic è fornace ferrum extraxisse, ejusque faciem impegisse; sicque hunc ejulantem frementemque dicto citius fugisse. At certè multò quam salamandra illa, minus ignem ille nostrum exhorrescit, imò ne tartareum quidem pili faceret, nisi quia divinam justitiæ instrumentum est, cruciatorum ab ille vim persentisceret. Nec refert quod nosser,

ut illius monumentum et signum aliquid esse possit. Nam neque ad hoc significandum ille institutus est, neque ratio esset cur similiter gladios, hastas, patibula, vermes, aliaque omnia, quæ divinæ ad eos puniendum justitiæ signa esse possunt, non extimesceret. Quis verò sanctos ignis circummuniat, in Zachariâ, c. 2, explicatur: *Ego, ait Dominus, ero ei murus ignis in circuitu. Apellis verò ferrum, fidelis castitatisque igne candelactum, divinam vim accersit, eaque femineum illud spectrum, tanto cum ejulatu et fremitu, tam subito in pedes coegit. Cæterum de humano sanguine apud Ludovic. Banaulorum in Enneade muliebri, c. 2, legitur, si menstruo cruore domus alicujus postes tinguntur, demoniacis magorum artibus et insidiis aditum eunem præcedi; et refert, in anni 1586 narratione historici, Michael Isellius, fuisse in Livoniâ locum, ubi nimbiis, tonitribus ac tempestatibus immenso dæmones laccharentur, nisi in lacum, qui ab Odepe decem circiter miliaribus distat, innocentem quorundam sanguinem infunderent rustici. At vana hæc omnia, ejusque opera sunt qui est homicida ab initio, cui nulla humano sanguine promissis gratior victima nulla jucundior. Unus innocentis Agni effusus pro mundi salute sanguis est, qui sua virtute dæmonas omnes assidue cruciat, ubique perterret, undique profligat et exturbat.*

Si cubiculorum janua seris et repagulis firmè communirentur et clauderentur, crederat aliquando Alexander ab Alexandro, sibi à leonibus seu demonibus istis nocturnis, molestiam et periculum creari non posse. Sed quàm allucinatus fuerit, narrat ipsemet lib. 5, c. 2: « Reverà, inquit apud S. Athanasium » D. Antonius, si fuisset hoc fragili corpore colligat, obscurato introitu istem negaretur accessus. Cùm autem hoc impedimento sint liberi, et obstructa penetrent, atque in omni licenter volitent aere, manifestum est ob enervationem eorum, permanere Ecclesiam corpus illasum. »

VI. De verborum contumeliis et comitiis.

Apollonio Thyaneo Caucasii juga pertransienti, diabolicum sese phantasma objecit. Id verò ipse gravibus contumeliisque verbis insectabatur, sociosque ut idem omnes facerent, admoneret. Stridens ergo phantasma illud, idoli cujusdam instar, evanuit, ut apud Philostratum, lib. 2, legere est. Adhuc etiam hodie blasphemias et jamenta nonnulli,

prout planum fieri posset exemplis non remotissimis. Sanè verò facta in dæmones convicia superbissimis spiribus non possunt non esse molestissima, quæ etiam sancti usurpant, ut apud S. Athanasium S. Antonius, qui et in ejus quâdamque apparentis os, imò è pulmone, foetissimum, quod potuit, putam ingessit. Et in exorcismorum formulis, quæ conviciorum plaustra? In Flagelli exorcismo quarto insunt hæc: « Spiritus Imunde, miserrime, tentator, fallax, pater mendacii, hæretice, fatne, bestialis, furiose, tui creatoris inimice, luxuriose, insipiens, crudelis, inique, prædo, bestia, serpens, et sus matra, famelica et immundissima, bestia eruginosa, bestia scabiosa, bestia crudelissima, bestia omnium bestiarum bestialissima, ejective de Paradiso, de gratiâ Dei, de loco inenarrabili, de consortio, et societate angelorum, creatura damnata, reprobata, et maledicta à Deo in æternum, ob superbiam et nequitiam tuam, scelerate et nefande, maledicta et excommunicata, blasphemæ, damnate atque damnæ. » Præcipue hujus moris index etiam Prudentius contra Symmachum:

*Intavat antistes Domini, fuge, callide serpens,
Exus te membris et spiras salse latentes:*

Mâcipiam Christi, fur corruptissime, vexas.
Si tamen verè fide, prece, divinoque auxilio, quantumvis atrocia id genus maledicta vagant, contra hostes tantos, quid nisi hæc aculeos sunt? Irritantur illi potius, et ad ulciscendum provocantur, quemadmodum apud Pœtam, cùm per probrum exclamasset unus...:
*O serps Phrygiæ, neque enim Phryges, illièd
Talis jactantem, dictis ac dira canentem
Non talis Ascanius, nervosque obverras equino
Contentis telum.*

Jurare verò et blasphemare, dæmonem non modò non pellit, sed accersit potius, ut apud Cassianum lib. 12 Instit. cap. 20, monstrant exempla. Narrabat, me audiente, bonus et doctus sacerdos, sibi noctu quâdam in curru proficiscenti spectra quædam objecta, tum verò aurigam varia corpisse jamenta effundere. Sed solâ sanctæ crucis sacrarumque precum, quæ sacerdotis arma erant, vi profectum aliquid fuisse. Vide canonem Nox observetis, 26, q. 7.

VII. De characteribus et arte dæmonum expultrice.

Rabbi Elias Thibbi: « Consuetudo, inquit, inter nos Judæos Germanos inolevit, ut fa-

« ciamus circulum, per circuitum, in parietibus cubiculi, in quo jacet puerpera, cum creta aut carbone, scribamusque in singulis parietibus : *Adam, Hava, Chas Lilit*; atque in ostio cubiculi interiori scribamus nomina trium angelorum qui sunt *Senol, Samas et Samangoloth*, quemadmodum tradidit illis ipsa Lilit ea hora quæ voluerunt eam suffocare in mari. » Habent lidem Judæi chartas, in quibus, ex Deuter. 6, precatio, quæ *Aeriah schemah*, dicitur, est, et quæ *Thephila* vocant, quibus nocte sese omnia fugare arbitrantur, idque discretè tradit Paraphrastes Chaldæus Cantic. 8, v. 3, dum Israëliticam synagogam ita loquentem facit : *Ego electa sum, pro omnibus populo, quia ego alio thephila laeva meæ mansi, et capiti; chartaque affixa est lateri dextro partæ meæ, cujus tercia pars respicit thalamum meum, ut facilius seu licentia non sit noxiis demonibus ad perducendum me. Sed primus ille de Lilit litteræ, nugarum mendacique plene sunt; hæc verò sacra quidem verba continet, sed à perfidis perfidè gestantur et profanantur. Ars verò demonum expellendorum suis et etiamnum aliqua videtur. Sic enim lib. 8 Antiq. c. 2, Josephus : *Ἡράκλειος αὐτῶν πατέρων τῶν κατὰ τὴν ἀστρονομίαν ἔχοντων, ἐκ ἀρκυρίων καὶ ἱερωνίαν; τοῖς ἀνθρώποις*. Idemque testatur citatus Targum Cant. 4, v. 6, et *patrem Patrum artem* vocat. Flagellum demonum hujus etiam apud ratiō meminit, quæ aliud nihil est quam certa quæpiam vel ea quæ, contra demones, facienda et adhibenda, Deus, vel angeli, vel boni, periti et sapientes viri docuissent, quemadmodum et apud S. Justinum Dialogo cum Tryphone, hujus imitatrix et æmula, vana et superstitiosa Judæorum et gentiliū disciplina, prout supra jam auditum. Vellet fortassè lector, de probis phylacteriis plura, sed quasi de amuletis disputatunculam alto quodam loco tractavi, evocare hæc me oporteret. In propositi textûs quæstionibus progredi satius. Vide Gretseri nostri lib. 2 de Cruce c. 16, ejusque Paralipomenâ, fol. 186 et sequentibus.*

QUÆSTIUNCULA XXXVI.

QUOMODO A S. RAPHAEL APPREHENSUS ASMÔDEUS?

Solis à Chaldæo Latinus textus apprehensionem istam memorat. Pro eâ in Græco et Hebræo est, *Asmodeum, postquam fumes illos odoratus est, fugasse in Ægypti finem et loca edificationis*. Non videtur verò S. Raphael illum manibus apprehendisse. Licet enim corpus

uterque tam spiritus ascitium habuisset (quod de Asmodeo tamen non constat), non erat apud in Tobia cubiculo, illo vespere, S. Raphael, sed Sara sola, prout nuptiarum usus declarat; et si tunc affuisset, quæ faciendæ erant, omnia Tobia statim suggesseret, idemque dictum fuisset v. 2; Audienti itaque Tobias sermones angelî. Nunc verò dicitur : *Recordatus itaque Tobias sermonum angelî*. Virtute igitur imperioque suo eum apprehendit, quemadmodum et angelus habens clauem abyssi, apprehendit draconem serpentem antiquam, Apoc. 20.

QUÆSTIUNCULA XXXVII.

QUOMODO ASMÔDEUS LIGATUS?

Non hoc tantum loco, sed Matthæi etiam cap. 12, Marci 5, Apocal. 20, ligantur demones. Et sit hoc bifarium : primò corporaliter, si quæ ipsi corpora sibi adjunxissent. Quamdiu enim illa retinent, tandiū per ea vincit et colligati esse possunt. Secundò spiritaliter, idque duobus modis : Unus est, quando non sinuntur illi agere quod velint, ut docet S. Augustinus lib. 20 Civit. 7 et 8, D. Gregorius lib. 2 Moral. cap. 11 et sequentibus, lib. 4, c. 12; Andreas episcopus in Apoc. 20; Cassianus collatione 7, c. 25; Venerabilis Beda, hic. Alter modus est, quando certo culpam loco alliguntur, ut illinc sese commovere, aliūque quæpiam evagari non possint. Atque hanc alligationem ita theologorum nonnulli 4 sent. dist. 44 et 50, demonibus ingratam acerbamque putarunt, ut ipsorum in eâ gehennam, ignem infernumque collocarent, imò et in ipsâ tantammodò alligationis hujus prænotione, uti apud D. Thomam videbis 1 p. q. 64, a. 4, ad 3, lib. 4 contra Gentes c. 90; Abulesem in 25 Math. q. 506; Cajetani in opusc. orat. 5. Videtur ergo Asmodeus prius illo corporali modo *handquæpiam ligatus fuisse*. Neque enim conjectura illa firma est, cur ullum sibi tum corpus circumdeditur videatur. Eius enim Hebræus textus, eo egrediente, thalami ostium patuisse ostendit, fieri tamen id potuit, non ob corpoream illius molem, sed alias ob causas, verbi causâ, ut cum clausa prius fuisset janua, eam ipse juberetur aperire, ut certam egreditionis suæ notam ederet, aut cum aperta illa esset, et excitati commodis fumi egredierentur. Deinde nunquam, quod quidem norim, legitur, corporato visibillique modo illum unquam demonem, tanto, quanto post indicabitur, tempore, materialis vinculis astrictum fuisse. Spiritaliter igitur, duobus jam indicatis modis, at-

ligatus fuit. Neque enim amplius Saræ ipsiusque sponso et parentibus molestias ullas creare sinebatur, et certa et sollicitudinem portione, extra quam ne pilam quidem egredi posset, definita.

QUESTIUNCULA XXXVIII.

QUARE LIGATUS FUIT?

Non Vulcania hæc vincula, non Promethæi in Caucasio clavi, non nervi recentesque Samsonis funes cogitandi; sed quam proposui, spiritalis dæmonum colligatio utraque dubius fieri potest, primò, si divinâ illi potestate concursus ille, quo, ad motionem omnem, res omnes indigent, subtrahatur. A facie Domini, ait, S. Gregorius lib. 2 Mor. 45, exiit Satan, qui relaxatus divinitus ab internâ refectionis angustia, ad sui desiderium effectum venit. A facie Domini exiit, quia diu vinculis disciplinæ religata quandoque voluntas noxia, ad opus processit. Cum enim id quod voleat, implore non valet, quasi ante faciem Domini stetit, quia illam ab effectu malitiæ superna dispensatio coercitavit. Deinde, si lisdem ab eo, qui in eo jus et potestatem habet, imperetur, ne hoc vel illud agant, ut hoc vel illo loco sese contineant, ut huc vel illi operi operam navent. Duplices verò sunt, qui jus et potestatem hujusmodi habent, possuntque dæmonis imperare: Deus et creatura. Hæc verò, vel spiritus est, vel homo. Spiritus verò aut bonus, ut Apoc. 10, vers. 2, aut malus, si hujus, cui imperare vult, princeps sit, prout supra expositum. Homo verò vel à Deo aut bono spiritu imperandi cogendique vim eam accipit, vel ab dæmonum principum aliquo. Prius illud sit, aut præcipuo quodam edendorum miraculorum charismate, aut ordinario quodam officio. Charisma illud in sanctis creberrimè visum, qui in Christi Jesu nomine, dæmonibus et aliis, et aliis delitescendi necessitatem imposuerunt. Officium verò in exorcistis nostris cernitur, prout Flagellum aspiculè citissimè iadest, exorcismo 2, 5, 1. Et sunt utriusque generis exempla in promptu plurima, quibus tamen brevitas gratiâ, supercedendum. Postestis verò, ut à dæmonum principum aliquo dæmonia subdita alligandi potestas habeatur, non sit, nisi nefariâ quidam cum illo conventionis et societatis, quam mortalium infelicitissimi magi teire solent; hinc dæmonas in amulos includere, ceterisque operibus et locis addicere. Persequitur id pluribus refectione

de Magis, Franciscus Victoria, sed ad istud intelligendum satis esse possumus D. Hieronymum de pusillâ quæ amoris insanitiâ, libidinosis dæmon exagitatus, verba hæc: « Perducit à parentibus ad hilarionis monasterium semi traditur, volente statim et consente dæmonia: Vni sustinuit, istius adductus sunt, quàm bene Memphis somnis homines debebam l' O crucis, à tormenta, que patior! Exire me cogis, et ligatus subter lignum teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui hinc et laminâ strictus teneris! Unde et Augustinus lib. de Divinatione dæmonum cap. 7: « Fugantur dæmones, vel etiam, jussu superioribus colligati abstrahantur et alieantur à locis suis, ut de rebus quibus dominabantur, in quibusque colebantur, fiat voluntas Dei, à D. Epiphanius hæresi 50, cum christianam Ecclesiam excitare Josephus christianus, laterisque coquere vellet, dicit Judæos incantationibus ignem ligasse, quem tamen crucis signis et aquâ benedictâ idem Josephus solvit postea. Palladius c. 20 plurimos et ferocissimos dæmones, in Jasson et Mambre sepulchro, per magiam collocatos refert. Hæc verò divini concursus et subterfugio et ejusdem vel aliorum, prius receptum, imperium solet, per translationem, vincula, rudentes et catenas nunciari. Sic enim secundæ Petri, cap. 2, legitur: Dux angelis peccantibus non pepercit, sed ridentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciatus. Et in S. Jodæ Canonice, versu 6: Angelus, qui non servaverunt suum principatum vinculis æternis sub castigis tenerant. Apoc. 20, angelus, ut serpentes antiquos in aliquo figaret, habebat catenam magis in manu sua, ubi Andreas: « Catenam, inquit, ad nostrum intelligentiam vocavi operationem, que Satanae pusillam coercet. » Insufficiunt verò hæc vincula vel spiritibus tantum modo, vel symbolis quibusdam, que sub sensum cadunt adhibitis, cujusmodi sunt res aut verba sacra, de quibus ad rem, que modò agitur, per appositum exemplum in Cæsario est lib. 5, cap. 13: « Retulit, ait, mihi Gerardus præpositus Pleisensis, mulierem obsessam, multis hæc notam, Sygberg venisse gratiâ curationis; que cum in oratorio S. Michaelis archangeli de diversis interrogaretur et incidere mentis de Lucifero apud inferos ligata, respondit per os ejus diabolus: Stulti, quibus catenas putatis magistrum meum ligatum in inferos

« ferreis ? nequaquam. Tria verba posita sunt
 « in silentio Misæ, quibus ligatus est. Requi-
 « rentibus quibusdam ex fratribus, quæ sunt
 « illa verba, dicere noluit, vel potius ausa non
 « fuit, sed ait : Afferte mihi librum, et ego vo-
 « bis ostendam illa. Allatus est ei liber missa-
 « lis, et clausus porrectus, quem illa aperiens,
 « primo ictu canonem invenit, et digitum po-
 « nens super illum locum, per ipsum, et cum
 « ipso, et in ipso, in quibus memoria sit sum-
 « mæ Trinitatis, ait : Ecce ista sunt tria illa
 « verba, quibus ligatus est magister meus. Hoc
 « audientes ex monachis plures, qui aderant,
 « scientes mulierem illiteratam esse, modice
 « sunt valde vim verborum intelligentes. Per
 « Patrem enim, et cum Filio, et in Spiritu
 « sancto, quorum opera indivisa sunt, fortis
 « ille ligatus est, et vasa ejus direpta. » Asmo-
 « deus ergo, angeli Raphaelis jussa, ita victus
 « et innodatus fuit, ut intra circumscriptum sibi
 « circulum stare necessariò haberet; neque ut
 « maxime vellet, aliò quòquam vel ad latum un-
 « guem excurrere posset.

Ex his verò duo intelligi possunt : Unum,
 demonum ipsorum, quibus tam varia, tot mo-
 dis, vincula, etiam ab hominibus, injici pos-
 sent, villissima sors et imbecillitas. « Quam,
 « inquit Eusebius lib. 5. Preparationis, cap.
 « 6, divinitatem haberent, qui ad tantam mi-
 « seriam dejecti sunt, ut ab hominibus deti-
 « neantur ? » Sed pulcherrimè loco citato S.
 Antonius : « Nos, ait, nec ejus pollicitationi-
 « bus credere, nec minas formidare debemus,
 « fallit enim, nihilque verum semper promi-
 « tit. Nam si non mendacia cuncta loquere-
 « tur, quomodò talia et tam infinita promi-
 « tens homo crucis ut draco aduncatus à De-
 « mineo est, et capistrò ligatus ut jumentum,
 « et quasi mancipium fugitivum, victus cir-
 « culo, et æmilla labia perforatus, nullum
 « omninò fidelium devorare permittitur ? Nunc
 « miserabilis ut passer, ad ludendum irretitus
 « à Christo est, calcaneo Christianorum sub-
 « tractus gemit. Ille, qui universa maria à se
 « deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum
 « manu sua teneri pollicebatur, ecce à no-
 « bis vincitur, ecce me adversum se pro-
 « hibere non potest disputantem. » Et D.
 Augustinus serm. 197 de Tempore : « Si al-
 « ligatus diabolus est, quare tantum ad-
 « huc prævalet ? Verum est, fratres charis-
 « simi, quia multum prævalet ; sed tepidis et
 « negligentibus et Deum in veritate non timen-
 « tibus dominatur. Alligatus est enim tanquam

« innexus catenis canis ; et neminem potest
 « mordere, nisi eum, qui se illi mortiferà se-
 « curitate conjunxerit. Jam videtur, fratres,
 « quia stultus est homo ille, quem canis in
 « catenâ positus mordet. Tu te illi, per volu-
 « ptates et cupiditates seculi noli conjungere,
 « et ille ad te non presumet accedere. Latrare
 « potest, sollicitare potest, mordere omninò
 « non potest, nisi volentem. Non enim co-
 « gendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à
 « nobis sensum, sed petit. » Et ex eo Casarius
 lib. 5, cap. 52 : « Diabolus similis est urso
 « sive leoni ad stipitem ligato, qui licet in ca-
 « tenâ suâ regiat circumiens, neminem tamen
 « lædit, nisi quem infra suum circulum ra-
 « puerit ; diaboli potestas, catenâ divinæ cohi-
 « bitiois sic arctata est, ut neminem cogere
 « possit ad peccandum, nisi ad eum ingredia-
 « tur per peccati consensum, secundum aposto-
 « lum Petrum : Tanquam leo regiens circuit,
 « in suâ catenâ, quærens quem devoret. Sæpè
 « sanctos viros terret et impedit, sed nocere
 « non potest. » Alterum verò quod à dictis
 intelligitur, est, quid illa excommunicatio sit,
 quæ demones interdum proscribuntur. Cum
 enim ecclesiastica apud nos pena summa sit,
 excommunicatio major et minor latæ senten-
 tiæ, et Ecclesia in demones, tanquam in con-
 juratos fidelium hostes, jus à Deo habeat, per
 excommunicationem nihil aliud inferre illis
 videtur, quam summam religionis hujus pen-
 nam. Videatur liber secundus Vitæ D. Ber-
 nardi, cap. 6. Et videtur simile quiddam D.
 Augustinus cogitasse, cum *Interdicti* nomine
 ultior lib. 20 Civit. 7 : « Ab eis, ait, gentibus
 « seducendis, hujus Interdicti vinculo et clau-
 « stro diabolus prohibetur atque cohibetur. »

QUÆSTIUNCULA XXXIX.

QUI LIGATUS IDEM ASMODEUS ?

In deserto superioris Ægypti, ait textus La-
 tinus, in *kyrdus* Ægyptos, Græcus, id est, in
altissimis Ægypti, Hebræus. Possunt verò loca
 hæc bifariam sumi, tropicè et propriè. Tropus
 erit si quispiam locus alius incultissimus et
 remotissimus significaretur, quemadmodum
 adagiis quibusdam dici solet : *Ultra Gades, ad*
Garamantes et Indos; itemque navigare *Anticy-
 ras, Corinthus*, et similia. Nulla tamen ratio
 ad huiusmodi tropum nos impellit, ut prop-
 terea illam D. Augustini retinere amissim
 liceat, quam jubet, propriè Scripturarum verba,
 dum aliud nihil obstat, intelligenda. Superior
 enim Ægyptus apud Herodotum lib. 5, Ptole-

mæum lib. 4 Geogr., Joannem Leonem lib. 8 de Africa, cap. 2, memoratur, estque illa Ægypti pars, non quæ, uti de Galiliæ dictum alibi, septentrionalior est, sed quæ australior, quod ex eâ nimirum delabatur Nilus, et quod montibus magis abundet; τὰ περὶ τὴν ἀνατολὴν ὁρίων τῆς ἡμετέρας, inquit loc. cit. Ptolemæus, καλεῖται ἐκείνη, καὶ ἔστι νότιος. Quæ in septem nomine seu provinciis australiora sunt, ea vocantur Thebæ, et sicæ ægypti, hancque à veteribus dictam Thebaïdem nunc Sakid vocant loco cit. Leo, vel etiam Sak, uti mavult Althonus cap. 34, et in Tertio Pandectæ Leuclavius, cap. 312. Montes verò enumerat complures idem Ptolemæus, Basoisam, Anagionem, Asypbon, Aspidem, Oglanem, alios, et Diodorus lib. 2, cap. 5 et 4, simulque locorum illorum vastitatem, horrorem et squalorem explicat; τὰ περὶ τὴν ἀνατολὴν, inquit rursus Ptolemæus, περὶ τὴν καὶ ὁρίων, διακρίνεται καὶ ὁρίων. Australiora Nitriote et Oasite, ærenas præcipue non irrigata regio. Et Herodot., τὰ ἔσθ' ἡμετέρας, superiora Ægypti non contemplantur, adeo ut φάσμα, portentumve scribat, si vel semel Thebis pluât. D. Hieronymus in Ezechielis cap. 30: « A turre, ait, Syenes cadent in eâ quæ in extremis terminis Ægypti, Æthiopie, Blennariarumque confinis est; ubi Nilus innavigabilis est, et cataractarum fragor, et omnia lava plenaque serpentum et venenatorum animalium. » Et hujusmodi loca indicavit etiam Dominus, cùm Matth. 12, v. 45, ejectionem demonem dixit ambulare διὰ τὸν ἄνθρωπον, per arida et iniqua loca. Observant et hoc etiam nunc hoc tempore sacri exorcistæ, ut vel in immum inferorum barathrum, vel in tesquas et horridas quasdam solitudines dæmonia, quibus egressum imperant, ablegent, ubi ab hominum cœtu absint quàm longissimè, minoremque illis persiciem afferant. Quemadmodum leones, pardos, tygrides, aliasque id genus feras procul à nobis, in saltus, speluncas amandavit Deus, sic et demonum multitudinem maximam, salutis nostræ causâ in arenas et damnata quædam sola eiecit. Quo factum, ut de S. Antonio, Macario, aliisque veteribus eremorum sanctissimis incolis (quemadmodum à S. Athanasio, loco citato, Palladio, cap. 20, Cassiano collat. 7, cap. 25, traditum) graviter quærenter dæmones, quod in sua homines isti loca invaderent, in easque Christi Jesu crucem et cultum inferrent. Quo detestabilior Bezz in Matthæi cap. 12, vers. 43, calumnia est, scribentis: « Quan-

tum in incultis et squalidis locis valeant tantæ præstigiæ, decet mala per eremitas et monachos jampridem in Ecclesiam invecere. » Sed qui Christi Domini virtute, gratiâ et cruce armati, æternum demonibus bellum indicere, in domum fortis intrare, ipsiusque vasa diripere ausi sunt, quæ invehere mala potuerunt? Excitantur historiarum veteres, et per eremitas monachosque in barbaros immanesque populos quàm plurimos, adeoque hanc in Germaniam nostram, christianam fidem importatam, Evangelium propagatum, hopismum, ceteraque pietatis nostræ mysteria illata comperimus; hæcne mala sunt? Hæretico scilicet mala, quia omnia hæc penitus subvertit, vel certe non nisi depravata et enervata vult, mala, inquam, Satanas administro crucis Christi adversario, gehennæ leoni, et, si respiciat, æternæ æternarum flammarum pabulo.

QUESTIUNCULA XL.

QUANDIUM LOCATUS EST DÆMON?

Qui demonibus laqueos et compedes innectendi potestatem habet, eidem etiam temporis, quo innexus teneri vult, potestas est. Ergo, prout res ususque postulat, dies, hebdomadas, menses, annosve plures aut pauciores attingere ipsos consuevit. Vidi, ait S. Joannes Apocalypsis 20, angelum descendente de celo, habentem clavem abyssi, et ceteram magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille. Non exire, clamabat virginitas ille apud D. Hieronymum vexator, nisi me adolescens, quæ tener, dimiserit. Quandiu verò Asmodeum Ægyptiaco carcere inclusum Raphael voluerit, textus nullus offertur. Sed non omnino fortè vanus conjector esset, qui, quoad situm Saræ et Tobias ægerat, illic attentum et obligatum opinetur. Ad eos enim nullo unquam modo perreptare ipsum docebat, à quibus tantus eum angelus, tot præceptis, tam insigni fugâ, post tot tantasque cades, deiecisset. Alioquin à Tobie tempore ad sancti Antonii aliorumque præstantium anachoretarum secula, sunt anni, præter propter mille, quibus vixit semper fuisse si quis diceret, quid vetaret? An quod eo millenario tempore, turpissimis impuriislibisque libidinis orbis penè totus contaminatus fuerit? Suspicatur enim fortè quispiam, si harum princeps victus sit, omnes etiam illas simul vincias teneri oportuisse. At non ita est. Quemadmodum

enim jam in abyssu Sathan et archidæmon ab angelo, et ex Apocalypsi paulo ante vidimus, clausus tenetur, suos tamen veluti emissarios canes ubique habet, ita et libidinum rex, etiam in ægyptiacis montibus coarceatur, suos tamen, qui interea non feriantur, varias in partes et loca, inquinatissimos ganeones, lyncas et cupidines emittit, quemadmodum et de ebriis lascivisque demonibus Andream proficiscentibus narrat in iconibus Philostratus.

QUESTIONULA XII.

SPIRITUALITER AMORUM EXPULSIONEM NOM QUOT
HINC ERUNT? ET QUA PRIMA?

Libidinis fax, auctor et suusor demon à nobis omnibus expelli debet dupliciter: primò, cum in nos aditum inest, antequam intret et vincat; deinde postea si ipsum fortè, quod avertat Deus, intrasse jam et vicisse contingeret. Ac potest quidem expulsio utraque variis modis, divinè cum gratiâ, fieri, sed septem tantum, quos è superiore disputatione nobis jam Tobias suggerit, contenti sumus. In Tobia causæ ob quas sponsis aliis nocem demon attulit, non fuerunt; idèque omnium primò, est illud in expulsiōne priore, quæ rebus tamen potius dici queat, utilissimum, ut causæ, ob quas, et nostram in arcem demon hic pervadat, neque suam sub ditionem adducat, divinitus concedi solet, omnino removeatur. Iis enim sublati, effectus quoque tollendos quis ambigit? Sunt verò causæ illæ vel interiores vel exteriores. Et interiores vel in corpore, vel in animo latent. In corpore libidinem excitant cibi et potiones, vel abundantes, vel delicatiores et fervidiores, quàm naturæ postulat necessitas, quibus requirat ætas, occupationes, solitudo. Ex his enim sanguis spiritusque vitales copiosiores et exultantiores existunt. Unde variæ postmodum earum, quæ libidini serviunt, partium, ordines et inillationes. Sine Cerere et Baccho friget Venus, imò per Cererem et Bacchum adest, furitque potentia. Nihil, ali Agostolus Ephes. 5, *in ebriari visio, in quo est luxuria*. Si quid, ait D. Hieronymus ad Eustochium de Custodiâ virginia, *in me potest esse consilii, si expertus crederetur, hoc primum moneo, hoc obsecro, ut sponsa Christi vinum fugiat, pro veneno. Hæc adversus adolescentiam prima arma sunt demones. Non sic avaritia quati, inflat superbia, delectat ambitio, Facile aliis carum viliis, hic hostis nobis inclutus est. Quòcumque pergimus, nobiscum portamus in-*

micum. Vinum et adolescentia, duplex incedium voluptatis est. Quid oleum flammæ adjicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignem ministramus? Et Epist. de Virginitate ad Furium: *Non Atræi ignes, non Vulcanis telles, non Vesuvius et Olympus tantis ardoribus ardeant, ut juveniles medullæ vino plene et dapibus inflammata. Idèque cum generosas alias adolescentuli S. Hieronymus retulisset idem Hieronymus: Quid ait, faceret diabolus, quò se verteret? Qui gloriabatur ante, dicens: In castris accedam, super sidera celi ponam thronum meum, et ero similis Altissimo; cernebat se vinci à puero, et prius ab eo calcatum fuisse, quàm per matrem calcare potuisset. Tiullabat itaque sensus ejus, et pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggererat. Cogebatur tyrannulus Christi cogitare quod nesciebat; et ejus rei animo pompam volvere, casus experimenta non averterat. Iratus itaque sibi, et pectus pugna verberabat, quasi cogitationes eade manus posset excludere: Ego, inquit, scello, faciam, ut non calcitres; nec te hordes aliam, sed paleas. Fame te conficiam et siti; gravi onerabo pondere; per aestus indagabo et frigora, ut cibum potus quàm lasciviam cogites. In animo primæ voluptatiarum cogitationum acinillulæ nisi decerpenti non tam extinguantur quàm opprimantur, in quàm tristitia, quibus castum aliqui pectus deflagret, incendia erumpunt? Nolo, ait idem sanctus Pater ad Eustochium, nolo sinus cogitationem crescere. Nihil in te Babylonium, nihil confusions adolescat. Dùm parvus est hostis, interfice; nequitia, ne astantia crescant, elidatur in semine. Audi Psalmistam dicentem: Filia Babilonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam. Beatus qui tenuerit et allidet pedes tuos ad petram. Quia enim impossibile est, in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, illa laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut coepit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, et allidit ad petram; petra autem Christus est. Eodemque locutus Cassianus lib. 6 Instit. cap. 13, et S. Francisci alumnus quidam verissimus Juniperus, cum in quodam centu variè de vitii hujus importunitate vincendâ dicerentur sententiæ: Ego, inquit, arielas, cum procul adventantem hunc laicum prospicio, portas animi, bonis desideriis, sanctisque cogitationibus occludo, et interius subtili voce: Procul, exclamo, oc-*

« cupatus est diversorii locus. » Tunc, qui præsens aderat, sancto Francisco et ipse charissimus olim discipulus Aegidius : « Ego, » dixit, arma mihi Juniperi assumo. » Sed et alia quædam graviora peccata, superbia præsertim, et divinæ gloriæ aspernatio, demonio sui nostra in corda portas pandunt, quemadmodum ad Roman. cap. 1, v. 25, docet Apostolus, et Cassianus lib. 12 Instit. cap. 20, 21, lib. 6, cap. 18. Jam ad exteriores causas pertinent multiplices admodum obsequitatis libere, ut prava sodalitas, scurriles sermones, amatorii libelli, mulierum cohabitationes et aspectus. Idem, ait à veteribus quidam, « illecebrosus fieri nihil potest : Nox, mulier, » vinum, homini adolescentulo. — « Utrique » videndo feminam, » et inquit alius. Numquid, ait Sapientia beatorum Proverb. 6, v. 27, potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ? aut ambulare super prunas, ut non comburantur planta eius ? Sic qui ingreditur ad mulierem proflitam suam, non erit mundas cibus tingerit eam. Quin et formosulorum, investitumque et adolescentulorum omnium facies, nam etiam majoribus, interdum periculosos viri sancti, de quibus loquitur reverendissimus Baronius, indicant, et præclarum est, quod ita in cautione, de S. Nicetio Lugdunensi episcopo, memorie proditum est in Gregorii Turocensis Vita.

QUESTIUNCULA XLII.

QUIS NOXES ALTER ?

Modus porrò Asmodeum prohibendi alter est, multas seriasque contra ipsum preces ejaculari, ut fecit S. Tobias. Hoc enim genus orationis proceris efficit debet, Matth. 17, prout à se quoque factum memorat S. Paulus 2 Corinth. 12, vers. 8 : Propter quid (id est, propter stimulum carnis meæ, angelum Satanæ me colaphizantem) ter Domine rogaui, ut discederet à me. Et D. Hieronymus de Eustochium : « Pallebant, ait, ora jejuniis, et » mens desiderii aestuabat in frigido corpore, » et ante hominem suum jam carnis præmorsus, sola libidinum incendia bulliebant. hæcque omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam » pedes, rigalam lacrymis, crine tergebam, » et repugnantem carnem hebdomadarum læditi subjugabam. Non depadesco infidelitatis » meæ, quin petita plango me non esse qui fuerim. Nemini me clamantem diem crebro » junxisse cum nocte, nec prius à pectoris » cessasse verberibus, quam rediret Domino

« increpante tranquillitas. Sic nobis, ait Cas- » sianus lib. 5, cap. 6, insulas, » cordi est, » agonem spiritalem cum Apostolo legitime do- » certare, hæc imundissimum spiritum as- » perare omni mentis intentione ; non nostris » viribus confidentes (hoc enim levisseria hu- » mana perficere non provalet), sed opitela- » tione Domini festinemus. Tandem namque » hoc vitio animam necesse est impugari, » donec se bellum gerere supra vires suas ag- » noscat, nec labore vel studio proprio victo- » riam obtinere se posse, nisi Domini fuerit » auxilio ac protectione suffulta. » Et cap. 6 : » Reverò, inquit, cum in omnibus victisum » profectibus, et cunctorum expurgatione vi- » ctorum, Domini sit gratia sique victoria, » in hoc præcipue peculiare beneficium Dei se » speciale donum, et Patrum sententia, et » experimento purgationis ipsius, manifestis- » simò declaratur his qui eam meruerint pos- » sedere. » Unde et aliorum etiam charitate nobis devictorum comprecatio rectè petitur, ut plurimas lacrymis ignea nequissimi Asmodei tela, Ephes. 6, vers. 6, facilius penitusque restringantur, quemadmodum faciebat illa Matth. 15, quæ non solam dicebat : Misere mei, quia Anima mea male à demonio sexatur ; sed et deprecatores Apostolos adhibebat, post eosque clamabat. Absit verò, ut quod in se sanctus debet Augustinus lib. 8 Confess. cap. 7, committamus : « Ego, ait, adolescens mi- » ser, valde miser, in exordio ipsius adoles- » centiæ etiam petieram à te castitatem, et » dixeram : Da mihi castitatem et continen- » tiam, sed non modo. Timebam enim ne me » cito exaudires, et cito sanares à morbo con- » cupiscentiæ, quem malebam expleri quam » extinguere. »

QUESTIUNCULA XLIII.

QUIS NOXES TERTIUS ?

Tobiam adjuvit variis modis sanctus archangelus Raphael. Tertius ergo modus est ipsum sanctorum angelorum comitumque auxilium, quod bipartitum merito statuitur : Unum in sanctissimis ardentissimisque ipsorum precibus, de quibus loco alio ; tantum nunc meo, hoc in certamine, maximum sine dubio, à S. Raphaelis patrocinio momentum posse accedere. Hic enim est qui de Asmodeo jam pridem triumphavit ; qui catenis opusum in extremas orbis solitudines extruxit. Eodemque miserrimum dedit. Alterum est imitatio. Nulla, inquit Cassianus cap. 6, paulo ante

« citato, virtute, tam propriè carnales homines spiritualibus angelis imitatione conversationis sequantur, quàm merito et gratià castitatis; per quam adhuc in terrâ degentes, habent, secundum Apostolum, municipium in cælis; quod, depositâ corruptelâ carnali, habituros sanctos promittitur in futurum, hic jam in carne fragili possidentes. » Quia tamen angelis, etsi purissima, nullo tamen modo laboriosa et gravis castitas est, exemplis Josephi, Susannæ, aliorumque, tam multorum et tam nobilium hoc in gymnasio athletarum animas firmare licet. Quemadmodum illi, illustris Anitii sanguinis genus, faciebat, cùm apud S. Hieronymum ad Demetriadem, sibi ipsi diceret: « Si te virorum exempla non provocant, hortetur faciatque securam beata martyr Agnès: quæ et matrem vici et tyrannum, et titulum castitatis martyris conservavit. » D. Augustinus lib. 8 Confess. cap. 11, anapittem, quam inter voluptatis et castimonie argumenta, pugnat, paginam describit. Ille vestem ejus carnes succutiebant, et submurmurabant: « Dimittis nos? Et à momento isto, non erimus tecum ultra in æternum? et à momento isto, non tibi licebit hoc et illud ultra in æternum? Tandem verò, aperiebatur, inquit, ab eâ parte quâ intenderam faciem, et quò transire trepidabam, casta dignitas continentis, serena et non dissolutè hilaris, honestè blandiens, ut venirem, neque dubitare, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum plenas manus gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellæ, ibi juvenis multa et omnis ætas, et graves viduæ et virgines anus, et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoris, quasi diceret: Tu non poteris quod isti et istæ? An verò isti et istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Qui in te stas, et non stas? Projice te securus in eam, noli metuere, non se subtrahet, ut cadas. Projice te securus, excipiet te et sanabit te. »

QUÆSTIUNCULA XLV.

QUIS MODUS QUARTUS?

Quartus modus est pia et religiosa Domini ac Salvatoris nostri Jesu acerbissimorum cruciatuum meditatio. Si enim, ut ex Augustino, Prospero et Bedâ vidimus, lascivum istum

tenebrarum hircum fumosa Dominicæ Passionis nota metu tanto percussit, quid ipsa læt passio faciet? quid viva ejus, spirans, et potè loquens imago? Statim nimirum occurrit, cùm in horto captus Dominus sit, amaritudines nobis omnes esse despiciendas; cùm laqueis et catenis victus fuerit, ipsius in honorem, nostros nobis sensus et carnis membra constringenda; cùm alapis flagrorumque verberibus dirissimis corpore toto laceratus fuerit, nostrum nobis corpus merito edomandum, et ne proterviat, jejuniis et flagellis castigandum; cùm fœtissimæ carnis nostræ, cruci suffluxus fuerit, carnem quoque nostram cum vitia et concupiscentiis omnibus cruciendam. Hoc enim est quod in Psychomachia significat Prudentius, dùm sobrietas, videns à luxuriâ mortales tam multos in servitutem abripi:

*Vexillum sublimè crucis, quod in agmine primo
Dux bona præderat, defixâ cuspidè sistit.*

Et ubi nonnulla dixisset:

*Sic effusa, crucem Domini ferventibus offert
Obvia quadrige, lignum venerabile in ipsas
Intentans frenos, quod ut expandere feroces,
Cornibus expansis, et summi fronte cornuam,
Verius præcipitem cæci formidine fuit
Per prærupta fœgam, fertur resupina reductis
Nequequam toris ariga, comasque madentes
Pulvere sedat humi, tunc et vertigo rotarum
Implicit excusam dominum; nam prona sub axe
Labitur, et lacerò tardat suffamine curram.*
Clamabat S. Bernardus: *Pudeat sub apertis
capite membra esse delicata; neque dubitandum, quin qui è toto illo sanctissimo corpore
fluxit cruor plurimus et rubentissimus, is non
gehennæ modò, sed et luxuriæ flammæ omnes
in eorum qui modò volunt pectoribus, extinguat.*

QUÆSTIUNCULA XLV.

QUIS MODUS QUINTUS?

Quintus est, ut super carbones eosque vivos, jecur ponamus. Carbones illos existimo esse Scripturas divinas. Hæ siquidem humanis vocibus, tanquàm lignis quibusdam, et veritate omnium certissimâ, tanquàm igni quodam ecclesiæ constant. Jecur verò quid nisi mens nostra est, quæ à sensibus quasi à ventriculo rerum cogitationem accipit, rationem, sententiarumque et judiciorum sanguinem omnem conficit, et hæc illucque diffundit? super viros ergo carbones jecur collocat, qui ad sacrarum Scripturarum meditationem mente totâ incumbit; qui ad harum formam se suæque omnia conformat; cujus in his otium co-

gustatioque omnis consumitur. Aurea planè divi Hieronymi ad Rusticum sententia est: *Amas scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amas.* Atque hanc ille sententiam non verbis tantum, sed factis etiam ipsis expressit, comprobavit. Paulò post enim: «Dàm, ait, essem juvenis, et solitudinis me deserta valarent; incentiva vitiorum ardoremque, naturæ ferre non poteram, quem cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus assuebat. Ad quam edomandam, cuicdam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintilianum acumina, Ciceronis fluvis, gravitateque Frontonis, et lenitatem Plinii, alphabetum discerem, et stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumperim, quid sustulerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, et contentione discendi rursus incoperim, tanta est conscientia, tam mea qui passus sum, quam eorum qui motum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino, quid de amaro semine litterarum, dulces fructus carpo.» Fuit sanè Patrum memoriâ, vir doctrinâ et sanctitate præstans Dionysius Ribellus. Is cum tam multa quanta ipsis in operibus videmus, legeret, scriberet, parùm Carthusiano dignam operam sumere, suorum novissimis videbatur. Respondet ille tractatulo unico, multa in litterarum bonarum studio et cultu commoda inesse; hoc tamen unum maximum, quod à carnis voluptatibus animus egregiè abstrahatur, ejusque rei triplex afferri causa potest: prima, quod sanctoribus hominibus consiliis imbuant, honestioribusque illocebris oblectent; altera, quod hominem esse otiosum haudquaquam permittant, sed ad lectionem perpetuam, auditionem, meditationem invitent; et vix etiam, quæ corpori necessaria sunt, obire concedant. Possent quamvis copiosè ista probari, sed unicus rursùm D. Hieronymi sententiola contentus ero. «Facito, ait loco citato, aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum.» Homine verò divinarum litterarum studiis flagrante quis occupatior? ut planè comicum illud dicerè liceat:

*Nunquam tam manū egredior, neque tam vespere
Donum reserter, quin te in (librorum) fundo
conspicer*

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.

Nullum remittis tempus, neque te respicias.

Tertia denique causa est, quod attentia hæc studiorum pertractatio, tenuissimos illos,

quibus vitæ sensuumque functiones obimus, spiritus conficiat, sanguinem exsugat, utilitricem illam materiam omnem exauriat. Hinc siquidem in studiosissimis hominibus pallor, macies, catarrhi, catostomachia, vel saltem multò minor, quàm alioqui futura esset, corporis obesitas, pulchritudo, robor et valetudo. Aurelius Celsus in præfatione lib. 1: «Litterarum, ait, disciplina, ut animo præcipue omnium necessaria, sic corpori immixta est;» idemque addit, sapientie studiosos medicinam maxime requisivisse, «qui corporum suorum robora, inquietâ cogitatione nocturnaque vigiliâ minuerant.» Illud tamen observandum, ut superpositum carbonibus jecur non quoquo modo ardeat aut assuet, sed in fumos et cineres totum redigatur, fumi ascendunt; cineres descendant, et ambo Asmodæo graves, et ingrati. Illi videlicet eam cogitationem designant, quæ Deum Creatorem et Redemptorem nostrum, efficacique quoque sensu et actione cognoscimus et adoramus; hi verò eam, quæ nos ipsos, cinerumque corporum nostrorum originem, et dissolutionem verò cognoscimus, de nobis clariùs nihil sentimus; intra modestie, christianæque demissionis gyrum nos continemus. O quàm fumos cineresque istos horret Satan!

QUESTIUNCULA XLVI.

SEXUS MODUS QVIS?

Nisi piscis jecori, et salsamento efficientie quidpiam divinæ dedisset Deus, quid contra demonem profuissent? Sexus itaque modus est, ut parum istis, quæ hæcenas enumeravi, operibus, dignetur divina bonitas, tanquàm instrumentis suis, vim quandam indere, ut ad nos Asmodæo ne rursùm quidem ulla pateat; partem verò, ut iis quæ eadem divina bonitas certissima gratie suæ instrumenta populo christiano data voluit, crebrè religiosèque utamur. Sacramenta dico, quæ espiditatum fibras evellunt, concupiscentiæ incendia refrigerant, sanctitatem inserunt, hominis animum adversus omnes hostium machinationes obvallant, illosque terrefaciunt et longissime propulsant. Est autem hoc in genere præcipua sacre confessionis et Eucharistiæ vis. Illa hostis concubos omnes refodit, strages restaurat, vulnera perascat; ista robor membrum novum inspirat, à laboribus et asperitatibus omnibus invictos præstat, adversariis verò admodum terribiles efficit. «Tanquàm leones, inquit orat. 64 ad populum S. Chry-

« sessoribus, ignem spirantes, ab illa mensa recedimus; sicut diabolo terribiles, et caput nostrum mente revolventes; et charitatem, quæ nobis exhibuit. » Et paulo post: « Hic iustitiam sanguis demonas quidem expellit; et procul esse facit; ad nos autem angelos vocat, et angelorum Dominum. Ubi namque iustitiam viderint sanguinem, demones fugiunt, concurrunt autem angeli. » D. Cyrillus sub sermone de Nativitate Christi, finem: « In partu, ait, hujus nomine, cum hoste antiquo congregatur, et fortis armatus supereminente fortiore, de aris antiquitatis potestas, potenter expellitur, et præsumpta infidelitatis iudicio silentium imperatur. Defectus carnis nostræ, quæ à primitivis fecibus originalis mali infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo; et sacramentorum communicatio, per quam illius corporis sinceritati unimur, nos in tantum corroborat, ut de mundo et de diabolo, et de nobis ipsis victoriam poscimus; et sacramentali quasi viiſſimis mysteriis inherentes, una caro et unus spiritus sumus. » Unde et S. Bernardus serm. 1 in Censu Domini: « Si quis eorum non tam sepe modo, non tam rudes deinde irascuntur aut ceterorum hujusmodi motus, gratias agit corpori et sanguini Domini, quoniam virtus Domini operatur in eo, et gaudet, quod pessimum ulcus accedat ad sanitatem. »

QUÆSTIUNCULA XLVII.

QUIS IUDICIUM DAMONIS EXPULSIONI MODUS SEPTIMUS?

Modus tandem septimus, et extremus, thymatis et thuribus, quibus, divinis majestati suavitatis odores quospiam adoleimus, complectitur, et sunt preces, de quibus antea, jejunia, elemosynæ, aliæque pietatis munia. Sed apprimè utilis sunt quæ de omni carnis contagione cavendâ Deo nuncupantur vota, eorumque crebra iteratio. Novi ego, in Domino, quendam, qui, si quando Asmodeum irrepentem et blandientem sentit, illuc euntem, à formidat, votum iterat, ut deus inferre demon plagam vult, luculentissimam hunc recipiat. Ita enim suo penè gladio regulatur Goliath, et incidit in foveam impiæ quæ fecit. At si, quod fecit Deus nunquam, minus jam haberet hostis, Isthalemque nimio plagam intulisset, ut ille deieceretur, et ab eo ista plaga sanetur, ut isdem utrumque modis, quos adhuc expedit. Nam removendo

primò causâ, ob quas Asmodeo, ut sempiternus ab eo penas feramus, addici jam sumus, id est, ipsum per veram poenitentiam peccatum delendum, et ejus peccati occasiones poenitens rescindendæ, ut intemperantia, otium, concubina, cætera. Deinde multo cum gemitu et lacrymis à Deo veniam petendâ; rogandi etiam, qui in celo beati jam sunt, et qui in terrâ beatitudinem illam æternam fide et charitate adhuc præstolantur; ut divinus nobis iram propitiare dignentur. Lege de Poenitentia Tertullianum cap. 10. Tertiò, auxiliari nobis debeat non preces tantum, ut dixi, sed exempla etiam sanctorum, quos flagitiorum aliquando poenitit, et Davidis, Pauli, Magdalene, similibus. Sed Raphael hic maxime opus, qui, nonnulli sibi convenienter, acceptas ab hoste plagas medicatur, nostris à penetralibus Asmodeum exigit. Quartò, per Jesu Christi Domini et Salvatoris nostri passionem, per flagella, per vulnera, per crucem et mortem obestandas Deo, ut arceat à nobis vellet angelum percutientem, nostrumque ipsum condonare. Quintò, super viros contritionis, jejunii, illiusque et squaloris carbores jecor nostrum ponendum, ut in fumos summeque dimissionis cineres redigamus, in pristinisque Dei gratiam reponamus. Intendi etiam potest studiorum labor, lectionis assiduitas, meditationis contentio, ut et hoc in satisfactionis portum aliquam veniat. Sextò, ut omnia poenitentia nostræ opera faciat Deus misericordie sue instrumentis; rursusque divina sacramenta, præsertim verò exomologosia, adhibeamus. Septimò et postremò spei bonorumque propositorum firmâ et acia Christo Jesu Domino et Salvatore nostro thymatis sufflamus.

QUÆSTIUNCULA XLVIII.

EXPULSUS ASMODEUS, REVERTI AN POSSIT?

Sanè quidem ad Saram reverti nunquam potuit, quia eâ conditione, ut ex sexti capituli Hebræo et Græco textu antea indicatum, expulsum fuit. Possè aliqui ejectionis demones reverti declarat planius et innuendus ille, qui Matthæi cap. 12, arida loca cum perambulasset, dixit: « Revertar in domum meam, unde exivi, » et, ut supra ibidem notatum, olim quidem Salomonici, jam nostri exorcistæ id studiosissimè agunt et elaborant, ut demonis non ostracismus, sed exilium sempiternum sit, in spiritali verò ex animis ejectione, putant apud D. Thomam 1 part., q. 114, art.

ultimo, nonnulli, non posse demones, quorum tentationi fortiter egregieque occursum fuisset, vel hominem illum, vel eum certe à quo superati prostratique fuissent, aggredi. Sed nequid à monibus sceleris iterumque repulsi hostes, aclo in campis semel iterumque cæsi fugatique, omnia belli consilia deinceps abjiciunt? An ipsæ sepides pugnam iterum pugnacem expostunt? At cantes crebrè etiam repulsi et muscæ scerpis abactæ, rursùm redeunt, allatrant, et pungunt. De demonibus ergo cur aliter existimemus? An tam pudentes, tam ad nocendum ignavi? tam de suis artibus, et hastis desperantes? An eos, à quibus despecti et vici, tam in bono, Deique grati fixos et constantes arbitrantur, ut suo amplius libero arbitrio abuti nequeant, non amplius probati, non tepios immutare? Quis verò illum unquam hostem fortis affixit et coarctavit, quàm, primo etiam puelle, Satanam Servator? Et tamen semel iterumque sese affixit ille et coarctatus crexit, ipsum triumphatorem lavasi, manusque conseruit. Bene ipse D. Thomas, posse stratos demones in arma rursùm consergere; sed tamen non nisi Deo permittente, qui, pro sua immensâ bonitate, id cavet, ne hominum infirmitas nimio illorum impetu obruatur, perpetuamve dimicationem sustinere cogatur. Ea etiam demonis superbia, ut invictissimus ab eodem crebris refutari velli: ea in oppugnando molestia et labor, ut eum iteratò sumere nonnulli formidet; ea demum divina in nos clementia, ut si generosè demoniorum alicujus appellationes pertulerimus, victoriamque adepti fuerimus, illam quasi victum sub pedibus jacere, terram mordere, tanque et ignominiam suam deorare jubeat. Et ista olim etiam docuerunt D. Ambrosius lib. 4 in Lucam; D. Antonius apud S. Athanasium; D. Gregorius lib. 2 Moral. esp. 11, 20, 21; Cassianus collat. 7, esp. 21, collat. 8, cap. 13. Cum ergo, felici pugna hostem letum nostrum fugaverimus, non illico è manibus arma deponenda, exultantem ostendenda, pax et tranquillitas omnimoda credenda est; neque rursùm ita pavenda, quasi bello nullum unquam finem demones, qui sese modò fugæ dedit, facturus sit. Sed in statione quidem semper, quod vivimus, manendum; bonè tamen cum spe futurum ut vel cornua victus ille rursùm non erigas, vel pari ratione à nobis perpetuò vincendus sit, imò tanto faciliore quanto major jam victoriis Dei gratia est, animus altior et

erectior, hosti vires miniores, audacia fractior et abjectior.

QUESTIUNCULA XXII.

UTRUM SEPTES ANGELI CORAM DOMINO ASTANTES?

(Tob. cap. 12, v. 15.)

Rursum Wittakerus contra Edmondum fol. 17. « Illud, ait, Tobiam sapientem minime miramur, nec illos septem angelos agnoscere, quorum ille meminist. » Sed effugitur istud ab eo impie et imprudenter. Impie quidem, quia contra disertarum Scripturarum divinarum voces, Apocal. vers. 4, c. 4: Gratia nobis et pax, ad eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Et cap. 5: Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei. Et cap. 5, vers. 6: Vidi Agnem stantem, in conspectu throni, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Sunt et laici consentientes plura c. 15, 16, 17. Apud Zachariam c. 3, v. 9: Ecce lapis, quem dedi coram Jem, super lapidem unum septem oculi sunt, qui capite sequenti vers. 10, ita explicantur: Septem isti, oculi sunt Domini, qui discurrent in universam terram. Et angelus septem, quos, contra sanctissimam pietatis nostre monumenta, hereticus negavit. Imprudenter verò etiam loquitur; primo, heretici, quod quidem sciam, omnes, Zachariam admittunt et ipsam etiam Apocalypsin Calviniani, idemque contra suos omnes ista imprudens effutit. Deinde quia et contra magnam doctorem suum Bezam agit, qui Apocalypsin primo, septem hæc spiritus ait esse distinctæ majestatis superiores. Dicit fortè tamen quæpiam, ipse Apocalypses et Zachariæ septem spiritus, non esse septem istos angelos. Sed clarè Apoc. 15 et 16, angelus vocantur. Et quemadmodum Apoc. 1 dicuntur esse in conspectu throni, ita etiam hoc loco, stare ante Deum. Rursumque, sicuti Apoc. 5, dicuntur isti spiritus in omnem terram emissi; ita et Zachariæ 4, in universam terram discurrent.

QUESTIUNCULA L.

POSSITNE ET SEPTEN ANGELOS ALIUD QUIDAM INTELLIGI?

Cum eadem sint hi septem angeli, qui apud S. Joannem et Zachariam septem spiritus, si ut quod de spiritibus istis asseritur, hoc in angelos istos septem conferri videatur. Tridam verò spiritus illi exponuntur. Nam primo S. Ansberto, Ven. Bedæ, Ruperio, Haymonis,

D. Thomas Ambrosiano Commentario in Apocalypsin, septem spiritus, sunt ipse Spiritus sanctus, qui ob septem illa gratiarum dona, quæ donare solet, septenario numero appellatur septem spiritus. Secundò ea ipsa septem dona, septem spiritus vocantur à Victorino Martyre, doctoribus etiam vetustis Hebræis et ecclesiasticis apud D. Hieronymum in Zacharia caput quartum. Tertio denum S. Anselmus tam Spiritum sanctum, quam septena ejus dona interpretatur septem spiritus. Hæc tamen expositiones mysticæ potius videntur. Alioquin ipsum angelorum nomen repugnat. Neque enim Spiritus sanctus angelus est, neque ipsius charismata vel angeli sunt, vel unus quispiam septiplex angelus est. Deinde ita isti spiritus describuntur, ut supposita, quemadmodum theologi appellant, et personarum quædam omnino sint. Sunt enim in conspectu Dei, Apocalypso 1, astant, Tob. 12; discurrunt, Zacharia 4; plagas habent novissimas, Apocalypso 15; phials divinæ iræ effundunt, cap. 16; vestiuntur lino mundo et candido, præcinguntur circa pectora zonis aureis, Apocalypso 15; loquuntur, cap. 16 et 17; vigilant, excubant et dormiunt. Ideo enim oculi et cornua vocantur Apocalypso 5 et Zacharia 4. Quomodo ergo non personæ? Numerus eorum septenarius recensetur, et eorum unus ab aliis omnibus distinguitur, quomodo non personæ plures? Jam verò in Dei conspectu sunt et astant, velut ejus administri et apparitores. An in Spiritum sanctum, vel ejus dona id cadet? Nonne ipse Spiritus sanctus in throno considet, Patri et Filio æqualis? Vidit hæc Aretas in Apocalypsin, omninoque veros angelos esse septem spiritus pronuntiavit. Atque, ut confiteantur Wittakerus, coram magistro discipulus, suum rursus Bezam ita loco citato scribentem legat: « Quod septem hos spiritus nonnulli pro Spiritu sancto acceperunt, cuius septiformis sit gratia, manifestè refelli potest vel ex eo quod scribitur Apocal. 5, c. 6. »

QUÆSTIUNCULA LI.

POSITÆ PER SEPTENARIUM ISTUM NUMERUS ALII INTELLIGI?

Constat duobus modis numerorum nomina quædam usurpari, primò, ut definitè numerum, qui exprimitur, significant; deinde, ut alium aliquem indefinitè, quemadmodum de septenario monet D. Augustinus cap. 55, lib. 5, de Doctrinâ christi; D. Hieronymus in Isaiam

cap. 51. Lyranus ergo, Carthusianus et Hugo, septenarium hic indefinitè pro maximo quolibet numero accipiendum censent. Ribera verò in Zacharia 5 et Apocalypsis primum, definitè, idque meritò. Quoties enim numerus quispiam septis, eisdem appellatione, diversis in locis, adhibetur, definitè proprièque accipi solet, in re præsertim historica, cujusmodi hoc loco est, idque septem propriè angeli hujusmodi sunt. Huic tamen septenario videtur officere non parùm ille à sancto Paulo, Rom. 16, salutatus Hermas, dum senarium is tantummodò constituit lib. 1, visione tertiâ. Cum enim turrim, quæ Dei Ecclesia est, magnam super Baptismi aquis, à sex juvenibus multique virorum millibus edificari vidisset, et hosce quidem esse angelos, qui lapides undique aptos afferrent, illisque juvenibus traderent, intellexisset, eam, quæ visum istud obiciebat, dominam interrogavit: « Illi juvenes sex, qui ædificant, qui sunt, domina? Respondit illa: Hi sunt angeli Dei, qui primò constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam struendi, ædificandi et dominandi creature illius. Per hos enim consummabitur structura turris. » Et lib. 3, similitudine 9: « Ecce, ait, vidi venisse sex viros excellos ac venerandos et omnes similes vultu, et vocasse quandam multitudinem virorum, et hi, qui venerant vocati ab illis, et ipsi quoque excelsi et fortes erant. Jusserunt autem illi sex, eos turrim quandam super portam ædificare. Iterumque sex illi jusserunt, ut ex quodam profundo lapides attollerent, et in ædificationem turris præpararent. » Et deinceps plura eidem tiri sex imperant. Tandem verò visio tota exponitur: « Qui turrim istam, quæ Ecclesia est, ædificant, omnes angeli sunt dignitate venerandi. His veluti muro cinctus est Dominus. Ille præcelsum et magnus, qui in medio sex virorum, circa turrim ambulavit; Filius Dei est; et illi sex, angeli sunt dignitate conspicui, dextrâ lavæque eum circumstantes. » Ita Hermas, qui an sit ille, cui dicit Apostolus salutem, disputationis alterius est; nunc quasi is ipse esset, respondens, sex illos non ita nominari, ut absit septimus, quin verò hunc etiam illis adesse, sed illos quidem suam ipsos gerere personam, hunc alienam; ipse si quidem modò Ecclesiam, modò Christum Dominum præsentem refert, quemadmodum Exodi 5 et 15, ille, qui angelus cum esset, ut ait S. Stephanus Actor. 7, et ille

septuaginta interpretes, Dei tamen vires tam obibat et dicebat: *Deus patris tui, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob*. Unde lib. 3, similitudine 9, is qui Herman erudiebat: « Volo, ait, ostendere tibi, quicumque spiritus tibi ostendit, qui in effigie Ecclesie locutus est tecum. » Et postea, uti paulò ante audiebamur: « Ille precepsus et magnus, qui in medio sex virorum, circa turrim ambulavit, et lapides de structura reprobavit, Filius Dei est, » idèque et residui seni angeli hōjes unius latera utrinque claudunt, et cum magnopere observant ac reverentur. Quo etiam fortè modo conspicuum sese D. Joanni dat Apocal. 1, v. 17, ille *similis filio hominis*, in medio septem candelabrorum, cùm iste tamen ex hisce septem unus esset, quemadmodum in militum decuria ipse decurio decimus est, et in quinquagenario Atheniensium numero, eorum præfectus non extra numerum est, sed quinquagesimus.

QUESTIUNCULA LII.

SINT ANGELI UNIVERSE PLURES QUAM SEPTEM?

Unicum tantummodò angelum esse, somniarunt olim hæretici quidam apud Dionysium Carthusianum 2 tentent, distinct. 3, quæst. 5, et tribuunt scholastici quidam eam Joanni Baco sententiam, ut septem statuat angelos, plures omnino neget; citantque quæstionem ejus primam lib. 2 Sententiarum, dist. 10. Sed inibi horum nihil comparat. Sequenti tamen distinctione significat quidem ille, angelorum numerum parvum videri; non tamen septenarium tantum affirmat. Septenario tamen isto numero majorem non admittent, qui eos tantum septem arbitrentur, simulque eam Aristoteleorum quorundam sententiam tuerentur, quæ censet tot tantum esse angelos, quot eoli sunt qui ab illis moveantur. Sed, missis de eorum numero et motore quæstionibus, tam disertè maximum angelorum numerum oracula divina enuntiant, dubitari ut nefas omnino sit. Nam Danielis 7, *millia militum ministrant Deo, et decies millies centena millia assistunt ei*; Job. 25: *Numquid est numerus militum ejus?* Psalm. 67: *Carrus Dei decem millibus multiplex, millia instantium*, quod veritè Chaldaus: *Carrus Dei multipliciter viginti millia et millia angelorum*; Mathæi 26: *Plenaque legiones 12*; Lucæ 2: *Facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium Deum*; Apocal. 5: *Audisti vocem angelorum multorum, et erat numerus eorum millia milium*. Maximam videlicet

multitudinem hæc exercitæ et militie celestis nomina important locis jam citatis, et castra Dei Genesios 32. Et cùm demones tam numerosi sint, ut in homine uno *legio integra* esse potuerit, Marci 8, Lucæ, quanta bonorum sanctorumque angelorum erit multitudo? Videantur Patres, D. Hieronymus in Danielis 7 et 10; D. Gregor. 17 Moralium, cap. 7; Nyssenus libro de Opificio hominis; Dionysius celestis Hierarchie cap. 41.

QUESTIUNCULA LIII.

QUOD ANGELI PLURES, QUAM SEPTEM.

Numerosæ admodum de angelorum numero sunt opiniones, à quibus 15 vel 16 operæ fuerit pretium audire: prima, æqualem hominum et angelorum numerum ait apud auctorem Quæstionum ad Antiochum; secunda, minorem hominum numero, apud Guillelmum Parisiensem lib. 2 de Universo, et Magistrum Sententiarum lib. 2, dist. 11; tertia, esse majorem hominum numero decem partibus, apud S. Brigittam in Revelationibus; quarta, majorem eorumdem hominum numero nonaginta novem partibus, apud eundem auctorem Quæstionum ad Antiochum, Cyrillum Catechesi 15; quinta, orbibus celestibus parem angelorum esse numerum, Aristot. libro 12, Metaphys.; R. Moysi libro 2 More, cap. 7; sexta, esse omnes numero 300,655,072, apud cabalicos Rabbinos, ut ait Archangelus in Commentario dogmatum cabalisticorum; septima, parem esse stellis, apud eundem Archangelum; octava, tot esse præcisè angelos, quot apud Danielem, cap. 7, numerantur; nona, omnia bonorum et malorum angelorum plena esse, apud S. Chrysost. Homiliâ de Ascensione; decima, esse infinitos, prout refertur et damnatur in articulis Parisiensibus; undecima, esse plures individuis speciei cujuslibet; duodecima, tantum esse numerum, quantus arithmeticus ullus numerus est, qui hominum usu teratur, apud D. Hieronymum Danielis 7, et Guillelmum Parisiensem loco citato; decima tertia, tot esse, quot rerum omnium corporearum individua sunt; decima quarta, quæntè majora colorum corpora sunt subignaribus corporibus, tantè esse ampliorum angelicarum naturarum numerum, rerum omnium inferiorum numero; decima quinta, esse innumerabiles, non quòd infiniti sint, sed quòd eorum à nobis numerus iniri non possit, quod sanè verissimum esse indicat vel ipsa duntaxat numerorum diversitas quæ in Scripturis

proposita est: in eâ siquidem numeri certi pro incertis ponuntur, minores pro majoribus, ita ut præcisè, quantò septenarius numerus superaret, hominum calculo nullo subduci possit. Et sanè, tanta eos putandi disputandique varietas, quid nisi humanam inscientiam nostram proficitur?

QUÆSTIUNCULA LIV.

EX INNUMERABILI ANGELOUM NUMERO, CUR SEPTEM POTISSIMUM TRADANTUR: QUID VETERES, QUID RECENTIORES?

Varia præci quidam hæretici de septem angelis apud S. Epiphaniū tradiderant. Etenim hæresi 23, Saturnus, ab angelis septem mundum et quæ in eo sunt facta negabat. Idemque ipse et ejus frater Basilides, hæresi 24, mundum septem in partes dividebant, et angelorum istorum cuilibet partem, sorte veluti missâ, tribuebant. Nicolaus verò, hæresi 25, similia comminiscabantur, et apud Philastrium septem daemoniorum spiritus, è muliere nescio quâ, cum diis, hominibus, angelisque aliis entos fabulabantur. Marcioni apud eundem Epiphaniū, hæresi 34, septem cælos, septemque virtutes, quos Deum glorificent, aiunt, quæ etiam Græcorum istis septem vocalibus significentur, α, β, γ, δ, ε, ζ, η. Archontici verò, septem similiter cælos fabricantur, et in eorum singulis principem unum omniumque summum vocari Sabaoth, qui diabolum genuerit, diabolus verò Cæsum et Abel. Verum ex Geneseos principio, aliâ non angeli, sed Deus creaturam et terram, evanescenti ferè hæc omnia. Nostro autem seculo Franciscus Georgius tomo 6, problemate 186, septem eos planetas præpositos autumat, eos ut regant, et per canales, nescio quos, cælestium ad nos fontium influxum derivent. Cornelius verò Agrippa libro 3 de occultâ Philosophiâ, cap. 24, antiquam esse Rabbiorum opinionem tradit, septem angelos septem planetis præsidere; cùmque eos, prout aliâ quæstione infra dicitur, nominasset, huic ipse opinioni subscribens: «Illi, ait, sunt spiritus illi septem, qui semper astant ante faciem Dei, quibus credita est dispositio regni cælestis et terreni, quod sub orbe lunæ est. Illi enim, ut dicunt secretiores theologi, omnia regunt vicissitudine quâdam horarum, dierum et annorum; quemadmodum de planetis, quibus præsent, tradunt astrologi, quos Trismegistus Mercurius idcirco vocat septem mundi gubernatores, qui per cæcos, tanquam per

instrumenta, coæcervatis omnium stellarum et signorum influentiis, eas in hæc inferiora distribuunt;» Joannes verò Tritemius integrum etiam libellum, quem imperatori Maximiliano I dedicat, de septem secundis, id est, intelligentiis, sive spiritibus orbes post Deum moventibus, posteritati tradendum putavit, in cujus initio ita loquitur: «Veterum sententia est plurimorum, sapientissime Cæsar, mundum hunc inferiorem, ordinatione primi intellectus, qui Deus est, per secundas intelligentias gubernari, quorum opinioni conciliator assensu medicorum, dicit septem planetis spiritus septem, à principio cæli et terræ, præfectos, quorum unusquisque mundum annis gubernat trecentis quinquaginta quatuor, mensibusque ex ordine quaternis. Huic positioni complures viri doctissimi hactenus præbuisse consensum.» Totoque libello singulis latè septem spiritibus annos illos suos 354 eorumque effecta persequitur et vicissitudine successionisque perpetuâ, rem eâ totam deducit, ut cùm anno Domini 1508 scriberet, dicat ordine viceesimo, Gabrielem qui hunc angelus est, mundi regimen recepisse anno mundi 6153, mense 4, die mensis junii 4, sive anno Domini 1525, sicque mundum ab eo gubernandum, usque ad mundi annum 7086, et mensem octavum, sive usque ad annum Domini 1879, mensem undecimum. Atque ad hanc opinionem, cùm solam libro toto explicandam, neque verbulo ullo confutandam aut improbandam dixerit, quin verò potius eam passim laudet atque comprobet, quia et ipse adhæserit, vix dubitarem, nisi verum esse mallet quod in principio illo subiungis, eam se positionem non asserere, sed referre. Et sub finem: «Non, ait, hæc assertivè scripsi, sacratissime Cæsar, quibus, cum injuriâ orthodoxæ fidei, nullâ est ratione credendum.» Hæcunque vehementer: «Nunc, ait, meâ propriâ protestor, et ore confiteor, quod in his omnibus nihil credo, nihilque admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica, cætera ut vana, conficta et superstitiosa refuto et contemno.» Veteres porrò sancti Patres (etsi hæc in re pauciores invenio) quod sentiant attingam, dùm probabile saltem videri quid possit, doctores inquiram.

QUÆSTIUNCULA LV.

DE SEPTEMARIIS ANGELOUM NUMERI CAUSA EQUUM VIDEATUR?

Vellem, quàm multos, et cæcos, et nuperos

licuit, tam quoque bonos gravesque sententia
hujus auctores proferre licuisset. Minus uti-
que jam laboris, plusque multo veritatis ob-
tingeret. Duo autem hinc in questione statim
video: unum, posse generalem quendam nu-
meri hujus causam afferri, et ut mihi quidem
videtur, certò satis et probè, nimirum, ut se-
ptem isti præ angelis aliis, singularem quam-
dam præstantiam obtineant. Cum enim non
angeli modò, sed et creaturæ omnes, ante Dei
faciem suo modo stent, omnesque ad mini-
mum ejus notum eant redeantque, et, ut apud
Job est cap. 38, vers. 35, dicant: *Adamas*,
præcipue ejusdem dignitatis est, hos dici
astare ante Dominum. Nam quemadmodum
præstantiore modo ante illum astant res ani-
matæ quàm inanimæ, homines quàm pecudes,
boni homines quàm mali, angeli quàm homi-
nes, ita et isti septem, quàm angeli
alii. Declarat hoc textus Hebræus, qui hoc in
capite septenarii numero nomineque omisso,
Raphaelem ita loquentem facit: *Ego sum ex*
principibus. Nota: *ex principibus*. Significatur
enim eos, quos alii septem dicunt, eos cele-
stes esse principes, præstantiâ quâdam insigni
angelis aliis præcellentes. Atque ita sentit
Aretas in Apocalypsin, S. Irenæus apud eum-
dem, Clemens lib. 6 Stromatum: *Septem*,
ait, sunt, quorum est maxima potentia, præ-
rogative angelorum principes, et per quos
Deus omnibus hominibus providet. Videatur
et S. Hieronymus in Ephesin caput se-
cundum, lib. 2 contra Jovinianum, in Isaia
cap. 10, in Psalm 135. Alterum, quod istâ
in questione video, est, posse deinceps quæri
amplius, æquænam verè hæc ipsa eorum
præstantia sit, et unde potatur? Ad quod equi-
dem, quod firmè constanter indubièque re-
spondeam, non item video. M. Varro in primo
librorum, qui inscribuntur *Heidomades*, vel
de imaginibus, septenarii, ut ait Gellius lib. 5,
cap. 10, numeri, quem Græci *ἑπτά* vel *ἑπτά-*
μαχ appellant, virtutes potestatesque multas
variasque dicit, idemque monet Cicero in
Somnio Scipionis, Macrobius in illud, Plato in
Timæo, adeò ut à Pythagoræ non *ἑπτά*, sed
ἑννέα vocaretur, quasi venerabilis numerus.
Eundem Constantini Panegyrista, itemque D.
Hieronymus in Matthæi cap. 15, perfectum sa-
cratumque numerum nuncupat, et in Amos
cap. 5, ex Hippocrate aliisque commendat;
uberius etiam S. Cyprianus lib. de Exhorta-
tione martyrii; Clemens loco citato, et apud
eum Beryllus; Laurentius Andreas lib. 2

Anatomie cap. penult., Leviticus lib. 2 de na-
tura Miraculis. Posset ergo aliquis vel ob ip-
sius septenarii numeri præstantiam et ve-
nerationem, vel ob ipsarum quæ eo numero
comprehendantur, quibusque angelis isti præ-
sident, rerum quarundam excellentiam et di-
gnitatem, suspicari septem istos angelis aliis
præstare: verbi causâ, hos Spiritus sancti
septem donorum, quæ supra quidam spiri-
tuum istorum nomine adiciebant, curam ge-
rere, ut à divini majestate impetrentur, nobis
communicentur, fructum in nobis edant. Rur-
sum, præcipue quâdam ipsos potestate divini-
tatis auctos ad septem letalium peccatorum
vim frangendam, eorumque auctores et concu-
tatores diaboles retundendos ac profligandos.
Alius, solis, lunæque, cæterorumque erran-
tium siderum pulchritudinem cursu educta
suspendens, in eam, quæ superiore questione
recensita est, opinionem est potius, dicatque
septem istis eorumque corporibus septem istos
angelos meritò præfectos. Posset etiam quis
ratiocinari septem istos coram Deo astantes,
esse vel alios atque alios, vel eosdem. Si alii
atque alii essent, vel in orbem, Deo astarent,
quemadmodum convivium foris secundum heb-
domadis dies, illi Job dabant; vel, arbitrato
divino, aliter, rursumque ut vel ex ordine uno
essent omnes, vel è pluribus, verbi gratiâ, è
duobus, tribus aut pluribus usque ad septem.
Nam D. Hieronymus in Isaia caput tertium
Hebræos laudat, qui sentiant, alio atque alio
tempore, modò hos, modò illos angelos mini-
strare. Si iidem essent, vel ex uno similiter
ordine, vel ex pluribus, itemque vel in orbem
ministrantes, vel arbitrato divino aliter, ut
vel simul omnes semper astent, vel ordinis
fixo statoque nullo, sed tantum preest à Deo
jussu fuerint. Posset, inquam, ita de his variè
secum quispiam philosophari.

QUESTIUNCULA LVI.

DE EADEM SEPTENARIIS ANGELORUM NUMERI CAUSA
QUID ADHUC PREMISSET?

Quæ cogitant occurrerunt tria, ut melius
ab aliis quiddam discere aliquando liceat, ef-
fari jam conabor.

Primum est, certè mihi nihil esse, maloque
cum Arcopagiti Dionysio celestis Hierarchia
cap. 6, D. Augustino Enchiridii cap. 56, in-
scitiam fateri, quàm, cum aliis in rebus, tàm
in celestibus istis temerè quicquam consti-
tuere. Potest enim aliqua esse gratiarum di-
versitas, quæ nobis ignota sit, ut in simili

quodam numero loquitur D. Hieronymus in *Isaie* caput 47: « Magis in istis, ait S. Augustinus lib. contra Priscillianistas et Origenistas cap. 9, temeraria præsumptio, quàm cauta ignorantio culpanda videtur. Verè si quidem sancta spiritalis creatura Dei secreto atque occulto ministerio constituta est, » ut idem ait lib. 1 *Retract.* cap. 11.

Alterum est, videri septem horum spirituum et numerum et præstantiam, eo tempore divinitus patefactam fuisse, cum eorum aliquam similitudinem in Persicorum regum aulâ Israelitæ vidissent, prout Esther 1 patet. Nam non nisi post Assyriæ, Mediæ, Persicæque monarchiæ aspectum, hic in sacris Hebræorum libris angelicus numerus est; sicuti apud Zachariam hi dicuntur oculi, sic apud Persarum reges, præstanti dignitate quidam fuerunt, qui dicebantur, *oculi et aures*, Xenophonte lib. 8 teste, Aristide oratione Panegyricæ, Chrysostomo orat. 3 de Regno, Theophrasto chylid. 10, c. 360. Quid quod et cornua in Parthorum regum capitibus aurea, initio lib. 19, Amianus ostendit? Apud Herodot. lib. 6, Cræsus seu Ariem, cui præferrata cornua sint, legimus, ut non miremur si et isti septem angeli apud eundem Zachariam cornua vocentur. Solet enim divina bonitas retrusa et superâ illa, ingeniorum nostrorum infirmitati, per ea quæ sub sensu cadunt, explicare, ritumque et locorum rationem interdum habere, quemadmodum quia parabolis oblectabatur Syria, non nisi in parabolis eis Christus Dominus loquebatur, Marci 4, versu 34, ut observavit S. Hieronymus in Matthæi cap. 18, et idcirco etiam divinæ majestati thronus et sceptrum in Scripturâ tribuitur. Quid quod idem S. Hieronymus in Ephesiam cap. 2, dicit, videri D. Paulum dominationes, potestates, thronos, angelos et archangelos, ex traditione, vel etiam ex mysticâ principum, qui in Scripturis describuntur, intelligentiâ percipisse ac tradidisse?

Tertium demùm quod effari statueram, est si ò septenariis omnibus excellentiis, quæ legere aut cogitare potui, eam in quâ veritatis plus putarem, deligendi mihi optio daretur, excellentiam ego illam septenariam deligerem, quæ à septem hæc virtutibus ducitur, quæ homini humanum vitæ hujus cursum peragenti, ad æternam salutem imprimis necessariæ sunt, ut videlicet istorum angelorum opus præcipuum sit, ad illas homines adducere, cohertere et juvare, idcirco et contrariis omnibus

adversari ac obistere, idque hoc modo ut singuli quidem ad omnia quæ Deo grata nõrunt, invitarent, operumque ferrent; singulorum tamen una veluti princeps cura et opera in earum virtutum unâ excitandâ, custodiendâ et amplificandâ consumeretur. Virtutes porrò illæ sunt, fides, spes, charitas, prudentia, justitia, temperantia et fortitudo, vel quæ vitis capitalibus opponuntur, animi demissio, liberalitas, castitas, cæteraque chori ejusdem ornamenta, vel quæ in theologiâ vocantur septem dona Spiritûs sancti, ita ut ad sumam hanc Spartam exornandam, habeant singuli quàm plurimos alios celestes spiritus, quos vel ministros huc illuc ablegent, huic vel illi homini adjungant, huic aut illi procurationi præficiant, prout ipsis suum ad munus rectè obsequendum expedire visum fuerit. Cùm enim antea constitutum sit, septem capitalibus vitis, septem sub Lucifero, demones præpositos, qui, pro humani sui in homines furore illa concitent, urgeant, amplificent, cur ex omni angelorum numero, septenos iidem, sub summo imperatore Deo, principes non arbitremur, qui, pro exilio suo in homines studio, eos ad nobilissimarum virtutum amorem excitent, à contrariis illis vitiorum monstris abstrahant, eorum auctores et reges demones compescant, impendant, exterminent? An ad exitialem illum perdendam animarum finem, inter immanissimas istas Orci belluas, conspiratio et concordia quondam veluti politica et regalis coalescere potuit, inter sanctissimas celorum mentes ad æternam hominum procurandam salutem, amicitia, fœdus et politia multò præstantior et angustior non existimanda? Sane apud Isaiam cap. 33, angelos quosdam, *pacis angelos* nominari videmus, et apud citatum antea Hermani lib. 1, cap. 12, iterumque postea non semel angelum *penitentis præpositum*. Cur, nisi quia hic ad penitentiam, illi ad pacem potissimum, peccatores et dissidentes homines vocabant? Septem ramorum *candelabrum* in tabernaculo, Exodi 25, et in Apocalyps. cap. 1, *candelabrum septem*, non septem angelos, qui virtutum splendore orbem illustrent, notant? De fœnensis verò illis demoniorum regibus dicebam, fortè in totum orbem singulis esse potestatem, demandatis ipsis scelerum pestes dispergendi et adaugendi; fortè in certis tantum regiones et provincias; nùm de bonis sanctisque istis angelis idem videtur? nùm eorum singulis in totum terrarum orbem, quod demandam

honestatis functionem, juxta est? an certis potestas eorum potestas terminis continetur? Nam in septem partes mundum à quibusdam olim divisum ostendit Rabbi Joseph Camius in Ps. 47, vers. 2: « Creator excelsus mundum creans, divisit illum in septem partes, quae vocantur Arabicè, alt, actinise, Græcè climata, et in lingua sancta nepher, et quodlibet clima proprium habet aerem. » Huc tamen animo potius respiciat, ut nullis regionum ullarum limitibus eorum circumscribatur imperium et auctoritas, sed longè latèque omnes in oras et terras proferatur; ubique ad veram honestatem et officium mortales invitent; contra demonum insidias pro nobis stent, tenebrarum principum impetus, machinationesque omnes, quoad hominum liberum sint arbitrium, dissipent et confringant. Nihil enim causæ est, cur eorum angustetur dictio, etiam si certos intra terminos demonum vis coarctetur; de amicissimis Deo spiritibus splendidius aliquid philosophari non liceat? ut dignitatis videlicet plus obtineant multoque latius dominantur? Innuit hoc Apocalypsis, dùm cap. 5, in antem eos terram emittit, Zacharias, dùm cap. 4, per universam terram discurre ostendit; quia ille jam semel Hermaus citatus Hermas, dùm lib. 1, visione 3, universam illi terram traditam memoret. Quid quod episcopi olim diaconi septem, qui, eorum in diocesi tota oculi dicebantur, aderant? At episcopus omnium maximus, Deus est; ejus diocesis mundus totus, in quo, ut supra etiam ex Prophetâ dictum, septem hi spiritus oculorum vice quidam funguntur, non quod illi, uti homines episcopi, egeant; sed eandem ob causam, ob quam secundas ad rerum actionem et mundi gubernationem, causas adhibere dignatur. Ob ipsius verò numeri præstantiam, hunc angelorum numerum à Deo constitutum, nobisque ab eo patefactum esse, ne credam facit, quod numeri alicujus dignitas à numeratarum nihil rerum dignitate decenda videatur, non contra. Quid enim numerus est? cui ne hoc quidem philosophi nobiles tribuunt, ut in entium realium numero, quem apud alios obtinuerat locum retineat, uti apud eruditissimum Fonseca nostrum lib. 1 Metaphysicæ, cap. 15, quæst. 4, sect. 2, videre est. Ut verò eorum à septem errantibus stellis principatus repetatur, probabile facere queat, veterum quorundam Hebræorum, si antea citato Agrippæ credendum, auctoritas, cujus aliquod fortè apud Eusebium lib. 9 Præparat.

In versibus, quos de septem coelestibus viis zonisque citat, videatur. Deinde, quod Mosaicum septem brachiorum candelabrum Josephus lib. 3 antiq. cap. 7; Philo libro Quis rerum divinarum hæres, et lib. 3 de Vita Moysis, imitatum sicut planetarum illorum numerum et elegantiam. Nullum tamen angelicæ hujus, quæ illis tributa sit præfecturæ vestigium, neque in Scripturis, neque in Patribus videre adhuc potui, et non immerito suspectum sit, quod in hæreticorum tam multorum dogmatibus reponendum putavit S. Epiphanius, quod tam multis postea et commentis et superstitionibus vel Rabani quidam Cabalici, vel obscuri, suspectaque probitatis alii, et hos recentiores quidam secuti amplificaverunt. Adeo ut, quemadmodum vidimus, sese tam serio Tritemius excusare nitatur, quin et ipse, sed nimium generatim, Agrippa in librorum illorum de occultâ philosophiâ, præfatione. Possent quidem aliquis omnes aut hæreticorum veterum, aut Cabalistarum aliorumque errores detrudere, istamque veluti opinionem lustrare ac deputare, sique ipsam tueri. Sed suo id alius judicio faciat. Est de septem principum angelorum Oracionibus libellus. Eum, prout anno 1594, Neapoli editus est, si quis aspiciat, et videat septem planetarum orbes eleganti descriptos imagine, primo aspectu putat, in hac ipsâ sententiâ esse, qui precum imaginumque illarum editor primus dicitur. Verum ut vetus illud Josephi symbolum oculis subjiciatur, imago hæc applicata videtur, quemadmodum indicat auctoris illius præfationeula, quam quia illam quam proposui de candelabro sententiam confirmat, simulque alia non inutilia brevissimè proponit, totam hæc subjungam.

« ANTONIUS DUCA, rector ecclesiæ
« septem principum angelorum
« Panormitanæ, piissimis lecto-
« ribus sanctorum angelorum
« auxilium. »

« Candelabrum de partibus septuaginta,
« viri christianissimi, quod Moyses Dei man-
« dato aureum composuit, ex Josepho D. Hieronymus mundum cum septem stellis errantibus scribit significasse; et per illud à D. Anselmo quoddam templum spirituale mirabiliter describitur. Nos et Josephi, et D. Joannis Evangelistæ auxilio adjuti, triumphantem Ecclesiam cum septem spiritibus ante Deum astantibus, instar cujus militans

soat. 21, in Acta : « Non dubites, ait, assistere angelum, quando Christus assistit, Christus immolatur. » Similia homilia 3 in Epist. ad Ephesios, ad Hebræos et oratione 3 contra Anomæos, lib. 6, de Sacerdotio, cap. 7 : D. Gregorius 4 Dialog. c. 58, Paschasius epistolæ ad Berengarium, Y. Beda in Lucam, Aquigranense concilium c. 151, 152. Universè verò D. Augustinus, Soliloquiorum cap. 27 : « Quoties, ait, benè agimus, gaudent angeli et tristantur demones ; quoties à bono deviamus, diabolum lætificamus, et angelos suos gaudium defraudamus. » Idemque prorsus testatur S. Antoninus epist. 5, Climac. 1, gradu 20.

Quartum, ad opéra bona hortari, ut isto cap. vers. 8, et sequentibus, idèque et hic in Hebræis, cum ad alia tùm ad eleemosynam hortatur S. Raphael : « Melius, ait, est in Dei conspectu eleemosynam assidue facere, quàm aurum argentumque thesauros congregare. » Et vers. 18, ad Deum laudandum cohortatur : *Ipsam, ait, Deum benedicite, et caritate illi.* Et vers. 9 : *Benedicite Deum celi, et coram oculis vestris confirmari ei, quia fecit misericordiam suam.* Unde D. Augustinus sermone 126 : « Non ipsam honorem gratiarum mihi depetitis, ait angelus, quia meis viribus nihil percipistis. Deum benedicite, et illi confirmemini, et ipsam glorificate, quia fecit vobiscum bona. »

Quintum. Docent etiam hi sancti angeli nos theologiam, id est, quæ ad fidem, moresque bonos faciunt, ut jam dictum, et ex toto libri decursu patet clarissimè. Docent physicam et medicinam, si quando res unusquisque postulat. Numquid enim hepar illius piscis, et fucus ex eo, vim ostendit Raphael ? Nonne in felle, quanquàm aliis amarissimo, quanta sanitatis dulcedo contineretur, indicavit ? Idèque angelos hominum pedagagos vocat S. Athanasius libro de communi essentia, et D. Chrysost. J. 3 ad Collessenos, quemadmodum et gentilibus alioquin auctor, Seneca, epist. 3 ; sed loquatur ipse S. Chrysostomus : « Unusquisque, ait, credentium, angelum habet. Nam et ab initio quisque virorum celeberrimorum se probatorum angelum habebat, quemadmodum Jacobus dicit : *Angelus qui pascit me, et qui liberavit me à juventute mea.* Si ergo angelos habemus, sobrii simus, tanquàm si pedagogi quidam nobis adessent. Adest namque et demones, propterea oramus ac dicimus, peccatores angelum pasci. Et ubique pacem petimus. Nihil enim illi adrequiri potest. In

« Ecclesiis pacem, in prædicationibus, in supplicationibus, in prædicationibus, et semel, iterum atque tertio, et sæpè eandem, qui Ecclesiis præest, imperat dicens : Pax vobis. » Nonne ad S. Ambrosii concionantis aures angelus illi clarè stabat, ut eo aspectu Arianus, alioqui contumax, catholicam ad fidem converteretur, S. Paulus in illius Visâ scriptore. Sic simplicem quemdam, hominem alioqui minime malum, ab hæresi ad Catholicam fidem revocat angelus, apud Sophronium, cap. 178, cum huiusmodi sententiæ admonitionem hanc approbasset : « Non tamen ultra contingat, ut extra sanctam catholicam, et apostolicam Ecclesiam conquiramus. » Sic et Natalium, variorum incommemoratorum Christi Jesu causâ susceptorum, gloria inclitum confessorum, sed in hæresim aliquando prolapsorum, iidem admonent, imò et verberibus adigunt sancti angeli apud Essebiolum lib. 5, historie, cap. ultimo, Adjuncti autem consilio illud : Si quando res pascere postulet, ne ab angelis profecta jaces quæpiam, quæ vel ab ipsis aliena, ut illi, de quibus S. Paulus ad Coloss. cap. 2, vers. 18, vel quæ secundum divinam institutionem, ab Ecclesiâ, ejusque magistris et membris ordinariè accipiendæ, uti monet S. Augustinus præfatione librorum de doctrinâ christianâ, et lib. 1 contra Felicem, cap. 10, inde et apud citatum postè ante Sophronium, cap. 199, dicebat angelorum ipsorum quidam : « Deus ita disposuit, ut per homines conjungantur homines. »

Sextum : Demones propugnant, nosque contra illos egregiè tuentur, prout supra patuit cap. 8. Pugnat enim adhuc Michael et angeli ejus contra draconem et angelos ejus, Apocalyps. cap. 12. S. Posthumus in suo ad fratres sermone : « Si adversus vos, ait, conveniunt castra demonum, potestis vos multum adjuvari agminibus angelorum. » S. Hieronymus in Psalmum 124 : illi, ait, qui stare volunt in Ecclesiâ catholica, non desunt sanctorum custodiæ, et angelorum munitiones. » Et rursum : « Angeli Ecclesiam quoddam custodiâ circumsepiunt. » Atque huc pertinet, quod Elias ait 4 Reg. cap. 6, vers. 16 : *Noli timere, phares enim nobiscum sunt, quàm cum illis.* Et quod apud Sophronium cap. 57.

Septimum, à pluribus corporum periculis homines liberant, ut in Raphael nostro vidimus, qui juniore Tobie periculi, tanto in juvare, nihil evenire passus est ; ipsum è piscis

immanis faucibus eripuit, seniores Tobiam à gravissimâ cæcitate curavit, Saram, ipsumque juniorem Tobiam, adeoque totam Raguelis domum ab infestissimo demonum furore liberavit. Unde vers. 14: *Misi me* (Raphaelis verba sunt) *Dominus, ut curarem te; et Saram uxorem filii tui à demonio liberarem*, seu, ut citat lib. de Oratione Dominich, et libro de mortalitate S. Cyprianus: « Ne misit Deus curare te, et Saram nurum tuam. » Sic S. Isaacus apud Metaphrastem, mediis in spinis, ab angelis conservatur. S. Franciscus apud S. Bonaventuram, musico concentu à morbo difficillimo relevatur, ut rectè videatur cecinisse, qui scripsit: *Aspice quæ celi sint gaudia: corpore morbum*

Angelico remouet pectine tacta chelys.

Octavum, eôm, ad Dei gloriam et animarum salutem facere intelligant, opes etiam, honestas nuptias, splendidas affinitates, et omnia bona procureant, quemadmodum in Raphael nostro vidimus, ut meritis Dei oculi, imò et manus vocari possint. Videatur Cyrillus lib. 4 contra Julianum, Eusebius de perenni philosophiâ, lib. 8, cap. 3, et sequentibus, Origenes in Numeros homil. 20 et 25; Epictetus Ariani lib. 1, cap. 14, et Seneca, epistolâ 110, ubi quæ à veteribus Israelitis vel Christianis mutati sunt, explicant.

Nonum, interdum etiam nos tentant; sed eo modo quo Deus, qui alioquin *intenter malarum est*, Jacobi vers. 15, tentare homines dicitur, ut Abrahamum 8, Genes. 22, Israelitas et alios Exodi 15, 16, 20; Sapientie 3, Jacobi 1, vers. 2. Hæc enim tentatio nil nisi virtutis probatio, exercitatio et demonstratio est. Atque hoc in Græco significatur, et apud Cyprianum locis jam citatis, dñm ita loquitur S. Raphael: *Quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum, sed oblatus es sepellisti mortuum, melius non tentare te.*

Decimum, angelorum istorum munus est, eos qui variis è proposito jam genere tentationibus, molestiis ac asperitatibus exerciti fuerint, suavissimè tandem consolari. Quanto enim et quàm suavi solatio cæcatam olim Tobiam, tristi maritorum cæde morientem Saram, parentis incommodò indolentem filium, filie tam repentinis tamque funestis viduitatibus consterritos parentes, Raphael ad extremum perfudit! Sed omnium maximè solent id sancti angeli facere, eôm ex hæc nobis vitâ demigranda: cum jamjam è corpore avolat animus, eôm appremi iudicis adit tribunal. Pleni exemplorum de sanctorum histo-

ris codices, viderique potest divus Chrysostomus lib. 6, de Sacerdotio, Gregorius Magnus in dialogis, Gregorius Turonensis libro de gloria Martyrum, et libro de gloria Confessorum, alii præ omnibus tamen D. Lucas cap. 16, eôm beatissimam Lazari, qui ulceribus, fame, morboque paulò ante confectus, non in domo, vel tugurio saltem aut stabulo quopiam, sed in plateâ sub dño, et ante divitis januam, et inter canes jacebat, mortem describit. Factum, ait, est, ut moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis ad sinum Abraham. Unde et ipse paulò post Abraham: *Lazarus*, ait, nunc hic convalescit. Ideoque ipsa etiam Ecclesia, dñm supremum aut morienti aut mortuo sicut præstat officium, *Aperiantur*, ait, *ei celi: collentur illi angeli. Suscipiat eum sanctus Michael archangelus Dei, qui militat caelestis meruit principatus. Veniant illi obviam sancti angeli Dei, et perducant eum in civitatem caelestem Jerusalem. Subvenite, sancti Dei, occurrite, angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi. Quæ etiam usitatissima et vetus Hebræorum, in suorum funeribus, precandi ratio est, ut ex vulgato eorum libro Mahzor patet, ubi ait: « Angeli pacis, egredimini in occursum ejus: portas paradisi voluptatis reseatate illi; atque pacem ipsius adventui denuntiate. Custodes thesaurorum horti Eden, patefacite ei portas Eden. »*

QUÆSTIUNCULA LVIII.

QUONIAM SEPTEN SINT ANGELI A QUIBUSDAM VOCENTUR?

Existat de septem angelorum principibus in Italiâ, libellus quidam semel, iterùm et sæpius excusus, variisque illorum imaginibus ornatus; primò quidem operâ Antonii Ducæ, ut suprâ vidimus, deinde et aliorum studio. Is septem hosce angelos septem hiscè nominibus indigitat, ut primus sit *Michael*; secundus *Gabriel*; tertius *Raphael*; quartus *Uriel*; quintus *Scheadriel*; sextus *Iechadriel*; septimus *Barachiel*. Primi nominis interpretatio est: Quis sicut Deus? Secundi, fortitudo Dei; tertii, supra posita cap. 3; quarti, lumen Dei; quinti, petitio Dei; sexti, laus seu confessio Dei; ultimi, benedictio Dei. Et quartum quidem Urielis nomen disertim consignatum est lib. 4 Esdræ cap. 4 et 6. Quintum exculpant nonnulli ex Genes. 18; sextum ex cap. 25 Exod.; septimum ex Genesios 18. Audio etiam angelorum, istis cum nominibus, picturas, in templis quibusdam, reperiri. Est urbs Germaniæ

nostræ ampla et splendida, quæ, cum religionem catholicam, ejusque sanctos, et eorum tam imagines, quàm nomina funditis, contra laudatissimos majorum suorum mores, extirpata cupiat; suum tamen, superioribus hisce annis, calendarium edidit, in quo non septem tantum, sed octo angelos poneret, eorumque non nuda tantum nomina, sed et affabrè sculptas imagines, et quidem à Scripturæ historiis capitibusque annotatis, quasi illi exinde angeli haberentur, circumcirca imprimeret. Sunt autem hæc, in quibus à prioribus illis discrepantiam videt quilibet; nomina *Michael*, *Gabriel*, *Raphael*, *Uriel*, *Mikhiel*, *Zadkiel*, *Petiel*, *Raziel*. Apud Trithemium verò libro antè citato de Secundis, ita eisdem ista nominantur. Primus *Orifiel*, secundus *Anael*, tertius *Zachariel*, quartus *Raphael*, quintus *Samael*, sextus *Gabriel*, septimus *Michael*. Henricus porro Cornel. Agrippa lib. 3 de occ. Phil. cap. 24, paulò antè verba quibus hos esse septem de quibus Scriptura loquatur, ostendit, suntque superiore quidam questunculâ recitata, istum in modum scribit: « Accipimus ab antiquis « Hebræorum patribus, nomina angelorum « præsentium planetis atque signis. Saturno, « *Zaphiel*; Jovi *Zadkiel*; Marti, *Gamael*; Soli « *Raphael*; Veneri, *Haniel*; Mercurio, *Michael*; « Lunæ, *Gabriel*. » De istis porro, quid censendum, deinceps exquiremus.

QUESTUNCULA LIX.

AN RECTE HÆC ANGELIS ISTIS IMPOSITA NOMINA?

Catholica Ecclesia cum in Litaniis, tum aliis in precibus, et ritualibus omnibus, tria tantum nomina recipit et usurpat: cetera non item. Et verò Glycæ Byzantini in Annalium parte tertiâ hæc oratio est, « Appellatio *Uriel*, « ita, quemadmodum respondit sapiens Psellus « scripsit, nec prisca fœderis libris, nec novi « continetur; sed extat in libro quodam *Hebraico*, qui inscriptionem habet: *Precatio « Josephi*, et apocryphus est. » Ita ille. Quid si verò propter apocrypham Esdræ scripturam probatur *Uriel*, cur non etiam *Jeremiel*? Sic enim lib. 4, cap. 4, vers. 36: *Respondit ad ea Jeremiel archangelus*. Clarissima verò et notatu dignissima sunt quæ in Germaniæ nostræ Apostoli S. Bonifacii Historiâ lib. 2, leguntur. Impius quidam hæreticus Adelbertus, cum sese Apostolis æquipararet, multaque impiis hæreticorum nostrorum dogmatibus, de sanctorum templis, de peccatorum confessione, aliisque id genus, consimilibus doceret, addebatur, epi-

stolam se et precationem à coelo accepisse, et in hæc ipsi octo angelorum nomina, in quibus et *Uriel* erat, quasi divinitus missa recensebat. Quid verò S. Bonifacius? « Ex octo istis « angelis, unus tantum, ait, est S. *Michael*: « reliqui septem potius demones. » En quo loco Psellus et S. Bonifacius *Urielis* nomen habent! Gravius tamen auctoritatis momentum, è Romano concilio, in eisdem historiâ, est, dum de angelorum nominibus quendam veluti fidei professionem edunt congregati Patres, ipseque qui concilium coegerat, Pontifex maximus. Nam cum hæretici illius Adelberti charta prolata esset, subditur in concilio: « Suscepta est et lecta oratio, cujus initium « tale erat: Domine Deus omnipotens, Pater « Domini Jesu Christi, et « et », qui sedes « super septimum thronum, et super Cheru- « bin et Seraphin; pius magna et dulcedinis « satis est apud te, Pater sanctorum angelo- « rum, qui fecisti cælum et terram, mare et « omnia quæ in eis sunt; te invoco et clamo « et invito super me miserum, quia tu di- « gnus fuisti dicere: *Quodcumque petieritis à « Patre in nomine meo, dabit vobis*; à te peto, « ad te clamo, in Domino Christo confido ani- « mam meam. Cumque per ordinem legere- « tur, pervenit ad locum, ubi ait: precor vos « et conjuro vos, et supplico nil nisi ad « vos angelus *Uriel*, angelus *Raguel*, angelus « *Tafuel*, angelus *Michael*, angelus *Adinai*, « angelus *Tasbaas*, angelus *Sabaorh*, angelus « *Sinikel*. Dum verò hæc oratio sacrilega « usque ad finem perfecta fuisset, *Zacharias* sanctus Papa dixit: Quid ad hæc, sancti « fratres, respondetis? Sancti episcopi et ve- « nerabiles presbyteri responderunt: Quid « aliud agendum est, nisi ut omnia quæ coram « nobis lecta sunt igni concrementur, aucto- « res verò eorum anathematis vinculo per- « cellantur? Octo enim nomina angelorum, « quæ in suâ oratione Adelbertus invocavit, « non angelorum, præter Michaelis, sed magis « demonum nomina sunt, quos ad præstan- « dum sibi auxilium invocavit. Nos autem, ut « à vestro sancto apostolatu edocemur, et di- « vina tradit auctoritas, non pluraquàm trium « angelorum nomina agnoscimus, id est, *Mi- « chael*, *Gabriel*, *Raphael*. » Atque huic concilio cum alii omnes, tum *Zacharias* ipse subscripsit, rursumque postea in epistolâ 9 confirmavit. Quanti apud nos omnes tanta tanti pontificis, tantique concilii auctoritas esse debet? Neque sanè angelorum nomina plura,

quàm tria uisitata; nisi forte aliquod aliud nominis ejusdem nomen esset, eandemque angelicam personam alio quodam modo et idiomate significaret; agnoscerant D. Gregorius, homilia 34, D. Hieronymus in Danieli 8. Dixerit tamen quispiam, cum septem istos angelos esse certum sit, eorumque nobis in Scripturâ sacrâ et summa dignitas et officium demonstratum sit, etiam non sint omnium nomina indicata, quidam aliquibus eis nominibus appellare liceat? An, ut in *peri Hermenias* initio docetur, non sunt nomina ex hominum instituta? An, ut ab aliis aliis distinguantur hominibus, imò et brutis, et fluviis, et locis et rebus penè omnibus imponere nomina licebit, angelis istis non licebit? Quod si verò aliqua his imponere liceat, quidni ea ipsa, quæ proposita sunt? cum, sicuti *Michaelis*, *Gabrielis* et *Raphaelis*, ab aliquibus eorum nomina, proprietatibus et actionibus petantur? An lineas, angulosque suos Euclides, et syllogismorum suorum terminos in *Analyticis Aristoteles*, quibus voluerint, litterarum nominibus insigniant, novæque item res novis verbis grammaticis et oratoribus; nobis verò in angelis nulla omnino concessa erit onomatopœia? Noverunt me lata non parùm, nisi vel minimum Ecclesiæ catholicæ iudicium, omnibus illi genus rationibus longè anteponebam. Non vult Ecclesiæ huiusmodi angelorum nomina cœdi; ego, qui in sancti illius officinâ modestè, demissèque gerere me cupio, nihil fabricabor, omnes omnium et philosophorum, et grammaticorum invidias abijciam: si matri meæ tria salis nomina sunt, plura non comminiscar, ne fortè et apostolico huic præcepto parùm mortigerer, 1 *Timoth.* 6, vers. 20: *O Timothee, depositum custodi, devitates profanas vocum nostras.* Videmus quantùm hæc in re, qui à Dei cœtu alieni sunt, Judæorum *Rabbini*, et *Cabalæ* maximè lascivierint, qui et mira nominum portenta finxerunt, et fingendi illis potestatem, adeoque, si Deo placet, artem tradiderunt; idque confirmant *Adami* exemplo, ad quem unâ cum rebus aliis angelos Deus adduxerit, hisque ille nomina indiderit, cum *Genesis* 2, vers. 19, clarè dicatur, *formatis, Dominus Deus, de humo cunctis animalibus terræ, et universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea.* Omne enîm quod vocavit *Adam* vivens, ipsum est nomen ejus. Appellavitque *Adam* nominibus suis cuncta animalia, et universa volatilia cœli et omnes bestias terræ. Veterum verò

hæreseos faber, quot et quàm monstrificis nobis angelorum nomina fabricati sunt? Apud *Epiphanium* hæresi 24, est *Afrax*; hæresi 25, *Pruticea*, *Paldabaoth*, *Celaucach*, *Barbes* et *Meira*, hæresi 26, *Jao*, *Secia*, *Seth*, *Dade*, *Eloas*, qui et *Adonasa*, *Jaldabaoth*, qui et *Elitana*, *Sabaoth*; hæresi 30 et 31, *Achamath*; hæresi 33, trecenta et sexaginta quinque sunt angelorum, sicuti et cœlorum totidem nomina, quæ confinxerat *Saturnilus*, sicuti et apud *S. Irenæum* lib. 1, cap. 12, *Asaziele*, de quo multa *Cabalæ*, *Marcus* et hæreticus et magus. Apud *Elliam Thistâ*, verbo *Lillith*, invenitur *Sessâ*, *Sansesoi*, *Samasgelo*. In apocrypho *Hermæ* lib. 1, visione 4, dicit virgo quædam: *Misit Dominus angelum suum, qui est super dentem, cui nomen est Hegrin, et obtulit ei dentem ne te dilaniaret.* In *Aruch* est *Sandalphon*, *Mitatron*, *Semmasgalph*, *Jarcami*, qui vocatur *Sar Hattorad*, id est, princeps grandinæ, seu angelus, qui grandinæ præsidet. Apud *Tarces*, ut ait *Historia Turcica* auctor lib. 2, cap. 19, est *Nachir* et *Romonchir*, rursumque cap. 20 et 21, *Ieraphil*, qui in iudicii die, turbam inflaturus sit; est etiam *Arat* et *Marot*, ut refert lib. de *Concordiâ orbis* *Postellus*. Quid magi? quid qui nomina ex inquinatissimis eorum, quos hactenus protuli, lacubus hauserunt? Sunt, ait *Agrippa* loco antea prolato, viginti octo angeli, qui dominantur in viginti octo mansionibus lune, quorum nomina per ordinem sunt, *Gesiel*, *Exediel*, *Amiziel*, *Azariel*, *Cabiel*, *Dhrachiel*, *Scheziel*, *Ammediel*, *Barbiel*, *Arasiel*, *Neciel*, *Abdissiel*, *Jaseriel*, *Ergodiel*, *Atiel*, *Aarsiel*, *Adriel*, *Egibiel*, *Amutiel*, *Kyriel*, *Bethnael*, *Gelliel*, *Requiel*, *Abelnael*, *Aziel*, *Tagriel*, *Arheniel*, *Amiziel*. Et paulò antè: duodecim cœli signis præstant angeli duodecim: Arieti *Machidael*, sitis deinceps isti: *Amadai*, *Ambrici*, *Muriel*, *Varchiel*, *Hanaliel*, *Zurriel*, *Barchiel*, *Advachiel*, *Hanael*, *Gambiel*, *Barchiel*. At, in eâ illâ ignibus quàm typis illis digniore *Stegano-graphâ*, quid *Trilemus*? *Oriffiel*, angelus *Saturni*, sub se alios habet spiritus, qui sunt *Sadai*, *Pimiel*, *Moraiel*, *Joyis Zachariel*, et sub se istos habet, *Eloliziel*, *Arielem*, *Raphailem*, *Mariis* angelus est *Samael*, cui parent *Amuel*, *Amuel*, *Nebiel*. Solis angelus est *Michael*, cui subditi sunt *Lamiel*, *Palaet*, *Vaartei*. Veneris angelus *Amuel*, cui morem gerunt *Zabdiel*, *Sarniel*, *Adoniel*. Mercurii angelus *Raphaël* est, cui obediunt *Carmiel*, *Nebiel*, *Pachiel*. Lunæ denique angelus est *Gabriel*, cui obsequatur *Romachiel*,

James, Theophil. Ecce, quò humanorum ingeniorum progreditur lascivia, dùm angelica sibi nomina facendi licentiam indulsit. Hæc enim idèo commemorasse volui.

QUESTUOCLA LX.

QUOMODO ET ALIENDE ISTIUSMODI NOMINA IMPROBENTUR?

Improbatur ea istiusmodi nominum scilicet primò ex ineptissimis, quibus ea fingi docent modis. Docent enim, ut apud Agrippam est libro 3, c. 25 et 29, ut vel certi alicujus numeri litteræ accipiuntur, vel trisyllabum aliquod Dei nomen, aut rei certò alicujus, cui angelus, cujus architectandum vocabulum est, præsidet; sicque addatur *el*, aut *en*, aut *ah*, et statim verum angeli nomen proditurum. Hinc ergo 72 angelorum nomina, quæ 72 Dei nomina ferant. Hinc planetis præsidet: Saturno quidem *Sabathiel*, aliis *Zebediel*, *Maddiel*, *Samuel*, vel *Schemesiah*, *Nagael*, *Cehabiah*, vel *Cehabiel*, *Israel* aut *Leanael*, aut, ut lib. 3, c. 22, intelligentia Saturni est *Agiel*, Jovis *Jothiel*, Martis *Graphiel*, Solis *Nathiel*, Veneris *Hagiel*, Mercurii *Tiriël*. Duodecim verò signis præstant ab Ariete inchoando, *Teletiel*, *Sariel*, *Famaniel*, *Sartaniel*, *Ariel*, *Belthiel*, *Mathaniel*, *Acrabiel*, *Chesiel*, *Gediel*, *Deliel*, *Dagimiel*. Sed et hoc in quacumque lingua fieri posse docet idem Agrippa, ut *Ariellet*, *Tauriel*, *Geminiet*, *Canceriel*, *Leoniel*, et cætera. O vanos, vanos, quos *Vaniel* et *Staliet* nescio quis exagitat! Sed addunt, orrectè etiam cœli figurâ, posse tam bonorum quàm malorum angelorum nomina inveniri, si ad singulos accedentes aut descendentes alphabeti litteræ spargantur. At quàm inter se dissident? Alii secundum cardinum almutezios progrediendum alunt, alii secundum undecimæ domus almutezios; Arabes verò et Rabbini quidam secundum bylegiorum quinquæ ordinem. Eousque verò sese effrenata hæc nomenclatio-nem novarum faciat audacia, ut bonorum malorumque hominum spiritus eodem artificio, quasi jam facti angeli aut demonia sint, nominandos existimet. Hinc, sit c. 28, lib. 5; Agrippa, cum, qui apud Esdræ lib. 4, c. 4, vers. 36, est *Jeremiel*, esse Jeremiam propheta spiritum; Zachariam verò *Zacharielem*, Urin prophetam, quem occidit Joachin, *Urielem*. Jam tertio, si quis vel solam audiat, quantum vel veris, vel commentitiis id genus nominibus isti tribuant, quasque ad res et quomodo illi abuti soleant, facile, opinor, constituet, me-

lius tutiusve nihil esse, quàm intra ecclésiasticam sese modestam gyrum continere. « Hæc, ait ille c. 24, nomina tunc non secus atque « oblationes et sacrificia dila devota, efficaciam « virtutemque sortientur, ad spiritualem ali- « quam substantiam desiderati affectus opera- « triciem de superis et inferis educendam. Vidi « ego et novi quendam inscribentem in chartâ « virginis nomen et signaculum spiritus cu- « jandam, in horâ Lance, quam eum dedisset « postea ad devorandum rane fluviâ; et car- « men quoddam obmurmurasset, remissâ ranâ « in aquam, mox pluvie et imbres oborti sunt. « Vidi per eandem inscriptum alius spiritus « cum suo signaculo nomen in horâ Martis, « idque corvo datum, quò post immurmura- « tum carmen dimisso, protinus ab eâ cœli « plagâ, quem ille involasset, obortis nubibus « fulmina, concussiones, horribiliæque toni- « trua consecuta sunt; neque tamen erant « illa spirituum nomina ignota linguæ, nec « alia quàm officiorum illorum significativa. « Hujus generis sunt angelorum istorum no- « mina, *Raziel*, *Gabriel*, *Michael*, *Raphael*, *Ha- « naniel*: quæ sonant, *virtus Dei*, *virtus Dei*, *forti- « tudo Dei*, *medicæ Dei*, *gloria Dei*. » Quis « cùm carmen illud immurmuratum audit, non « perhorrescat? Quis hominis hujus enclitidem « non deprecet, qui scribere et approbare hæc au- « sus est? Nunc et illud mihi vide, quos et quàm « certò et confidenter veteribus illis angelos « deit: « Solent, ait Agrippa lib. 5, c. 47, fal- « dici spiritus denò expurgatis animis etiam « sese visibiles præbere et comites, cujus « exempla multa sunt in sacris Litteris, ut in « Abrahamo et ancillâ ejus Agar; in Jacob, « Gedzone, Eliâ, Tobîâ, Danièle, et multis « aliis. » Vera hæc, neque malè. At quæ se- « quantur: « Sic Adam, inquit, familiarem con- « suetudinem habuit cum angelo *Raziele*; Sem « filius Noe, cum *Jophiele*; Abraham, cum *Za- « chiele*; Isaac et Jacob, cum *Peffiele*; Joseph et « Josue et Daniel, cum *Gabriele*; Moyses, cum « *Metatron*; Elias, cum *Maddiele*; Tobîâ je- « nior, cum *Raphael*; David, cum *Cerdathiele*; « Manus cum *Phadathiele*; Gemes, cum *Cernele*; « Ezechiel, cum *Hammiele*; Esdras, cum *Urie- « le*; Salomon, cum *Michael*. » Postremò de « his ipsis nominibus, quanta inter ipsos dis- « sensio est! Nullo alius, *Malchiel* in urbis antea « dictæ Calendario, Moysi ascribitur, ab Agrip- « pâ ipsi Eliâ, *Raphael* à Tritonio Jovis sum- « mus traditur, et rursùm tamen Mercurii do- « minus, ab eodem Soli tribuitur *Michael*, ab

aliis Raphael; ab eo etiam Mercurio Raphael; ab aliis Michael. Septem ergo magnos, beatoque in angelorum agminibus principes istos suspiciamus, amemus, colamus in eorum honorem, principum omnium Principi Deo ter gloriosissimo templa, uti magnâ cum pietatis laude Panormitana fecit civitas, excitemus, sacrificia offeramus, ipsosque, ut Ambrosianum istâ in re verbum retineam, obsecremus; quæ tamen sanctum voluit Ecclesiæ concilium tacita nomina, taceamus.

QUÆSTIUNCULA LXXI.

POSSITNE URIELIS NOMEN ALIQUO MODO RETINERI?

Disertim, ut dixi, hoc ponit liber quartus Eodæ, c. 4 et 6. Verum is liber apogryphus est, ut Eodæ initio monstravi, et significavit Prælius. Quia autem quæ in apocryphis leguntur, auctoritatem licet non habeant, interdum tamen mala non sunt, idcirco Urielis nomen approbatur non omnino nulli. Nam D. Ambrosius lib. 5 de Fide ad Gratianum, c. 2: « Non, ait, moritur Gabriel, non moritur Raphael, non moritur Uriel. » S. Isidorus lib. 7 Orig., c. 5, quartam hunc angelum agnoscit, ejusque nomen interpretatur. Similiter et docti viri, qui S. Henrici imperatoris ævo floruerunt, eumque vel privatim, vel publicè, in scholis et templis docuerunt. In templo siquidem Basiliensi, quod Augustus ille Henricus magnificè restauravit, donisque plurimis decoravit: « Eminent, inquit lib. 5 Rerum Germanicarum, fol. 40, beatus Rhenanus, latini illa aurea lignee tabule adhærens, septem millibus florenorum æstimata, quæ, ipse privatim in librario suo cum viveret, usus est. Unde et tutelares divos refert, quos ille principatè coluit, nempe quatuor angelos, « Michaelen, Gabrielem, Raphaelen, Urielem » et Benedictum, ac in horum medio stantem « Christum, cujus pedibus ipse cum uxore coniugando advolvitur. » Unde verò hæc imperatori ejusque conjugis religio et sententia, nisi ab his quos divinarum tum rerum interpretes audiebant? Jam Nissa seu universalis Canon Æthiopum, quæ in SS. Patrum Bibliothecæ tomo 4 legitur, hæc, fol. 120, habet precantunculam: « Custodi, Domine, populum tuum per preces majorum angelorum splendentium, « Michaelis, et Gabrielis, ac Raphaelis, et Urielis, et quatuor animalium sine carne. » De quibus scilicet Apocalyp., c. 4, 5, Albertus Magnus in sua, quam Wicellana proferunt Exercitatione, Litaniâ, Urielem nonne preca-

tur? Quid S. Bonaventura Centiloqui parte 5, sect. 18? Videmus etiam Christianis quibusdam Urielis nomen imponi, quod, sacro in Baptismo vel Confirmatione, nunquam fieret, si demonis tantum nomen foret. Hoc ipso seculo, in ipsâ archiepiscopali S. Bonifacii sede Moguntinâ, primò quidem decanus, deinde archiepiscopus fuit Uriel à Gemmigen, qui anno 1514, è vivis excessit, prout ejus, in principe Moguntinâ ædæ, monumentum ostendit. Ecce et Græco-latinarum precum liber apud Hieronymum de Marne anno 1580 editus, fol. 120, in Litaniis disertè ponit: Ὁ ἄγιος Ὑριέλ, ὁ πρῶτος τῶν ἀγγέλων. Quia igitur libris, picturis, nomenclationibus, id nominis boni quidam neque indocti viri terunt, videamus absurdum ne sit, eodem quandoque nomine bonos malosque angelos insigniri, quemadmodum, sicut in cælo, ita et apud inferos, multi Joannes et Petri sunt. Si enim, quod apud Areopagitam libro celestis Hierarchiæ, c. 15, quidam asserunt, è superioribus et inferioribus ordinibus angeli plures sunt, qui Seraphim vocentur, cur Urieles zelotes afferat? Ego tamen, posteaquam sanctissimi pontificis et synodi Romanæ sententiam cognoscere datum est, tribus angelorum nominibus plura cur agnoscam? Quæ aliis in rebus omnibus tene-rum mihi os fingit, balbutientemque, præfando, linguam format pia et erudita mater Ecclesia, cur in hisce nomenclaturis à me non audiat? Cabaleorum fœmose apud Renschlinum appellationes, prodigiosa item Tristemi et Agrippæ nomina, cæteraque omnia his consimilia placeant, quibus habebit; Maximi sanè pontificis hæc ad illam synodum subscriptio est. « Zacharias episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ catholice, atque apostolicæ urbis Romanæ, his gestis, atque sententiis à nobis promulgatis subscripsi. » Neque mihi de nihilo videtur, quod sanctissimæ Trinitatis personæ tres, tria tantum è tot celestium spirituum ipsis assidue famulantium myriadibus in authentico verbi sui volumine sacrisque synodis nomina patefcere voluerint, rursusque quod interdum de suis interrogati nominibus angeli, enuntiare aboverint. Luctantem secum angelum Genes. 32, v. 29, interrogavit Jacob: Dic mihi quæ appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Cum Samsonis patri apparisset angelus, dixit ille huic Judic. 13, vers. 17: Quod est tibi nomen, ut ei sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est

mirabile? Sed hæc putaverit fortè non nemo nimis multa; certè tamen, uti spero, minime vel prava vel inutilia.

QUESTIUNCULA LXII.

AN COMEDERIT RAPHAEL?

An corporatos cibos angeli comedant, dum sunt opalescentes: Una, in assumptis corporibus verè ipsos comedere. Ita Alensis 2 part., q. 35, memb. 4; Scotus 2-2, d. 8. Altera, non verè comedere. Duplicita enim ait ista opinio, corporum, quæ assumunt angeli, esse opera: quædam quæ ab animatorum operibus modo solo et respectu ad initium principium differant, ipsa verò actionis substantiâ convenient: quædam verò, quæ nequè modo illo, nequè substantiâ convenient. Comestione igitur, quoad modum cibi localem, esse quidem verè comestione substantiâ similem; sed modo et respectu illo differre, cum edendi vitale principium in angelo nullum sit. Dico primò Augustinum 13 Civit., c. 22, utramque opinionem censere probabilem, ut dicantur angeli non verè comedere, vel verè quidem comedere, non tamen necessitate, sed tantum potestate. Atque isto modo loquitur Emisenus homiliâ in Dedicatione Ecclesiæ: «Angeli enim quando volunt, ex aere corpus assumunt; quo videri et tangi et loqui, et manducare, et bibere possunt. Sicut enim verum corpus est aer, ita et corpora quæ sumuntur ex aere. Hæc autem ad tempus induuntur, quæ, cum se expolliaverunt, mox in eundem aerem resolvuntur. Angelus tamen Raphael ad Tobiam loquens, ait: Pax vobis, nolite timere. Etiam cum essem vobiscum videbar manducare et bibere, sed ego cibo invisibili et potu qui ab hominibus videri non potest, uter. Secundum igitur hanc sententiam, et ceteros angelos manducare et bibere intelligant, quibuscumque impossibile esse videtur, ut angeli manducant et bibant. Moyses tamen eos comedisse testatur. » Dico secundò. Comestio dupliciter sumi potest: perfectè includit ea non solum ciborum in os et osophagum immisionem, sed etiam confectionem, quæ in ventriculo fit, et conversionem in verum animalis corpus. Imperfectè verò illam tantum immisionem complectitur. Tertio, angeli posteriori modo seu imperfectè comedunt, non perfectè, idèque hoc loco angelus vers. 19: Videbar, ait, vobiscum manducare et bibere, perfectè scilicet corporales visibilesque cibos vestros manducare; corporatos visibilesque potus

bibere. Sed ego cibo et potu invisibili, qui ab hominibus videri non potest, uter. Videri quæst S. Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone, tractatus Thalmudicus Baba Mezia, c. 7. Imò, etiamsi per assumpta corpora cibum imperfectè, ut dixi, angeli capiant, adhuc tamen aliquo modo dicere potest angelus, Se videri comedere, neque tamen comedere, etiam imperfectè, quia, neque formæ instar, neque hypostaseos instar, corporibus illis unitur. Notandum tamen, licet eadem in Græco sententia sit, illud videbar, non conjungi cum manducare et bibere, idèque valere, vobis apparebam; sed aspectum vestrum cadebam. Πάροι τὰς ἐλπίδας ἀνθρώπων ἔπει, καὶ εἰς ἑσπας, οὐδὲ εἶναι; ἀλλὰ ἔπει ἡμῶν ἀποφύει. Omnis diebus vobis videbar; et neque comedebam neque bibebam, sed visum ipsum videbatur. Videbar vobis homo, videbar humano more humano cibo sustentari. At visio erat, non autem verè perfectèque aut à vobis videbar (cum sub oculos natura mea non cadat), aut coram vobis edebam et bibebam, cum horum nullo epōam. D. tamen Augustinus capite illo 22, lib. 13, in versione suâ legebat: Visu videbaris, pro visu videbaris, simili modo quo visa pro visionibus apud Latinos dici solent. «Non, ait, homines in phantasmate angelos edisse credendum est, quando eos homines hospitio susceperunt, quævis utrū angeli essent ignorantibus, consimili nobis indigentia, vesci viderentur. Unde est, quod ait angelus in libro Tobie: Videbaris me manducare; sed visu vestro videbaris, id est, necessitate reficiendi corporis, sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. » Quamquam videri potest intellexisse D. Augustinus, ἔπει τοῦτο pro καὶ ἑσπας.

QUESTIUNCULA LXIII.

QUIS ANGELORUM CIBUS INVISIBILIS?

In Hebræo et Græco textu, nulla cibi hujus mentio. Sciendum verò spirituales cibum vocari posse, quicquid animi appetitum explet. Hic enim appetitus et sitis et fames interdum vocatur; et res, quæ ipsum satiat, cibum dicitur: chaque re perfrui, et edere ac bibere, saturari et delectari. Hinc enim illa: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam. Matth. 5: Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, Joannis 4 et alla complura. Sic Lactantius lib. 1 Institut. cap. 1: «Nullus et suavior animo cibus est, quàm cognitio veritatis. » Sic D. Augustinus lib. contra adversarium legis et Prophetarum cap. 15:

« Lignum vite, est sapientia, bestiarum cibus
« immutabilis animarum; » et ipse ejusdem
D. Augustini libris, vocat D. Gregorius animi
cibum; itemque Historiam Codrenus in princí-
pio, alimentum tenellam, multaque preparatam.
Angelorum verò cibus duplex est: primarius,
divina scilicet majestas; et secundarius, quæ-
libet nimirum alia res divinæ majestate quo-
dammodo informata et condita, ut Christus
ipse Dominus quæ homo, et quælibet alia res
ad Dei gloriam pertinet. Etenim ille semper
frui, rerumque genus quodlibet, in quo divinæ
gloriæ vera materies est, fieri avert, optant-
que cupidissimè. Sic igitur divina majestas
vita et comprehensa, cibus est, qui delecta-
tiones infinitas parit, D. Ambrosius in oratione
illâ, quæ ante Missam recitari solet: « Man-
« ducat te, ô panis candidissime, angelus pleno
« ore in patriâ. » D. Bernardus serm. 28 ad
sororem, de modo bene vivendi: « De hoc,
« ait, pane, dicitur in Psalmis: Panem Angelo-
« rum manducavit homo. Alioqui esca illa licet
« de cælo venerit, et potus, quia corporeus
« erat, angelis non congruebat; sed utique
« ille panis, et potus, qui per hoc præfigura-
« batur. Christus verò panis est angelorum,
« et sacramentum hoc vera caro ejus est, et
« verus sanguis; quod sacramentum spiritua-
« liter manducat et bibit homo. Ac per hoc
« unde vivunt angeli in cælis, inde vivit homo
« in terris; quia totum spirituale est et divi-
« num in eo quod percipit homo. » Et post
illa: « Christus in semetipso in cælo sanctos
« angelos pascit; Christus et jam in semetipso
« in terrâ omnes fideles reficit. Christus per
« speciem sanctos angelos satiat in patriâ;
« Christus nos pascit per fidem in terrâ, ne
« deficiamus in viâ; Christus angelos et ho-
« mines reficit ex semetipso, tamen integrè
« remanet in suo. Quam bonus panis, et quam
« mirabilis, de quo in cælo angeli saturantur,
« et in terrâ homines reficiuntur! quem man-
« ducat angelus pleno ore in patriâ, ipsum
« comedit peregrinus homo pro modulo suo,
« ne lassetur in viâ! Christus panis vivus,
« qui est refectio angelorum, ipse est redem-
« ptio et medicina hominum. » D. Augustinus
serm. 2 et 4 de Nativitate: « Lacta, mater,
« Christum, et Dominum nostrum, et cibum.
« Lacta panem de cælo venientem, et in præ-
« sepi positum, velut plorum cibaria jamen-
« torum. » Rursus verò D. Bernardus ser-
mone 36 super Cantica: « Lacrymæ, inquit,
« poscentium, vinum angelorum, quod cum

« lætitiâ bibunt. » D. Athanasius lib. de Vir-
ginitate: « Jejunium, cibus angelorum est, et
« qui eo nutrit, ordinis angelici censendus est,
« quemadmodum contra, corporis otio et
« crapulâ nostrâ admodum delectantur demo-
« nes. » Atque hoc cœlitum nectar et ambro-
sia, de quâ Eugubinus lib. 8 Philosophiæ
cap. 17. Hic creatus ille panis, quem, sicut
in Gastronomiâ refert Archestratus, nive
candidiorem, et à Mercurio, pro diis, coenæ
solitum. De hâc escâ veritas quàm de sermone,
vel eruditione ullâ in vindictâ. Corn. Statius:
« Hæc imos animi perlepes recessus jacos-
« sumpta manet. Neque enim ledibilia ventris
« hausimus. » Apud S. Bonaventuram, egre-
gius ille sacre paupertatis alumnus, S.
Franciscus, mendicantem panem, angelorum
panem vocabat, jucundè ad manna, de quo
in Exodo dixi, alludens. D. Augustinus loco
citato: « Esse, ait, in paradiso cum Christo,
« hoc est, esse cum ligno vite. Ipse est quippe
« sapientia de quâ Proverb. 3, scriptum est:
« Lignum vite est amplexantibus eam! S. Ful-
gentius epistolâ 2, cap. 13: « Tales, ait, con-
« vili debet habere participes, quæ non carnis
« solent delicias laudare, sed cordis; quæ
« angelorum panem interioris hominis avidi-
« tate perquirunt, quæ post sponsum suum
« in odore unguentorum ejus currunt, quæ
« suavitatē Deum gustis interioris percipiunt,
« quæ puro affectu esuriant sitiuntque justi-
« tiam, quæ operantur cibum, non qui perit
« sed qui permanet in vitam æternam. » Eni-
tenus in citatâ dedicationis homiliâ, « Panem,
« ait, frangimus, et in tenuissimum pulverem
« aromata confundimus, quando sacras Scri-
« pturas diligenter exponimus. In tali igitur
« fractione cognoscitur Jesus. Sic enim dis-
« cipuli cognoverunt in fractione panis. Pro-
« pter quod Abraham in hospitium eum sus-
« cepit, et cibos ei appavit, quatenus in
« comestione et ciborum fractione plenius
« eum cognoscere posset. » Quemadmodum
verò in humanarum dapum ess, perfectam
angelis comestionem negabamus, imperfectam
admittebamus, ita contra, spiritualium ciborum
istorum perfecta illis comestio est, nobis in
terrâ adhuc luto hærentibus imperfecta. Et
inter spirituales eosdem cibos omnium perfe-
ctissimos, quo et perfectissimè fruuntur,
Deus est, idèque et de hoc potissimum jam
locutus Raphael.

D. Augustinus lib. 7 Confess. cap. 10: « O
« æterna veritas, et una charitas, et clara

« eternitas; contremat amore et horrore,
 « tanquam audirem vocem tuam de excelsis:
 « Cibus sum gradium; cresco et manducabis
 « me. Nec tu me in te mutabis, sicut cibum
 « carnis tuæ; sed tu mutaberis in me. »

QUESTIUNCULA LXIV.

CUM ANGELUS TERROREM INFERT VOPS. 16,
 ET RUSSEM ADIMIT VOPS. 17.

Notandum dupliciter in humanâ formâ videri angelos, primò simplici, ut homines tantum videantur, non, etiam angeli agnoscantur, ut Genes. 18, 19. Secundò augustiore, ut Matthæi 28: Angelus Domini descendit de celo, et aspectus ejus sicut fulgur. Priore modo visis angelis non terrentur homines, nisi ferè se ipsos angelos esse his dicant, qui eorum consuetudine assueti non sunt, vel opinione illi inani, de quâ dixi Judicium 6 et 15, laborent. Posteriore modo terrentur, et quidem magis, aut minùs, pro varietate splendoris, aut proprie vilitatis et indiguitatis aestimatione, ut Danielis 10, Lucæ 1. Sicut humanæ fragilitatis est, inquit Venerabilis Beda in Luc. primum, spiritualis creaturæ visio turbari, ita et angelicæ benignitatis est, paucis de aspectu suo mortales mox blandiendo solari. Ast contra demonescunt et feritatis, quos sui præsentia terrore concutit, ampliore semper horrore concutere. Et quemadmodum refert D. Hieronymus in Math. 28, et apud D. Athanasium in Vita dicere solchat S. Antonius: « Cum bonus angelus bonis hominibus apparet, etiam in initio inusitato aspectu timorem inficit, ad extremum consolationem et animi tranquillitatem relinquit. » Et rursùm: « Sanctorum angelorum amabilis et tranquillæ aspectus, quia non contendunt, neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum; verum tacitè leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt; siquidem cum illis est Dominus, qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis et placida angelorum luce radiatur; tunc anima angelicæ præmiorum aviditate flagrans, effracto, si posset, humani corporis domicilio, et membris exonerata mortalibus, cum his quos videt abire festinat ad celum. Horum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humanæ, miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuè ex corde auferant metum; ita Gabriel cum Zachariæ loque-

« retur in templo, et angeli, etiam divinum Virginitatis partum pastoribus nuntiarent, et qui Domini corporis agebant excubias, securis ac videntium mentibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pavore animi, quantum ex magnarum rerum sæpè incultis aspectu. Passimorum verò vultus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, phœbus motusque indisciplinatarum adolescentium, vel satronum, è quibus confestim timor animæ, sensibus stupor incutitur, ostium Christianorum, monachorum morer tandemque suorum recessu, metus moris, cupido nequitiæ, lassitudo virtutis, cordis hebetudo. Si igitur post timorem horrore conceptu succederet gaudium, et ad Deum fiducia utque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium, quia se caritas animæ præsentis maiestatis indicium est. Videatur D. Gregorius hom. 26 Pascali: « Paveant, ait, illi, qui non amant adventum supernorum civium; pertimescant, qui carnalibus desideris pressi ad eorum ac societatem perungere posse desperant; vos autem, cur pertimescitis, qui vestros concives videtis? » Sic etiam Cyrillus catechesi 14, Chrysost. hom. 90 in Matthæum, et Theoph. in Matthæum.

QUESTIUNCULA LXV.

QUOMODO AB EODEM ASPECTU ABLATUS ANGELUS?

In textu Hebræo vers. 21, dicitur: *in celum ascendit, et non adjecit, ut amplius sese videndum illi daret.* Id autem fieri potuit tripliciter: primò, aspicientium oculos perstringendo et aperiens immitendo, ut dixit Genes. 19. Deinde, corpus assumptum illud quodcumque subitè transferendo. Tertio illud ipsum depouendo, et in materiam è quâ illud constaret redigendo, quæ ferè semper aer est, vel purior, vel crassior, ut vapor, exhalatio, quemadmodum docet S. Thomas 1 part. q. 51, ad 3: « Et tertio isto modo evanuit hic Raphael. » Posset etiam fieri ut angelus assumptum corpus quasi cadaver relinqueret, neque amplius moveret, quod tamen hic factum non patet è circumstantiis. Adit verò in Græco angelus: *Scrībite omnia quæ facta sunt in libro,* pro eo quod noster habet: *Narrate omnia mirabilia ejus.* Hebræus verò paulò etiam quid amplius proponit: *Nunc ergo, ait, scribite sibi omnia verba hæc in libro, et erit testimonium inter vos, et Deum vestrum omnibus diebus vite vestre. Et hæc verbum sit in signum et testimo-*

nomen in omnem generationem et generationem.
Et vos benedicite Dominum et confitemini me-
moriam sanctitatis ejus. Et nunc dimitte me,
et revertar ad Deum qui misit me ad vos.

QUESTIONULA LXVI.

CUR JUVENILI FORMA, MERCENARIQUE HABITU
APPAREBAT HACTENUS RAPHAEL?

Juvenilem verò formam angeli boni asciscunt, ut pulchritudinem et ætatem suam, quæ nullo unquam senio marcescit, significant, quemadmodum, ait Dionysius Areopagitus celestis Hierarchiæ cap. 15, reliquis habitus, ad quas mittuntur, functionibus, convenire solet. Ad læta nuntiandum, et eos quibus se spectandos dant, hilarandum, juvenili formæ vestium etiam splendorem adhibent; ad perterritandum verò et puniendum, gladios interdum stringunt, hastas vibrant, equos agitant, aliasque generis ejusdem, prout res ususque tulerit, personas induunt. Id quod in genitili disque sula, rerum nostrarum simili, gentiles imitati sunt, quemadmodum Plautius ille Mercurius in Amphitruo:

Nunc, ait, ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quod ego hinc processi sic cui servili schemâ:
Veterem atque antiquam rem novam ad vos pro-
feram.

Quia ergo se omnimodò ad iter illud aptum expeditumque significare volebat Raphael, idò et juvenilem et mercenariam ipse speciem accipit.

QUESTIONULA LXVII.

QUID ASCENDENTE ANGELO, QUI EUM JAM COGNOS-
CANT, PECCERUNT?

In Hebræo dicuntur primò ipsum *dimittas*, prout ut factum hic videatur, quod Genes. 25, versu 26, cum Jacobo diceret angelus: *Dimitte me*. Ille verò: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*. Etiam enim hic lecta corporum nulla fuit, animorum tamen et charitatis magna fuit, ita ut angelo præcepisse Deus videatur, ne sanctos istos viros, nisi bonâ eorum veniâ et permissâ, desereres. Deinde in textibus omnibus additur eos Deum *benedixisse*. Modum etiam expriment idem textus omnes, eos videlicet, etiam ante angeli ab-
tutum, sese pronos in terram abjecisse, timoris nimirum, venerationisque gratiâ. Tempus verò, quo sic abjecti prostratique jacuerunt, solus exprimit Latinus. Tunc, ait, *prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum*. Denique, post tribulum hoc à terrâ se ipsos erexerunt, et

narraverunt, non verbo tantum, illi qui adesse-
tiam vel audire poterant, sed et litteris voti,
quæ deinceps consecutura erat, posteritati,
omnis mirabilia ejus. Hæc in Græco dicuntur
opera magna et mirabilia ipsius, scilicet Dei;
In Græco, ipsius angeli. Sed quæcumque à
sanctis magna et mirabilia sunt, ea simul et
ipsorum et Dei sunt, quia per illos iste, qui
gratiam dat, illa facit; et illi hujus gratiâ et
dono faciunt. Omnes enim cum beatissimâ illâ
Virgine coeuntur: *Fecit mihi magna, qui po-
tens est, et sanctum nomen ejus*, Luc. 1. Quem-
admodum verò cum utroque Tobîa colloquendi
finem jam facit Raphael, de eo scribendi uter-
que, faciam et ego, si eorum quæ de illo dicta
sunt, pulchram, planque et utilem ad ange-
lum cujusque proprium accommodationem è
nuper editis Vicentii Bruni Meditationibus
proposuero.

QUESTIONULA LXVIII.

QUÆ DE RAPHAËLE DICTA QUOTNAM MODIS AD PRO-
PRIUM CUIUSQUE ANGELUM ACCOMMODENTUR, ET
QUIS PRIMUM?

Gloriosus, ait ille noster jamjam indicatus,
Raphael tunc ratione nominis sui, tunc officio-
rum misericordiarum, quæ ille detulit utrique
Tobîæ, et seni et juveni, omninò fuit typus et
figura luculenta eorum, quæ faciunt erga nos
angeli custodes. Et primò apertissime in illum
competit nomen Raphaëlis, quod interpreta-
tur, *medicus Dei*, ab effectu medicinæ tam
spiritualis juveni Tobîæ datæ, quàm corpora-
lis, quæ seniori Tobîæ patri visum restituit.
Quo verò alio officio fungitur erga te angelus
custos, nisi medici tam corporalis quàm spi-
ritualis, ut inferis dicetur? Quare, ut id me-
lius intelligas, considera tres esse humanæ
vitæ status. Primus est, quo homo adhuc de-
git in utero matris; secundus à tempore na-
tivitatis, usque ad mortem et judicium animæ
sue particulare; tertius est, in quo homo
versatur post mortem. In unoquoque ergo
horum statuum congruenter omnibus actioni-
bus Raphaëlis angeli, contemplare singula offi-
cia quæ custos angelus erga te exercet.

Quod ad primum statum attinet, narrat
Scriptura supra, cum senior Tobîas cogitaret
filium suum in remotam regionem mittere,
solicitem fuisse de fide comitatu ei attri-
buendo. Et ecce antequàm bonus juvenis
domo paternâ pedem afferret, angelum à Deo
missum, specie humanâ, se offerentem in co-
mitem, etiam in ducem totius itineris. O cha-

ritas immensa, et cura plus quam paterna Creatoris, qui, antequam è ventre matris prodiret, priusquam ullam inimicorum tuorum et periculorum impendentium notitiam haberet, mandavit uni beatorum spirituum, qui semper divinam ejus faciem contemplantur, atque illi ipsi qui prius matris tue custos fuerat, ut tui curam susceperet, inciperetque te in tenello isto statu, multis periculis obnoxio, unà cum matre præservare, quo sine impedimento ullo securè ad gratiam baptismi pervenire posses, et in filiorum Dei numerum inscribi. Sed quid dico ego de curâ et memoriâ à Deo habitâ pro te adhuc in utero materno existente, imò ab omni æternitate? antequam angelos vel aliud quidquam condidisset, cum nondum essent abyssus, nondum locata essent fundamenta cœli et terræ, jam, ô homo miserabilis, tui memor erat, et de tuâ salute sollicitus, quamquam ab æterno tuam ingratitudinem et indignitatem prævidit, nihilominus ex merâ bonitate suâ, nullo tuo antegresso merito, non solum decrevit tibi illud auxilium præstare, sed etiam omnia beneficia in te conferre, quæ hucusque à primo tue conceptionis momento recepisti, et deinceps usque ad ultimum, omnium maximum, æternam scilicet beatitudinem, es recepturus!

QUESTIUNCULA LXX.

MODUS ALTER QUI?

Deinde quod ad secundum statum vitæ tue attinet, cum in lucem hujus vitæ prodidisti, subjungit Scriptura sacra, quemadmodum angelus Raphael egressus cum Tobîâ è domo patris, promiserit eodem cap. 5, se fidelem ejus comitem toto itinere futurum, salvumque ad locum destinatum perduciturum. Non secus Deus te, simul atque natus es, cum uno horum coelestium civium comitatus est, ut tanquam singularis custos, et pædagogus tui patrocinium susciperes, tuumque advocatum apud suam Majestatem in cœlo ageret. In hæc enim vitâ omnes sumus veluti pueri, opusque habemus tutore et pedagogo, qui quasi manu nos deducat et sustentet, ne fortè pedes nostri in aliquam petram peccati impingant, aut grave aliquod periculum adeant; qui quoque nos in brachia sua excipiat, ut securè loca periculosa transimus, nec ante periculum animadvertamus, quam evaserimus. Secundò, sicut angelus Raphael docens juvenem Tobîam per viam, optima consilia illi suggererat, instruebatque sigillatim supra cap. 6, quâ ratione

matrimonium inire deberet, nempe non hominum carnalium more, sed cum sancto timore Dei, crebrique oratione: sic angelus tuus custos continenter tibi bona consilia suppeditat, et te in omnibus actionibus dirigit: ille enim te excitat et impellit ad multa bona opera faciendâ quæ sine hoc auxilio non faceres, idque nunc alliciendo Christi Domini et Sanctorum exemplo, nunc tuam voluntatem consideratione bonitatis divinæ imitatorumque ejus beneficiorum inflammando, nunc etiam futuri judicii, poenarumque inferni memoriâ mentem illuminando. Tertiò pergit illòdem Scriptura narrare beneficia, quæ Tobîas ab angelo Raphael, tam quoad suam personam, quam quoad bona temporalia recepit. Cum enim pervenisset ad fluvium Tigris, et in eo vellet lavare pedes suos, insillit in eum piscis immanis ad eum devorandum: sed angelus eum defendit et ab illo periculo liberavit, voluitque ut fel ejus acciperet ad restituendam cæco parenti sanitatem. Adhuc, idem angelus non solum redemit pro Tobîâ summam illam pecuniæ, ob quam erat missus cap. 9, sed hæredem quoque eum fecit omnium facultatum societæ sui Raguelis cap. 6, versu 24. Jam quid aliud agunt angeli nostri custodes, nisi ut continenter, ad auxilium nobis præstandum, in necessitatibus nostris vigilent, haud secus ac mater intentos semper oculos habens in puerulum suum, ne fortè labatur, aut mali aliquid faciat. Cogita igitur à quot periculis corporalibus te præservarit, quæ, æquè ac alii, incurrere potuisses, atque etiam quam fuerit sollicitus in procurandis tibi bonis temporalibus, ut sanitatem, viribus et aliis adjumentis, ut vitam convenienter statui tuo instituire posses, atque illi statui, qui ad salutem consequendam tibi esset accommodatior. Quartò, sicut angelus Raphael, ut ipse cap. 12, vers. 12, dicit, officium sibi vendicabat, orationes, bonaque opera Tobîæ Deo offerendi, sic angelus noster custos pro nobis exercet munus procuratoris in conspectu Dei, offerendo orationes tuas et desideria, et quæcumque opera bona quæ facis, semperque à Deo aliquod donum gratiæ divinæ ad te referendo. Utinam videre fas esset quanto studio angeli sancti nunc ascendant pro nobis, uti faciebant in scilicet à Jacob patriarchâ conspectâ; ascendunt exponendo necessitates nostras, precandoque Deum, ut divinam suam misericordiam nobis impertiat; descendunt autem reportando à Patre coelesti sanctas inspira-

siones, cogitationes bonas, aliaque divina auxilia, et interdum etiam correctionem aliquam paternam, ut excitent nos, nosque ipse exploremus, ne simul cum hoc munda condemnemur. Quinto, sicut angelus Raphael Tobiam docuit cap. 6, modum, quem tenere debebat, ad exterminandum demonium, ut non haberet amplius potestatem in ipsum, contra quod etiam ipse angelus pro juvenis defensione pugnavit; sic angelus noster custos, non aliter quàm fides capitaneus, cui commissa est ars aliqua adversus hostes defendenda, diligenter vigilet, ne vi vel fraude ab illis occupetur. Illi enim angeli sunt fideles illi custodes, quos Dominus Isaia 62, dicit collocatos in muris Hierusalem ad custodiendum per vigilias noctis gregem suum, ne hujus ille infernalis aduersarius noster, insular legibus, avaritia nostras abripit. Ad hoc quoque custodes angelos pertineat illa verba Apocalypsis c. 3: *Esto vigilans et confirmus. Vigilat enim angelus custos pro nobis contra demonem, obijciendo se ejus incursum, frangendo et debilitando ejus vires, et acceptum reparando facturam, ne amplius tantâ confidentiâ et audaciâ invadere audeat. Confirmat quoque nos, removendo peccatorum occasiones, nunc à multis vitis et peccatis deterrendo, in quâ destituti ejus auxilio, facillè incideremus; nunc etiam corroborando nos, et animando in occurrentibus tentationibus et afflictionibus; ac denique à Domino impetrando fortitudinis et gratiæ augmentum, ad resistendum, et victoriam obtinendam. Sexto, sicut angelus Raphael, supra cap. 8, demonem, ne Tobiam, velut omnes reliquos mulieris maritos, occideret, comprehensum alligavit in deserto; ita noster bonus angelus singulariter nobis tempore mortis assistit, ut illa hora ab insidiis et impugnationibus demonis nos tueretur, et immunes reddat quâ acriter quàm alijs solet circumire, querens quem devoret; deinde ut à peccatis illis quibus id temporis maximè obnoxii esse solemus, ut ab infidelitate et desperatione nos præstret, atque ita ex miseris hujus mundi liberi ad celestem patriam migrare possimus. Ad hæc postquam anima à corpore excessit, idem angelus eam comitatur, solatur, animat, ut consideret se tribunali divino sistat, obijciens ejus oculis merita Jesu Christi pretiosissima, in quibus tempore illius judicii lidere debeat. Si autem ad expiandâ peccatorum reliquias adjudicata fuerit Purgatorio, ibi eam sæpè invitat, solatur, certiores reddit de precibus*

piorum pro eâ in mundo fuis, et denique de futurâ liberatione securam esse jubet.

QUÆSTIUNCULA LXX.

MODUS ULTIMUS GENI?

«Quod ad tertiam, nempe extremam tuam statum attinet, considera quid denique angelus Raphael fecerit, quomodo videlicet, cum conjugem juveni Tobiam assignasset, omnibusque sui socii donis et opibus onustum eum in domum paternam redierit, ubi tantò majore gaudio receptus est, quantò major erat molestia de ejus reditu retardato, metuentibus omnibus ne fortè perisset. Ille simul contemplare tui fideles custodiis officium, qui animam tuam, postquam confectâ longâ et periculosa peregrinatione, ab omni macula expurgatâ fuerit, celesti sponso per celestem paranympium conjunctam, multisque donis et divinis charismatibus ornata ac totam hilarum et letam conducet ad celum, ad illam supernam Hierusalem matrem nostram, ibique magno gaudio et exultatione omnium Paradisi angelorum et sanctorum à quibus multò ante fuerat expectata, celestis Patris conspectui presentabit, et divinis etiam manibus recipiat coronam gloriæ et felicitatis ejus, quâ ab æterno ei preparata fuit, et pro quâ nos miserì adhuc ingemiscimus, et suspiramus in hac lacrymarum valle. O millies beata anima, quæ postquam suo Creatori fidelis extitit, bonisque sui angeli custodiis consiliis paruit, post annos vite sue laudabiliter exactos, ab eodem angelo in beatam illam patriam, in illa æterna iustorum tabernacula introducetur! Ibi celebrabuntur veræ nuptiæ agni cum sua dilecta sponsâ, ibi plena erit lætitia, perfecta pax et quies sine fine.» Hæc omnia ille, qui et simili pietatis non parvæ sensû plura persequitur.

QUÆSTIUNCULA LXXI.

DE QUÆ JERUSALEM POSTERIORA HÆC INTELLIGENDA?

(Tob. cap. 12, v. 20 et seq.)

Suppono triplicem esse Jerusalem, unam omninò terrenam, quæ est urbs, alteram omninò celestem, quæ beatorum domicilium et Ecclesia triumphans est, tertiam quasi mixtam, quæ est Ecclesia militans, in terrâ scilicet commorans, et tamen spiritalis. Intelligunt igitur de omninò terrenâ Judæi, quemadmodum Isaia 54 et sequentibus, de illa docet S. Hieronymus; de celesti verò Beda hic,

Glossa et leidorus; de mixta lingua hic et Ieranos cap. ultimo; de omnibus Gattianicus. Et ita omnino videtur quia et sæpe hoc sub-
flit, et nonnulla hic dicuntur, quæ minus com-
modè in hanc vel illam Jerusalem conveni-
ent, verbi gratiâ, in terrenam non satis hic con-
gruant verba 13: *Omnes fines terræ adorabunt*
is; versu 19: *Liberavit Jerusalem circumpositam sagi-*
a cunctis tribulationibus; et capite sequenti,
versu 7: *Veniens gentes in Jerusalem, et inha-*
bitabunt in ea. In celestem verò exilium, et re-
edificatio hic, versu 11 et 13, itemque
cap. sequenti, versu 7, an illo pacto cadere
dici possint?

QUESTUNOCLA LXXII.

QUE DE MINOROLYMBUS HIC PRÆDICATUR?

Multa et magna sunt, quæ hoc loco de Hierosolymis vaticinatur senior noster. Primum est, versu 12, *Dei tabernaculum* eâ in urbe reedificandum, id est, templum, quod sequenti capite, versu 7, *domus Dei* appellatur. Quod verò Latinus rectè dicit, reedificaturum Dominum, id passivè Græcus expressit et addidit, reedificandum tum gaudio, Ita videtur à seorsu aliter obsequantur et sic patet pariter, id est, ut *iterum ipse tabernaculum in te cum gaudio excites*. Alterum, est ibidem, reedificaturum Dominum omnes qui in captivitatem abducti fuissent. Sed omnes intelligendū, non pro singulis omnino, sed pro tribus omnibus, à quibus aliqui redirent, seu, ut dialectici loquuntur, pro generibus singulorum accipienda hæc generalitatis particula. *Captivos* vocat Græcus *αἰχμαλώτους*; et *tabernaculum*, id est, *capitulum et sacrum*, vel ædificiosos, et quod dicitur, *et gaudeat*, idem Græcus ait, *τὸ εὐφρανέσθαι καὶ τὸ ἑκστασεῖν* et sic rati *κατακτασέσθαι*, ut *gaudeant et exultent in te omnes israel*, id est, gaudeant et exultent. Nam ex patrie amissarumque rerum, cum recuperantur, amore, nascitur letitia, nisi cui videntur pro *ἐκστασεῖ*, legendum *ἐκστασεῖ*, sed notandum initium hujus temporis, quod nequaquam circumscribitur, sed in *seculum seculorum* porrigitur, seu, ut Græcus habet, *ἐκ τῆς αἰῶνος καὶ τῆς γενεῆς τῶν αἰώνων*, id est, in omnes generationes seculi. Tertium, versu 13, fore ut luce quidam fulgent Jerusalem, etque non qualemque, sed *splendida*, etque hæc lux veræ fidei et veritatis, itemque sanæ gloriæque illustratio, idemque addit : *Et omnes fines terre adorabunt te*. Hoc tamen totum in Græco quoad verba non est sententia, tamen eadem è consequentibus habetur. Quer-

Idem ergo est, versu 14, futurum ut nationes
jerusalymam veniant, seu gentes, et Ave, à
quibus istatum ethiopianum nomen. Adduntur
versu tria: primò, unde venturæ sint, paucos,
et linguisque videlicet partibus; secundo quo
dne: *Adorabam Dominum, et terram tuam in
sanctificationem habebam*, id est, ut tam veluti
sanctam suscipiant et venerationem, in eaque
Dei gratiam et sanctificationem accipiant. Ipsa
enim, Psalmo 113, est *sacerdotio Domini*,
qui eam sanctificavit, et in ea sanctificabitur,
eo scilicet modo quo in Oratione Dominicâ
sanctificatur ejus nomen. Idò subditur: *Nomen
vultu magnam adorabam in te, O Hieru-
salem*. Græcè: *Ἄν ηὐτὶ τὴν ὄψαν τοῦ
θεοῦ*: *Veniens ad nomen Domini Dei*. Tertio,
quomodo venturæ sint gentes additur, mu-
nera scilicet deferentes, Græcus cum em-
phasi: *ἀδὰ καὶ ἔργα φέρουσιν, καὶ δῶκα τῷ βασιλεὶ
τοῦ σιῶν*. *Parvi quædam dābunt ei ἀντιδῶκα*,
dona, inquit, in muneribus adhibentes, et dona Regi
caeli. *Generaciones generationum dābunt tibi
exultationem*. Additur in eodem Græco etiam
quartum, quot istæ gentes futuræ sint, non
una scilicet tantum vel dux, sed *ὅρα μορὰ*,
gentes multe. Nunc versu 16, ex his quæ præ-
dicantur, quantum ad Hierosolymorum hostes
amicosque pertinet. Illi *malefacti* sunt, hi
benefacti. Ex illorum duplex injuria tangitur,
odium et blasphemia, per quæ omne incom-
modum, quæ Hierosolymis intulerunt, omne
convictorum contumeliamque genus intel-
ligitur. Horum versu amor in Græco hic pon-
itur, in Latino postea, versu 18, unde oriun-
tur, quæ in Hierosolymam ipsam conferre
possunt bona, ad eam scilicet ædificandam
pro virili juvare, ob ipsius pacem, seu fausti-
tatem, incrementum et gloriam laetari, et
propterea in Græco apponitur, de flagellis et cala-
mitatibus, quibus olim affligebatur, doluere:
*Μακάριοι οἱ δοῦντες τὰς ῥάβδους ταύτας, καὶ πατρίαν
θεοῦ* qui *super flagra tua omnia indoluerunt*.
De istis tantibus semel iterumque in Græco
dicitur. *O felices, o beati*. Et quod versu 17
est: *Tu autem letaberis in filiis tuis*, quoniam
omnes *beneficentur et congregabuntur ad Domi-
nam*, Græcus ita effert: *Letare et exulta
propter filios iustorum, quia congregabuntur, et bene-
dicent Dominum iustorum*. Sextum, versu 19,
seipsum excitat ad Deum laudandum, et,
versu 20, semini suo tantorum honorum
aspectum precatur, unde sibi ipsi beatitudinis
veluti partem quandam adventuram proflie-

tur. Græcè vocatur Deus θεός ὁ μέγας, *Rex magnus*, et verè magnus præ illis, qui magni olim vocabantur, de quibus in Judith et Esther. Septimum, versu 21, est quedam reedificandæ Hierosolymæ delineatio, quoad præcipuas partes, tres nimirum: portas, muros et plateas. Portæ ipsius ex sapphyro et smaragdo constabant. Muri circumcirca, ex lapide pretioso. Plateæ omnes è candido marmo et lapide sternentur. In Græco sic: *Edificabitur Jerusalem sapphyro et smaragdo et lapide pretioso, muri tui et turres et propugnacula in auro mardo, et plateæ in Jerusalem in beryllo et carbunculo, et lapide ex onychio tessellabuntur*; ubi pro *partibus*, ipsa *Jerusalem* synecdochicè ponitur, et unâ cum muris adiunguntur eorum turres et propugnacula. In plateis verò quis sit ille Latini textus *candidas marmoreque lapis* ostenditur, lapis videlicet Ophirites, seu ex Ophir. Ita enim Græcè legendum est, ut Hieronymus textum alter legit, et in 3 Reg. c. 9, pro *in Ophir* habent itidem Septuaginta, *ἐκ οὐφίρ*, pro *ἐκ οὐφίρ*, et videri posset illic sic accessisse sigma, hic verò ex resolutione ipsius duplicis *ξ* in *x* et *c*, factam *αὐφίρ*, nisi Ecclesiastici cap. 7, abque Isai mendi occasione *αὐφίρ* etiam legeretur, et Isai cap. 43. Qui verò isti lapides et quales gemmæ sint persequitur, l. de Lapidibus S. Epiphanius lib. 16 Orig.; Isidorus, lib. 37; Plinius à D. Hieronymo in Isai c. 54, laudatus in peregrinis Dionysius, et libello uno Rueus. Octavum est, quid in Isai urbe facturi sint incolæ, versu 23: *Per vias ejus, alleluia cantabitur*. Quemadmodum apud gentes, latantium vel bacchantium potius voces erant: *Io pax, io pax*, ita in Dei Ecclesiâ et apud sanctos, ingens ejusdem sanctique gaudii est hæc oratio, *alleluia, jah*, quam in Psalmi 105 inscriptione apud Septuaginta primum legimus, licet tunc Psalmi 103 attribuant Masorethæ. Constat verò ea verbo et nomine. Illud valet laudare, non tamen simpliciter, sed cum quodam gaudii sensu, cum júbilo et cantu. Veteres enim Hebræi sæpè *halsi* per verbum aliud *schawah*, quod *gaudere* significat, explicant, et *alleluia* *hæditham* vocant, *hæditham*, domum *hæditham* et gaudii, ipsumque quandoque nuptialem thalamum, Levitici 19. *Jah*, unum ex decem Dei nominibus est, ut ait S. Hieronymus epistola 136 ad Marcellam, et invenitur Isai 26, Ps. 67, 76, 93, 117, 150. Id à timendo R. Salomon et ferè Targum Hebraici, ab essendo alii deducunt, in quibus et videtur S. Justinus

quest. 50 ad Orthodoxos, dùm *jah* vertit in *ih*. Est ergo *alleluia*, *laudate Deum*, sed cum *jah*, cum lætitiâ et admodum insensè, prout Hebræica etiam conjugatio secum affert, idcirco rectè loco citato S. Justinus, *ἀποκρίσας πρὸς μὲν τὸν ἱερέα*. Plerumque de isto *alleluia* apud D. Hieronymum epist. 136, 137, Augustinum epist. 176, seu altercatione cum Pascentio, in Psal. 106, 110, 148, homil. 16: *« Hanc esse vocis, ait, laudem, nullus Christianus, quin libet imperitus, ignorat, »* qui et de eâ, ipso Paschalis die, sermonem ad populum habuit, estque inter Paschales primus: *« Quoniam, »* ait, voluit Dominus, ut charitatem vestram in alleluia videremus, de alleluia vobis verbum debemus. Non sim oneri, si commemo quod nōstis, quia et ipsum alleluia quotidie dicimus, quotidie delectamur. Nōstis enim, quia alleluia Latine dicitur: *Laudate Deum*; et in hoc verbo consonantes oro, et consentientes corde, exhortamur nos invicem ad laudandum Deum. Eum tantum homo securus laudat, qui non habet unde duplicat. Et in hoc quidem tempore peregrinationis nostræ ad solatium viatici dicimus alleluia; modò nobis alleluia canticum est victoris. Tendimus autem per viam laboriosam ad quietam patriam, ubi retractis omnibus actionibus nostris non remanebit nisi alleluia. » Et post nonnulla: *« Modò gloria Dei nostri, gloria Christi nostri latet, et cum illo abscondita est ei nostra. Sed cum Christus apparuerit vultu nostro, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria. Tunc erit alleluia in re; modò autem in spe. Spes illam cantat, amor cantat modò, amor cantabit. Sed modò cantat amor esuriens; tunc cantabit amor fruens. Quid est enim alleluia, fratres mei? Dixi vobis, laus Dei est. »* Ecce modò verbum auditis, et audiendo delectamini, et in delectatione laudate.

QUÆSTIUNCULA LXXIII.

QUÆ ISTORUM AD HIEROSOLYMAS TRES POSITAS ACCOMMODATIO?

Ista verò dupliciter accommodari possunt, vel omnia scilicet singulis Hierosolymitanis, proportionem scilicet quidam et accommodationem servatâ; vel quendam quibusdam. De terrenâ videri potest Carthusianus. Nam, ob Christi Domini sepulcrum et vestigia, ubi illa etiam à Christianis et peregrinantibus valde semper culta fuit, ut ex D. Hieronymo et Burchardo in principio patet. De celesti

videatur Clemens sub finem l. 4 Stromatum, et Apocalypsis caput 21. De tertiâ quæ est Ecclesia in terris adhuc constituta, viam præit S. Paulus, qui ad Galatas 4, illa quæ de sterilitate fecunditate, de tabernaculorum dilatatione aliisque similibus prædixerat c. 54 Isaias, ad Ecclesiam refert. Ideoque et hoc loco tanti præcessoris vestigia rectè sequi licebit cum D. Hieronymo in illud 58 Isaiæ, et deinceps legatur ipse, breviterque hæc notentur. Ecclesiæ catholicæ hæc maxima est, Isaias 2, 54, 66, ad eam veniunt captivi schismatici, hæretici, excommunicati, ut etiam hoc tempore, Alexandrinorum et Ruthenorum ad Romanam Ecclesiam legatos audivimus, de quibus Barolus tomo 6 et 7. Quam multos ingenio, doctrinâ, opibus et dignitate præstantes quotidie videmus, qui hæresicon vanitate tandem aliquando agniti, respiciunt, suamque ad matrem Ecclesiam catholicam revertuntur! Veniunt ad eam à longinquo etiam affenigæ, ut gentiles, Persani, Mexicani, Japonæ, Indi, Sinae, Mogores. Hostes ipsius maledicti sunt Turcæ et hæretici omnes; benedicti amici, qui eam edificent, Apostoli et doctores, 1 Corinth. 5. Ejus edificatio constat lapidibus pretiosissimis, fide, spe, charitate, aliis. Per omnes vias ejus cantatur alleluia, quia non unum jam templum tantummodò est, sed multa et in omni loco, ut Joannis 4 dictum erat, laudatur Deus, reque ipsâ clarissimè

videmus, quod Malachiæ 1, v. 11, scriptum est: *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.* Quid verò in omnibus Catholicorum ditionibus, in viciis etiam publicis, in plateis omnibus tot pietatis monumenta, tot ad Christi Domini, beatissimæ ipsius matris, cœlitumque ipsius laudem statuæ, imagines, sacella? Quid tam crebræ item processiones, et litanie, tot in iis Christi Jesu Domini ac Salvatoris nostri vexilla, tot cruces, facces, sacrique cantus? Idque in urbibus et pagis, per vias, villas, agrosque omnes? Nonne ut magnus Deus noster, et in se et in sanctis suis laudetur et celebretur? Nonne ut ob summa et innumera-bilia ejus in nos, ubique locorum, beneficia, gratiarum actiones à nobis, ejus majestati, locorum ubique agantur? Nonne denique ut per omnes Ecclesiæ sanctæ vias, pio sincereque mentis affectu, verbis, rebusque omnibus alleluia cantetur? Felices, qui, quam præclarum in Ecclesiâ catholicâ cœlestis illius Jerusalem ecypon, quam viva imago sit, perspicunt, in eâque circumfremunt, licet undique hostiles hæreticæ, Judæicæ, Turcicæ acies perseverant, vocibus, moribusque canentes alleluia. *Læta et gloria et virtus Deo nostro!* Amen.

(SERARIUS.)

SERARII VITA.

SERARIUS, vel SERARIUS (NICOLAUS), Ram-bervillerii in Lotharingâ natus anno 1555, summâ linguarum orientalium peritiâ floruit. Jesuitarum societati adscriptus, humaniores litteras, philosophiam theologiamque vicissim docuit, primùm Wiceburgi et postea Moguntiz. Sexdecim scripsit volumina in-f., quæ omnia eximie eruditionis virum arguant; nec mirum si Baronius in Annalibus suis eum *Ecclesiæ Germanicæ lumen* appellarit. Moguntiz obiit anno 1609.

In tantâ operum mole præcipuè commen-

dantur: 1° *Prolegomena* in Scripturam sacram; 2° *Commentario* in varios Scripturæ libros; 3° *Opuscula theologica*; 4° *Tractatus* de Pharisis, Sadducæis atque Essenis; 5° *Tractatus* de Rebus Moguntinis. Commentarium quod hic subjicimus, omnium circa materiam optimum visum est; cum verò non singulos versículos, sed ipsa capita commentetur, ne à servato hucusque interpretandi modo recedere videamur, non Serario, sed ipsi Vulgatæ textui notas ex præstantissimis auctoribus desumptas apposimus.

IN LIBRUM JUDITH

Prolegomena.

PROLEGOMENON PRIMUM.

Inscriptio.

Quemadmodum Tobiam et Machabæorum, sic et Judith liber habet inscriptionem ex ejus, ejus gesta scribuntur, nomine, quemadmodum ait Isidorus Orig. lib. 6, c. 2, et D. Hieronymus epistolâ 140. Judith verò nominis interpretatio est, *Judæa*, id est, ut idem Isidorus ait, lib. 7, cap. 8, *laudans*, vel *confitens* Domino: non autem Judith vocatur id est, *Judæa*, quasi ex *Judæa* tribu fuerit, quemadmodum c. 7, fiet perspicuum: sed ex Hebræâ radice *Jadach*, id est, laudare, gratias agere, confiteri: quemadmodum et *Judas*, laudans, vel confitens dicitur, Gen. 29, et *Jehudi* nomen viri proprium, Jerem. 36; *Jehudith* 1 Par. 4, v. 18; *Jehudith* uxor Esau, Gen. 20, v. 34, idemque nomen 1 Reg. c. 18, v. 26, adjectivum est, ut si *Judæa*, scilicet lingua, vel certò adverbium etiam in Hebræo est, cum dicitur: *Nen loquaris nobis Judæicè audiente populo*, rursumque v. 28: *Exclamavit voce magnâ Judæicè*.

PROLEGOMENON II.

Auctor.

Julius Ruperus opusculo de libris Captonicis, c. 20, ait auctorem fuisse quempiam, qui eo tempore vixerit. Quis verò ille fuerit, nominat ea, quæ Philoni tribuitur, Chronographia, lib. 2: « Gessit, ait, *Jesus* pontificatus primum, usque ad 42 annum Asueri Prisci, anni 36; *Joachim* verò filius ejus in absentia annis 8, et Judith gesta conscripsit, et anniversariam liberationis memoriam quotannis agendam instituit. » Et assentitur R. Azarias loco infra citando, et Sixtus Senensis Bibliotheca, lib. 4, et lib. 8, ubi ejusdem sententiam Hebræos auctores laudat. Isidori tamen lib. illi 6, c. 2, hæc verba sunt: *Judith et Tobia, sive Machabæorum libri*, quibus auctoribus scripti sunt, *missus conatur*, ita scilicet ut certum sit et indubium. Alioqui, quemadmodum in Tobia et Machabæis probabiliter auctores quidam proferuntur, ita

et *Joachimus* ille quæstio admitti, de quo plura inferius, vel alius eo posterior, cum sub libri hujus finem scribat auctor, solitum victoriæ, quam Judith peperit, festum diem ad eas sapientia tempora celebrari. Solent verò ita loqui, non qui rebus ipsis interfuerunt, sed qui post fuerunt. At *Joachimus* rebus istis non modò interfuit, sed et penè præfuit. Nihilominus rectè censeri auctor possit, quia hujusmodi additamenta aliis etiam libris postmodum adjuncta inventiuntur, ut 1 Reg. 8, v. 8: *Oratio in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum: Venite, et cæmus ad videntem*; et Genes. 13, v. 18, *Hevros* jam nominatur, cum hoc tamen nominis postes impositum sit *Joëse* 14, v. 15. Accedit quòd, quemadmodum c. 4, quæst. 1, dicitur, historicorum hujusmodi scribendarum provincia summis sacerdotibus imponebatur. Certè R. Azarias lib. 5 Moerchenalm, c. 32, fol. 106, functus est, ut *Jeschuah* (*Jeus*), sacerdotio tuo magno annos 55, et hic scripsit gesta Judith, et decrevit fieri memoriam liberationis hujus anno quolibet, prorsus ut citatus antea Philo.

PROLEGOMENON III.

Quæ lingua primò scriptus liber hic?

Chaldæa eum lingua scriptum fuisse, satis loqui videtur D. Hieronymus epist. 111, dum eo sermone à *Judeis inter Historias computant*, et à seipso lectum latinèque conversum refert. Sebastianus Hancierus Præfati. in Hebræicum Tobiam: *Chaldæicè*, ait, *Judith exemplar* ab eodem dubio Constantinopoli à *Judeis* æquè ut Tobia exemplar, typis est multiplicatum. Sed neutro adhuc idiomate, his in partibus, quod sciam, devenit (1). Græci tamen

(1) Origenis ætate Hebræicum exemplar apud *Judeos* ferebatur; sed Hebræum hic pro Chaldæico, quod sequiori ætate pro Hebræo habitum est, facile usurpatur. Si enim Hebræicum autographum, vel saltem optimū aliquod illius exemplar ætate S. Hieronymi superfuisset, ille nec ignorasset, nec neglexisset. Cum igitur à Chaldæo versionem suam adornare coactus sit, nullum planè existisse *Judeorum* lingua scriptum, dicamus oportet. D. Fabricius

men versio existat, cupis interpretationem dicat lib. 1 Senensis, incertum, cum tamen causam dari non possit, ut in Bibliacis Prolegomenis dixi, cur 70 interpretes non sint. Nam quod inter Latinam et Græcam textum discrimina quædam sint, id libri hujus proprium non est, uti nimium quàm sæpè ostendit D. Hieronymus, vel exemplar illi aliud secuti sunt, vel paraphrastice cetero converterunt. Se verò magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transtulisse, monet loco citato D. Hieronymus, idque non ad *Psalmi* et *Eusebii* petitionem, ut in principio ait Historia Scholastica, sed ad episcoporum petita postulationem. Chromati aliterum et Heliodori (1). Cum enim, ut epist. 110, inquit, eorum rogatu, Tobiam veritatem, eodem isdem penè verbis Judith versionem exegisse significat epist. 11, et sub ejus finem recitè hoc illos petisse docet, quia Judith non femina tantum, sed et viri limitanda est, ut infra dicitur prolegom. 5. Existare verò apud se libri ejusdem si-

Bibl. Græc. t. 5, p. 742, 743, plurima collegit animadversione digna in Hebræis libri Judith, planèque demonstravit superesse quidem libri hujus Hebræam scripturam, sed à recentiori quodam Judæo datam. (Calmet.)

(1) Quod ad variantia veterum Latinarum exemplarium spectat, de quibus tam graviter S. Hieronymus queritur, iure illam querisatam intelligimus, si vetera MSS. Vulgata, ante S. Hieronymum astant, quæ adhuc supersunt, et testimonia veterum Patrum, ex his rebus, constanter. Auctor novæ editionis S. Hieronymi exemplar nobis communicavit, cuius quidem ad Græcam Romanam editionis accedens, sed et in pluribus discrepans. Interdum propriis ad nostram Vulgatam accedens, à Græco recedit. Hoc exemplar sub nomine veteris Vulgate nudamus. Veteres Patres solent plerumque testimonia à Græco laudare, quando non sine variantibus. Ita Origenes homil. 19 in Jerem., refert ex Judith: *Prævaricationem faciente, et insensit prævaricationem*; quæ verba nec in Vulgata, nec in Græco leguntur. S. Fulgentius epist. 2 ad Gallum, refert genealogiam Manassis viri Judithæ, de qua 66 verbum quidem in Scripturâ. Sunt etiam eruditi quidam, qui dubitent, utrum Latinus textus ipse sit S. Hieronymi versio, cum phrasibus quibusdam redundet quæ versionem potius ex Græco quàm è Chaldæo adaptatam habuerit. Ita quæ leguntur capite 9, 13: *Peractis cum ex labris charitatis meæ, mendium aliquod indicere videtur ex corruptis Græci lectione, cum interpres agapen legerit pro agnæ, ut adhuc in exemplaribus Græcis legitur, et olim in Syriaco legebatur. Ita pariter capite 10, 3, legimus: *Unxit se myro* (sive, ut in veteribus exemplaribus, *myrio*) *capiti*; quæ vox expressa est ex Græco *myron*, unguentum. In eodem etiam versiculo est *myro*, Græci *myr*. (Calmet.)*

cul et Esther, Tobie, Deuteronomio, Syriacæ versionem, quæ ante annos nonagesimos à Græco in Origenianis Hexaplis posita ista expressa sit, testatur ad Philippum Hispania regem Epistola dedicatoriâ Mianis in Iosum.

PROLEGOMENON IV.

Quædam libri hujus auctoritas?

Apud Judæos canonicæ quidem non erat, uti refert D. Augustinus lib. 18 Civ. cap. 27, et D. Hieronymus Epistola citha; magna tamen ejus erat auctoritas, et tanta quanta verisimilis alloquitur historicis, quæ à Spiritu sancto dictæ nonnulli omnino pronuntiantur, tribui potest, sicut et ab his inter agiographa, de quibus in Galeato Prologo, legetur, licet auctoritate dispari. Hæc enim citat Epistola D. Hieronymus docet omnia: « Apud Hebræos, inquit, liber Judith, inter agiographa legitur, cupis auctoritas ad rubrandam illa quæ in contestationem veniunt, minus idonea judicatur; Chaldæi tamen sermone conscriptus inter historicos computatur. » Hæc et ipse Hieronymus aliquando sententiam secutus est, ut in Galeato Prologo et epist. 41 ad Furiam, et in cap. 1 Appel; eandemque ipsi Ecclesie christianæ scribit epist. 115, quæ est præfatio in Salomonis Proverbia: *Judith, et Tobie, et Machabæorum, inquit, Hebræi legunt quidem Ecclesia, sed esse inter canonicas scripturas non recepit*. Ita etiam scribit Athanasius in Synopsi, Rufinus in Symbolum. Quid, nostro isto ævo, hæretici plerique omnes? Videbis, si quidem tui id nosse interesse putes, de quibus in Bellarmini lib. 1 de Deo, cap. 10. Sed horum quidam multò longius (nosce enim eodem gradu consistere temeritas) evertit. Hoc etiam unum, quod superiōres concedunt, hinc libro detrahunt, cunctis scilicet historicæ veritatis auctoritatem. Nam Lutherus in Symposiaco, cap. 59, audacter pronuntiat, *Astoriam non esse, sed poetici quidam commentum Homericæ et Virgilianæ simile*, ut scilicet, quemadmodum D. Chrysostomus oratione 11, et Metrodoris apud Tatianum Oratione ad Græcos, nullum fuisse Trojanum bellum, Hectori et Achillem nullam asserunt, ita nullam fuisse Judith intelligimus. Nam concludens: « Idcirco, ait, mihi videtur Judith esse tragedia, in qua ostendatur, quem tyranni exitum sortiantur. » Ne tamen in convitiis tantam comœdiæ tragediasque agere videatur Lutherus, similia repetit Germanicæ Præfatione in suam hujus libri ver-

sionem, nisi quid, pro Homero et Virgilio, parabolas evangelicas, Castitas canticorum et Joannis Apocalypsis nominat, et addit, « vi-
« deresibi hoc ipsum voluisse poetam innuere,
« dum datâ operâ, et temporum et nominum
« errata inseruit, ut lectorem admoneret pro
« sacro quodam spiritali commento habenda
« omnia. » Sic eandem rejicit historiam Lu-
theranus ille Reineccius tom. 2, fol. 13, et
tragicomediam indigitat, fol. 7. Atque hi illi
sunt de quibus in Onomastice suo Chytraeus:
« Alii, ait, eruditi (impies et audaces dicere
« debuit) existimant librum Judith tragediam
« esse, ab aliquo pio et ingenioso homine pro-
« positam, quæ deceret, duriter quidem affligi
« Ecclesiam Dei, et in extremas angustias re-
« digi; sed tamen mirabiliter contra tyranno-
« rum furores defendi et servari (1). »

(1) Grotius totum quod libro Judith narra-
tur, meram parabolam esse docet, ac Judith
esse Judaicam gentem, Bethuliam esse tem-
plum Dei, Judithæ gladium esse preces sancto-
rum, Nabuchodonosorem diabolum significare,
Assyriam fastum; Holofernem idem sonare
quod *factorem serpentis*. Videtur flagi Juditham,
ut Judaea omni auxilio destituta exprimitur.
Joachimum, sive Eliakimum Deum surrecturam
significare, quæ spes cum homines Deo con-
jungat, ideo sacerdoti summo id nominis tri-
but. Verum allegorica illa nomina interpretatio
veritatem historie non destruit. Origenes
enim et alii Patres ac Interpretes Scripturæ
sacræ plurimi, et nomina et sententias ipsas
allegorice sunt interpretati in his etiam libris,
in quibus res gestas, non meras parabolas nar-
rari nemo diffidet.

Grotius aliisque heterodoxis, qui historiam
Judith poeticum figmentum et tragediam ap-
pellare non verentur, Josephi silentium non
favet. Cum enim sibi proposuisset ea tantum
in suis Antiquitatibus referre, quæ in libris
canonicis Hebræorum habebantur, ut ipse
quidem profitetur in Proœmio totius operis,
et libro 10, capite 11, mirum non est quod de
Judithæ historia siluerit, cum liber Judith in
Canonem Hebræorum, obsequium priusquam
scriberetur, receptus non fuisset, nec Hebræis
scriptus esset.

Nullius etiam ponderis est argumentum quod
petitur ex festo annuo in memoriam heroici
facinoris Judithæ, et victoriæ de Holoferne et
Assyriis reportatæ, cujus nulla in Hebræorum
libris mentio existat. Potuit enim successione
temporis abrogari, si verè institutum est.
Quod in dubium revocari nolum, cum id do-
ceat vulgata editio Latina ex Chaldaico textu
à S. Hieronymo expressa, quamvis in Græcæ
interpretatione postremus ille versus ultimi
capitis non habetur, qui festivitatis hujusce
ab Hebræis in perpetuum tam celebris victo-
rie monumentum institutum meminit: *Dies
autem victoriæ Augus festivitatis, ab Hebræis in
numero sanctorum dierum accipitur, et colitur à
Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem*.
Levis etiam est quæ ex Græcicis locutioni-

Dico tamen apocrypham libri hujus auctori-
tatem esse primò, quia hunc librum tanquam
divinum citat S. Jacobus Epist. cap. 2, v. 23,
prout infra. cap. 8, exponam. Secundò, ean-
dem Synodus Nicæna in numero sanctarum
Scripturarum legitur computasse. His enim ipsis
verbis, quibus usus sum, utitur D. Hierony-
mus epist. 111 (1).

1^o Defenditur Nicæni de hoc libro, concilii
auctoritas.

Calvinianus Wittakerus cap. 2 controversiæ

bus formatur objectio, scilicet capite 9, 2, ubi
legimus in Græco: *Qui scelerum avarum sir-
ginis ad pollutionem, et capite 16, 8, ubi Tita-
num filii commemorantur*. Ex quibus Grotius
colligit, auctorem libri Judith scripturam Græ-
cos legisse. Levis inquam, hæc objectio est,
cum hujusmodi locutiones interpretibus tri-
buendæ sint, non libri auctori. Sic in libro
Job, Pleiada, Hyadum, Orionis, Arcturi et
Amaltheæ nomina, Græci certe originis, et
Proverbiorum 8: *Acerbum Mercurii*, et Alexan-
dræ nomen in prophetis Jeremiæ, Ezechielis
et Nahum secundum editionem vulgatam, cum
tamen longo post hos prophetas tempore
Alexandria condita sit, interpretibus, non
auctoribus istorum librorum transcribuntur.

Antilegiæ fortè quis objiciet in Judithæ
genealogiâ, quæ dicitur *filia Merari, filii Idæ,
filii Joseph, filii Ozia, filii Elai, filii Jannai,
filii Gedson, filii Raphaim, filii Achitob, filii
Melchior, filii Enax, filii Nathanael, filii Sala-
thiel, filii Simeon, filii Ruben*. Nam ex tribu
Ruben et Simeon progenita esse Juditha non
potuit. Præterea, sexdecim tantam genera-
tiones hic recensentur, cum tamen à Jacob
Israelitarum communi parente ad captivitatem
Babylonicam viginti sex numeret S. Mat-
thæus.

Respondetur, non omnes Judithæ proaves
hic recenseri, ut nec omnes Eleazar 1 Regum
cap. 1, vers. 1, nec Saulis cap. 9, vers. 4.
Satis enim fuit sacris historicis illorum gene-
alogiam ad virum aliquem illustrem referre
velut stirpis auctorem. Ruben autem ille in
Judithæ genealogiâ recensitus, non est Ruben
patriarchæ, filius Jacob primogenitus, (hæc
enim filius nullus fuit, cui nomen fuerit Si-
meon,) sed vir aliquis illustris ex tribu Si-
meon, quem sui generis auctorem agnoscit
Juditha cap. 9, 2, ita Deum invocans: *Domine
Deus patris mei Simeon*. Denique in Græco
textu nulla mentio Ruben est, sed ejus loco
habetur *ὁ υἱὸς Ἰσραὴλ*, Filii Israel, quam lectio-
nem approbat S. Fulgentius epistolâ 2.

(Natalis Alexander.)

(1) Ecclesia in concilio Tridentino congre-
gata, sessione 4, librum Judith in sanctorum
librorum indice recensuit, omnibusque libris
canonicis, quorum ille unus est, singillatim
recensitis, subdit: « Si quis autem liberos ipsos
« integros cum omnibus suis partibus, prout
« in Ecclesiâ catholicâ legi conseruunt, et
« in veteri Vulgatâ Latina editione habentur,
« pro sacris et canonicis non susceperit...
« anathema sit. » (Natalis Alexander.)

1. q. 1. gravissimum gravissimæ synodi testimonium, multifarium elevari nititur. I. «Gravi, ait, admodum præiudicio, quos prætermisit libros perstrinxisset synodus, verbi gratia, Tobiam.» II. «Ubi legatur hoc, non narrat Hieronymus.» — III. «Synodus Laodicensis, quæ paulo post Nicenam habita est, non reliquisset hunc librum in apocryphis, si eum synodus Nicæna canonicum esse statuisset.» IV. — «Erasmus rectè annotavit (in præfationis scilicet hujus censuræ) ab Hieronymo non affirmari, approbatum hunc in synodo Nicænâ librum, sed tantum dicere: *Legitur computasse.*» V. — «Non idem est, esse canonicum Scripturarum, et computari in numero sacrarum Scripturarum. Computantur enim in numero Scripturarum, quæ cum sacris Scripturis leguntur ad ædificationem plebis, etiam si non ad dogmatum confirmationem.»

Sunt tamen multò hæc omnia infirmiora, quàm ut tantam nobis auctoritatem extorque, vel ullâ etiâ subsecutâ obscurare debeant. Nam ad primum dico non omnia, quæ controversa esse possunt, uno in concilio definiri, sed tantum quæ tunc proponuntur, et necessaria videntur. Multum interest an quidpiam damus, anne verbo quidem attingas, et tamen etiam Tobiam eâ in synodo approbatum fuisse docuit Rupertus lib. 12 de divin. Offic. cap. 25, uti proleg. 3 in Tobiam notavi. Ad secundum dico, non narrasse S. Hieronymum, ubi legeretur, quia in ipsâ synodo legebatur, licet jam non legatur, uti tom. 3 illustrissimus Baronius ostendit. Ad tertium, vel ex hoc uno loco, et rationibus aliis, in tom. 4 appendicis idem Baronius colligendum ostendit, ante Nicænum concilium fuisse Laodicenam synodum. Ad quartum, parvi apud doctos gravesque homines ponderis est Erasmi temeritas, et ei vel solus ipsius amicus, quem Præfatione in S. Augustinum vocat *appræmè doctum*, opponi potest, Ludovicus Vives. Scribit enim iste in 18 lib. Civit. cap. 26, hæc verbis: «S. Nicænus conventus inter sacrarum Scripturarum volumina, et hunc librum Judith computavit.» Alioquin, et multò quidem plausibilibus, ex eodem D. Augustini loco liceret colligere, Judæos in Canone librum istum recepisse, quia non ait ipse D. Augustinus, non recepisse, sed tantum, non recepisse dicuntur. Ad quintum planè idem est, esse canonicam Scripturam, et computari in numero sacrarum Scripturarum. Nam quod in hanc

numero est, id, dùm sacræ Scripturæ numerantur, et ejus numeri pars est. Jam verò fatentur ipsi hæretici libenter D. Hieronymum epist. 110, per catalogum divinarum Scripturarum, intelligere numerum canonicarum, eum aut, «Hebræos Tobiam de catalogo divinarum Scripturarum secuisse.» Cùm ergo idem Hieronymus epist. 111, in numero sacrarum Scripturarum computatum librum hunc ait, de vero earundem catalogo cur non loquatur? Neque verò libros, quos apocryphos Hieronymus iudicat, eos in Scripturarum numero esse usquam ait, licet bene quandoque dicat, cum Scripturis aut inter Scripturas legi. Et verò, etiam si duo idem apud D. Hieronymum alibi valeret, hic tamen nullo modo, quia disertim Judæorum sententiæ Nicænorum Patrum sententiam opposit. At Judæi, ut supra dictum est, hunc inter agiographos librum legebant, neque in sanctarum Scripturarum catalogo computabant; contra verò Nicæna synodus computat. Hoc enim, quæ à D. Hieronymo ponitur adversativa particula, *sed*, indicat, adeo ut hanc etiam causam dicat, cur repositis, quibus arcabatur maximis plurimisque occupationibus, acquiescat Chromatio et Heliodoro, libri hujus translationem exigentibus. Viden, bone lector, quàm frustra, impudens alioqui Nicænæ auctoritatis rivum turbare lupus ille conetur? Duos tamen adhuc ei testes do, veterem unum, sed catholicum; recentem alterum, sed Wittakero ipsi consensorem. Prior est Rupertus loco citato: «Hæc duo, ait, volumina Tobiam, et Judith apud Hebræos non sunt in Canone, sed Nicænæ synodi auctoritate ad instructionem venerunt sanctæ Ecclesiæ.» Posterior est David Chytræus in Onomastico antea citato: «Librum, ait, Judith Chaldaico sermone scriptum à synodo Nicænâ in numero sacrarum Litterarum computatum et à se versum esse, testatur Hieronymus tom. 4, fol. 9, D.»

2^o Senis adhuc argumentis eadem canonica libri hujus auctoritas comprobatur, simulque D. Hieronymi sententiæ explicatur.

Primo igitur, vel duorum jam positorum ordinem potius tenendo, tertio probatur eadem libri hujus auctoritas, quod alia etiam concilia, quæ in Tobia, prolegomeno 5, proposit. 3 citant, eundem canonicum decernunt. Quarto, probatur ex pontificibus ibidem citatis. Quinto, ex Ecclesiæ usu, de quo ibidem. Nam in Scripturarum canonicarum or-

diu legere illum illa consuevit, ut in hebdomada à septembr. Sextò, Patres in canonicis cum libris numerant, et tanquam canonicum citant, D. Augustinus de Doctrinâ christianâ, lib. 2, c. 8, cui et de ipso Judith duo sermones, scilicet 228 de Tempore, et 229, à quibusdam ascribuntur; ab aliis in Augustini appendicem transferuntur, et veteri cuiusque bonoque scriptori tribuuntur, ut vel hinc testium nostrorum crescat numerus. Quia verò et in Tobia ille è doctrinâ christianâ locus jam citatus, et in Machabæis citandus rursus erit, cum hic semel totum exscribam: « Totes, ait, « Canon Scripturarum his libris continetur: « quinque Moysis, id est, Genesi, Levitico, « Numeris, Deuteronomio; et uno libro Jesu « Nave, uno Judicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorum principia videtur pertinere; deinde quatuor Regnorum, et duobus Paralipomenon, non consensibus, sed quasi à latere adjunctis sibi mulque pergentibus. Ille est historia quæ sibi annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt alii tanquam ex diverso ordine quæ neque hunc ordinem, neque inter se connectuntur, sicut est Job et Tobias et Esther et Judith, et Machabæorum libri duo, et Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam, usque ad Regnorum, vel Paralipomenon terminant. Deinde Prophetæ, in quibus David unus liber Psalmorum; et Solomonis tres Proverbiorum, Cantica canticorum et Ecclesiastes. » Cætera, quæ hic hanc pertinent omitto. Secundus Pater esto S. Isidorus Originum lib. 6, cap. 2, ubi præter canonicorum librorum ordines tres, qui apud Judæos fuerunt, ostendit esse in Ecclesiâ christianâ quartum, et in hoc esse Judith. Item lib. 7, cap. 8, eam inter prophetas collocat, et libro de Vita et Morte sanctorum, cap. 64; Rabanus lib. 3 de Institut. Cler. cap. 7, et lib. 5, de Universo, cap. 1, qui et in librum hunc scripsit commentarium. Tertullianus de Monogamia, cap. ultimo. Origenes in cap. ultimum Judicum. Nonnulli apud S. Hilarium Prologo in Psalmos, à quibus ipse non dissentit Clemens Strom. 4, cap. 6, sub finem. Chrysostomus lib. de Variis in Mattheum, hom. 9; D. Ambrosius lib. 3 Officiorum, cap. 15, epist. 83, et libro de Viduis. Prodentius in Psychomachia pudicitie et libidinis. S. Fulgentius epistolâ 2 de statu viduarum in veteri Testamento librum istum collocat, et tanquam divinæ Scripturæ

testimonium adducit laudatissimus sancti hujus discipulus Ferrandus Carthaginensis libro ad Reginum de re militari, regulâ primâ. Julius Africanus, de partibus divinæ legis, lib. 1, fatetur ad divinam Historiam pertinere, et licet non pari cum aliis auctoritate inter canonicas Scripturas ex Hebræorum sententiâ dicat, ejusdem tamen ordinis esse vult cum Paralipomenis, et Job, et Esdrâ. Jam verò Paralipomena, Job et Esdras nonne canonici? Cassiodorus divinarum Lectionum cap. 6, et ibidem Bellator apud eundem, Alcinus ad sororem, Chromatius (quem D. Hieronymus præfatione in Paralipomena, temporis illius doctissimum et sanctissimum dicit) in cap. 6 Mathæi. S. Paulinus Natali 10, picturas, quæ in religioso admodum templo viscebantur, describens, prout etiam Tobias ultimo audimus, uno ita canit versiculo:

*Aut aliam (picturam scilicet) sem minor obtinet
tincta Judith.*

Sulpicius in Historiâ vocat sacrum volumen, Historiam sacram; distiam, Alredus in Historiâ S. Edwardi regis Anglorum; Otto Frisingensis in Prologo lib. 8: « Deficiet me, ait, tempus, « enarrantem, si universas sacræ Scripturæ « paginas, utpote Ruth, Judith, Esdræ, Machabæorum percurrere velim, qui mystico « sensu et doctâ sapientiâ sunt gravidi. » Ethiopica etiam Ecclesiâ eundem recipit et legit, prout lib. 7 de Emendatione temporum tradit Scaliger, de quo infra. Sanctus etiam Hieronymus, cui ultimum idcirco locum reservavi, cum, ante præcepsum concilii Nicæni sententiam, in opinione contrariâ fuerit, posteaquam illam didici, hunc pro canonico prorsus librum habuit, adeo ut circa dubitationem ullam, ejusmodi olim epistolâ 2 et in Aggæi cap. 1, adhibuerat, ipsam Judith imitandam jam omnibus hæc in præfatione proponat, eoque præfatio, post cæteras penè omnes veteris Testamenti præfationes, scripta, ut idcirco in illius Epistolâ ordinem libris, ejus præfatio est, convenientem habet, non tempori, quo scripta est. Sed in eodem tamen præfatione duo esse argumenta, inquit Wittakerus, « quibus hunc librum non esse « canonicum probare vellet Hieronymus. » Unum est, quia apud Hebræos apocryphus est. Verum jam dixi, ipsam Judith opponere Nicænos Patres, hisque potius suffragari. Alterum: Chaldaico sermone scriptus fuit liber, et ejus exemplaria talis erant. Quid inde? Idcirco scilicet à Chaldaeo illa se correxisse pro-

statut, et nonne aliorum canonicorum librorum villosa iidem exemplaria, idem crebro inculcat epist. 107, 108 et 109? Et in Isais cap. 44, prophetiam per librum istum exponit: « Potest, ait, et in Asseri temporibus intelligi, quoniam scito Babilonem, hostilis ab Israel cecidit est exercitus. » Absque omni verò adhibe idem sanctus epistolâ 140: Ruth, ait, et Esther, et Judith, tantæ gloriæ sunt, et hæc sacris voluminibus nomina indiderunt. »

Sed jam auctoritati libri hujus probandæ argumentum septimum sit, quod novi testam. fabulæ eam ne unum quidem auctorem laudare possunt, eamque fabulam non solum quæ adduxit Patres explodunt, sed ipsam etiam Judæi, qui, ut supra dictum est, historiam censuerunt. Nec desunt, qui ipsum historiam nomen, quod ab his detrahitur, expressè usurpent, ut D. Hieronymus hæc præfatione, et epist. 9 Chromatis, et Ilderici locis citatis. Sunt hæc D. Hieronymi Epistolâ III 9 ad Salvinam verba: « In præterea te exhortandas, habentis tui ordinis, quas sequaris, Judith de Hebræis historiis; et Annam filiam Phanaelis de Evangelii charitate, quæ diebus et noctibus versabatur in templo, et orationibus atque jejuniis thesaurum pudicitie conservabant. » E quibus verbis intelligi et illud potest, cur pudicitie hostes comœdiam hanc quam historiam malint. Attamen ipsam etiam totum historiam narrationis istam, tota rerum series et connexio, ipsam denique libri hujus de Judith vitâ, processu, morte, dieque festo extremam, historiam esse clamat. Numquid enim festus apud Hebræos, in triginta diebus memoriam dicit agere? Octavum argumentum est, quod hæreticorum, contra tantum conciliis et tot veterum auctoritatem, arguments, et pauca, et infirma sunt.

3^o Hæreticorum contra Judith argumenta præsentantur, et estimantur.

Primum est, quod sit temporis explicatio difficilis. Hoc enim Lutherus, in sua Præfatione, præcipuum sibi telum esse fectur (1).

(1) Cette histoire, dit Voltaire, est pleine de contradictions inconciliables; car tantôt la scène est sous Nabuchodonosor, tantôt après la captivité.

Cela est insensé pour ceux qui ne savent pas qu'il y a eu plusieurs transmigrations différentes des Israélites, et plusieurs rois d'Assyrie qui ont porté le nom de Nabuchodonosor; mais quand on sait que les Juifs, à commencer sous le règne de Manassés, ont souffert quatre déportations différentes de la part des

Secondum, Balthazar uris hæreticis notis, Lutherus ibidem. Tertium, Witsakeri et Junii. Hanc historiam non attingit Josephus. Quartum, nomina portati apud sunt. Quintum,

monarques assyriens, on n'est plus embarrassé à concilier l'histoire de Judith. Elle arriva en la dixième année de Manassés, roi de Juda, qui avait été fait prisonnier avec une partie de ses troupes, par les généraux d'un roi d'Assyrie, que le livre de Judith nomme Nabuchodonosor; c'était lui qui avait vaincu et tué Artaxiad, roi des Mèdes; hâta-t-il, fier de ses conquêtes, conduisit son armée contre Ninive; et tel fut précisément le sort que Pharaon, roi des Égyptiens, eut près de Ninive, selon Hérodote, lorsqu'il tenta de conquérir cette ville sur les Assyriens qui y résidaient. Ainsi le récit du livre de Judith s'accorde également avec celui d'Hérodote et avec celui des Paralipomènes.

Les incrédules de nos jours font grand bruit sur les difficultés de chronologie que renferme l'histoire sainte; ils ne veulent pas faire attention qu'il n'y a rien de miracle continu, la chose ne pouvait pas arriver autrement. Les lettres hébraïques et les caractères samaritains qui désignent les nombres se ressemblent beaucoup, et il est fort aisé de les confondre. A moins que les copies n'aient été toujours singulièrement attentives, il a été moralement impossible qu'ils ne se soient pas trompés quelquefois. Les noms de nombres ne sont pas aussi réguliers, ni d'une construction aussi facile en hébreu que dans nos langues; il a pu s'y glisser aisément de la confusion. Nous trouvons les mêmes embarras pour concilier la chronologie d'Hérodote, de Xénophon, de Diodore de Sicile; nous ne doutons pas, pour cela, du fond de leurs histoires: pourquoi donc, quand il s'agit de livres infiniment plus anciens, chicaner-t-on sur la moindre difficulté de chronologie? Nos philosophes, si pointilleux sur les annales des Hébreux, ne rougissent point de nous opposer le chaos intelligible de la chronologie chinoise.

« Mais, disent-ils, des livres divinement inspirés ont dû être divinement copiés. »

Sans doute Dieu n'a pu permettre qu'il s'y glissât des erreurs, quant à ce qui regarde le dogme et la morale; mais il n'est point important ni nécessaire au salut que les hommes soient préservés de toute erreur dans la chronologie. Cet objet est très-curieux, mais on peut en laisser la discussion aux critiques et aux savants sans inconvénient. Revenons à l'authenticité du livre de Judith.

Du temps d'Origène, les Juifs l'avaient en hébreu, ou plutôt en Chaldéen, et, selon saint Jérôme, ils plaçaient ce livre au rang des apocryphes. Saint Clément, pape, a cité l'histoire de Judith dans sa première épître aux Corinthiens, de même que l'auteur des Constitutions apostoliques. Saint Clément d'Alexandrie, Origène, Tertullien, saint Ambroise, saint Jérôme, en font mention. L'auteur de la Synopse attribuée à saint Athanasius, en a donné le précis comme des autres livres sacrés. Saint Augustin, le pape Innocent I,

auctoritas D. Hieronymi, Athanasii et Rufini supra citati, et addi è recentioribus possunt Carthusianus et Cajetanus sub finem Esther. Ad primum, postea, c. 4. Tantum hic observandum, si ob difficultatem temporis calculum, historiam negare liceret, futurum profecto ut omnium penè divinarum librorum labefactaretur auctoritas. Quanta enim chronologia in omnibus difficultas? Narrant eruditissimi inter quos, vel ob hoc solum argumentum, numerari à Chytræo Lutherus non debuit. Ad secundum, Elias in Tishi eodem modo contra Christum Dominum argumentatur, dicens, Nazareth nusquam esse. Ubi verò Bethulia sit, dicam postea, cap. 6. Ad tertium, non attingit Josephus, sed nec refert. Auctores interdum quippiam omittunt, aliumque in locum reservant, quemadmodum pulcherrimam de Oni historiam non in Antiquitatibus, sed in Bello de ratione idem Josephus exposuit, ut etiam hæreticorum gregalis notat Reineccius. Etenim lib. 10, c. 5, de his que ad Assyriorum et Medorum imperium spectarent, alibi se dicturum idem Josephus pollicitus est. Quid quod nobilissimam, verissimam, à prophetis Apostolicisque testatissimam Job historiam, idem Josephus ne verbulo quidem uno unquam attingit? Ad quartum, dixi in Tobia prolegom. 5, argum. hæret. 4 (t). Ad

dans sa lettre à Exupère; le pape Gélase, dans le concile de Rome; saint Fulgence, etc., reçoivent ce livre comme canonique. Il a été déclaré tel par le concile de Trente. Saint Jérôme dit que le concile de Nicée le comptait déjà entre les écritures divines. Ainsi, quoique dans les pièces qui nous restent de ce concile on ne trouve aucune définition sur ce point, nous ne devons pas douter que saint Jérôme n'eût des preuves de ce fait. Origène atteste que de son temps on le lisait aux catéchumènes. (Duclot.)

(t) Quæ in libro Judith narrantur, commentitia, meramque parabolam asserere, impium, temerarium et hæreticum est. — Probatum veterum testimonio ab apostolicis temporibus, qui Juditham cum heroïnam sanctissimam celebrarunt, et christianis viduis in exemplum proposuerunt; et ex libro Judith seu sacra Scriptura testimonia deprompserunt, tum etiam ex Ecclesie judicio, quæ ipsum canonicum esse ac divinum pronuntiauit.

Illud imprimis S. Pauli Epistolæ 1 ad Corinthios cap. 10, 9, 10: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et à serpentibus perierunt: neque innumeratitè, sicut quidam eorum, et perierunt ab exterminatore; illud, inquam, ex libro Judith 8, 24, 25, depromptum est, ubi legitur: Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatientiam suam, et improprium mur-

murationis sue contra Dominum protrulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt. Quia verba ad Juditham: Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelsus, præ omnibus mulieribus super terram. Elisabetha Spiritu sancto efflata imitata est, cum ad virginem Mariam Christi Domini ac Dei nostri Matrem ait: Benedicta tu inter mulieres. (Natalis Alexander.)

quintum, quia, ut sub quartum hujus prolegomeni initium dicebam, citat D. Hieronymus Ecclesiam, respondet Catharinus, ab Hieronymo Ecclesiar nomen pro plebe, seu inferioribus accipi, ut Actorum 20, non pro episcopis aut doctoribus, ut Matth. 23, accipitur. At nunc è vulgo D. ipse Hieronymus? D. Athanasius? Rectius Sixtus Senensis lib. 8 Bibliothecæ, de illius temporis Ecclesiâ, quæ dubitare de libro isto licebat, loqui S. Hieronymum respondet, ante scilicet concilium Nicenum, vel certè post idem concilium, prout quidem ipse Hieronymus existimabat, antequam illud, ut supra dixi, legisset, quemadmodum divus Augustinus de sua ipsius ordinatione, jam ordinatus ex eodem concilio didicit, quod antea nesciebat, ut scribit ipsemet epist. 110, et de eo Possidius c. 3 Vite. De S. Athanasii Synopsi, ejusne sit, à quibusdam debatur; si tamen ejus est, ante Nicenum concilium scripta videtur, ut de Laodicæno concilio dictum. Rufinus in pluribus erravit, ut ostendit D. Hieronymus lib. contra ipsum. Recentiores illi minus à posteriore D. Hieronymi sententiam attenderunt, quemadmodum ipse scilicet Hieronymus initio Nicenæ synodi judicium minus perspexerat. Adjectam ex citatâ Lutheri Prefatione argumentum, si tamen hoc nomine dignum est, unicum. Judith gesta, è probatis, ait, certisque historiis probari non possumus. Quomodo ergo vera? Responderi posset ex his que de Josepho paulò ante dicta sunt. Sed à Luthero quæro è quibusnam probatis historiis probari hanc vellet? sacris, an profanis? si è sacris, non erit Ruth, non Esther, non magnà ex parte Judicum liber canonicus. Nam et historie, quibus ex historiis canonicis probantur? Si è profanis, par adhuc ratio. Profanorum enim scriptorum, quis Josue, Othonielis, Gedeonis, aliorumque Judicum, et Ruth, et Sallis et similium meminit? Perineptè igitur hoc ipsum ab illo exigetur. Aptissimè siquidem cum ad alia, tum ad hoc ipsum, quod in manibus est, D. Hieronymus in Ezech. c. 26: Probare, inquit, possumus multa dici in Scripturis

murationis sue contra Dominum protrulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt. Quia verba ad Juditham: Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelsus, præ omnibus mulieribus super terram. Elisabetha Spiritu sancto efflata imitata est, cum ad virginem Mariam Christi Domini ac Dei nostri Matrem ait: Benedicta tu inter mulieres.

(Natalis Alexander.)

« facta, quæ in Græcis voluminibus non inveniantur: nec debere nos eorum auctori-
tati acquiescere, quorum perfidiam et mendacia detestamur. » Et de hâc ipsâ historiâ Sulpitius, quasi ante oculos ipsum jam Lutherum videret: « Cæterum, ait, illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores « secularium literarum nihil ex his quæ « sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt, « Dei Spiritu prævalente. »

PROLEGOMENON V.

Quarum utilitas.

D. Hieronymus Præfatione in Sophoniam: « Judith, ait, et Esther, in typo Ecclesiæ et occiderunt adversarios, et peritum Israel « de periculo liberarunt. » Dùm verò hunc in librum præfatur: « Accipite, ait, Judith viduam, castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam præconis declarate. « Hanc enim non solum feminis, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remuneratorem virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret. » Sed in Germanicâ libri hujus Præfatione, Lutherum sibi ipsi penè repugnantem audiamus: « Est, ait, liber « pulcher, bonus, sanctus, utilis à nobis « Christianis benè legendus. Verba enim, quæ « hîc personæ loquuntur, intelligenda sunt « tanquam quæ loquatur sanctus poeta vel « propheta ex Spiritu sancto, qui ejusmodi « personas in theatro suo proponit, per eas « que nobis concionatur. » Ex in principio: « Si Judith gesta possent è probatis certisque « historiis probari, liber sanè esset nobilis, et « dignus qui in Bibliis esse deberet. » At hoc in sacrorum librorum nobilitate necessarium haud esse jam dictum est. Si tamen qui librum laudent, boni auctores requiruntur, an superiori prolegomene parùm multi, parùmque nobiles allati (1)?

(1) In Judithâ Deiparæ Virginis typum Deus exhibuit, quæ spiritusalem Holodernem salutis nostræ hostem infensissimum profligat, et tartareas fugat legiones, quæ ab omni peccato immunis fuit, quæ præ omnibus mulieribus benedicta, cujus laudes sancti Christianique omnes celebrant. Cui longè excellentius quàm

PROLEGOMENON VI.

Quarum interpretes.

Scriptis in hunc librum olim 7 libros Bellator antea citatus. Hodie præter Lyranum, Hugonem, et Carthusianum, unus paulò vetustior superest, Rabanus, qui ad Juditham imperatoris Ludovici conjugem, allegoricam expositionem scripsit. Tropologiam persecutus est more suo Petrus Bertorius lib. 18 Mortalium. Extat Gerardii Loricelli Epitome, et, apud Gesnerum Jacobi ejusdem Zilegri Landavi mihi nondum visa Expositio.

PROLEGOMENON VII.

Quis libri hujus ad Biblias alios ordo, et quæ partitio?

Athanasiana Synopsis, D. Augustinus lib. 2 de Doctrinâ Christianâ, c. 8, Cassiodorus divin. Lect. c. 6, alii librum hunc Estheris libro subjungunt. Sed Tobiam inter et Estherem rectè in Bibliis nostris collocari, temporis dispositiones partim in Tobîâ jam habitæ, partim in hoc et Esthere habendæ commonstrabunt. Senensis verò, lib. 1, ait, Græcos in 60 capita librum hunc dividere. Latini 16 habent, Rabanus 22. Ego tres in partes partior: prima Judæorum periculum proponit, usque ad cap. 8; secunda, liberationem, à cap. 8 usque ad vers. 9, c. 15; tertia, quæ liberationem hanc secuta sunt.

Judithæ convenit quod sancta illa heroina de seipsâ dixit: Non permisit me Domine ancillam suam conquirari, sed sine pollutione peccati revocavit me nobis, gaudens in victoriâ suâ, in coactione meâ, et in liberatione vestrâ. Cui meliori jure quàm Judithæ ab hominibus universis Deum adorantibus dici debeat: Benedixit te Dominus in virtute suâ, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.... Benedixit ex te, filia, à Domino Deo excelsis, præ omnibus mulieribus super terram.... Benedictus Dominus, qui creavit celum et terram; qui te direxit in sinu capitis principis inimicorum nostrorum; quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedas laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.... Benedixit te à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.... Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi tui.

(Nathaniel Alexander.)

IN LIBRUM JUDITH

COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Arphaxad itaque, rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, et ipse edificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatane,

2. Ex lapidibus quadratis, et sectis; fecit muros ejus in latitudinem cubitorum triginta; turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum:

3. Per quadrum vero earum (1), latus utrumque vicinorum pedum spatio tendebatur; posuitque portas ejus in altitudinem turrium:

4. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum (2).

5. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui re-

(1) Significare videtur turres quadratas, excubasse extra murum pedibus viginti; id enim fieri soles ad protigendum murum secundum longitudinem ab una turri ad alteram, et ad submovendum inde hostem. In Græco sic habetur: *Turres præterea portis imponit, quarum altitudo ad centum cubitos erecta erat, et latitudo sexaginta cubitis fundata erat*, quod non repugnat editioni Vulgate, quæ expressit prominentiam et procerum turrium, Græca vero ipsam latitudinem et faciem turrium quadratarum.

Posuitque portas ejus in altitudinem turrium; cum in Græco habetur turres portis impositas, significatur hic omnes turres equalis fuisse altitudinis, tam eas, in quibus erant portæ, quam cæteras. (Menochius.)

(2) Cette grande exactitude avec laquelle l'Écriture s'abaisse à décrire la manière dont Arphaxad bâtit cette ville d'Ecbatane, ne doit pas être regardée comme indigne du Saint-Esprit, qui en inspirant à l'écrivain sacré de marquer tout ce détail, a eu dessein principalement de faire connaître combien est vaine toute la force des hommes qui ne s'appuie que sur des murailles et des fortresses, et sur le grand nombre de troupes et de chariots.

Considérons donc ce roi des Mèdes, comme un prince rempli d'orgueil, qui après s'être assujéti plusieurs nations, et avoir bâti une très-puissante ville, dont les murailles ont été composées de pierres de taille, avaient soixante-dix coudées de largeur sur trente coudées de haut, et étaient fortifiées de plu-

CHAPITRE PREMIER.

1. Arphaxad, roi des Mèdes, avait assujéti à son empire un grand nombre de nations, et il bâtit une ville très-forte, qu'il appela Ecbatane,

2. De pierres carrées et taillées; il en fit les murailles de soixante-dix coudées de large et de trente coudées de haut, et il en éleva les tours à la hauteur de cent coudées.

3. Et chacun de leurs côtés carrés s'étendait dans un espace de vingt pieds; et il en fit les portes de la hauteur des tours.

4. Et il se glorifiait comme étant invincible par la force de son armée et par la multitude de ses chariots de guerre.

5. Mais Nabuchodonosor, roi des Assyriens (1), qui régnait dans la grande ville de

sièurs tours de cent coudées de hauteur, se regardait au milieu d'une armée nombreuse et redoutable, comme étant entièrement invincible à tous les hommes. Mais combien se trompait-il dans toutes ces vaines idées, qu'il avait conçues de sa puissance et de sa grandeur, puisqu'il n'était que seulement un instrument de justice dans les mains de Dieu pour châtier tous ces peuples qu'il s'était assujéti, il devait lui-même être exposé bientôt aux rigueurs de cette divine justice, qui se prépara dans la personne d'un autre prince ou ministre de sa fureur pour humilier son orgueil! C'est donc dans ces grands exemples de la confiance vaine et fautive qu'ont eue ces princes en leur puissance, que Dieu veut que nous trouvions des remèdes salutaires contre le plus dangereux ennemi que nous ayons, qui est cet élevation d'un cœur qui s'attribue à lui-même une force qu'il a reçue de Dieu. (Sacy.)

(1) Ayant été destiné de Dieu pour humilier Arphaxad dans ce grand élèvement qu'il avait conçu par l'heureux succès de ses armes, Nabuchodonosor se prépara à le combattre, et il remporta sur lui la victoire. Il est marqué dans le Grec qu'il se rendit maître de ses villes, qu'il prit Ecbatane, et en ruina toute la beauté et la magnificence, et qu'ayant pour suivi Arphaxad, il le surprit dans les montagnes, et le tua.

Mais ce prince ne fut pas plus sage que celui qu'il avait vaincu. Et attribuant à ses propres forces ce grand avantage que le Seigneur des armées lui avait fait remporter, il s'en éleva

salem, et omnem terram Jesse (1), quo-
usque perveniat ad terminos Æthiopie.

10. Ad hos omnes misit nuntios Nabu-
chodonosor rex Assyriorum :

11. Qui omnes uno animo contradixe-
runt, et remiserunt eos vacuos, et sine
honore abiecerunt.

12. Tunc indignatus Nabuchodonosor
rex adversus omnem terram illam, juravit
per thronum et regnum suum (2), quod
defenderet se de omnibus regionibus
his (3).

(1) Ad eos nimirum Arabas, qui australiorem
et occidentaliorem Arabie partem incolunt,
quæ ad Ægyptum vergit, quæ à nostro inter-
prete terra Gosen vertitur, in Hebræo verò
est Gosen, et apud Septuaginta, Gesem.

(Memochius.)

(2) Ea fuit antiquorum principum consue-
tudo, illudque juramentum ipsius erat sacro-
sanctum.

(Vatablus.)

(3) Similis phrasis nostri interpretis cap. 2

qu'à Jérusalem, et dans toute la terre de
Jesse, jusqu'où l'on arrive aux confins de l'É-
thiopie.

10. Nabuchodonosor, roi des Assyriens, en-
voya des ambassadeurs à tous ces peuples.

11. Mais tous, d'un commun accord, refusè-
rent ce qu'il demandait, renvoyèrent ceux
qui étaient venus de sa part, sans qu'ils pus-
sent rien obtenir, et les chassèrent avec mépris.

12. Alors le roi Nabuchodonosor, irrité con-
tre toute cette terre, jura par son trône et par
son royaume, qu'il se vengerait de toutes ces
contrées.

legitur, defenderet se, et c. 2 : In defensionem
alienigenarum, id est, in vindictam. Ad eum-
dem ergo modum, et alie quædam Scripturæ
intelligendæ sunt, ut illa Rom. 12 : Nos sas-
metipso defendentes, charissimi, id est, non
vindictantes. Nam moderata defensio licita est.
Ita pro eo quod in Psalm. 8 habemus : Ut de-
struas inimicum et ultorem, pro ultorem olim
legebatur defensorem, ut observare licet apud
Severum Sulpitium in Vita S. Martini. (Estius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Anno duodecimo regni Nabuchodonosor qui regnavit super Assyrios in Nineve, civitate magnâ,
in diebus Arphaxad, qui regnavit super Medos in Echatanis, — 2. Et edificavit super Echatanis,
et in circuitu muros ex lapidibus sectis, in latitudine cubitorum trium, et in longitudine cubito-
rum sex; et fecit altitudinem muri, cubitorum septuaginta, et latitudinem ejus, cubitorum quin-
quaginta : — 3. Et turres ejus statuit super portas illius cubitorum centum : et latitudinem ejus
fundavit in cubitis sexaginta : — 4. Et fecit portas ejus portas suscitas in altitudinem cubitorum
septuaginta, et latitudinem earum cubitos quadraginta ad exitus exercitus potentium ipsius, et
ordines peditum ipsius. — 5. Et fecit bellum in diebus illis rex Nabuchodonosor adversus regem
Arphaxad in campo magno : — hic est in finibus Ragai. — 6. Et concurrerunt ad eum omnes ha-
bitantes montanarum, et omnes habitantes Esphrates, et Tigrim, et Hydaspem, et campo Irioch rex
Elmacorum. Et convenerunt gentes multæ valde in aciem filiorum Chelcul. — 7. Et misit Nabu-
chodonosor rex Assyriorum ad omnes habitantes Persidem, et ad omnes habitantes ad occiden-
tem, habitantes Ciliciam, et Damascus, Libanum et Antilibanum, et omnes qui habitabant ad fa-
ciem maritimæ. — 8. Et qui in gentibus Carmeli, et Galaad, et superiorem Galilæam et magnum
campum Esdreim. — 9. Et omnes qui in Samariâ, et civitatibus ejus, et trans Jordanem usque
Hierusalem, et Betane et Chellus, et Cades, et fluminis Ægypti, et Taphnas, et Ramesse, et om-
nem terram Gosen. — 10. Usque ad veniendum supra Tanim, et Memphim, et omnes habitantes
Ægyptum usque ad veniendum super fines Æthiopie. — 11. Et vilipenderunt omnes habitantes
universam terram verbum Nabuchodonosor regis Assyriorum : et non convenerunt ei ad bellum;
quoniam non timerunt eum; sed erat coram eis tanquam vir æqualis. Et remiserunt nuntios
ejus vacuos in ignominia ante faciem suam. — 12. Et indignatus est Nabuchodonosor super om-
nem terram hanc valde, et juravit per thronum, et regnum suum; nimirum ulturum se omnes
fines Cilicie, et Damascenæ, et Syrie, interempturum gladio suo et omnes habitantes in terrâ
Moab, et filios Ammon et omnem Judæam, et omnes qui in Ægypto usque ad veniendum super fi-
nes duorum marium. — 13. Et aciem struxit in virtute sua adversus Arphaxad regem in anno se-
ptimo et decimo; et prævaluit in prælio suo, et evertit omnem virtutem Arphaxad, et omnem
equitum ejus, et omnes currus ejus. — 14. Et dominatus est civitatibus ejus. Et pervenit usque
Echatanis, et obtinuit turres, et prædatus est plateas ejus, et ornatum ejus posuit in opprobrium
ejus. — 15. Et cepit Arphaxad in montibus Ragai, et confixit eam in jaculis suis, et exterminavit
eum usque in illam diem, — 16. Et revertit eum eis ipse, et omnis commixtus ejus, multitudo vi-

rorum bellatorum plurima valde. Et erat ibi torpens, et epulans, ipso, et virtus ejus per dies centum viginti.

COMMENTARIUM.

Sunt capitis hujus parces dux. In priore ostenditur quemadmodum Arphaxado, Medorum regi, bellum inferat Assyriorum rex Nabuchodonosor; in posteriore, quemadmodum populus, aliis pluribus. Et verba quidem contextus nota si spectentur, commentario vix ullo indigent; in ea tamen ipsa, si vel modice inquiratur, difficultatum illico seges exurgit, de quibus, ut in Tobie libro adhuc feci, agam deinceps.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Cur, in libri hujus principio statim dicitur
Itaque?

Homiliæ 2 in Ezechiel, D. Gregorius, ejus libri principium exponens: « Prima, inquit, et questio nobis oritur, cur is, qui nihil adhuc et dixerat, ita exortus est, dicens: *Et factum est in tricesimo anno*? Et namque sermo conjunctionis est; et scimus, quia non conjungitur sermo subsequens, nisi sermoni precedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: *Et factum est*, cum non sit sermo, cui hoc, et quod dicit, subjungat? Eodem et ego modo, cum ad connectendum, et aliud ex alio colligendum particula, *Itaque*, adhibeatur, quomodo ab ea iste liber incipit? Cum quo per eam priori prima ejus sententia conjungitur, aut à quo colligitur? Sanè verò, quia et Machabæorum liber 1, et in Hebræo textu Exodus, Leviticus, Numeri Josue, Judices, alique divinarum Litterarum libri complures ab istiusmodi voculis incipiunt, et ea Litterarum Israelitarum majestas est, ut vel minimus in his apex præteriri, spernive non debeat; dicam cur id fiat breviter. Optimus, meo quidem sensu, prophetarum minorum interpres Ribera, Hebræe ait linguæ idiotismum, ut particula *et*, nullo interdum copulandi officio fungatur, sed redundet. Similiter et in Hebræe grammaticæ parte 4, c. 2, Bellarminus, « nota, inquit, copulativa significans *et*, atque, autem, sæpius et similè proponuntur ad initia librorum vel sententiarum, ornatis gratiâ. » Posset tamen in ista etiam initia propria illa vel copulandi vel concludendi via retineri, idque duorum modorum alterutro. Unus est, quem loco citato tradit S. Gregorius, ut per istiusmodi sermonis vincula devincatur exterior sacri auctoris oratio cum interiore illâ oratione, quam animo auctor idem viderit vel audierit. Fit enim non

nunquam ut secum ipse interioris quispiam loquatur, vel aliam quasi loquentem videat, tuncque subito in exteriorem, quæ huic ejus cogitationi respondeat, vocem prorumpat, et hæc illi connectatur, quæ animum intrinsecus, non aures vel oculos extrinsecus percussit. Ita enim, secundum litteratorum sectionem, incipit elegiæ 17 Propertius:

*Et meritis quoniam potui fugisse puellam,
Nunc ego desertas alloquor alcynosas.*

Et Ovidianæ Canace:

Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris,

Obliuiscit à domina cæde libellis erit.

Sanctæ huic generi assimilia in Tullianarum Epistolarum initis hæc: *Tu igitur, Tu verò, An tu?* Modus alter est, ut cum scripto alio, quod istud de quo agitur antecessit, fiat connectio. Atque mihi ad omnia penè sacrorum, in quibus historia est, librorum initia modis hic pertinere videtur. Vel enim cum iis Bibliorum libris, qui extant, jungantur, ut Exodus, Leviticus, alii, vel cum publicis Israelitici populi monumentis, à quibus ii excerpti. Est enim sciendum, fuisse in Orientis more, ut à certis constitutisque hominibus publica populorum gesta litteris mandarentur, studioque custodirentur, ut contra puerilem Græcorum historicorum statum de Ægyptiis, Chaldeis et Phœnicibus docet lib. 1 in Apionem Josephus, qui *ἱστορίας* *ὑπομνήματα*, publicas descriptiones appellat, tandemque idem de Israelitico suo populo testatur, dicens: « Hoc, publicarum descriptionum munus sacerdotum principibus et prophetis demandarunt. » Quia et addit istiusmodi commentarios ad sua usque tempora conservatos. Legendum enim apud ipsam *τοὺς* *κατὰ* *τὰς* *χρόνους*. Atque hanc scribendi rationem imitati etiam postea sunt Romani, uti testes Tranquillus, Plinius, Tullius. « Ab initio, inquit iste lib. 2 de Oratore, rerum Romanarum, usque ad P. Mutium pontificem maximum res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, et offerebatque in album, et proponebat tabulam dumtaxat, potestas ut esset populo cognoscendi, si qui etiam nunc annales maximi nominantur. » Et primò de Legibus, Atticum pontificem maximorum annales citantem inducit. « Cæsarum, ait Præfatione in Joannem Marius, priscis temporibus, apud Ecclesiam fuisse diaria et annales, in quibus res gestas

« ut quoque notata dignissime et ad doctrinam
 « sacre propagationem utilissime videbantur,
 « continuatâ serie inscribentur illi, qui quoque
 « tempore eleganti eruditione, pietatisque præ-
 « stantes in populo Dei vivebant, satis docet,
 « cum aliæ, quæ sæpè laudantur, quamvis
 « jam intercederunt, regum historia, tum liber
 « Bellorum Domini, et liber Recti, in quo et
 « Josue nostri et Samuelis, Saulisque gesta
 « fuisse inscripta certum est. Quin ipse sacra
 « Litteræ (Num. 21, v. 27) eos tales annalium
 « sive diariorum scriptores hæmæschetum ap-
 « pellat, hoc est, argutos, scitose, facetosque
 « homines, et subiles ac elegantes scriptores.
 « Maschaf enim dicendi scribendive genus est
 « urbanum, ingeniosum, facetum, elegans.
 « Nimirum isti res omnes, quæ memorabiles
 « usquam, in costu Dei, eveniebant, prout
 « magis minus insignes, partim ligatâ oratio-
 « ne, alias solutâ conscribent. » Ex hisce
 igitur tabulis, publicisque Commentariis non-
 nulla interdum excerpta, vel certè ita con-
 scripta, ut in unum cum illis corpus compingi,
 tandem adjungi possent, supersunt, et ea per
 et, itaque, similesque connexionis vœculas in-
 cheantur, quemadmodum et omnes omnino
 Goriionide Josephi libri.

QUESTIUNCULA II.

*Num ante vel post captivitatem Babylonicam,
 libri hujus historia contigerit?*

Ante captivitatem Babylonicam contigisse
 asserunt nonnulli, sed bifariam. Vel enim cer-
 tum ante captivitatem illam tempus nullum
 definiant, vel definiant. Illi sunt Canus lib. 11,
 de Locis Theologicis, c. 6, et Carion in Mo-
 narchiâ secundâ. Illi verò sunt triplices : nam
 Genebrardus lib. 2 Chronol. in Sedecie regis
 tempora eam historiam cōjicit. Joannes Be-
 nedictus, et apud ipsum Ziglerus in Judæa ;
 noster verò Bellarminus lib. 4 de Verbo Dei,
 c. 12, in Manasse. Post captivitatem verò
 eidem historiam tempus tribuunt alii, sed sex-
 naptiter : primò enim Zonaras ad Nabuchodo-
 nosorem magnam eam revocat, ad Cambysen
 verò bene multâ, Eusebius in Chronicis ; Ven.
 Beda de Temporibus, et libro de sex Ætatis ;
 Rabanus hoc loco, sed timidè ; Glycas parte 2
 Annalium ; Otto Frisingensis lib. 2, c. 15 ;
 Suidas verbo *Oloferas*, historiâ Scholasticâ ;
 Lyranus in Tobie fine ; Hugo cardinalis hoc
 loco, itemque Carthusianus ; Joannes Thiedo-
 lib. 4 de Scripturis, c. 2 part. 2, l. 3, c. 5,
 part. 3, et secundum quosdam, verbi causâ,

Canum loco citato, Philo ille Pseudophilus.
 Tertio D. August. lib. 18 Civit. c. 26, cum
 de tempore à Cyro ad Darium usque ageret,
 « per idem, ait, tempus etiam illa sunt gesta,
 « quæ conscripta sunt in libro Judith, quem
 « sanè in Canone Scripturarum Judæi non
 « receperunt dicuntur. » Joannes Benedictus ita
 D. hic Augustinum intelligit, quasi diceret,
 per Cyri tempus, cum potius à Cyro usque ad
 Darium, tempus, ut dixi, proponat. Sieque, ut
 rectè advertit loco citato Bellarminus, à superi-
 ore vix sententiâ differat. Jam quartò ad
 Xerxis ævum eandem historiam trahunt
 Suidas verbo *Judith* ; Julius Africanus apud eam-
 dem Suidam ; Ribers in cap. 2 Nahum. Quintò
 Darii Hytaspis tempus Mercatori magis placet,
 necnon Philoni, prout ipsum alii exponunt.
 Sextò denique Artaxerxis Ochî tempore totam
 hæc historiam accidisse scribit in Historiâ suâ
 Sulpitius (1).

(1) La plupart des chronologistes * font
 vivre Judith avant la captivité de Babylone
 et sous le règne de Manassé ; mais ils ne s'ac-
 cordent ni sur le temps où elle a sauvé Bé-
 thulie, ni sur ce qu'était le Nabuchodonosor
 dont l'armée fut détruite sous les murs de
 cette ville. Les uns veulent que ce soit Assa-
 radon ; d'autres Sennedechim, roi de Baby-
 lone ; plusieurs prétendent que le siège de
 Béthulie eut lieu pendant la captivité de Ma-
 nassé ; quelques-uns disent que c'est après le
 retour de ce prince dans ses états, presque
 tous enfin conviennent que leurs systèmes
 présentent bien des difficultés.

En recherchant d'où pouvaient venir ces
 difficultés, un savant religieux, dont nous ne
 faisons qu'abrégier les réflexions, a dû en trou-
 ver la source dans l'erreur des historiens, qui
 renvoient le règne du Nabuchodonosor de
 Judith au temps de Manassé, et après les rois
 d'Assyrie dont parle l'Écriture, tandis que la
 narration de l'auteur sacré et la suite naturelle
 des faits exigent que son règne soit avancé de
 120 ans environ, et placé dans un interrègne
 qui suivit la mort d'Amasis ; de sorte que ce Na-
 buchodonosor soit, non le dernier, mais le pre-
 mier des rois d'Assyrie et le vrai fondateur de
 la grande monarchie assyrienne. C'est ce que
 nous allons essayer de démontrer. Mais pour
 bien saisir nos preuves, il faut avoir sous les
 yeux la suite des rois tant d'Assyrie que de
 Juda, telle que la présentent le quatrième
 livre des Rois, le deuxième des Paralipomè-
 nes, le livre de Tobie et celui d'Isaïe.

* Cette dissertation nous a été communi-
 quée par le Rédacteur de l'*Ami de la Religion*,
 avec permission de la part du respectable
 ecclésiastique qui l'a rédigée, d'en faire usage
 si nous le jugeons à propos. Nous pensons que
 nos lecteurs ne nous sauront pas mauvais gré
 de leur avoir mis sous les yeux un moyen qui
 tend à résoudre une question historique qui
 n'a jamais été jusqu'ici résolue d'une manière
 tout-à-fait satisfaisante. (Glaire.)

1. Opinonum ego istarum, quæ post captivitatem hæc historiarum tempus querunt, nulli assensior, quia vel Hierosolyma tunc nulla erant, vel ita paulatim reedificabantur, ut contra fin-

timas sese tueri satis haberent, Esdræ 1, c. 4 et 5, lib. 2, c. 4. Templum etiam tunc vel prostratum jacebat, vel non nisi sensim excitabatur, ut ex hisdem locis et Aggæi 1 perspi-

SECUNDUM CHRONOLOGOS.	SECUNDUM NOS.
NABUCHODONOSOR I ^{us} , selon nous. Il subjugué la Médie, etc. etc. Hierosolyma perit domus Bethulie.	AMASIAS règne 29 ans. Interrègne de 15 ans.
Psalm. Il transporte au roi d'Israël un tribut de trois talents (1 Reg. 15, 25). Il transporte au même les tribus de Ruben et de Gad, et la moitié de la tribu de Manassé (1 Par. 5, 26).	AMASIAS règne 50 ans.
TOBIAS (TARGUM). Il pille le royaume de Juda sous Achaz (2 Par. 28, 20). Il transporte en Médie les tribus de Nephthali et les restes des tribus de Gad et de Manassé (2 Par. 35, 20, et 4 Reg. 17, 6).	JOACHAZ . . . 16 ans.
SAULONIDES. Il détruit le royaume d'Israël; il en transporte les habitants en Assyrie et en Médie (2 Par. 1, 4, et 4 Reg. 17, 6). Il conquiert le pays de Babyloniens et d'autres nations (4 Reg. 17, 24).	ACHAZ . . . 16 ans.
SEVERUSIDES. Il attaque le royaume de Juda; son armée est détruite sous les murs de Jérusalem (4 Reg. 18, 25).	ELIACHIM . . . 20 ans.
AMASIAS (4 Reg. 19, 37). Il renvoie Manassé captif à Babylone (2 Par. 33, 21). La Médie continue, depuis la conquête faite par Nabuchodonosor I ^{us} , à faire partie de l'empire assyrien. Tobas, captif à Ninive, capitale de cet empire, fait le voyage de Ragas en Médie (2 Par. 33, 21). Son fils va en Médie (2 Par. 33, 21) et y épouse une fille de la famille (4 Reg. 18, 25). Il a donc tout le sort de son père, ce lui voit aussi mettre de la Médie que de l'Assyrie elle-même.	MANASSÉ . . . 55 ans.
NABUCHODONOSOR I ^{us} , selon la plupart des chronologistes.	

Voyons s'ils ont raison de le placer ici. Tout le monde convient et doit convenir que le Nabuchodonosor de Judith régnait à Ninive; qu'après avoir vaincu Arphaxad, il subjugué la Médie; qu'Holopern, général de ses troupes, ravages ou soumit la Mésopotamie, la Cilicie, la Syrie, le pays des Madianites, des Moabites, des Ammonites et l'Idumée; que de là il entra dans la Judée, mit le siège devant Bethulie, et y périt avec presque toute son armée (Judith. 4, 15). Selon nous, ce Nabuchodonosor a régné avant Psal; selon la plupart des chronologistes, il n'a régné qu'après Assaraddon, ou bien il n'est autre qu'Assaraddon lui-même. Mais dans notre système tout s'explique naturellement; les autres systèmes au contraire présentent non-seulement des inconvénients, mais encore des difficultés insurmontables. Pour abrégé, nous ne citons que les plus saillantes.

PREMIER INCONVENIENT. Le livre de Judith ne nomme pas le roi de Judée sous lequel est arrivée la délivrance de Bethulie, et cela contre la coutume de l'Écriture sainte, qui partout ailleurs indique avec soin et le nom du roi et l'année du règne où arrivent les événements. Si donc l'histoire de Judith a eu lieu sous Manassé, pourquoi ce prince n'est-il pas nommé? pourquoi ne voit-on paraître que le grand-prêtre

Eliachim? De plus les chronologistes que nous combattons appliquent à la captivité de Manassé ces paroles d'Achior: *Parvini ex Hebræis adducti sunt in terram non suam* (Judith. 5, 22). Il faut donc qu'ils appliquent à son retour ce qui suit immédiatement: *Nuper reversi ex dispersione et ascenderunt montem suum*, etc. Ni dom Calmet, ni les autres commentateurs ne répondent à cela rien de raisonnable et de satisfaisant.

Dans notre système la difficulté s'évanouit. Pourquoi le roi de Juda n'est-il pas nommé? pourquoi le grand-prêtre paraît-il constamment seul? Parce qu'il n'y avait point de roi, mais seulement un régent. Il n'y avait point de roi, disons-nous, en voici la preuve: A la mort d'Amasias, son fils Oziel ou Azarias avait environ deux ans, et ce ne fut qu'à seize ans qu'il fut déclaré roi (4 Rois. 14, 21), ce qui forme un interrègne de 15 ou 14 ans. Cet interrègne, on le retrouve dans le texte sacré (c. 14 et 15) en confrontant les règnes d'Amasias et d'Azarias avec celui de Jéroboam II, roi d'Israël. En effet, Amasias règne 29 ans; Jéroboam II monta sur le trône à la quinzième année du règne d'Amasias; Azarias n'y monte que la vingt-septième année du règne de Jéroboam, treize ans plus tard qu'il n'avait dû y monter, puisque son père était mort la quatorzième année du règne de Jéroboam. Le grand-prêtre Eliachim, qui paraît seul dans ce long interrègne, qui donne des ordres partout, qui gouverne, ne pouvait être que régent du royaume de Juda.

DEUXIÈME INCONVENIENT. Arphaxad, avant d'être vaincu et de voir la Médie conquise par Nabuchodonosor I^{us}, avait bûi Echataine et subjugué beaucoup de nations (Judith. 1). Mais comment cela aurait-il pu se faire au temps d'Assaraddon et de Manassé comme le veulent nos chronologistes? Ils répondent que les Mèdes avaient alors secouru le joug des Assyriens. Voilà une supposition qui ne porte sur aucun témoignage ni sacré ni profane: elle n'est pas seulement gratuite, elle est encore invraisemblable, en ce que ce prétendu second royaume de Médie se serait élevé, serait devenu vaste et puissant, précisément sous le plus puissant des rois d'Assyrie. Est-il permis de supposer qu'Assaraddon se soit amusé à ravager le pays des Philistins et l'Égypte, si loin de ses états, et à en transporter les habitants dans l'Assyrie, durant trois années entières (Isaïe 20), laissant du reste, presque au centre de son empire, la Médie se révolter et se créer un roi, donnant à ce roi tout le temps de bâtir et de fortifier en belles pierres de taille une puissante ville, et enfin de lui jurer beaucoup de nations? La vérité est que, selon Hérodote et Diodore de Sicile, d'accord en cela avec le livre de Tobie, Echataine est plus ancienne qu'Assaraddon; que la Médie, une fois conquise, est demeurée constamment soumise aux rois d'Assyrie jusqu'à Cyrus, 120 ans après Manassé, et que par conséquent le Nabuchodon-

cuum. Deinde sub extrema Persicarum monarchia tempora, licet aliquo jam modo et Hierosolyma et templum reflorescerent, quemadmodum quæ de Alexandro Magno contra Darium ten-

ser qui l'avait assujettie à vécu avant Assaraddon, avant Phul lui-même, que l'on voit, ainsi que tous ses successeurs, disposer de la Médie en maître absolu.

TROISIÈME DIFFICULTÉ. Le grand-prêtre Eliachim, exhortant les Israélites, leur rappelle la victoire de Moïse sur Amalec; Judith, de son côté, prie le Seigneur de traiter l'armée des Assyriens comme il a traité celle de Pharaon. Mais si le siège de Béthulie avait eu lieu sous Manassé, n'était-il pas beaucoup plus naturel et plus utile de citer le désastre tout récent de Sennachérib que d'en aller chercher d'autres si anciens et beaucoup moins propres à la circonstance?

QUATRIÈME DIFFICULTÉ. Si l'histoire de Judith avait eu lieu sous Manassé, c'est-à-dire après Phul, Théglathphalassar, Salmanassar, qui tous avaient porté leurs armes dans la Palestine, et surtout après Sennachérib, rien n'eût été plus absurde de la part d'Holoferne que de s'informer, comme il fait, de ce que c'était que ce peuple hébreu, que de s'étonner de ce qu'il osât songer à se défendre, que de s'irriter de la réponse d'Achior: ne devait-il pas, lui et tous ses généraux, et tous ses soldats, connaître le peuple hébreu, soit par les expéditions précédentes, soit par le désastre de Sennachérib, arrivé de son temps et peut-être sous ses yeux? Mais non, il a tout oublié: il interroge les capitaines moabites, ammonites, etc., voisins de cette terre des Hébreux qu'il ne connaît pas. « Seigneur, aurait dû lui répondre Achior, avez-vous perdu la mémoire de tant d'expéditions faites par vos rois en Judée, de ce siège de Samarie qui seul coûta trois ans à Salmanassar, de ce peuple d'Israël encore aujourd'hui captif en Assyrie et en Médie? Ne vous souvenez-vous plus du père de votre roi actuel, et de 185,000 hommes qu'il a perdus en une nuit devant Jérusalem, et il y a quelques années? » Ces réflexions, si on voulait les approfondir, suffiraient seules pour renverser de fond en comble tous les systèmes qui placent Judith après Ezéchias. On le voit, les invraisemblances s'accumulent ici les unes sur les autres. Placez au contraire Judith et Nabuchodonosor au temps de l'interrègne d'Amasias, cent ans avant la défaite de Sennachérib, tout s'explique de soi-même, puisque alors les Assyriens, se trouvant pour la première fois aux prises avec les Hébreux, et ne les connaissant pas encore, avaient droit de demander aux princes voisins de la Judée ce que c'était que ce peuple.

CINQUIÈME DIFFICULTÉ. L'Écriture ne parle que d'une seule ville nommée Béthulie, et la met dans la tribu de Siméon, au midi de la tribu de Juda (Josué, 19). Nos chronologistes en supposent ou plutôt en créent une seconde: c'est-à-dire qu'ils prennent une ville de Bethléhem, située dans la tribu de Zabulon, au nord de la terre sainte, et de leur propre autorité ils changent son nom en celui de Béthulie, ce qui est non-seulement téméraire, mais encore peu favora-

dente, Hierosolymaque veniente docet apud Joseph. lib. 11, c. 8, Historia; nihilominus tamen nullus tùm Eliacim erat pontifex; Assyriorum sceptrum conciderat; Medorum re-

ble à leur cause. En effet, si la Béthulie de Judith était, comme ils le veulent, au nord et dans la tribu de Zabulon, elle appartenait au royaume d'Israël. Dans cette supposition, je dis: Le fait de Judith a eu lieu ou avant ou après la ruine du royaume d'Israël. Si c'est avant, pourquoi le roi d'Israël ne paraît-il pas? pourquoi est-ce le grand-prêtre, étranger et même odieux à ce royaume schismatique, qui y commande, qui ordonne les préparatifs de défense, qui y prescrit des jeûnes et des prières, qui y parle de sauver, non Samarie, qui était la plus exposée, mais Jérusalem et son temple? Si c'est après la ruine d'Israël, les Israélites étaient captifs en Assyrie, les villes d'Israël étaient pleines d'Assyriens, que Salmanassar paraît établir pour repeser le pays: et ainsi c'est à des Assyriens que le grand-prêtre aurait adressé ses lettres, imposé des jeûnes et des prières, pour que Dieu les protégeât contre les Assyriens!

Nous disons, nous, que la ville de Béthulie, où vivait Judith, était au midi de la terre sainte, tout près de l'Idumée. La marche même d'Holoferne en serait la preuve au besoin. Après avoir ravagé ou conquis la Cilicie, la Syrie, la Mésopotamie, au lieu d'entrer dans la terre sainte par le nord, on le voit descendre vers le sud de la rive gauche du Jourdain, soumettre en passant les Madianites, les Moabites, les Ammonites, dont il emmène avec lui les principaux chefs, et arriver dans l'Idumée, où il réunit toutes ses troupes et s'arrête trente jours (Judith. 2, 16, et 5, 15). C'est alors qu'il apprend avec surprise que les Israélites se mettent en défense, et dès le lendemain (remarquez la date), il commence le siège de Béthulie (Judith. 5, 1, et 8, 11). Cette ville était donc sur les frontières de l'Idumée, où campait Holoferne. C'est ce que prouve encore plus directement l'Écriture sainte. Car non-seulement le mari de Judith et Ozias, habitants de Béthulie, étaient de la tribu de Siméon (Judith. 6 et 8); mais Béthulie elle-même appartenait à cette tribu (Jos. 19, 4). Or la tribu de Siméon était établie au sud de celle de Juda et touchait à l'Idumée (Jos. 15, 21). Son territoire ne fut même dans l'origine qu'un démembrement de celui de Juda: il y était enclavé et comme incorporé par sa situation; et c'était Josué lui-même qui avait détaché de Juda treize villes parmi lesquelles figure Béthulie, pour les donner à la tribu de Siméon (Jos. 1, 2, 4). Aussi cette tribu, isolée et séparée du royaume d'Israël par la tribu de Juda, obéissait-elle aux rois de Juda (2 Paralip. 10, 17); et c'est des descendants de Siméon qu'il faut entendre ce que dit l'écrivain sacré, que les Israélites tremblèrent et se mirent les premiers en défense (Judith. 4).

Nous ne nous arrêterons pas au système suivi par ceux des anciens et des modernes qui mettent Judith après le retour de la captivité de Babylone, les uns sous Cambyse, les autres sous Darius, fils d'Hystaspe. Un mot

gnum satrapia jam erat, omnia denique unâ Persicorum monarchiarum ditione atque dominatu tenebantur. At verò infra, c. 4, v. 2 et 6, c. 15, v. 9, c. 16, v. 22, stat templum,

suffit pour le réfuter; c'est qu'au temps de Judith, les Assyriens dominaient en Asie, et qu'après la captivité, il n'y avait plus ni empire d'Assyrie ni Assyriens. Quelques modernes font vivre Judith sous Josias, sous Sédécias. Mais indépendamment des difficultés exposées plus haut, ils ne peuvent évidemment trouver les longues années de paix qui suivirent sa victoire; ils ne peuvent pas même trouver le Nabuchodonosor de Ninive, puisque Ninive fut détruite sous Josias, après s'être amoillie et affaiblie sous ses derniers rois, qui n'étaient rien moins que des conquérants.

Il nous reste à éclaircir trois ou quatre points qui offrent à peine l'apparence d'une difficulté.

1^{re} Pourquoi mettons-nous dans l'interrègne après Amasias un grand-prêtre nommé Eliachim? *Rép.* Parce qu'ayant prouvé qu'on doit y placer Judith, il faut bien y placer aussi Eliachim son contemporain: rien ne s'y oppose d'ailleurs, puisqu'on n'a aucune liste complète des grands-prêtres, et que celle qu'on tire de l'Écriture a une lacune de cent ans au moins.

2^o Comment trouver au temps d'Amasias ou auparavant de quoi vérifier ce que dit Achior d'une captivité des Hébreux et de leur délivrance toute récente? *Rép.* 1^{re}. Tout n'est pas écrit dans les livres des Rois ou des Paralipomènes; les auteurs sacrés nous en avertissent souvent. 2^o Les paroles mêmes d'Achior (Judith, v. 22) prouvent qu'il ne s'agit ici ni de la captivité des dix tribus d'Israël, ni de celle des Juifs à Babylone. Car alors ce n'est pas seulement un grand nombre d'Hébreux, prisonniers, mais le corps même du peuple hébreu qui fut emmené en captivité, et qui le fut, non par beaucoup de nations, *multis nationibus*; mais par les seuls Assyriens. On a prouvé plus haut (1^{re} difficulté), qu'il ne s'agit pas non plus de la captivité de Manassé. Il n'est donc question que des désastres que les Hébreux, à cause de leurs péchés, éprouvèrent en différents temps de diverses nations, telles que les Élamites, les Syriens, les Égyptiens, les Philistins, les Ammonites, etc. 3^o. Au livre 4 des Rois, 13, et 2 Paralip. 24, et 4 Rois, 14, on voit comment Amasias et son peuple furent traités par les rois d'Israël; on voit comment, sous le règne de Joachaz, roi d'Israël, et de Joss, père d'Amasias, Dieu livra Juda et Israël, entre les mains d'Hazaël, puis de Bénadad, roi de Syrie; comment à la prière de Joachaz, les Israélites furent délivrés de l'oppression. Les paroles que l'historien sacré emploie pour raconter cette délivrance vérifient assez celles d'Achior, qui du reste, il faut le remarquer, en sa qualité d'étranger, a bien pu ne pas s'exprimer avec une exactitude rigoureuse sur l'histoire du peuple de Dieu.

3^o Comment expliquer le passage suivant du discours d'Achior: *Templum Dei coram faciem car in parietibus?* — *Rép.* Ces mots, qui se trouvent ajoutés dans la version grecque, ne signifient pas que le temple a été renversé,

vigent Hierosolyma, pontificatum gerit Eliachim. Et c. 4, Assyriorum rex adhuc est; Ninive triumphat; Media regni adhuc dignitatem et quidem præpotentis obtinet. E contrario Babyloniorum hic regum nulla mentio. Persidis verò sit, cap. 1, mentio in Græco, et cap. 16, in Latino, sed tanquam obscuræ adhuc regionis, et quam facillè terreret adhuc Assyrius.

Il. Aute captivitatem omnia hæc evenisse opinor, non tamen Sedecias temporibus qui cum tot bellis et calamitatibus Sedecias regni principio exhausta esset et Judæa et cæterarum tribuum regio, 4 Reg. 24, et ipse anno regni sui nono Hierosolymæ circumscissus, tandemque miserrimè captus fuerit, ipsumque à Nabuzardan templum incensum ibid. c. 25. Quomodo in istud tempus congruat, quod hic infra scriptum est c. 16, v. 30: *In omni spatio vivit ejus (Judith) non fuit, qui perturbaret Israel; et post mortem ejus vivit multis?* Et quomodo Nabuchodonosoris annus 15, de quo hic c. 2, v. 1, vel etiam 18, qui in Græco est eodem c. 2, conveniat cum Sedecias annis explanatè positus 4 Reg. c. 25, et Jerom. 32? Nam

mais qu'il a été profané par les infidèles, qui en ont foulé aux pieds le pavé comme celui d'un lieu profane. D'ailleurs Achior ne parle pas d'un fait unique, mais de ce qui avait coutume d'arriver autant de fois que les Israélites avaient irrité la justice divine: en effet, le temple fut plus d'une fois profané, pillé, mais non détruit dans ces occasions. Le texte cité, fût-il donc aussi authentique qu'il est douteux, ne prouverait rien contre notre système.

4^o. Pourquoi lit-on dans le livre de Judith que les enfants d'Israël envoyèrent jusqu'à Jéricho, jusqu'au pays de Samarie, pour garder les passages? *Rép.* Parce que Jéricho, par rapport à Béthulie et à toute la tribu de Simeon, était à l'extrémité opposée du royaume de Juda, et qu'on pouvait craindre que la cavalerie d'Holoferne, pour éviter les montagnes du sud de la terre sainte, n'allât passer le Jourdain vers Jéricho, en traversant le pays de Madian, déjà conquis par ce général. Du reste, le texte sacré ne dit pas que les Israélites entrèrent dans le pays ou dans la ville de Samarie, mais qu'ils firent le tour des frontières, *per circuitum*. On lit encore que le grand-prêtre Eliachim parcourut tout Israël: c'est qu'en effet il parcourut tout le pays des Israélites établis au milieu et au sud de la tribu de Juda, c'est-à-dire les tribus de Simeon et de Benjamin, faisant occuper les passages par où l'ennemi aurait pu pénétrer jusqu'à Jérusalem, en partant de l'Idumée, comme on l'a vu ailleurs. Mais le grand-prêtre n'entra point dans le royaume d'Israël, il n'y avait pas besoin, et Jérôme II, qui y régnait, n'aurait pas souffert qu'il y donnât des ordres. (Judith. 4. 3 et 11.) (Bible de Glaire.)

cum Sedecie obsidio coperit anno ejus nono, et annus ejusdem decimus dicatur ab Jeremiâ, v. 4. Nabuchodonosor 18. annus verò illius undecimus, hujus sit 19, 4 Reg. c. 25, v. 8, nonne secundum Græcorum hic positum numerum, Hierosolymam altero jam anno obsideret Nabuchodonosor, et in alia quasi pace bellum contra Judæos moliretur? Nonne secundum Latinorum calculum anno Sedecie quinto bellum auspiceretur, et quarto postmodò anno reverteretur, ut diuturnior Judæis pax et requies nulla esset?

III. Josie tempus multò est omnibus historiis hujus gestis accommodatus. Etenim annorum ei triginta et unus pax fuit, ipsiusque tempore viguit Dei cultus vel maxime; summa sacerdotum fuit auctoritas, et sub extremum vitæ idèò contra Ægyptium regem regi Assyrio induisse videri possit 4 Reg. c. 23, v. 29, ne tantam istam à Judith acceptam cladem ulcisci unquam ille vellet. Accedit quòd annorum octo erat Josias cum regnare coepisset, 4 Reg. c. 22, v. 1, ut verisimile sit, omnia tùm quæ momenti majoris erant, non à rege porulo, sed à pontifice prudentissimo administrata fuisse; deinde justam postea vitam Josie apud Assyrium regem excusationem, se scilicet puero et incho, tantam ipsius copis et duci perniciem allatam, eamque opinionem ut tueretur, voluisse regis Ægyptiorum Assyrio bellum inferentis iter impedire. Duo tamen obijciuntur. Unum, necessarium fore ut Judith cum Holofernem sustulit, annorum esset aut 75, aut 80, aut certè non multò minùs. Cum enim annos 105 vixerit, cap. ult. v. 28, postquàm nobilissimum istud factum, tota ejus vitâ, imò et post ejus mortem, annis pluribus pax Israelitis fuerit ibid., vers. 30; si à Josie regnantis principio tranquillitatis annos 30 sumamus, hosce duas in partes dividere oportebit, ut alii tot numero sint quot residui ejus vitæ anni fuerunt, alii pacis post ejus mortem anni sint. Si faciamus residuos vitæ annos fuisse decem, erunt 20 pacis, si vitæ annos 20, erunt pacis decem, sicque de aliis numerorum commutationibus. Detrahantur verò isti 30 ex 105, residui erunt 75. Si anno regni Josie 5 istud fecit, omnes et reliquæ ipsius vitæ et post eam, pacis erunt tantum 25, qui ex 105 si subducantur, qui restabant erunt 80, sicque in aliis, quoscunque dederis, annis rationari licebit. Atetum ad Holofernem veniret, puella erit, cap. 12, vers. 12. Quomodo ergo nata tam grandis? Alterum, Josie tempore ponti-

fex erat Helcias, 4 Reg. 25, v. 4. Quæ verò Helia historis pontifex est Eliachim c. 5, v. 5, et Joschiam c. 15, v. 9, appellatur? Possent nihilominus responderi pactum Judith vocari loco citato, quia ob pulchritudinem divinitus inditam, c. 10, v. 4, puella videbatur; pontificem verò Josie tempore fuisse Helciam non in ejus regni principio, cum bellum inciperetur, sed annis aliquot postea. Sic enim 4 Reg. c. 22, v. 5: Anno autem octavo decimo regis Josie, misit rex Septim filium Asæ, filii Manassæ, scribam templi Domini, dicens ei: Vade ad Helciam sacerdotem magnum. Sed de his iterum opportuniùs postea.

IV. Accommodatissimum tamen meritò censetur, Manassæ tempus postquam Babylone is rediit, 2 Paralip. 33, vers. 15, quia cum scientia aliæ omnes, præter eam quæ Josie tempore constituit, refutatae sint, et à Manassæ illo reditu, usque ad Josie finem pax perpetua fuerit, nullò hæc sententiâ commodis pacis illud tempus, quod et superstitie ei mortuæ Judith, à Scripturâ cap. ult. v. 50, proditur, explicat. Deinde quia, ut postea videbitur, valde congruit posterior Manassæ pietas, Eliachim pontificatus; aliæque circumstantiæ. Tertio quia eidem opulenti subscripti hæret Petrus in Danielis cap. 1, imò et qui Bellarmino bellum, sed absque armis et viribus indixit; Witsæus loco citato, id, quod hæc de re à Bellarmino assertum videtur, sit, multò probabilius, quàm quod alii opinantur. Quarto, tùm apud Medos, qui Ecbatana, ut infra dicitur, edificavit, potentissimus erat Dejoces; Ninive, ut in Tobie ultimo cap. monstratum est, direpta nondum erat; nondum etiam Hierosolyma, Deique templum dejectum et inflammatum erat. Postremo, quia quæ disseri contra possunt, expediuntur commodè omnia. Sunt autem apud Witsæum ea duplicita. Quædam sunt, quæ sibi ipse objecerat Bellarminus, et dissolverat. Witsæus verò, ut superius alius, quæ argumenta obijciuntur, arripit; neque eorum tantum, quia scilicet non potest, solutiones non modo non expugnat, sed ne oppugnat quidem. Hujusmodi est, cur in bello sit à Judæorum rege tantum silentium, quomodo c. 5 dicantur paulò ante Judæi ex dispersione reversi, quomodo ibidem in Græco templum solo æquatam dicatur, de quibus omnibus eo loco quæ est erant, dicantur. Alia verò sunt, quæ Martie ipse suo facit, et ea, nè in unam omnia questionem compingamus, postea, cum res tulerit, afferentur et quidem ejus ipsius verba.

Nunc illud, contra Lutherum antea Prolegomeno tertio citatum, tantemodò notemus, temporis, in quod historia ista incidit, difficultatem tantam non esse, inveniri ut illud nequeat, quin verò probabiliter admodum non unum, sed duo, ut videmus, tempora proferri, Josiae scilicet, aut ejus avi Manassae.

QUESTIUNCULA III.

Quis Nabuchodonosor hic?

È superiore questione liquet ferè, quae auctorum variorum sententia sit. Nam ex iis qui ante Babylonicam captivitatem gesta hanc fuisse opinantur, alii ipsum Nabuchodonosorem, qui Judae reges ultimos, ipsamque Hierosolymam cepit, esse censeant, ut Zonaras et Gênebrardus, alii alium hoc ipso priorem, et hunc alio nomine dictum putat loco citato Bellarminus *Merodach Baladan*, de quo 4 Reg. c. 20, v. 12. Is verò, qui victoriam istam captivitate illa posteriorem voluit, Nabuchodonosor hic est Persarum regum aliquis, Cambyses, Darius Hystaspis, Xerxes, Artaxerxes, Ochus. Quam nihil videntur sibi hâre.

Primum: Non fuit iste Nabuchodonosor idem ille qui Hierosolymam ejusque reges cepit, 4 Reg. c. 24 et 25, quia iste noster bellum adversus Occidentis partes, in quibus et Judaea fuit, anno regni sui decimo tertio suscepit, vel secundum Græcam textum anno decimo octavo. Sed qui Hierosolymam cepit Nabuchodonosor, regni sui principio contra Joachimum Hierosolymorum regem numero cum exercitu ascendit, 4 Reg. 24, v. 1, et cum servitorem ei servisset Joachinus; id eoquè potius defectisset, iterum copias ad eum Micho emisit Nabuchodonosor, ibid. vers. 2, idemque Nabuchodonosor anno regni sui octavo Joachimi filium Joachimum regem Babylonem captivum abduxit, ibid. vers. 12, Sedechiam regem constituit, qui et septem vel octo annos in fide mansit. Sed cum à Nabuchodonosore postea recessisset; 2 Paralip. 36, vers. 15, ille ira furorque ardens, rursus anno regni sui decimo septimo advenit, Hierosolymam obsedit, eoque decimo nono potius est; 4 Reg. 25, v. 8; quomodo ergo hic cap. 2, vers. 1, vel cum Latino textu, anno regni sui decimo tertio, dum ei adhuc obsequeretur Sedechias, vel cum Græco, anno 18; dum Hierosolymam suo jam exercitu cinxisset, in Judæos bellum appareret? Faciamus tamen citius ab eo Sedechiam descivisse, ipsumque Nabuchodonosorem

anno decimo tertio, qui Sedechie regni quintus erat, contra Occidentem bellum decrevisse, ubi longa illa, quæ plures post Judithæ factus annos Judæam beavit, infra, cap. ult., vers. 30, pax invenietur? An tribus quatuorve annis, qui inter hunc Sedechie annum quintum et nonum illum; quo rediit Nabuchodonosor, possunt ullo modo verba hæc applicari: *In brevi spatio ultra ejus, non fuit qui perturbaret Israel, et post mortem ejus annis multis.* Denique noster iste Nabuchodonosor Ninivem imperabat, ut c. 1, vers. 3, dicitur. At alter ille, etiam postquam Ninivem, prout in Tobie capite penultimo dictum est, evertisset, Babyloniæ regnabat; quemadmodum ex bonâ illi Pererit nostri, quam libro 5 in Daniele instituit, ratiocinatione patuit. Hæc enim Babyloniæ semineps, quod Danielis cap. 4 Daniel ipse interpretatus est. Exinde, uno post anno, ipse in bestiam commutatus est, ut ibidem dicitur, vers. 25, eoque in statu totos septem annos permansit. Is verò exactis, id est, nono post seminepsis anno, ipse et menti et regno restitutus est; neque ita multo post, mortuus.

Alterum: Non fuit Persarum regum, post captivitatem Babylonicam, ullus. Nam primò probatum jam est, ante captivitatem contigisse hæc. Posteriorum igitur regum nullus est. Deinde, propria de singulis argumenta proferri possunt. Cambyses totos octo annos non regnavit; ut ait lib. 3 Herodotus; Josephus l. 11, cap. 2; vel certe tantum octo, ut vult in Chronicis Eschabus. Noster verò etiam decimum tertium regni annum attingit cap. 2. Idem Cambyses et Darius eas ipsas, quas hic noster vi octopere vult regiones, Ciliciam, Damascus et Palestinam jam possidebant, 1 Esdræ c. 4 et 5, itemque Xerxes et Ochus, ut ex Justino, Diodoro aliisque perspicuum. Videri possunt Cane et Bellarmius locis indicatis.

Tertium: Non fuit etiam Merodach Baladan. Hic enim Babyloniæ rex erat, 4 Reg. 20, v. 12; Isai. 39; versu 1. Nabuchodonosor verò, quem quærimus, Ninivitis monarcha erat, cap. 1, versu 5. Dices: Forè et Babyloniæ et Ninivæ rex simul erat. Sanè Gênebrardo mens videtur, cum ait: « Bomitis Assyriis; Merodach » Babyloniæ tenuit monarchiam. » Absurdum tamen. Nondum enim ad Babyloniæ Assyriorum imperium translatus erat, ut Tobie ultimo capite conclusum est. Deinde cum Merodach iste Babyloniæ ad Eschabum legatus mittebat, vel vivebat adhuc Ninivæ Sahnâ-

cherib, 4 Reg. 19, vers. 36, Isaiæ 37, vers. 37, vel certè regnabat jam ipsius filius Assaradon, ibidem v. 37, 38. Ad hæc, Merodach iste, omnino ut lib. 4 Regum siebam, esse ille videtur, qui apud Ptolomæum in *Almagesto* Mardokempadus dicitur. At is Babylonius est, et Nabonassar is quo astronomicarum observationum calculum ducit idem Ptolomæus, filius. Solent verò astronomi à Babylonis, non Ninivæ astrorum observationes petere. Domitorum porrò à Merodacho Assyriorum, quod ullum usquam vel obscurissimum vestigium? An quod nulla deinceps in Scripturis mentio Assyriorum regum fiat, sed Babylonis tantum? Ita disputant eruditi sanè viri. Sed hoc ipsum primò nego, quia clarè Ninyæus hoc loco Nabuchodonosor proponitur, et 2 Paralip. 33, vers. 11: *Superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperuntque Manassem, et vicerunt catenis atque compedibus dixerunt Babylonem.* Dilucidè profectò rex adhuc Assyriorum hic auditur, et quidem ejusmodi, cui tanquam majori subditus esset Babylonius, cum ab illius coplis Babylonem tanquam in urbem regno illius parentem ducatur captivus rex, quemadmodum idem etiam innuit Scriptura, 4 Reg. cap. 17, vers. 24: *Adduxit rex Assyriorum de Babylone, et de Cutha.* Id enim multò verius quàm quod lib. 5 de Emendatione temporum ait Scaliger, per Babylonem intelligi Babyloniam, in cujus regionis partem dominaretur Assyrius. Quamquam si Babylonia etiam intelligeretur, adhuc rex Assyrius à Babylonia tamen distingueretur, eoque adhuc esset potentior, cum ejus regionis partem occuparet. Ad hæc Assyriorum deinceps nomina reticentur, quia, post Judithæ victoriam, nihil deinceps amplius contra Judæos tentarunt, quin ejus victoriæ occasione, aliisque opportunitatibus usi Babyloni, opes ipsi suas augere, Assyriorum paulatim jugum excutere, tandem verò ipsorummet imperium arripere, ipsamque imperii arcem et metropolin Ninum invadere atque delere, uti Tobie capite ultimo, quest. 3 et 4, dicebamus, ausi sunt. Et sanè quemadmodum Assyriorum reges tam multi, qui apud Eusebium Chronicis referuntur, ante Phul, 4 Regum 15, vers. 19, non nominantur, ita eorum extremos pauculos reticere quid mirum?

Quantum? Fuit iste Nabuchodonosor, Assaradonis liberorum quispiam. Cum enim, ut hactenus probatum, Assyrius fuerit, et quidem post Sennacheribum occisum, postque recupera-

tam à Manasse libertatem, et ante Nabuchodonosorem magnum, necessariò dicere habemus vel Sennacheribi filium Assaradonem fuisse, vel hujus ipsius filium. Cum enim à Sennacheribi clade fugæque turpissimè, ad Manasse principium et medium, anni non ita multi sint, ut ad Assaradonis nepotes progrediamur, necesse haud videtur. Ipse tamen Assaradon esse Nabuchodonosor iste non potest, quia, ut sæpè jam repetitum, ad bellum noster iste aggressus est regni anno 13, vel 18, sed à Sennacheribi fugæ et parricidio, usque ad Manassem, anni pene sunt 15. Deinde, antequàm caperetur, annos aliquot regnavit, in omnemque sese impietatem et crudelitatem ingurgitavit Manasses, 4 Reg. 24, tum captus et in tributarii regis urbe Babylone attentus fuit, 2 Paralip. 33, ita ut annis minimùm quinque ad hæc opus fuerit, siquæ Assaradonis esset non decimus tertius aut decimus octavus, sed vicesimus. Esto igitur filiorum ejus aliqui, cui Nabuchodonosor nomen fuerit.

QUESTIUNCULA IV.

Quæ contra Nabuchodonosorem istam acies?

Quæ Nabuchodonosorem Assyrium deletum velint, sunt acies potissimùm tres. In primâ principilium agit Wittakerus: « Seire, ait, velim an aliquis fuerit Nabuchodonosor tempore Manassis, quod minime puto. Nam prior Nabuchodonosor, cujus filius fuit ille secundus magnusque Nabuchodonosor, regnare cepit cum Josiâ, qui Manasse fuit posterior annis 33. Ante hunc nullus aut Ninivæ, aut Babyloni Nabuchodonosor regnavit, si historis credimus. Imò, si, mi homo, sacre huic historie crederes, jam, qui Ninivæ regnasset, Nabuchodonosorem videres: eumque à duobus illis, quæ concedis, Nabuchodonosoribus diversum. Sed pergit principilium iste: « Nam quod omnes Babyloniæ reges dictos esse Nabuchodonosores affirmant, id quidem post illum magnum Nabuchodonosorem concedo esse verum; cujus magnitudo fecit, ut nomen hoc regibus Babyloniæ hereditarium esset. Sed antea vocatos esse omnes Nabuchodonosores non constat. Si non constat, quemadmodum me vocatos fuisse affirmare non deceret; ita certè neque te negare. At neque ante, neque post Nabuchodonosorem magnum, omnes ita appellatos fuisse jam contendo, de quo Bellarminus loco citato, argumento secundo; sed quosdam tantum, et quidem ante, et vero etiam Assyrios. De utrisque testes mihi non

Alphonsini tantum astronomi, sed Albategnius etiam, qui Nabonassarum semper Nabuchodonosorem appellat, et Albategnio vetustior Arabs Ptolemæi Paraphrastes, à quo Nabonassar semper vertitur Bechatnezar, id est, Nabuchodonosor, et ita sese Josephus Scaliger lib. 5, in quibusdam Tabulis scriptum invenisse testatur, itemque in Almagesto Latino vetustissimo, qui sub Domini annum 827. Jam D. Epiphanius libro primo, cum Assyriorum regem, qui 4 Reg. c. 17, in Samariam Cuthones transtulit, Nabuchodonosorem appellat; fuit verò is aut Salmanassar aut Sennacherib, qui et lib. 4 Eadrm cap. 4, vers. 10, dicitur Asenphar magnus et gloriosus; facillè igitur primà hæc acies repellitur. Alteram verò ducere videtur Josephus, qui lib. 10, capite 5, cum de recuperatâ Ezechie valetudine ageret, adjungit: *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συνέβη τῷ τῶν Ασσυρίων ἀρχῆν βεὸν Μεδῶν καταλύσθαι*: « Hoc tempore contigit Assyriorum imperium à Medis dissolutum esse. Quo igitur modo iste Nabuchodonosor Medorum jam regem vicisse dicatur? Diceret fortè aliquis, verborum inversionem esse in Josepho, sicque legendum, *τῷ τῶν Μεδῶν ἀρχῆν βεὸν τῶν Ασσυρίων*. Non hoc tamen dico: sed cum temporibus istis coperit Dejoces, de quo infra, Medorum sibi regnum vindicare, factum eo ipso esse, ut Assyriorum imperii aliqua jam dissolutio esset. Licet enim Medum vicerit adhuc in hac historiâ cap. 1, Ninivitanus, non tamen ita vicit, quia tandem sese Medorum Assuerus Babyloniorum Nabuchodonosori conjunxerit, sicque Ninivem ambo unâ delerint, prout in Tobia ultimo audimus, idque in Phraorte et Cyaxare totum ostendit Herodotus lib. 1. Tertia verò jam succedit acies, quæ ad superiores si conferatur, omninò triariorum est. Volunt isti regulam esse certissimam, Chaldeorum nomina nullis imposita fuisse Assyriis, et contra, Assyriorum Chaldeis nullis. Nam contra nonnullos, quorum ego aliqui sententiam non probe disputans loco antea citato Scaliger: « Prima, inquit, pars (Nabuchodonosoris) nominis Nabo est regum Chaldeæ, non Assyriæ, sive Co-rozan. » Et libro 6, ubi Chaldeorum et Assyriorum nomina exposuisset: « Horum, ait, nominum methodus utilissima et maximè necessaria est chronologo, saltem ut ne reges Assyriæ cum Chaldeis confundat. » Sanè verò confundenda non sunt, ita scilicet, ut qui fuit Salmanassar apud Assyrios, idem esse statuatur, qui apud Chaldeos fuit Nabonassar,

vel ut qui Assyrii reges sunt, à Babyloniis vindicentur; sed fieri non posse ut nomen aliquod utrique genti commune sit, id verò est ejus probationem velim. Mihi enim perinde hoc videtur, atque si, quia Gallorum, Hispanorum et Germanorum distinctæ gentes et regna sunt, pugnaret nullos, apud hos vel illos, esse reges aut imperatores Ludovicos, Henricos et Carolos, quia apud alios sint, vel quia Israelitis reges fuerunt Ochozias, Joram et Joas, nullos eodem nomine Hierosolymis regnum tenuisse. Quid nostræ hujus historiæ caput Holofernes? An apud Assyrios tantum aut Persas est, non etiam apud Armenos et Cappadocas, ut infra dicetur? Quid Assueri et Cambyses? Nonne et Medi et Persæ sunt? Habent sanè vicinæ gentes ut alia multa, sic et nomina quædam communia, ut frigida nimium penèque futilia videatur conclusio, idè Assyrium Nabuchodonosorem non esse, quia sit Babyloniis aliquis. Non ita, quem antea excivi, existimavit S. Epiphanius; neque cur ita existimemus, rationem ullam intelligo. Dicerè aliquid videtur Scaliger, cum eodem libri sexti paginâ subdit: « Omnia sunt eorum Baby-loniorum nomina, ut Mero, Nebo, Bel, Isaim » 46. » At probandum etiam esset, vel deos istos, vel ista eorum nomina ita Babyloniorum esse propria, ut aliorum gentium nullis convenirent. Nebo in Moab nonne legitur Numerorum 55, vers. 47; Isaim 45, versu 5? An apud solos Babylonicos Bel, cum Beelzebub et Beelphegor sibi etiam sint? Primo in Sili-conem Panegyrico, de Persarum rege loquens Claudianus:

*Ritque juvenco, ait,
Chaldeo strare Magi. Rex ipse vicantem
Inclinat dextrâ pateram, secretisque Belli
Et roga testatur volentem sidera Mithram.*

Tantò verò magis et dii et nomina quædam Assyriis Chaldeisque communia esse poterunt, quòd eosdem penè regnorum urbiumque conditores habuerint, ut non modò ex Diodoro lib. 2, exoticisque aliis perspicuum, sed et ex Genesis cap. 11. Tradit verò etiam Herodotus, libro 7, in Assyriorum gente numerari Chaldeos, quos etiam Arphaxadæ vocat Josephus lib. 1 Antiq. 7. Manet igitur Assyrius Nabuchodonosor. Quemadmodum verò hic unus tantum in Scripturâ est, sic et in eisdem, Babyloniis uno plus non invenies.

QUESTIUNCULA V.

Quis Arphaxad?

Quatuor ei, à quibus agnosci possunt, notas apponit Latinus textus. Prima est vers. 1: *Rex Medorum*. Altera: *Subjūgerat multas gentes imperio suo*. Tertia: *Edificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatana*. Quarta vers. 4: *Gloriatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum*. Ex his primam tantum et tertiam expressim posuit Græcos; duas tamen alie innuuntur, cum in ipsa ejus urbe edificatione dicitur, portas ad potentissimas copias, pedestresque suas acies instruendas extruxisse. Hunc verò, qui post Babyloniam migrationem regnasse censent, alio nullo nomine afficiunt. Et sanè meritò. Quis enim, præter Persas, Medorum tum rex? Qui verò, ut supra sciendum probavi, altius historiam istam revocant; nomen ejus apud scriptores aliud esse arbitrantur; Bellarminus Dioclem ait fuisse, quia; ut Herodotus lib. 1, et Eusebius Chronista tradunt; Ecbatana edificavit, id est, à postis jam notis, prima et tertia insignis est. Secundam verò fideat etiam Herodotus, cum est solos Medos subegisse ait; eorum tamen gentes plures facit, Bimas, Paraticenos, Struchases, Arizantos, Budios, Magos. De quartâ verò notâ, quin et id in eo hâserit, quis ambigit, qui advertit; regnum enim summopere amittisse; dolò, calliditate, omnique simulatione ad se pertraxisse; eumque pertraxisset, vetuisse, ne quis in regis conspectum veniret, esse quidquam, nisi per internuntios, proponeret, ne cuiquam coram illo aut ridere, aut spueri fas esset? Congruit etiam tempus cum in Olympiadem 18 et Manassæ annos primos, hujus principium conferat Eusebius. Hujus filium Pharaorem maluit Benedictus et Zieglerus. Gessit enim contra Ninum et Assyrios bellum, in eoque ipse magnâ cum exercitû parte perit, ut ab Herodoto lib. 1, recensetur. At hic c. 4, vers. 6, victus ab Assyrio fuit Arphaxad, et, ut postea dicemus, occisus. Hujus porro filium Cyaxarem potius fuisse opinatur Guichardus. Omnibus verò istis antiquiorum Arabatè Carén.

Sed in primâ illâ sententiâ primò quidem mendum occurrit, cum Diocles vocatur, qui Dejoces; apud Herodotum assæec dicitur. Deinde cum secundâ Eusebium, regnare cœperit anno Manassæ quinto, et annos regnâre 54, vel, ut habet Herodotus, 55, Manas-

sem, qui annos 55 rex fuit, vivendo imperâre. Sed, ut habetur esp. 1, v. 6, fuit Arphaxad à Nabuchodonosore deletus, et, ut postea exprimitur, regno vitæque spoliatus, anno Nabuchodonosoris desedecquo, quem multò ultimis Manassæ annis priorem fuisse, dictum antea est. In Phariote, quid præter tempus dissonet, nihil equidem video. Cum enim ei Eusebius annos det 24, Herodotus 22, nihil inieperet citius ejus filius Cyaxares regnare, quam ut cum Nabuchodonosore magnò Ninum posset evertere; quod tamen Tobia c. ult., q. 5 et 4, constitutum: Atque hinc etiam patet cur Cyaxares Arphaxad esse debeat, cum etiam apud Herodotum filio Nini dicitur, à Nisiano iste domitus fuerit. Quis etiam modo expelli Arbaces videtur. Nihil, ut bene longâ oratione persequitur lib. 2 Diodorus; Sardani-palem Assyriam is tandem vicit, ad sui ipsius et regis sui incendiū coegit, Nisiumque occupavit.

Est autem intelligendum, statim libro 2 Diodorum de Medorum principatû, quando, quomodo et per quos cœperit, Assyriumque labefecerit, magnam inter gentes, qui summo loco habentur, esse discessionem, ita ut quicquid illi dicant, nos civitatum nostrorum auctoritatî adhaerescere oporteat, ex his illis corrigere, et quod in his adhuc veritatis effugiet, id, quemadmodum et ista probata omnia in sacrarum istarum litterarum obsequium cogere. Herodotus igitur, qui ab Assyris Medos avulsit, avulsosque regio dominatû, usque ad Cyrum continuavit, enumerat quatuor, Dejocem, Phraortem, Cyaxarem, Astyagem. In Ctesia verò apud Diodorum sunt novem: Arbaces, qui Sardani-palem occidit; Mandaces, Sôdrmus, Ardis, Arbaces, Arses vel Armas, Artyes, Artibanes et Aspadas. Et hinc ait Ctesias à Græcis vocari Astyagem. Diodorus verò, quem nominat Herodotus Dejocem, cum ipse Cyaxarem nominat, eumque Olympiadem decimâ septimâ anno 2 imperasse tradit. Quis igitur istum, si absque ullâ dubitatione, quæ Medorum interum Arphaxad noster fuerit, pronuntiare non possit? Potest ex his quæ ab Ar talis multos incipit Ctesias, aliquis deligi, et is ipse fortassis ex his quos Herodotus nominat, aliquis fieri, cum diversis istem, ut videm est, nominibus offerantur.

Nihil porro, ut concludam; duo videntur: Primò, si Dejoces tempus ante Manassæ inchoaretur, hincque Phraortis, vel ceteri post-

cleros ipsi Deorum anni tribuerentur, et inter
hos ultimamque Cyaxaræ plures cum Cossis
collocarentur, eorum alterutrum esse Arpha-
xadum. Deinde uterlibet sit, cum etiam voca-
tum Arbacem. Ab illis enim celebratissimo
Sardanapali triumphatore, primoque Nines
expugnatore, libenter illi ex Mediæ omnes qui
Assyriorum vires vel immissionerunt vel immi-
nuere cetero conati sunt, Arbace, seu Arpa-
cadi, vel pinguiore sono Arphasadi, voca-
bantur, quemadmodum à Sylvio illo primo
Lathiorum reges omnes Sylvii, ait in 6. Æneid.
Servius, sicque apud alios Ptolemæus, Arsaçæ,
Pliarionis, Agigi, Cæsaræ; et hodiè à Turcis
Servin despotæ omnes, Lazari; omnes Con-
stantinopolitæ imperatores Constantinii appel-
luntur; prout notat Ptolemæus c. 46 et 54
Léonclavius. Ad hoc verò Arphasadi nomen
accedere illud Scytharum regis videtur Apo-
xais apud Herodotum libro 4. Nam istud p
arpe ab aliis per pā exprimitur, uti sanctus
olim notavit Hieronymus, et videmus pedicū in
Syris et Arabibus, quemadmodum c. 2 Tobie,
q. 1, insinuat. Et quid remotiora ista loquor?
Nōne inter Germanicam hanc nostram et
Saxoniam vel Belgicam linguam hoc illam
discrimen est? Sic et Indus fluvius, qui à
Strabone, lib. 17, et à Dionysio Hypanis, à
Ptolemæo, Plinio et Curcio Hypanis, etiam à
Diodoro Hypanis, appellatur. De litterarum
verò s et p, permutatione, cum utilissima
sit, si monuero, ineptiam. Est etiam Judæis
et Chaldeis nomen Arphaxar, ut patet
et Genes. 10 et 11, Josepho lib. 1 Antiq.
cap. 7.

QUESTIUNCULA VI.

Cur in Scriptura Nīnee vocatur, quæ ab anti-
quissimis dicitur, et cui testes elevatis magna?

Utrūque istud Tobie Esp. 1, fol. 14, in-
clitum breviter; sed hinc explicandum. Apud
Herodotum ergo libro 2, Diodorum libro 2,
Plinium lib. 6, c. 15, Ptolemæum lib. 6, c. 1,
Nīnis vocatur, quæ Genes. 10, v. 11, à Reg.
19, hinc 39, Esaiæ 37, in Tobie denique,
Jonæ et Nāthūm Hebræis dicitur Nīneh; vel, ut
D. Hieronymus, in Versione sua et Quæstio-
nibus in Genesim, Nīne, Græcè, Nīno. No-
mina verò causa et D. Hieronymo, loco citato,
et aliis, ab ejus conditore Nīno, quem Gene-
sis caput 10 Assur hominæ, pelenis videtur.
Sed quomodo? Fortuit, ut ait Diodorus,
Nīno huius Hypanis, Nīniasque et Nīnyas. Hic
postremo locum cum Hebræis Nīnibet nomen

generis Scaligeri in veterum Fragmentis vide-
tur. Sed cum nunc Hebræis habitare signifi-
cet, nunc verò aut nunc habitaculum esset
27, v. 10, c. 33, v. 20, c. 54, v. 13; Jerem.
34, v. 23, cap. 33, v. 12, cap. 50, v. 44;
Osee 9, v. 12; 2 Reg. 7, v. 6; Proverb. 5, 4,
34, c. 21, v. 20, c. 24, v. 13; alibi, quid Ni-
nive aliud, quàm à Nīno dicitur, et nīniasque, Nīne,
inquam, habitatio et conditio? Magna verò
hic appellatur v. 5; Itemque in Tobie et Jonæ
cap. 1 et 3, ubi Hebræis non simpliciter
magna, sed magna Deo, id est, in conspectu
Dei, seu verè magna. Quod enim tale in con-
spectu Dei dicitur, verè tale est. Falluntur
quandoque hominum oculi et iudicia, Dei
namquæ. Eam igitur, eam quod principia,
ita describit hoc illustro Diodorus: et in Sy-
riam copias deductas Nīnus; opportunum
locum ad urbis magnæ constructionem de-
legit. Cum enim, quàm ante ipsum altis
nullus, illustrior possidet, tam studeat
et magnitudinem urbem condere, ut non mox
earum, quæ tunc in tota terrarum parte ex-
istent, foret maxima; sed etiam ut earum qui
postea futuri erant, alios nullas; etiam
adulteretur, superare possent. Ipse verò
illis undique rebusque propriarum appar-
tum congregatis, super Euphratem fluvium
urbem condidit bene muratam; figuram
et spem constituens alteri parte longioris.
Habet verò urbs longiorum laterum alterum
à 150 stadiis, breviorum verò 100. Itaque
etiam tota urbs ambitus ex 400 stadiis col-
lataret, ipse huius fortitudinis non est. Tah-
tam enim urbem nemo potest edificare,
neque quoad ambitus magnitudinem; neque
et quoad ipsam muniti magnitudinem. Habet
et in altitudine muris pedes centum; in lat-
itudine totius urbis turres poterint equi tra-
here. Omnes verò turres numero erant mille
et quingente; altitudinem verò eam habebat
et pedum ducentorum. et Nōne meritis igitur
magna et in Dei omni nomen illa dicitur; etiam
eirentis suo militaria evasisset Italia 80;
Hispanicas leuæ 20; nostrata Germanica
militaria 15? Quæ Colonia; qui Parisii cum illi
possunt comparari? Babylonis etiam et Romæ,
hodiè regni Catholici metropoli Cansam istius
magnitudo celebratur. Sed Paulus Venetus
huius ambitus 32 Italian militaria usque dicit;
Nicolaus verò de Constitutis doctissimus: Urbs
in urbe, de qua quidem conspiciamus; Coll
urbis est, seu Tartarorum ipsorum lingua;
Quintus, quæ, Paulo eodem Veneto referente

(et in ea sub annum Domini 1260 habitavit) millaria Italica centum orbe suo complectitur. Atque hinc patet, quomodo toto triduo varis ejus urbis plateas et compita concionabundus perambulare Jonas propheta non potuerit. « At funditus excisa jam est; pagi tamen et castella multa intra veteris ambitus spatium sunt, » ait suo in Itinerario Benjamin, et cap. 11 de Tartaris Aithonus. Quomodo verò erret Diodorus, Euphratem pro Tigri ponendo, monstrant citati omnes Herodotus, Plinius, Ptolemæus, Benjamin.

QUESTIUNCULA VII

Quæ Ecbatana, et eam cum Arphaxad edificavit?

Ecbatana Medice urbem esse, idque nomen interdum interpreti nostro, quemadmodum et hoc loco, non declinari dixi Tobie c. 5 et 5. Sunt verò apud Leuclavium Pandectæ cap. 187, qui Turcarum expeditionibus nobilem illam urbem esse putant, qui Tauris vel Tebrisium vel apud Codrenum Taurozium vocatur. Sed eos allucinari docet ipse jam nominatus Cedrenus, qui in Persarmeniâ eam collocat; Aithonius, ejus hæc verba: « In Armeniâ Major civitas Taurisii famosior est, et plus aliis opulenta. » Jovius Historiarum lib. 14: « Inter Sophiani, ait, imperii provincias, Armenia Major primam obtinet claritatem, Taurisio regiæ urbe insignis, qui Terra Ptolemæo antiquitatis fuit; vel, ut Behexis quibusdam linguarum et regionum peritis videtur, Susa præcæ quondam celebritatis. » Ideoque verò non absimile Terram illam esse, quæ transpositis litteris Tevre jam dicatur. Hanc enim lib. 5, cap. 15, in Armeniâ etiam Majore collocat Ptolemæus. Sed ut alia nunc taceam, vel inde apparet, non esse Susa, de quibus idem Ptolemæus lib. 6, cap. 5, ego in Esther c. 1.

Ea verò tradidit Plinius lib. 9, cap. 14, 3 Seleuco edificata. Diodorus lib. 2, jam ante Semiramidem extitisse, cum ait, post edificatam Babylonem hæc illam venisse, magnifica ibi palatia excitasse, et cum aquarum inopiam laboraret urbs, in eam, Oronte monte, qui duodecim stadiis abest, perfosse, aquæ abundantiam derivasse. Herodotus, lib. 1, eorum conditorem Dejocem pronuntiat. Duos præcæ arguit lib. 11, c. 6, vanitatis, Melchior Canus. Et sanè, ut Tobie jam auctoritatem omittam, vel ex solo Alexandri responso apud Curtium, lib. 4, ostensu perfacile est, ante Seleucum

Ecbatana fuisse. Is enim, qui à Dario litteras attulerant, respondit, se « Persepolis caput regni ejus, Bactra deinde, Ecbatana, ultimæ que Orientis oram imperio suo destinasse. » Mihi tamen isti omnes et inter se et cum Scripturâ nostrâ in gratiam redituri facili videntur, si advertamus, fieri non rarò, ut urbem dicatur quispiam edificasse, quam non omnino primus inchoavit, sed vel restauravit, vel multis magnisque quibusdam edificiis exornavit aut amplificavit, quemadmodum de Babylonè constat ex Genesoss cap. 10, et Danielis 4, et de Susis ex Plinio et Aliano in Esther cap. 1, patet. Et sanè ita noster iste textus intelligendus: *Arphaxad edificavit civitatem potentissimam, quam appellant Ecbatana.* Modò enim non ait textus Græcus *ἡ ἀρχαία Ἐκβάτανα, ἠδὲ καὶ ἡ ἐκβατανία*, *edificavit Ecbatana*; sed *ἡ ἀρχαία Ἐκβάτανα, ἠδὲ καὶ ἡ ἐκβατανία, ἠδὲ καὶ ἡ ἐκβατανία*, *edificavit in Ecbatana.*

QUESTIUNCULA VIII.

Cur ea urbs potentissima vocetur, et quomodo edificata?

Cum inter Orientis decora, eam urbem, ut vidimus, reposuerit Alexander, potentissimam fuisse non difficulter conjicimus. Sed et tota edificatio hic proposita idem significat, ejus modus in Græco, ab eo quem Latinus noster affert, aliquantulum discrepat, non verborum copia tantum, sed et numeris. Ita enim habet: « In Ecbatanorum urbe muros in circuitu exstruxit ex cæcis seu politis lapidibus, qui ternos cubitos lati, senos longi erant. Murus verò altitudinem habebat septuaginta cubitorum, quinquaginta latitudinem. Turres præterea portis imposuit, quarum altitudo ad centum cubitos erecta erat, et latitudo in sexaginta fundata patebat. Portas autem ejus excitavit septuaginta cubitos altas, quadraginta latas, ad potentium ejus exercituum egressionem, et ad pedestrium copiarum suarum instructionem. » Murorum latitudo in Latino est cubitorum 30, non 50. Et sanè deformis et inelegans structura videatur, si quidpiam altum sit 7 pedes et crassum latumve 5, non autem si 3. Quæ verò ratio est 7 ad 5, vel 3, eadem cubitorum 70 ad 50, vel 30. Latitudo verò portarum cum 40 tantum cubitorum dicatur, esse etiam murorum latitudine, totis 10 cubitis exilior, cum ob adjunctionem turrium proportionem, par sit crassiorum fuisse; quanquam id dici fortè queat, portarum hæc latitudinem notari, quæ patent,

cum latitudinis hujus hic subdi usus videatur, ut instructae pedum equitumque acies commodè possent educi. At quid de urbis hujus potentia et pulchritudine recenseat loco monstrato Herodotus, necesse: « Mœnia, inquit, construit Dejoces ampla simul et valida. Ea nunc Ecbatana vocantur, in quibus mœnia mœnibus in orbem inclusa sunt. Est verò ita murus exstructus, ut unus ambitus circulus sit alterius solis pinnis altior, et ad hoc adjuvat ipsa loci natura, cum collis sit. Hoc verò majore etiam arte industriæque elaboratum, quod sint septem ambitus inter se contigui. In eorum autem postremo insunt regis domus et thesauri. Qui per ista est murus, maximus est, magnitudinis admodum plus minus Athenarum mari ambitum. Primi autem circuli pennæ sunt albæ, secundi nigrae, tertii purpureæ, quarti cæruleæ, quinti sanctorum. Sicque circulorum omnium pennæ seu propugnacula coloribus eleganter variegata et florum instar picturata sunt. Duo verò ultimi pinnae habent, alter quidem argentatus, auratus alter. » Ex his igitur Ecbatanorum et potentiam et elegantiam magnificentiamque perspicis, sed et illud, fuisse ipsam in planitie quidem, seu, ut ait Diodorus lib. 2, *τοὺς ἐν πεδίῳ κατέκειτο*, urbem in campo sitam, uti Tobie c. 5, dicebatur, elivum tamen quemdam insurgentem habuisse.

QUESTIUNCULA IX.

Quæ inter hosce duos reges belli causa et modus?

Unam textus noster vers. 4, causam indicat, Arphaxadi videlicet superbiam. Gloriabatur enim quasi potens in potentis exercitibus suis, et in gloria quadrigarum suarum. Dum suas videlicet opes, copias, currus, omnesque belli nervos sibi paratos videret, cepit efferrî, Assyrii jugum aspernari, ad libertatem et imperium aspirare. Quia enim egerant Ninivitarum, non ita multo ante, penitentiam, et Sennacheribi arrogantia compressa jam fuerat, nondum tanta pristinatorum erat scelerum congeries, ut hoc ipso tempore, Ninus eversam vellet Deus; quia, pro immensâ suâ bonitate adhuc ad annos penè centum distulit. Jam tamen tanta illa monarchie illius Assyriæ moles valde nutabat, in diesque magis ac magis laxebar, quoad fuit Ninivitarum completa malitia, prout in Tobie ultimo dictum est. Modus verò gesti hujus belli non alius in Latino nostro textu indicatur, quam prælum inter istos

commissum fuisse in campo magno, qui appellatur Ragau. Sed in Græco additur, quinam sese populi Nabuchodonosori conjunxerint, et qui, licet invitati, conjungere noluerint. Hoc tamen posterius noster, vers. 8, ita recenset, ut non ad belli hujus societatem invitarentur, sed potius, ex victoria occasione, ad servitutem. Qui verò se illi conjunxerunt, fuerunt, ait textus Græcus, omnes qui montana inhabitabant, et qui Euphratem, Tigrin et Hydaspem, et campi Arischi rex Elymaserum, multaque gentes filiorum Chelad in aciem convenerant. Quamquam suspicari ferè liceat istos Arphaxado potius sese consociasse, quia de Nabuchodonosore postea, vers. 7, in eodem Græco subditur, qui dederit. Monticolæ verò illi fuisse videntur Armenii, prout eos describit lib. 2 et 3 Xenophon Cyropæd., licet ipsius etiam Media insignes montes tradat lib. 6, c. 2, Ptolemæus, Zagron, Orontem, Jasonium, Coronium. De aliis in Græco nominatis, quæ sequitur agat questiuncula.

QUESTIUNCULA X.

Belli hujus exitus quis et ubi fuit?

Describitur is cap. 6, victum scilicet prælum Arphaxadum et captum fuisse. Nam istud, cecidit enim, Arphaxadum scilicet Nabuchodonosorus, idem valet atque cepit enim; Græcus enim vers. 15, ait, *καὶ τὸν Ἀρφαξάδην*, et quæ ad victoriam eandem pertinent alia nonnulla explicat sic: In bello suo roboratus est Nabuchodonosor; et omnem Arphaxadi potentiam, et omnem equitatum ejus, et omnes currus ejus evertit; et ipsius urbem dominus factus est, et Ecbatana usque pervenit, et potius est ejus turribus, plateisque vastavit; et ipsius evasam ad ejus opprobrium redegit. Et cepit Arphaxadum in montibus Ragau, et jaculis eum suis confixit, eumque prorsus perdidit et exterminavit usque ad diem illum. At de loco ubi victoria hæc obtenta, clarè textus Græcus, *ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ*. *Τούτῳ ὁνομαζομένη ἐστὶν ἡ πεδία τῶν Ράγου*, in campo illo magno; hic est in finibus Ragau. Et postea, *καὶ τὸν Ἀρφαξάδην ἐν τοῖς ὄρεσιν τῶν Ράγου*, cepit Arphaxadum in montibus Ragau, et significatur tam planities quam montes Ragaurum, de quibus in Tobie capitibus 1 et 5, licet Ragau sit etiam proprium nomen, Genes. 11. Dices: iste campus in Latino versu dicitur circa Euphratem et Tigrin. Respondeo dupliciter, primò hæc fortè aut similia in Latino desisse. Habebat Nabuchodonosor gentes circa Euphratem et Tigrin. Nam, ut superiore

In Græco ἀρχιστρατός, et cap. 10, in Latino, princeps militiæ vocatur; sed in illo additur δεσπότης ὡς καὶ αὐτὸς, secundum post Nabuchodonosorem, quemadmodum post Pharaonem in Ægypto Josephus, Genes. 41, v. 40: Aman post Assuerum in Perside, Esther c. 7 et 8. Ideoque apud Zenaram, archistratapa (dicam verò de satrapis in Esther cap. 1) nuncupatur. Sed quid à quibusdam etiam rex? Si, ait, libro 1 contra Marcionem cap. 7, « Tertullianus, communio nominum conditionibus præjudicat, quanti nequam servi regum nominibus insulant, Alexandri, et « Darii, et Holofernis? » Sermo in D. Augustini appendice sexagesimus sextus: « Paratur, « ait, convivium regi, Judith interesse jubetur. » Sane quia exercitum regendo præerat, rex fortè dici posse videatur. Verùm tamen id nomen, ob potentiam et opes penè regis, satrapis interdum nonnullis tributum fuisse, ut ex his quæ Tobie 2, quæst. 2 et 3, perspicuum. Sed omnium maximè reges dici poterant, qui ducem satraparumque omnium principes, et à potentissimo rege secundi. Atque isto modo, à Phylone Biblio apud Eusebium lib. 8. Præparationis evangelii, Josephus etiam ἀρχιστρατός, sceptrifer nominatur. Verba ipsa, quæ, ut alia non pauca, Latinus Eusebius verò ex omisit, reponam:

Ἰακώβ ἀρχιστρατός τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν
θεσμοτάτης, ἀρχιστρατός δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ
ἀντικατὰ λαμπρὰ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν πολεῖν.

Somnium dani regem faciens natus Iacob
Joseph, Ægypti sceptri et salutiæ potestas.

Temporis occulta evolvens cum vertice fuit.

Neque absurdum si rex verus habetur, cum majoribus regibus minores quidam reges ministri sunt et duces, uti, apud Xenophontem, Babylonio regi Croesus Evilmerodacho alii, 4 Reg. ult. vers. 28; Persam verò fuisse Holofernem ait Cedrenus, neque à Persarum nominibus ejus nomen abhorret, uti monstrat Artaphernes, Tisaphernes, Intaphernes, Pharnuches, Pharnazathres, Pharnabazus. Et causa hic fuisse videtur, ut tantò sese libentius Assyrio conjungerent Persæ de quibus supra, cap. 1 et infra, cap. 16, vers. 12. Non tamen id nominis ita in Persis hærebat, ut eo gentibus illis uti non liceret, prout aliquantulum attingit cap. 1, quest. 4, et ostendunt Holofernem alii. Nam apud Appianum Syriacis, Ariathæ Cappadocum rex frater fuit Holofernes, et Cappadociæ rex, qui tunc in pace ad regem domitiam induxit, Holofernes fuit, uti narrat Stephanus Niger lib. de nimio Luxu. Quid magnus Strabonis avensculus Cappadox Moaphernes? Dixit verò Franciscus Maironis nostrum istum, Eatheris et Assueri filium fuisse. At sub iste tam futilli asseveratione non id tantum assequitur, ut cum rationem conjecturamque nullam afferat, contemnatur, verum etiam, ut ab Erasmo, Præfatione in libros de Civitate Dei, egregiè irridetur. Sanè, ut aliud nihil dicam, fulset filius ante matrem, ut ex dictis cap. 1, quest. 2, et ex dicendis de Assuero Eatheris cap. 1, manifestum. Denique in Romano Græco textu et in Appiano leniter ὁλοφέρνης legitur, in Græcis aliis et in correcto nostro Latino aspiratè ὁλοφέρνης, Holofernes. De ipsius moribus, postea.

2^o Quomodo Holoferni bellum mandatum?

in nostro eodem Latino deo proponit Holoferni Nabuchodonosor, contra quos videlicet gerere bellum debeat, et quomodo. Prius est, vers. 5: *Egredere adversus omne regnum Occidentis, et contra eos principes qui contempserunt imperium meum.* Omnes eum Occidentales jubet invadere, sed præ omnibus et potissimum eos qui contempserant ejus imperium, vel generali illo modo qui superiori capite attingebatur, quod ejus nuntis non annuissent, eos, eorum quæ poscerent, inanes remisissent: vel speciali quodam modo, ut Damasceni, quos ante devicerat Theglathphalsar, 4 Reg. 16, ut Israelitarum reliquias, cum eos perdomuisset, jamque in Assyriam

captivos abduxisset Salmanassar, 4 Reg. 17; Jeddai et Hierosolymitani, cum Assyriorum regibus fœderati aliquando fuissent, 4 Reg. 16, vel etiam subditi, 2 Paralip. 55, vers. 11; Samaritani, qui ex Assyriâ in vacuas Israelitarum sedes immisi fuerant, 4 Reg. 17, et nunc fortè à Sennacherib filio, qui, cæso illo, in Armeniam profugerant, 4 Reg. 19, v. 57, aut nepotibus, qui Assaradoniam domum oderunt, concitabantur. Posterius est v. 6: *Non parces oculis tuis ad illos reges, omnemque urbem multam adjugabis militi.* Vetat ne misericordiam regi ullius capiat; ne militum urbem ullam, quam vi non occupet, prætereat. Et dicit: *Non parces oculis tuis, quia, ex miseriarum miserorumque aspectu, solet maxime commoveri misericordia.* Si ergo miseri squalidique gentis alienius legati veniant, supplicent, Assyrium à se jugum deprecari velint, sint oculi sicuti, sint misericordes; aut jugum, aut gladium omnes accipiant. In Græco est hæc Nabuchodonosoris oratio multò fusior. Sic enim loquitur: *Hæc dicit magnus rex dominus omnis terræ: Ecce tu egredieris de terra mea, et ades tecum viros qui suis ipsorum viribus confidunt, pedibus ad centum viginti milia, et multitudinem equorum cum eorum accipietibus, multitudinem, inquam, duodecim myriadas, seu centum et viginti milia; et exis in occursum, alse prælium contra omnem terram quæ ad Occidentem est, quia oris mei verbo non obtemperaverunt, et ipsi denuntiavit tibi terram et aquam præparent, quia egrediar in furore meo contra ipsos, et operiam omnem faciem terræ pedibus mei exercitibus, et dabo ipsos illis in direptionem, eorumque vulnerati valles atque torrentes, ipsorum implebunt. Fluvius etiam mortuus eorum exundans complebitur, ipsorumque tantam captivitatem aquam ses propellam in terram omnis extrema. Tu verò egredere præoccupabis milit omnes eorum fines, et ipsi se ipsos tibi dedit, et tu mihi eos in diem redargutionis eorum reservabis. Contra eos verò, qui rebelles et immorigeri sunt, non parces oculis tuis, quominus eos in omni terra sua in eadem et direptionem des, quia viro ego, et robur regni mei, quæ locutus sum ea etiam faciam in manu mea. Tu verò non transgredieris vel unam verborum dimissi tu, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi, et nihil cunctabere ut ea facias. Sunt in his, quæ expositionem aliquam flagitent, nonnulla, sed ea opportunius infra dabitur. Nunc in promptu ea semper habenda regula, quæ in Tobia jam non semel repetita, non*

ut à pedibus distinguant Graeci, solent eos uno interdum nomine *Ἰστροῦ* appellare, quales Scythas tradit libro 4 Herodotus. De quadrigis porro curribusque falcatis, dixi Judicum, c. 1.

Quantum in capite isto, est inchoata expeditio, vers. 11, cujus ego vestigia, obscura sane, in alio libentius legerem; et obscuritatis causa, eadem quae in historiis aliis tam sacris quam profanis, quia, ut ait extremo libro decimo sexto Strabo: « Ipsae nominum variationes, barbaricorum praesertim, multa sunt. » Et divus Augustinus in Numeros, quest. 30: « Solent, inquit, locorum et gentium nomina plerumque vestustate mutari. »

Primo igitur pervenit *fluvius Assyriorum*. In Graeco: *Egressus Ninive, pervenit trivium diaram itinere in faciem, sive pluviam campi Bactriarum, Bactriarum*. In complutensi *Bactriarum*. An affinitas aliqua cum Bactria illis quos in Casiotide collocat, lib. 5, c. 15, Ptolemaeus?

Hinc venit ad magnos montes Ange qui sunt à sinistro Ciliciae.

QUESTIUNCULA.

Quinam montes Ange?

Montes Ange putat Ribera in Jonæ caput 1, esse Argam montem. Sed quomodo is in Ciliciæ sinistro est, cum supra Ciliciam versas septentrionem, in Cappadociâ sit, et inter eam et Ciliciam non magna tantum locorum interspedo, sed Tauri etiam et Antitauri montium pars interfecta sit, prout indicant Ptolemaeus lib. 5 Georg., c. 6, Plinius lib. 6, c. 3, Solinus, c. 33, Nicephorus lib. 12, c. 20? An Barytus mons, de quo Plinius lib. 5, c. 20, vel ob majorem vocis affinitatem, Agaria, de quo c. 13? Sed neque istos eorum situs admittit. Verum Ange nomen in 70 interpretibus expressè positum est, Genes. 12, vers. 8: *ἄγγα* *ἡ* *ἀπὸ* *ἀνατολῆς*; Ange ad Orientem, et c. 15, v. 4, *ἀπὸ* *πύργου* *βελθὸν* *ἡ* *ἀπὸ* *πύργου* *ἄγγα*, quod S. Fulgentius lib. 2 ad Monimum, c. 5, in conversum citat, *inter Bethel et inter Agge*. Norunt verò litterati, quæ gemino isto γ Græcis scribantur, ea Latine interdum per gg, interdum per ny scribi, sed isto semper modo pronuntiar. Nam, verbis causâ, *ἄγγα*, *agge* et *angelus* scribitur, et posterior isto modo semper pronuntiat. Sed cum istud Ange sit urbs quæ in Hebræo et nostro textu Ange vocatur, et ab hiedem 70, Josue 7, qui interdum etiam à D. Hieronymo libro de locis Hebraicis, *Agai*, quomodo montes Ange? Ita-

bent quidem interdum eodem nomina urbes, montes et fluvii: et montem prope Hai urbem invenimus Genes. 12, vers. 8. Sed cum is in Judæâ tam notus, cur tam operoso, tamque peregrino et obscuro modo describeretur? Quid Ciliciam, quod sinistram ejus latus nominare opus fuisset? Qui Graecum textum legerit, *Ἰστροῦ* *τοῦ* *ἑσπερίου* *τοῦ* *ἐκ* *ἀπὸ* *ἀνατολῆς* *τῆς* *ἀπὸ* *Κιλικίας*, prope montem, qui est à latere sinistro sive Ciliciæ, putabit fortè in Latino legendum hoc modo: *Venit ad magnos montes, qui sunt à sinistro sive Ciliciæ*, ut istud, *ait*, non sive modò litteras, sed et veterem locum amiserit. Si veteres aliqui libri suffragarentur, esset arduus difficilisque locus planior, nondum tamen omnino planus et facilis. Cedo enim, quomodo post Assyriæ fines, Armeniâ Syriâ præteritâ, illic ad Ciliciam venit? et quoniam alta hæc Cilicia? quod sinistram ejus latus? quive tandem magni isti montes? Quia verò quidquid de Ange montibus dicamus, tria illa prima in questionem semper adducantur necesse est, de his si quid fortè occurrat, dicam. Ac primò quidem Ptolemaeus, lib. 6, c. 8, cum ait, *τῆς* *Ἰστροῦ* *Κιλικίας* *παρὰ* *τοῦ* *πύργου*, significat dupliciter Ciliciam accipi, propriè scilicet, seu pressè, et improprie, seu amplè, quemadmodum eum, eodem lib. c. 2, ait: *τῆς* *Ἰστροῦ* *Κιλικίας*, et *τῆς* *Ἰστροῦ* *καταρὰ* *τὴν* *Ἀσίαν*, duplicem Asiæ notionem ostendit. Utrumque verò in Ciliciâ nominandâ modum docet Solinus, c. 47: *Cilicia*, inquit, antea usque ad Pelusium Ægypti pertinebat, *Lydiæ, Mediæ, Pamphiliæ, Cappadociæ* sub imperio Ciliciæ constituta. *Mox ab Assyriis abacta in breviores modum scripta est*. Videri ergo possit Cilicia hic amplissimè accipi, sique qui ex Assyriorum finibus excessum fuit, in Ciliciam statim deventum fuisse. Vel distinguit scriptor Assyriorum fines ab Assyriâ. Quæ siquidem illis regiones parebant, ex ad eorum fines pertinebant, licet Assyria propriè non essent; vel denique scriptorum aliorum more, duas profectionis terminos ponit, eum à quo et eum ad quem Holofernes illo itinere profectus est, et media retinet, quæ tamen iterum posset, v. 14, attingit. Affa porro Cilicia seu superius eo modo vocatur, quo Galiasq. superiorem vocat: dictum est Tobie 1, fol. 10, et Ægyptum superiorem ibid. c. 8, fol. 137, ea scilicet, quæ ad septentrionem vergit, et è quâ fluvii erumpunt Orontes, Calydones, Lamus, Cydnus, Saris, Pyramus. Sinistram Ciliciæ latus est septentrionale, partim ob causam eodem Tobie ca-

pote primo indicatam; partim quia veniente ab Oriente Tauro monti, Cilicia ipsa ex Occidente occurrit, eo modo ut australiore parte hæc pergit, ille septentrionaliore ipsam attingat. Quemadmodum verò si duo sibi homines occurrunt, et unus alterum transeat, ille vel dextrum ambo, vel sinistram latus tangunt, ita etiam regiones et montes. Solini verò de Tauro verba loco citato sunt hæc: « Mons « Taurus ab Indico primum mari surgit; deinde de à scopulis Celidoniis. Inter Egyptum et « Pamphylium pelagus objectus septentrioni « dextro latere, lævo meridiane plage occurrit; Occidente obversis fronte profusa. » Deinde verò magnos istos Ange montes, Taurum et Antitaurum esse, ut existimem, animum inducunt meum hæc: primò descriptio, montes, non singularis mons, et montes non simpliciter, sed magis, et ille quidem qui secundum locorum situm aut à statuto Cilicis. Deinde consors auctorum positio est, Taurinis istis montibus, pro varietate locorum et gentium, varia admodum esse nomina. In Periegesi Dionysius, à Prisciano interpretatus, hæc habet: « Non tamen est unus montis cognomen ubique, Sed variis locis variantur nomine multo, Singulis ad propriam sunt nomina nota colonis. » Plinius lib. 5, c. 27: « Taurus mons, ab Eois « veniens litoribus, evadit usque ad cognita « Rhaphæorum montium iuga, numerosis nominibus et novis, quocumque incedit, insignis, Imens primà parte dictus, mox Edigis, « Paropanisus, Circius, Chambedes, Pharpharides, Choatras, Orates, Niphotes, Taurus, « atque ubi se quoque exuperat, Caucasus, « ubi brachia emittit, subinde tentanti maria « similis, Serpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus, etiam ubi dehiscit, sequo « populis aperit, portarum tamen nomine sibi « unitatem vendicans, quæ alibi Armenis, « alibi Caspiæ, alibi Cilicis vocantur. Quia « etiam contractus, efficiens quoque maria, « plurimis se gentium nominibus hinc et illinc « implet, et à dextris Hircanus, Caspius, à lævâ Parædrus, Noschius, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus, in universum « verò Græcè Corsunius. » Qui tot igitur ab aliis gentibus nomina suscepit, quid mirum si ab Hebræis unum quoque accipiat? Et vocatur ab his Ange, sive Hæi, vel ob aliquam cum monte illo inter Hæi et Bethel, de quo ex Genes. 12, supra, dixi, similitudinem, vel quia, hæi Hebræis acervus est, et vastatio ac desolatio. Numer. 21. vers. 12, Job. 60, vers. 24, Psalm.

78, vers. 1, Isaiæ 17, vers. 4, Mich. 1, v. 8, et c. 3, vers. 12; quid verò tanto illo monte coarctatus? Quid vastius et horridius? Existat apud Plinium lib. 6, c. 2, in Cappadocia oppidum Gangre; apud Herodotum lib. 7, Rangus mons magnus, apud alios Pangarus, apud Curtium lib. 5, dux Phileas Angarus. Ex his fortè conficiet solertibus aliquid aliud.

Tertiò, effregit civitatem opulentissimam Melothi. Nulla ejus in Græco mentio, et videtur ea esse quæ apud Plinium lib. 6, c. 3, Melita, et à Semiramide condita, hæc præcæ Euphrate, à Ptolemæo lib. 5, c. 7, Melitæa. Ex ea, est provincia Melitæna, quæ, ut ait lib. 12, Strabo, « per omnia similis est Commagene. » Tota enim domesticis consertitur arboribus, sola « ex omnibus Cappadociæ partibus, ita ut oleum quoque ferat, et Mavorite vinum, « quod cum Græcis certet. » Si Ange montes Argæum cum Riberâ censerem, quis hæc Mazaca foret, nihil ambigerem. Fuit enim ea opulentissima, id est, nominatissima et celeberrima, quia et à Semiramide condita, et à Cappadociæ mater urbium vocata est, ut ait Solinus, c. 55, quæ postea Cæsarea, inquit Plinius, loco citato. Melothi autem dicitur ab opulentia, rerumque omnium plenitudine et abundantia, quemadmodum et Isaiæ 1, v. 2), Jerusalem melothi micpat, civitas plena judicio. De Mallo 2 Machab. 4.

Quarò, prædant omnes filios Tharsis. Hæc esse Cilices docet Josephus lib. 1, cap. 7, in Græco, et confirmat ex urbe Tharso, in qua una tantum litterula θ in τ mutata est, quæ ab eodem dicitur θαρσωνες, à Solino, cap. 47, simpliciter, mater arborum, ab illo scilicet Tharsis originem ducent, de quo Genes. 10. Divus tamen Hieronymus partim id probat epist. 133, quæ ad Marcellam est: fujetur homonymum nomen esse, quod multa significet, inter quæ sunt maris omnis accolæ, ut Cilices et Carthaginienses, alii. Sed de hoc nomine, cum lib. 3 Reg. 9, de navibus Tharsis agerem, dicta sint multa. Græcus tamen Romanus non Tharsis, sed Paræc, Rasis legit. Complutensis verò Paræc, Raser, et subest fortè aliquem cogitatio, esse Rases illam, de quâ Genes. 10, vers. 12, nisi à 70 illic scriberetur Paræc, vel Syriam aliquam partem, unde et Rasin ille, de quo 4 Reg. cap. 16, Græcè, Ρασοδν. Certè initio sequentis capitis, et Syria, et Syria Sobal in Holofernis postestatem sive dat, v. 1. Sed sunt posteriores (ita eos vocat D. Augustinus lib. contra adversarium

legis c. 24) interdum nonnulli, qui quæ in præcis ethnicorum scriptoribus, tanquam orationis lumina, suscipiunt, ea in vetere nostro interprete arguant et irrideant. Non, prædatis, inquit hic, et vers. 16, sed prædatus est, dicendum erat. Cur ergo, apud Nonium, laudant in Ennio criminas, in Acio miserrant et contempta, in Turpilio proficiacret, in Pacuvio moderant, in Quadrigario recordant, in Nevio minitas, in Pomponio comitant et mirabiles, in Titinnio oculant, in Varrone imitant, in Virgilio populat, in Cicerone angurat, in Plauto iustis, vagat, peracratasi, eluctant, aliaque non pauca? Ex Latino isto singulari et Complutensibus Græcis, adeoque ex ipsa orationis totius contextione videtur in Romanis Græcis legendum, non *ἐπερωμασσεα*, *νασίδαν*, sed *ἡπερωμασσεα*, *νασίδαν*. Antecedit verò *ἀνέβηεν εἰς τὴν ὄρεσιν καὶ διέμεινεν τὸ φθινόπωρον*: Abiit in montanum regionem, et incubuit in eo scilicet *ὄρος ἢ ὄρεα*, gentem, vel montem *Phad et Lud. Phat*, Genes. 10, vers. 6, dedisse initium Phutis aut Phutis in Lybia, docet loco antea citato Josephus, et divus Hieronymus quest. in Genesin; sed quàm ab his hæc Holofernis expeditio jam remota? Nihilominus tamen initio capitis sequentis, Holoferni sese dedunt Lybæ, vers. 1. Ibidem verò ait Josephus, quos *Lybæ* dicimus, fuisse antiquitus *Λαῖβας* vocatos. Sed neque ad istos pervenisse adhuc videtur Holofernes, prout à Plinio describuntur lib. 5, cap. 29, Herodoto lib. 1, etsi sunt alia Lydiæ viciniores apud Ptolemæum lib. 5, cap. 15 et 17, quemadmodum et eodem libro cap. 13, Armeniæ urbès *πρὸς ἡλυσίδαν*, et postea *βόλωνα ἡλυσίδαν*.

Quintò, *effregit filios terræ Ismael, qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terræ Cælen*. Hi sunt Arabum pars, qui dicti sunt *Ismaelitar*, Genes. 25, Agares, et tandem *Saraceni*, ut ait S. Epiphanius initio libri 1, et hæres. 59; Sozomenus lib. 6, c. 38; D. Hieronymus Isac. 60, Ezech. 25, et Epist. ad Dardanum, eorumque meminit Pacatus Panegyrici ad Theodosium, Mamertinus Panegyrici ad Maximianum. Sed quæ *terra Cælen*? In quibusdam manuscriptis est *terra Cælen* et *Hæsen*; verum Græcè dicitur: in Complutensibus quidem *τὴν Χελὴν* in Romanis *τὴν Χελώναν*. Suntne isti iidem cum his, quos cap. 1 Græcus *Χελὴν* dicebat: suntne à *Chaf*, de quo Genes. 10, vers. 13, et ex ejus urbis ditione, quæ à Ptolemæo lib. 6, cap. 15, in Syriâ Pal-

myrene statuitur *Chaf*? Denique nunc aliqua his cum illis, apud Dodonæum sanum, Scitis Homericis, aut *Hefite* Pindaricis (utriusque siquidem nominis liberam facit optionem, lib. 7, Strabo) similitudo, melius quàm ego constituerint alii.

Sextò, *transiit Esphratem, et venit in Mesopotamiam*. Paulò ante jam ad Ciliciæ fines venerat et Arabiam; quomodo nunc in Mesopotamiam? et ex Assyriâ cum veniat, adeò que ex ipsâ, quæ ad Tigrim est, Nino, si Esphratem transiit, quomodo in Mesopotamiam et non ex Mesopotamiâ potius venisse dicitur. Videlicet itineris ordo non servatur. Sed, ut sæpè alibi, possent præterita hæc per pluraquàm perfecta verti: *transierat Esphratem, venerat in Mesopotamiam*, et, ut in Græco est, *διέβηεν, περὶτρανέειεν Mesopotamiam*. *Torrens Mambre* fortè dicitur quò aliquam cum eo similitudinem, qui per convallem Mambre, de quâ Genes. 15, vers. 18, et cap. 14, vers. 13, fluere juxta Hebræos. In Complutensibus vocatur *χρυσάφης ἄρσων*, in Romanis *ἀρσων*. Videtur esse fluvius qui, Ptolemæo lib. 5, cap. 10, *Χαλδῆας*, Straboni lib. 16, et Ammiano lib. 15, *Aberas*. Neque inusitatum, ut fluvii torrentes vocentur, quemadmodum exponit, lib. 1, Strabo. Unde et apud Lucanum, lib. 9. Magnus:

Non mihi Pyramides tantis ensibus Aras

Atque alii reges Nilo torrente natabant?

Hunc verò *Aberam*, volent quidam esse *Osbar* apud Ezechielem cap. 1. Cæterum ab eo distant longissimè *Amirones*, de quibus Strabo lib. 4, Florus libro 5, Livii Epitome lib. 67, 68, usque ad mare, intelligo non Persicum, sed Cilicum.

Septimò, *occupavit terminos ejus, maris videlicet à Ciliciâ usque ad fines Japhet, qui fines sunt ad austrum*. Significari videtur *Joppe* quæ hodiè vocatur *Japha*, et à barbaris *Zapha*, prout monet ad caput 16, lib. 5 Ptolemæi, Pirckheimerus. Plinius, libro 5, cap. 13: «Vicus, ait, Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt.» Est in Josepho lib. 2 Belli, 42, alia *Joppe*.

Octavò, *adduxitque omnes filios Madian*. Hi sunt Arabes, ut in Exodi cap. 2, dictum est: «Nulli, ait S. Hieronymus in Ezechielis 2, «dubium est Madianitis et totam eremi vastitatem adjacere terræ Arabiæ, qui habent camelorum greges, omniumque et caprarum multitudines, et his opibus vicitant. Quod et terræ Israel in Judicum libro accidisse

«narrat historia cap. 6, quando venerunt Madianei, et depasti sunt usque Gazam omnes regiones eorum.» In Græco textu, præter ista quæ in Latino, insunt etiam Madianitarum ratio habitandi, *ἐκείθεν τὰς οὐλὰς Μαδιαν καὶ ἐκεῖθεν τὰ ἐρημώματα αὐτῶν καὶ προσέειπεν τὰς πόλεις αὐτῶν. Circumcinxit filios Madian, et combussit tabernacula ipsorum, casaque vastavit.*

Nonò, post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis. Quando præcisè messis dicitur, triticea intelligi solet, ea tamen in Græco exprimitur. Hostilia verò hic edidit omnia; sata exussit, arbores et vites excidit, greges et armata, prout in Græco est, *ἀνέμψεν, urbes diripuit, agros depopulatus est, juvenes ipsorum omnes in ore gladii percussit*, hincque factum ut cecideret timor illius super omnes inhabitantes terram. Restrigitur verò terra hæc in Græco ad *ἐρημώματα* maritimam, et quibus pertinuerit, adiunguntur, *ὡς ἐστὶν ἐν Σιδῶν καὶ Τύρῃ, οἱ κατοικοῦντες Σόβη καὶ Ὀσῶν, καὶ πᾶντες οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλὴμ, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν ἡλύμῳ καὶ Ἀσσυρίῳ.* Sidonii, Tyrii, Surii, Ocini, Iemnei, Azotii, Ascalonitæ, idèque hic videtur modus et ratio ejus quod septimo loco dictum est exponi. Sed quoniam Surii et Ocini? Quæ nobis Tyrus, ea Hebræis Tzor est, et hodiè vulgò Sar. Si Surii ergo Tyrii essent, ineptæ iterationis mendum hic esset. Est et

CAPUT III.

1. Tunc miserunt legatos (1) suos universarum urbium ac provinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ (2), et Syriæ-Sobal, et Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos; melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno (3), et subditi simus tibi, quam morientes cum infe-

(1) *καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγους αἰνεσάτους, et miserunt ad eum viros verbis pacificis, id est, hujusmodi verbis quibus pacem ab illo postularent; ἀγγέλους appellat τὸς ἐπιστάτας, legatos, Hebræi nuntios nominant מַלְאָכִים Mal'ekim.* (Vatablus.)

(2) Mesopotamia appellatur in Hebræo Padem Aram: frequentatur potissimum à posteris Aram, patris Syrorum, hinc nomen Syriæ Mesopotamiæ. Singulos hosce populos Græcos silet.

Syriæ Sobal, Syria Sobal, vel Sobæ, non semel recurrit in Scripturâ, indicatque facillè cum Syriæ partem, ubi sita est Samel, *Σαμὴλ*, satis vicina Damasco, vel Cælesyriæ.

Libyæ, atque Ciliciæ. Cur hic Libyæ, distans

Sar solitudo, Genes. 25, vers. 18, de qua dictum Exodi 15. At hic, quasi urbs, inter urbes alias numeratur. An Dor sive Dar pro Sar legendum? De hæc urbs Ptolemæus lib. 5, cap. 15, Plinius lib. 5, cap. 19, D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: urbs, ait, quondam potentissima; et lib. 1 Machab. c. 15, vers. 11. Ocina verò est Ptolemæis, quæ quondam Ace, inquit Plinius libro 5, cap. 19, et Gath, vel potius Gath, aut Geth, ut ait in Epitaphio Paulæ D. Hieronymus. Nam quod Geth Ascalonem ad Ptolemæi lib. 5, c. 16, censet antea citatas expositor, clarissimè rejicitur, Reg. 6, vers. 17, ubi Palestinorum civitates quinque numerantur, Azotus, Gaza, Ascalon, Gath, Accaron, et ex divo Hieronymo Epistolâ ad Dardanum de terrâ promissionis. Quod verò idem D. Hieronymus in Michæe cap. 1, cum de Gath aliisque disputasset, subjungit, id mihi, nisi quid terrestre nostrum hoc iter fuerit, subungere posse videor: «Hactenus quasi inter saxa et acutissimos scopulos naviculam nostram direximus, quæ utrùm intraverit portum, an adhuc in salo fluctet, lectoris erit prudentiæ judicare. Nunc orationibus vestris, pergamus ad alios fluctus, et imminente expeditionis hinc inde usufructu, si possumus, evadamus.»

CHAPITRE III.

1. Alors les rois et les princes de toutes les villes et de toutes les provinces de la Syrie, de Mésopotamie, de la Syrie-Sobal, de la Libye et de la Cilicie, envoyèrent leurs ambassadeurs vers Holoferne, pour lui dire:

2. Que votre colère cesse envers nous; car il vaut mieux que nous vivions en servant le grand roi Nabuchodonosor, et que nous vous soyons soumis, que de nous voir exposés à

adèb regio, cui hactenus nihil ex armis Holofernis timendum erat? Legunt quidam *Lyria*, quæ regio Ciliciæ vicina est; alii populos *Libyæ*, quos Herodotus ceu proximos Syriæ memorat: jungit hos Mariandenis, Matienis, et Syris, quos omnes liisem armis instruit. Maluerim ego explicare de Lydiis, qui Holofernis arma jam experti fuerant. Vide caput 2, 15, in Græco. (Calmet.)

Syriæ Sobal, quam Adrichomius eandem esse dicit cum Arabiâ Petreâ. (Menochius.)

(3) Ut SERVIAMUS NABUCHODONOSOR REGI MAGNO. Ex his verbis et sequentibus versibus 5, 6, discimus eas gentes sese veluti municipia regi Assyriorum tradidisse. Honoris excellentiâ, Nabuchodonosor appellatur rex ma-

ritu nostro, ipsi servitutis nostræ damna patiamur (4).

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes et colles et campi, et armenta bouum, gregesque ovium et caprarum, equorumque et camelorum, et universæ facultates nostræ atque familiæ, in conspectu tuo sunt.

4. Sunt omnia nostra sub lege tuâ :

5. Nos, et filii nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, et utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus (2) cum equitibus in virtute magnâ, et obtinuit omnem civitatem et omnem inhabitantem terram.

8. De universis autem urbibus assumptis sibi auxilios viros fortès (3), et electos ad bellum.

9. Tantusque metus provincie illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, et honorati simul cum populis, exirent obviam venienti.

10. Excipientes eum cum coronis, et lampadibus, ducentes choros in tympanis, et tibis.

11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt :

gnus, nomine eidem principi consueto. *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, siebat ad Judam Nabucres : et Daniel Nabuchodonosor alloquens : Tu rex regum es, et Deus cæli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi : Apud Strabonem Cyrus in Epistaphio appellatur rex regum. (Calmet.)*

(1) Puisque saint Paul nous oblige de chercher dans tout ce qui est écrit notre propre instruction, nous devons croire que le Saint-Esprit, en faisant remarquer toutes ces particularités, qui nous font connaître d'une part la puissance et redoutable du roi des Assyriens, et de l'autre la frayeur dont tous les princes et les peuples furent saisis aux approches d'Holoferne, le général de ses troupes, a voulu nous représenter quelque grande vérité sous le voile de cette figure. Le roi Nabuchodonosor, qui avait formé le dessein de s'emparer de toute la terre, et qui voulait, comme il est dit dans la suite, se faire adorer par tous les peuples qu'il se serait assujettis, peut bien donc nous figurer le démon, qui, après s'être élevé contre Dieu, a eu l'insolence de former un aussi vaste dessein, qu'était celui de rendre tous les hommes ses esclaves, en les ruinant de l'heureuse servitude où ils vivaient sous leur créateur, et de les forcer de le reconnaître et de l'adorer comme le seul dieu, Holoferne,

périr malheureusement, soit par la mort, ou par la misère de la servitude.

3. Toutes nos villes et toutes nos terres, toutes nos montagnes, nos collines, nos champs, nos troupeaux de bœufs, de moutons et de chèvres, tous nos chevaux, nos chameaux, toutes nos richesses et nos familles, sont à votre disposition.

4. Que tout ce que nous avons dépende de vous :

5. Nous serons vos esclaves, nous et nos enfants.

6. Venez à nous comme un maître pacifique, et tirez de nous tous les services qu'il vous plaira.

7. Alors il descendit des montagnes avec sa cavalerie très-nombreuse, se rendit maître de toutes les villes et de tous les peuples du pays.

8. Il prit de toutes les villes pour troupes auxiliaires, les hommes les plus braves et les plus propres à la guerre.

9. Toutes ces provinces furent saisies d'une telle frayeur, que les princes et les personnes les plus honorables de toutes les villes sortaient au-devant de lui, avec les peuples.

10. Et le recevaient avec des couronnes et des lampes, en dansant au son des tambours et des flûtes.

11. Et néanmoins, quoiqu'ils fissent toutes ces choses, ils ne purent adoucir la ferocité de son cœur ;

général des troupes de Nabuchodonosor, nous peut aussi figurer tous les ministres de la fauteur et de l'orgueil du démon, qui travaillent sous ses ordres à accroître son empire. Tels ont été les empereurs idolâtres, qui ont fait des guerres si sanglantes contre les vrais serviteurs de Dieu, pour les obliger de se soumettre à l'empire du démon, en renonçant à celui de Jésus-Christ. Tel est le monde, dont les menaces ou les caresses sont également un piège très-dangereux pour engager une infinité de personnes à l'adorer. Et tels sont généralement tous ceux qui deviennent dans l'Eglise même des sujets de chute et de scandale aux fidèles, lorsque par l'exemple de leurs désordres, ou par leurs discours empoisonnés, ou par la violence de leur conduite, ils les font sortir de la voie de leur salut, et les engagent dans des routes de perdition, qui les mènent à la mort. (Sacr.)

(2) Syrie, parà Casio, Libano, et Antilibano, inter quos sita est Damascus, ejus campos fertiles tempore messis occupavit Holoferne, ut dictum est c. 2, v. 17.

(Cora. à Lap.)

(3) Ad reintegrandum numerum eorum qui de suo exercitu mortui erant, et cetera ad significandum suum exercitum. (Lyrantus.)

12. Nam et civitates (1) eorum destruxit, et lucos (2) eorum excidit.

13. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur deus (3) ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentiâ subjugari (4).

(1) Poth munitiones, et quibus timere posset aliquando rebellio; destraxit et lucos excidit, utique cum aris et fanis decorum, quæ lucis ferè cingebantur, ad maiorem loco venerationem conciliandam, et ad sordes illorum sacrorum saltem ex parte tegendas. Asque utinam solis idolis, seu falsis diis hoc bellum movisset Holofernes, et non etiam verum Deum cœli et terræ suo è solio deturbare voluisset.

(2) Il aurait été plus sûr et plus glorieux à ces princes et à ces peuples d'unir leurs forces et de se joindre tous ensemble pour se défendre contre un barbare qui était rempli de cruauté, et sur lequel toutes les plus grandes soumissions ne pouvaient rien pour le fléchir. Si leurs villes avaient été pillées et détruites, ils auraient au moins eu la gloire de défendre leur pays aux dépens de leur propre vie. Mais la frayeur ne raisonne point, et ceux qui en sont saisis s'abandonnent sans discernement à tout ce qu'elle leur inspire. C'est ce que l'on voit encore admirablement dépeint dans la vérité figurée par cette histoire. Les méchants, lorsqu'ils s'abandonnent au péché et au démon, ont pour but, comme ces princes et ces peuples dont il est parlé ici, de se procurer une espèce de bonheur et de s'assurer la paix durant cette vie. Mais ils se trompent d'une terrible manière, puisque le diable, selon saint Bernard, se rend plus cruel envers ceux qu'il s'est soumis, qu'envers les autres qui l'ont méprisé. Car enfin, quand même il arrivera que ce cruel Holoferne raine les villes et coupe les bois sacrés de ceux qui s'opposent à son empire, qu'il tuera leurs corps, et qu'il exterminera, autant qu'il est en son pouvoir, leur sainte et divine Religion, une mort si précieuse devant Dieu leur procure l'assurance d'une vie et d'une félicité éternelles; et le même Dieu dont il semble avoir profané et renversé la Religion, est tout-puissant pour défendre, malgré cette oppression apparente, les intérêts de sa vérité. Mais quant à ceux qui sont au-devant de lui, comme ces princes et ces peuples allaient au-devant d'Holoferne, et qui se soumettent volontairement à son empire, ils sont souvent très-malheureux dès ce monde, et ils s'engagent dans une effroyable désolation pour l'avenir. Ils ont affaire à un maître, qui étant, selon le langage de l'Écriture, *connaisseur dès le commencement du monde*, ne quitte jamais la haine implacable qu'il a conçue contre les hommes, et donne aux âmes une mort cruelle dans le temps même qu'il semble se rendre le plus favorable pour ce qui regarde la fortune temporelle de ceux qu'il veut perdre éternellement. Car il compte pour rien tout ce qui est passager, et il est très-disposé à donner, s'il

12. Car il détruisit leurs villes, et coupa leurs bois sacrés,

13. Parce que le roi Nabuchodonosor lui avait commandé d'exterminer tous les dieux de la terre, afin qu'il fût seul appelé dieu par les nations qu'Holoferne aurait pu assujétir à sa puissance.

le pouvait, tous les royaumes de la terre, comme il se vanta de les donner à Jésus-Christ même, pourvu qu'on l'adore; et qu'en l'adorant on se rende digne d'être le compagnon éternel de ses supplices. (Sacy.)

(3) Vide quò assurgat fissus hominis, qui, oblitus se terram esse et pulverem, Deo et divinitus bellum indicit; ipseque vult haberi et belli et Deus, imò solus Deus. Et hoc etiam, quia vicerat Arphaxad. Verè Darius apud Curt. lib. 4: *Frangitatis humeris, inquit, stadia in prosperis rebus cecidit est*. Similis fuit status Luciferi Isaïa c. 14, v. 15, et Pharaonis Ezech. 29, vers. 3, et regis Tyrri Ezech. 28, idoloque omnes stertit, regnoque et vitâ dejecti meruerunt. Superbia ergo mœra est insania, quam hominem facit quasi Titānem; non gigantem tantum, sed et theomachum, ut Deum quasi ad duellum provocare audeat.

(Corn. à Lâp.)

(4) Nous avons plusieurs exemples de l'antiquité de cette horrible extravagance de l'esprit de l'homme, qui le portait à se vouloir attribuer justement la divinité. Sennachérib se vanta insolemment de n'avoir trouvé aucun dieu qui lui résistât. Et mettant ainsi de ce nombre le Dieu de Jérusalem, il s'élevait au-dessus du Très-Haut, et voulait qu'on le regardât comme le Dieu tout-puissant, auquel nul dieu ne pouvait être comparé. Darius, qui régnait sur les Mèdes et sur les Perses du temps de Daniel, eut l'orgueil de faire publier par tout son empire un édit extravagant, par lequel il défendait à tous ses sujets d'adresser pendant l'espace de trente jours aucune prière à quelque Dieu que ce fût, et leur ordonnait de s'adresser à lui seul, comme si tous les sujets avaient été obligés de le reconnaître pour leur dieu. Alexandre, surnommé le Grand, et plusieurs empereurs romains ont fait paraître cette même ambition. Et il n'est point surprenant que ceux dont le démon possédait l'esprit se soient portés comme lui à vouloir se rendre semblables à Dieu, puisque cet esprit superbe, quelque jaloux qu'il parût être des honneurs divins, était toujours disposé à en faire part aux principaux de ses ministres, souffrant volontiers qu'on les regardât comme des dieux, pourvu que les hommes, trompés par ces vaines superstitions, s'éloignassent du vrai Dieu, et qu'ils devinssent par conséquent, ou qu'ils demeurassent toujours ses esclaves.

C'est ainsi que le démon substitue encore plusieurs dieux au Dieu véritable dans le cœur d'un très-grand nombre de Chrétiens. Et il agit en cela d'une manière différente d'Holoferne, lequel avait ordre d'exterminer tous les dieux de la terre, afin que Nabuchodonosor fût seul appelé dieu. Car cet esprit ardu, s'il

14. Pertransiens autem Syriam-Sobal, et omnem Apameam (1), omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa (2),

15. Accepitque civitates eorum, et sedit ibi (3) per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ (4).

n'ayant pu empêcher l'établissement du règne de Jésus-Christ, ne s'y oppose plus en apparence, et il souffre que celui qu'il hait avec un orgueil extrême règne sur la terre par le culte extérieur de son auguste Religion. Mais il travaille dans le même temps à saper cette Religion sacrée par le cœur, en lui substituant dans le fond de l'âme d'un grand nombre de fidèles autant de dieux et d'idoles qu'ils ont de passions secrètes. Il se garde bien d'exterminer ces dieux de la terre, c'est-à-dire tous ces objets différents qui attirent les adorations de leur cœur. Il contribue, au contraire, de toutes ses forces, à leur faire concevoir un plus grand amour pour ces dieux, et il ne craint point que la multitude de ces idoles lui fasse perdre à lui-même les adorations dont son orgueil le rend si jaloux, puisqu'il sait que plus il y en aura qui se rendront maîtres du cœur des hommes, plus son règne s'y affermera.

(Sacy.)

(1) Provinciam Calesyriæ, à civitate Apamea, ejus metropoli, ita dictam. (Menochius.)

(2) Id est, montanum vel clivum. Græcè est, venit in planitiem Esdreion, prope Dotamam (unde fortè legendum, ad Dotam, pro Idumæis) à regione serra Judæa (id est, tractus in Judæa perpetuè clivosi et editi, qui Lucæ 1, vers. 39, montana Judææ vocantur), et castrametatus est inter Gabæ et Scytarpolim. De Gabæ verò, vel Gabæ, dicit Plinius, urbem esse isatæ regni. Non video tamen cur cum Latino non retineamus ipsam Idumæorum nomen, cum ex Josepho et aliis constet, Idumæam quandoque tam amplè sumpit, ut Casæum quoque et Gabæ, et Acalanem, et omnia vicina comprehendat.

(Tirinus.)

(3) Id est, mansit, sicut Deut. 4 : Seditis

14. Et traversant la Syrie-Sobal, toute l'Apamée et toute la Mésopotamie, il vint au pays d'Idumée, en la terre de Gabaa ;

15. Et il devint maître de toutes leurs villes ; et il demeura là trente jours, pendant lesquels il commanda qu'on rassemblât toutes les troupes de son armée.

in Casabarna tempore multo. Id est, mansistis.

Per triginta. Plures enim turmæ sui exercitus dispersæ fuerant ad capiendum et spoliandum parva loca et fortissima, et quibus non erat necesse totum exercitum convenire.

(Lyranus.)

(4) Le piège le plus dangereux où pouvait tomber Nabuchodonosor était celui que son propre orgueil lui prépara, lorsque la divine Providence permit qu'il réussit pour quelque temps dans le dessein extravagant qu'il avait formé de s'assujétir toute la terre. Car ces succès heureux lui firent croire de plus en plus qu'il devait être honoré comme un dieu, et lui élevèrent le cœur jusqu'à ce degré d'orgueil, d'où il mérita d'être tout d'un coup précipité. Tous les princes et tous les peuples sortaient au-devant de son général pour se rendre ses esclaves. Qui n'edt cru qu'un peuple, comme était celui des Juifs, beaucoup plus faible en apparence que toutes ces autres nations qu'il avait vaincues, se serait soumis de même à ses lois ? Mais c'était là que Dieu l'attendait pour lui faire tout d'un coup sentir son néant. Le moindre des peuples était celui qu'il avait dessein d'opposer à tous ses vastes projets. Et une femme d'entre ce peuple était destinée pour exécuter ce grand dessein. Tout ce que l'Ecriture sainte a représenté jusqu'à présent de tous ces peuples assujétis à l'empire d'Holoferne, n'a été qu'un de nous donner lieu d'admirer davantage et l'extravagance impie qui fait que les hommes abusent d'une manière si insolente, et en même temps si aveugle, d'un pouvoir qui leur a été seulement confié ; et l'adorable conduite de Dieu, qui souffre leur orgueil avec patience, et qui attend à les punir qu'ils aient porté leur impiété jusqu'au comble de l'exces. (Sacy.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et miserunt ad eum nuntios verbis pacificis, dicentes : — 2. Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te : utere nobis, sicut placitum est faciei tue. — 3. Ecce ville nostræ, et omnis campus triticorum, et greges, et armenta, et omnes mandræ tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam ; — utere quomodo placuit tibi. — 4. Ecce et civitates nostræ, et habitantes in eis servi tui sunt. — Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. — 5. Et advenierunt viri ad Olophernem, et annuntiaverunt ei secundum verba hæc. — 6. Et descendit super maritimam ipse, et virtus ejus, et præsidia posuit in civitatibus excelsis ; — et assumpsit ex eis in belli societatem viros electos. — 7. Et susceperunt eum ipsi, et omnis regio adjacens eorum — cum coronis, et choris, et tympanis. — 8. Et demolitus omnes fines eorum, et lucos eorum excidit. — Et erat decretum in exterminare omnes deos terræ : ut ipsi soli Nabuchodonosor servirent omnes gentes : et omnes linguæ, et omnes tribus eorum invocarent eum in Deum. — 9. Et venit super faciem Esdreion, prope Dotamam, quæ est contra terram magnam Judææ. — 10. Et castrametatus est inter Gabæ, et Scytarum civitatem : — et fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

COMMENTARIUM.

Beili successus exponitur, quoad populos ipsos, qui bello eo petebantur, et quoad ipsum Holofernem. Illi copiarum tantarum, rerumque hactenus gestarum terrore perculsi, sese huic totos dederunt, præter unos Judæos, de quibus sequenti capite. Dispicendum verò quoniam alii illi populi fuerint, et quem in deditione modum tenuerint. Fuerunt igitur universarum urbium ac provinciarum reges ac principes. Et ne de toto statim mundo cogitationem quis suscipiat, additur: *Syriae scilicet et Mesopotamiae, et Syriae Sobal, et Lybiae atque Cilicis*. Syria variè admodum sumitur. Interdum etiam Assyrios ipsos complectitur, ut *ὁ δὲ Ἑλλήνων ἑκατόντα τῶν, ὅτι τὰς βασιλείας ἑκατόντα ἔδεικνεν*. Qui à Græcis, ait Herodotus lib. 7, Syri vocabantur, ἢ à barbaris Assyrii vocati sunt. Rursusque postea: *Οἱ τῶν αὐτῶν τοῦ Περσίου Κερμανίου καλέοντο*. Syri isti à Persis Cappadoces vocantur. Et Plinius, lib. 5, cap. 12: *Syria quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Nam quæ Palæstina vocabatur, quæ contingit Arabas, et Judæa, et Cæle, dein Phœnice, et quæ recedit intra, Damascus, ac magis etiam nunc meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia inter Euphratem et Tygrin; quæque transit Taurum, Sophene; citra verò, etiam Comagene, et ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta, et ubi Ciliciam attingit, Antiochia*. Patet igitur Syriae nomen quàm latissimè, sed cum pressius accipitur, ab enumeratis jam partibus distinguitur, siquæ alia est Syria, alia Sobal. Hæc enim ipsa est quæ, à Plinio loco citato, et Strabone lib. 12, Ptolomæo lib. 5, cap. 15, *Sophene* dicitur, et ejus mentio fuit 1 Reg. 14, 2 Reg. 8, ubi dictum vocari quandoque *Syriam* Sobal à Josepho Oba, à 70, Sebba. Non præterito de Syriâ pressè dicta Dionysii, prout eos quidem Latinos fecit Priscianus versiculos, præsertim, quia nonnulli, quod capitis infra secuturi quinti versus septimum et decimum quartum attingit, continent. Cùm enim varia esse Syrorum genera dixisset, pergit:

*Namque alii mediis habitant telluris in arsis,
Hæcque Syros propriè perhibent; sed littora juxta,
Phœniceis vivunt ceteri cognomine dicti,
Quos mihi quondam mare Rubrum laniibus actos,
Chalidæo nimirum decoratum sanguine gentem,
Arcanisque Dei celebratam legibus usam.*

Lybia verò quomodo ab Holoferne tam adhuc procul dissito perterrita est? Quomodo ejus

mentio, et Egypti nulla? Quomodo inter Syriam Sobal et Ciliciam media constituitur, quæ ab utroque tanto locorum spatio disjuncta? Sunt qui *Lyciam* hic velint, *Ligyas* fortè legenda. Ligyas enim in hisce locis collocat Herodot., lib. 7, cum Syris et Maryanjenis, de quibus lib. 4, et Matienis, de quibus lib. 1: « *Ligyas, « sit, et Matieni, et Maryandeni, et Syri, eadem cum Paphlagonibus armaturâ præliantur; » et paulò post: « Maryandenorū, « et Ligyum, et Syrorum dux erat Gobryes, ubi in Latinâ, quæ etiam correctissima putatur, conversione, idem quod hic mensum, ut *Ligyas* dux sit Gobryes. Et ne quis vel eodem Libyas vel Ligyas, vel in Herodoto Libyas potius quàm Ligyas legendos augeretur, liber in manus tantum sumendus. Confestim enim erit utrosque legere, et valdè quidem diversos; et Libyum quidem ducem esse Mansangen. Quia tamen antea, quin Phœd Libyam significaret, verisimilius nihil occurrat, sit sanè Libya, et ad eam licet cum exercitū nondum pervenerit Holofernes, hujus tamen animus illa occupat, longèque adhuc positum malum avertit, uti se Gabasonitæ facere dicebant Josue c. 9, et faciebant apud Curt. lib. 10 alii. Babyloniam enim reverti volebat Alexander, quia « nuntiabatur ei legatos ex diversis terrarum « corbis partibus undique Babyloniam confluxisse et ejus adventum expectare. Adeo « totum orbem nominis ejus terror invaserat, « ut cunctæ gentes velut destinato sibi regi « adlarentur. » Videntur verò iidem in Latino esse debere populi qui in Græco, quia idcirco in Græco jam isto capite reticentur, quod antea, c. 1, nominati fuerint, et contra, idè in Latino, jam dicto capite, recensentur, quod antea capite primo præterit fuerint.*

Modus verò deditionis fuit hic: Primò, miserunt legatos suos. Ipsius Nabuchodonosoris antea legatos respuerant; suos ipsi nunc mittunt, et per eos supplicant. Per Holofernem petierat ille antea, ut ex Græco audivimus, *terram et aquam*; per legatos ea isti offerunt omnia. Est autem illa formula quæ postulabant isti reges non, ut vertit Baduellus, *preparari sibi terras et aquas*, sed sibi dedi, subjicere omnia, quod Imperium omne vel terrestre vel maritimum sit, bellum omne vel terrâ, vel mari geratur: omnes hominum opes vel ex terrâ, vel ex aquâ consent, ut sunt agri, fundi, sylvæ, possessiones, domus, urbes, sta-

gna, lacus, flumina, quin aurum etiam, et argentum, et lapides pretiosi. Nam, ut sapienter et philosophorum decretis consentaneè dixit S. Bernard. serm. 4 de Adventu: « Aurum et argentum nonne est terra rubra et alba, quam solus hominum error facit, aut potius reputat pretiosam? » Uniones et gemmas nonne è pelago etiam petuntur? Et in homine quæ præponderant aliis elementa, nonne terra et aqua sunt? nonne ex hisce duobus potissimum constant omnia, quibus pascimur, potamur, amictamur? Sic apud Herodot. Scytharum regi dicebat Darius: « Domino tuo offerens dona, terram et aquam, in colloquium veni. » Et cum ille misisset, « avem, marem, ranam et quinque sagittas, » Darii opinio erat, « Scythas se sibi tradere, et terram et aquam, » quod nus quidem in terrâ gignatur, et eodem quo homines fructu victitet; rana autem in aquis nascatur, avis verò sit equo assimilis; at sagittis dandis, suum ipsorum robur tradere. Idem etiam Darius Athenas et Spartam legatos idem peltatos cum misisset, eorum illi aliquos in barathrum, alios in puteum iniecerunt, jubentes ut ex illa terram et aquam ferrent, ut lib. 7 refert idem Herodot., qui memorat etiam quemadmodum Xerxes *ἀπὸ τοῦ ἑλκεῖν* miserit, et alii quidem terræ inanes reverterint, alii terram et aquam attulerint. Est et in Diod., lib. 11, eadem formula. Deinde legati missi, *ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἀπέβησαν*, verbis pacificis, pacem poscere debuerint. Ea traduntur v. 2, quorum triplex veluti membrum: Primum est deprecatio, quæ et v. 6 repetitur. Alterum est ratio, cur ita sese dedant, quod è malis duobus minus eligendum sit. Tertium est deditio ipsa omnium omnino rerum, v. 3 et 4, adeoque sui ipsorum et filiorum libertatis, v. 5 et 6. Vocant verò v. 2 Nabuchodonosorem *regem magnam*, et seipsum *itâ*, ut vidimus, ipse vocat e. 2, non vulgari modo, quo potentem quempiam regem vocare moris est, sed eximio illo qui Persarum postea regibus proprius extitit, ut nimirum aut *rex magni*, aut *rex regum* appellarentur, apud Herodotum crebrè. Xenophonem lib. 5 Anab., Aristidem in Romæ Encomio, Dionem, Chrysostomum orat. 3 de Regno, Ammianum lib. 17. Hinc et apud Strabonem, lib. 15, Epitaphius iste Cyrî versus:

*Hic ego rex regum jaces, qui nomine Cyrus.
Et 4 Reg. 18, vers. 19: Hæc dicit rex magnus,
rex Assyriorum, Esdræ 7, vers. 12: Artaserxes
rex regum, Esdræ sacerdoti. Danielis 2, vers.*

37: *Tu rex regum es; et Deus celi regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi.* Rectè verò apud Plutarchum Apophteg., Lacodemonorum rex Agasilans: *Quid, airbat, me major rex, si non imperator et justior?* Ideoque et Alexander, apud eundem Plutarchum lib. 2, de illius fortia, solo piersque nomine magnos esse dicebat. Cujus rei causam Plato, libro 3 de Legibus, in malam alimiam que mollem et delicatam educationem confert. Cum enim Cyrus Dariique Hystaspis durè diligenterque in pueritia educatos laudaret: « Ex illo, ait, tempore nullus unquam fero Persarum rex magnus, nisi nomine fuit. Neque fortaniam causam fuisse arbitror, sed vitam malam, quam filii valde divitum, tyrannorumque plurimum vivunt. Nunquam enim puer et vir et senex, ex hujusmodi vitâ, virtute præstans evadere poterit. » Sanè verò, ut apud Horatium epist. 4, pueri, et Ausonius idyllio 17: *Qui rectè faciat, non qui dominatur erit rex, et verè magnus rex.* Omnium verò tanto isto nomine dignissimus ille, ejus meminit Tobie cap. 13, de quo Propheta Psalm. 94: *Deus magnus Dominus et Rex magnus super omnes deos. Quis in manu ejus sunt fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et altum manus ejus formaverunt.* S. Joan. Apocalyp. 19, vers. 16: *Habet in sinistram, et in sinistram suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium.*

Holofernes verò quæ jam fecerit, narratur vers. 7: *Descendit de montibus, Casio, Libano, Antilibano, qui in Syriâ, inter quorum duos postremos Damascus est, in cujus ille felices campos descenderat e. 2, v. 17: Descendit in sinate magnâ.* Etiam in literarum studio lippis notum, *virtutem* sæpè pro vi, robore et exercitu accepti. *Officiis* omnem civitatem, id est, præsidia imposita munivit, quia Græcè est *ὑποπόνο*, non, ut e. 1, v. 6, *ὑπόνο*, vel infra hoc ipso e. v. 15, *acceptis civitatibus eorum*, quanquam munitionem istam anteeat acceptio, necesse est. *De universis urbibus impavit sibi auxiliares*, v. 8, unde factum ut incredibiliter ejus in dies augescerent copie, prout etiam dicitur infra, cap. 7, v. 2. Accipiebatur ubique honorificentissimè. Vententi procedebant obvium non pauci aliqui et, civitatum nomine, legati, sed *universarum urbium habitatores principes et honorati simul cum populo.* Et quomodo? *Excipientes eum cum coronis et lampadibus, ducentes choros in tympanis et tibis.* Summæ ista omnia

reuerentiae, laetitiaeque publicae apud veteres argumenta erant. De coronis dicam in Machabaeis. De lampadibus, et quidem adeo, ut suas etiam interdum januas lucernarent, attestatur Iuvenalis Satyrâ 21, Xiphilinus in Nerone, Tertullianus in Apologiâ, et lib. ad uxorem. Curt. lib. 5: « Bagistanes, Babyloniarum arcis et regiae pecuniae custos, obviam victori Alexandro egreduntur, totam iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. » Scriptum à Diodoro est, lib. 16, quemadmodum Artaxerxi Ocho cum oleæ ramis obviam supplices venerint Sidoni; et à Livio, lib. 44, quemadmodum contra Epiphanem Antiochem opem rogatur Alexandrinus, cum oleæ iidem ramis, Romanorum senatum ingressi sint. Magna sanè hominum miseria, quod in summo suo luctu et calamitate, vel inviti gaudere, tripudare, festosque dies agitare debeant:

Non bene mendaci rursus componitur ore,

Difficile est tristi fingere mente jocum.

Cum tamen sibi hæc, invitis etiam et repugnantibus, imperarent, tanta nihilominus Holofernis elatio, arrogantia et ferocitas erat, ut eam, ne istis quidem tot tantisque honorum et gaudiorum lenociniis, mitigare possent, v. 11. Nam et civitates eorum destruxit, et locos eorum excidit. Hoc arboribus consitos et opacos, diis consecratos, quis, qui vel primoribus, ut aiunt, labris, Virgilium gustarit, ignorat? Sed et in Scripturâ idem nostrâ significatum Deuteronom. 18, v. 21: *Non plantabis lucum, et omnem arborum iuxta altare Domini Dei tui*, 3 Reg. 14, v. 23. *Edificaverunt et ipsi sibi aras et statuas, et locos super omnem collem excelsum*, itemque c. 15, lib. 4, c. 15, 17, 21; Jerem. 17, Mich. 5. Quid igitur? Holofernes gentilia non erat? Deos non colebat? Quomodo eorum igitur locos excidebat? Quomodo, quæ veri Dei cultoribus præcepta erant Exod. 34, Deuteronom. 7 et 12, pñ ejusdæm Assæ instar 2 Paralip. 14, v. 5, faciebat? Obstupesce, ô homo, et humanam exhorresce superbiam. Præceperat illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur Deus. Quò, quò secendis, terrula, pulvisculæ, vermiculæ? Arphaxadem vicisti, copias magnas coegisti, regnum dilatasti; et idcirco tu statim Deus, et Deus solus? Bene in extremo illo suo conflictu, apud Curt. 1. 4, Darius: Fragilitas humanæ auidia in prosperis rebus oblitio

est, qui l. 3, Charidemum non audierat dicentem: « Tu quidem, licentiâ regni subito mutatus, documentum eris posteris hominum, cum te permiscere fortasse, etiam naturam dedidiceris. Si scilicet, ait idem Curt. lib. 10, res secundæ valent commutare naturam, et ratio nusquam erga bonas res satis cautus est. » Atque hoc idem c. 5, v. 29, de Nabuchodonosore traditur, ut sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est; et præter ipsum alias non est, et c. 6, v. 2 et 4. In capituli hujus tertii textu Græco ita inscribitur: *Erat ipse decretum omnes terræ deos exterminare, ut ipse soli Nabuchodonosori laudis cultum deferrent omnes gentes, et omnes linguae, et omnes tribus cum in deum invocarent.* De intolerabili superbiâ hæc, quæ Divinitati etiam manus injicit, dicam iterum aliquid infra, c. 6, et 2. Machab. 9, v. 10. Legendus verò Isaïas c. 14, à v. 4. Bellum ergo inferrebat Holofernes non regionibus tantum, sed et religionibus; et licet opus bonum esset sicca commentitiaque gentilium numina tollere, profana eorum sacra et delubra excindere, lucos impuriis omnes desecare, pessimè tamen agebat Holofernes, qui verum etiam eorū terræque Deum suo à solo deturbare cōsaretur, extremisque illius Nabuchodonosorianæ impietatis et arrogantiae tam sedulum sese ministrum, tamque insanentem satellitem præberet. Venit verò ipse ad Idumæam in terram Gaba, v. 15. Sed quæ ista Gaba? Nam una quidam in Judæâ, 4 Reg. 23, v. 8, Jos. 15, v. 48, præpè Maonem montem et Darumam vel Dammam, de quâ Moyses in illud cepit; altera Benjaminica, quæ nefario scelere Judic. 20, et Saulis orto 1 Reg. celeris. Si de priore agatur, nunc ad hanc Judæam partem accesserat Holofernes? et nonne Damascus, quod Idumæam potius legamus? Si de posteriore, quinam in Benjaminicâ tribu Idumæi? et nūm illi etiam sese Assyrii jam penetrarant? Gaba, ait Plin. l. 5, c. 18, urbs regis Isator. Et Idumæam nomen ita quandoque amplecti est, ut Gazam etiam et Ascalonem, aliquæ id genus loca comprehendat, ut l. 4 Captiv. 25, monstrat Joseph, et lib. contra Appionem Græcorum text.: « Venit, ait, secundum faciem, vel in plantitum Esdrefon præpè Dotzæam, quæ est à regione Serræ magnæ Judææ, et castrametatus est inter Gabam et Scythopolin. » Videtur ergo legendum: *Venit in Dotzæam in terram Gabæ*, id est, montem seu ciliatam. Serra verò Hispanis quidam, ut in Eschiellicos Serrani Commentarios explicat Arias, est

tractat perpetuam obsequii et salutis; sed Græcis in topographiâ, est locus dentium serræ instar strictus, seu fauces et angustie. De Scythopoli Solinus cap. 43, Plinius lib. 5, cap. 18, et ego ex D. Augustino Judic. 4, Egesippo lib. 3, cap. 19. *Detaxa* solet aliis etiam à Septuaginta vocari Bothaim, Genes. 17, vers. 17. Postremo his in locis mensem totum hæsit, exercitum totum colligeus. Varias enim simulationes is exercitus pergebat, cum diversas hæc et illæ ejus partes amandaret Holofernes. Unde factum ut eodem tempore, procello ejusdem instar, pergeret, multasque et urbes et provincias Nabuchodonosori subderet. Græcus mentionem tantum facit sarcinarum et impedimentorum colligendorum. Si porro queramus, cur terroris tantum tot gentibus incusserit Holofernes, cum Assyriorum majores antea copie vix fuissent, à Reg. 16, vers. 35, dicendum primo quidem, initio fortasse non

CAPUT IV.

1. Tunc audientes hæc filii Israël (1), qui habitabant in terrâ Judæ, timuerunt valde à facie ejus.

2. Timor et horror invasit sensus eorum (2), ne hoc faceret Jerusalem et templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus et templis earum (3).

3. Et miserunt in omnem Samariam (4)

(1) Id est, *Israelitæ*, sive *Judæi*: est enim hæc nomen generale, ut sæpe sibi, non peculiare decem tribuum. (Vatablus.)

(2) Et videntes etiam si sese Holoferni dederent, extrema omnia ab illo sibi metuenda esse, et Dei cultum abolendum, etc., statuerunt vim vi repellere, consilio quod in alio rerum statu vanum temerariumque fuisset. (Vatablus.)

(3) Il arrive peu que Dieu donne son secours, si l'on n'en sent auparavant le besoin autant qu'on le doit. Les hommes du siècle regardent comme une grande force d'esprit de ne rien craindre. Mais les serviteurs de Dieu, qui sont convaincus qu'ils ne peuvent rien par eux-mêmes, savent aussi que le sentiment de leur faiblesse est en eux le fondement et le principe d'une grande force. Il était donc nécessaire que les enfants d'Israël fussent frappés de frayeur à la vue de cette puissance si redoutable d'Holoferne, sous laquelle tous les princes et tous les peuples pliaient. Il fallait qu'ils fussent remplis de trouble et d'étonnement, afin que cette frayeur et ce trouble, les faisant délier d'eux-mêmes, les portassent à se confier en Dieu seul, et à implorer, comme ils firent, l'assistance de son bras tout-puissant.

Ce que l'Écriture dit ici nous est d'une grande instruction; car elle ne marque point que les Juifs craignissent la perte de leurs

eduxisse tantis ex Assyriâ copiis, quantæ aliis jam fuissent, sed paulatim novis quotidie supplementis et accessionibus vehementer auctus fuisse, ut antea dictum est. Deinde magnam ductis peritiam fuisse, magnumque paulatim Nabuchodonosori nomen exultasse, ob victum Arphaxadum, et felices Holofernis progressus. Hujus etiam sævitia et furor plurimorum animos frangebat. Eiverò ita hæc omnia gerebat Holofernes, ut multo majores adhuc in dies copie non tam expectarentur, quàm timerentur. Semei enim et iterum dixit cap. 2, in Græco Nabuchodonosor, *Holofermus à se promitti*; se non ita multo post secuturum. At que quantæque cum rege ipso copie! quis Assyriorum flos! quod robur! Denique Dei hæc voluntas erat, ut tantò postea illustrius esset beneficentiam potentiaque ipsius miraculum, ad quod jam jam contemplandum accingimur.

CHAPITRE IV.

1. Les enfants d'Israël qui demeuraient dans la terre de Juda, ayant alors appris toutes ces choses, craignirent beaucoup Holoferne.

2. La crainte et l'horreur saisirent leurs esprits, appréhendant qu'il ne fît à Jérusalem et au temple du Seigneur ce qu'il avait fait aux autres villes et à leurs temples.

3. Et ils envoyèrent dans toute la Samarie,

biens, de leur liberté, et de leur vie, mais que le sujet de leur trouble était la crainte qu'ils eurent que la ville de Jérusalem et le temple du Seigneur ne fussent traités comme tous les autres lieux par où Holoferne avait passé. Les Juifs avaient une profonde vénération pour ce temple, et l'on a vu dans plusieurs rencontres qu'ils étaient prêts à donner leur vie mille fois pour la conservation de ce lieu fameux, qui les distinguait de toutes les autres nations. Ce qu'ils faisaient par le zèle du Judaïsme et pour conserver ce monument si glorieux de leur religion, nous serions heureux de le faire par un vrai principe de piété, étant plus touchés dans le fond du cœur de ce qui blesse la gloire de Dieu et les intérêts de l'Eglise, que de ce qui nous touche nous-mêmes. Nous voyons bien, en effet, que Jésus-Christ s'est mis en colère lorsqu'il a vu profaner la sainteté du temple de Dieu, et la maison de prière changée, comme il dit, en une caverne de voleurs; mais on ne voit point qu'il ait témoigné de même aucune colère dans tout le temps qu'il fut entre les mains de ses ennemis, exposé à tous leurs outrages, quoique son corps fût un temple sans comparaison plus précieux que celui auquel ils paraissaient si fort attachés. (Sacy.)

(4) Erant aliqui Samaritani Judæis inimici; commune tamen periculum suaderet interfectus ut se ab Holoferne tuerentur. (Menochius.)

per circuitum usque Jericho, et præoccupaverunt omnes vertices montium (1).

4. Et muris circumdederunt vicos suos (2), et congregaverunt frumenta in præparationem pugnae.

5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad universos qui erant contra Esdrelon, quem est contra faciem campi magni juxta Dothain, et universos per quos via transitus esse poterat (3).

6. Ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Jerusalem, et illic custodirent, ubi angustum iter esse poterat inter montes (4).

7. Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis sacerdos (5) Domini Eliachim.

Ilic non accipitur Samaria pro civitate metropoli et locis sibi propinquis, in quibus habitabant gentiles de regno Assyriorum, sed pro partibus remotis in regno decem tribuum in quibus habitabant aliqui Judæi, sicut dictum fuit sup. (Lyranus.)

(1) Acta sunt hæc antequam Holofernes castrametaretur ad Esdrelonem, Dothain, et Bethan usque ad Gabahticam; tunc enim ægrè admodum peragrari potuisset Samaria, quam totam Assyrii occupabant. Legit Græcus: *Miserant in omnem terminum Samarie, et Conas, et Bethoron, et Beimen, et Jericho, et in Chaba, et Asora, et vallem Salim*. Urbs hæc Conas, *Κωνας*, ipsa est fortasse Kana Gallilee; sed præferendam censeo lectionem Bibliorum Complutensium, ferentem *Κόνας*, Komas, id est, vicus, vel pagus. Bethoron urbs est notissima; ejusdemque nominis geminae erant urbes in Samaritide. Beimen est Basimain, vel Beelmaim, urbs Aquaram. Syrus legit hic et capite 7, 3, *Abelmatus*; quæ urbs in Scriptura notissima est, et parum abest à torrente Cison ac valle Jezael. Fortè etiam accipi potest de Abelmatus in tribu Nephthali. Vetus Vulgata fert *Abelma*; Chaba, fortè est Cocheba in Galilee, vel in Basanitide. Asora est facillè Asor, cujus nominis plures sunt urbes. Celebris quidam adjacet lacui Semechonis in superiori Galilee; alia pariter celebris est in Arabia Petraea, et in sorte Juda. Denique Vallis Salim urbi Sichem proxima est. Meminit Evangelium Salim, loci propè Jordannem. (Calmet.)

(2) Aut: *circumierunt pagos qui erant in verticibus juxtaque montium*; eos muniverunt ac firmiter. FRUMENTUM REPOSITURUM AD COMMEATUM APPARATUSQUE BELLI NECESSARIUM; ad necessitatem, atque ad obsequium hostilem tolerantiam. Ea adjumenta ad victum pertinentia sunt comparata et comportata. (Vatablus.)

Nam ipsorum agri recentè demissi erant, ut addunt Græci: *Reliquis castibus, ait libro tertio, c. 5, Vegetius, potest in tempore subveniri; pabulatio et annona in necessitate non habent remedium, nisi ante condita.* Ideoque vetus Romanorum disciplina,

à l'entour jusqu'à Jéricho, et occupèrent tous les sommets des montagnes.

4. Et ils environnèrent leurs bourgs de murailles, et amassèrent des blés pour se préparer à cette guerre.

5. Le grand prêtre Eliachim écrivit aussi à tous ceux qui demeuraient vers Esdrelon, vis-à-vis de la grande plaine qui est près de Dothain, et à tous ceux dont le pays pouvait offrir un passage.

6. Qu'ils occupassent les montées des montagnes par où l'on pouvait aller à Jérusalem, et qu'ils gardassent les défilés par où l'on pouvait passer entre les montagnes.

7. Et les enfants d'Israël firent comme leur avait commandé Eliachim, grand-prêtre du Seigneur.

« in plerisque oppidis ad usum anni totius, « in æcto, frumento, larido, atque hordeo et « paleis condita habebat, » inquit in Gordiano Capitolinus. « Nam, ut ait Vegetius lib. 5, c. « 5, sæpius penuria quam pugna consumit « exercitum, et ferro sævior fames est. In « omni expeditione unum et maximum consi- « lium est, ut tibi sufficiat victus, hostes fran- « gat inopia. Ante igitur quam inchoetur bel- « lum, de copis expensisque solere debet esse « tractatus, ut pabula, frumentum, cæteraque « annemarie species, quæ à provincialibus « consuetudo deposcit, materiis exigantur, et « in opportunis ad rem gerendam, ac muni- « tissimis locis, amplior semper modus, quàm « proficit, aggregetur. » Et capite 26: « Qui « frumentum, necessariumque commeatum « non præparat, vincitur sine ferro. »

(Corn. à Lap.)

(3) In Græco scripsum legitur ad Bethuam, et ad Bethomathaim. Horum prima est Bethulia in tribu Simeonis, de qua inferius. Bethomathaim est Bethaniam, vel, ut afferunt Syri, Bethamata. Urbes Esdrelon, Dothain, et alia loca versiculo præcedenti descripta, brevi ab exercitu Holofernis occupata sunt; cujus copis ne restitisse quidem videntur Israelitis, quibus summus sacerdos per litteras mandaverat, ut aditus defenderent. Impares se facillè reputarunt, ut validissimo huic exercitui resisterent. Satis habuerunt occupare fauces Juda et Hierosolymæ propinquiores, ut statim narrabitur. (Calmet.)

(4) Græcus: *Angustus accessus erat, ut duo ex agro homines transire non possent.* Idem est locus qui, capite præcedenti, v. 15, *Serra Judæa* appellatur; eademque phrasi mihi exprimitur nexus perpetuus montium, qui vix aditum inter angustissimas fauces reliquit. Eam vocem servant in vernaculo sermone Hispani apud quos *Serra* est montium nexus. (Calmet.)

Διακρινόμενοι τὰς ἀντιθέσεις τῆς ἰσχυρῆς, ut occuparent accessus montium regionis; aditus montium quibus hostis in Judæam venire posset. (Vatablus.)

(5) ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, id est, summus pontifex,

8. Et clamavit omnis populus ad Dominum instantiâ magnâ, et humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus, ipsi et mulieres eorum (1).

9. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, et infantes prostraverunt contrafaciem templi Domini, et altare Domini operuerunt cilicio (2) :

10. Et clamaverunt ad Dominum Deum Israel unanimiter, ne darentur in prædâ infantes eorum, et uxores eorum (3) in divisionem, et civitates eorum in exterminium, et sancta eorum in pollutionem, et fierent opprobrium gentibus (4).

qui summam sacerdotii dignitatem obtinebat. (Vatablus.)

Et senatus universi populi Israel, qui sedebat in Jerusalem, addidit Græcos.

(1) Græci : ipsi, et uxores ipsorum, et infantes ipsorum, et jumenta ipsorum ; et omnia incola, vel mercenarii, et argente captivi ipsorum, imposerunt saccos super lumbos suos. (Calmet.)

Illustre exemplum voluntarie afflictionis et humiliationis sui coram Deo, quo ostenditur nobis Christianis quid etiam nos facere debeamus, maxime tempore afflictionis et penitentis. Sed et fructum hujus voluntarie castigationis declarat sacerdos reagens dicens : Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, et manentes perseveretis in jejuniis et oratione in conspectu Domini. Porro quod hic additur : Et altare Dei operuerunt cilicio, id factum in signum luctus publici, et ad provocandam misericordiam Dei tali externo cultu ipsius altaris. Non dissimile est, et fortè ex antiquâ isrl Judæorum consuetudine tractum, quod tempore quadragesimalis jejunii, quod est tempus penitentis, Christiani, quicquid in templis speciosum et pulchrum est, velant quibusdam tegumentis, scilicet ad significandum publicum luctum, tristitiam et humiliationem, sicut contra ornatum est signum publicæ lætitiæ. (Esius.)

(2) Ut ad altaris stratum, et quodammodò sordidatum aspectum populus magis incitaretur ad luctum, et inde ad orationem, et cognosceret altari temploque inditum esse bellum, profanandam et sordidandam veterem religionem. Hæc etiam miserandâ specie admoneri videtur Deus, ut suam ipse causam tueretur, et nomen ubique terrarum venerabile, ab omni vindictæ ignominia. (Vatablus.)

Sic aliquando ostium Ecclesiæ obstruitur spinis in signum afflictionis. (Lyranus.)

(3) Gravissima sunt ad excitandam misericordiam, peccatorum penitentia, et sordis habitus, cinis, et innocentium clamor et ejulatus. Ilud de infantibus in rerum angustis, Joel 2, 16. Qui procul ab urbe temploque distabant, et ipsi orabant ad templum conversi, et conversæ ante faciem templi prostraverunt infantes, et illorum miserabili aspectu et plo-

5. Et tout le peuple cria vers le Seigneur avec grande instance; et ils humilièrent leurs âmes dans les jeûnes et les prières, eux et leurs femmes.

9. Les prêtres se revêtirent de cilices; et les enfans se prosternèrent devant le temple du Seigneur; et l'on couvrit d'un cilice l'autel du Seigneur.

10. Puis ils crièrent tous unanimement vers le Seigneur Dieu d'Israël, afin qu'il ne permit pas que leurs enfans fussent donnés en proie, leurs femmes distribuées aux vainqueurs, leurs villes détruites, leur sanctuaire profané, ni qu'eux-mêmes devinssent l'opprobre des nations.

ratu, aliorum compungeretur animus, et inflammaretur oratio.

Orant pro infantibus, ne sint prædæ barbaris, et à materno complexu distracti, ad servitutem et mortem adducantur; orant pro uxoribus ne ludibrio sint hosti victori, et in impiorum militum petulantiam incurant.

(Uxoribus suorum in divitiis, quæ verba sensum exhibent supra expositum; vel significant ipsos orare ne viri ab uxoribus separentur, aut morte, aut quod viri et uxores captivi varias in regiones abducerent. (Vatablus.)

(4) Les Israélites usèrent d'abord de toutes les précautions possibles pour se défendre de la surprise des ennemis. Mais il paraît bien qu'ils n'y mettaient pas leur confiance; ils firent tout ce qui dépendait d'eux, parce que Dieu nous oblige de ne négliger aucun des moyens qui sont en notre pouvoir. Mais étant très-convaincus de ce que le plus saint de tous leurs rois avait déclaré : Qu'en vain ceux-là seillent qui sont établis pour la garde d'une ville, si Dieu même ne les garde, ils eurent recours à l'humiliation; aux prêtres, et aux jeûnes, comme aux armes qui pouvaient seules les rendre invincibles, en leur procurant la protection toute-puissante du Dieu d'Israël. Il n'y a point, en effet, de puissance sur la terre qui soit capable de résister à cet humble abaïssement d'une âme ou d'un peuple qui crie vers Dieu par ses larmes, et qui reconnaît que toute sa force ne peut lui être donnée que d'en-haut.

Faisons donc aussi nous autres ce que fit alors le peuple de Dieu. Nous sommes sans cesse attaqués par le démon, dont l'orgueil, comme celui d'Holopherne, ne peut souffrir que nous refusions de lui être assujettis. Veillons et fermons-lui avec soin toutes les différentes avenues des montagnes; et mettons une bonne garde dans tous les détours par où cet esprit artificieux et superbe pourrait passer; c'est-à-dire, ne lui donnons aucun lieu, comme dit l'Apôtre, pour entrer en nous. Mais soyons en même temps persuadés que quand nous ferons tout notre possible pour nous défendre d'un ennemi si redoutable, nous avons besoin encore de tout le secours de Dieu; et que nous ne pouvons mériter ce divin secours, qu'en nous convertissant vers lui, qu'en venant des

11. Tunc Eliachim, sacerdos Domini magnus, circumivit omnem Israel (1), allocutusque est eos.

12. Dicens : Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si mementes permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.

13. Memores estote Moysi servi Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, et in potentia sua, et in exercitu suo, et in clypeis suis, et in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit (2).

larmes, qu'en nous mortifiant par le jeûne, et qu'en le pressant avec de grandes instances qu'il ne souffre pas que nous, qui avons l'honneur d'être son temple, et son sanctuaire où il daigne reposer, soyons exposés et livrés à son ennemi.

(1) Versiculum hunc cum quatuor sequentibus omittit, Græcus pro illis hæc habet : *Exaudiet Dominus vocem eorum, et impati tribulationem eorum. Et fuit populus jejunans dies plures in civitate Juda et Jerusalem coram Sanctuario Dei omnipotentis.* (Calmet.)

Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circumivit omnem Israel, ut omnes ad constantiam, confidentiam et perseverantiam in orationibus et jejuniis hortaretur, promittens eis, si id facerent, victoriam. « Præcepta Christi, ait S. Amb. serm. 88, arma sunt Christianis ; et divinus timor terrorem à nobis expellit et hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit : oratio, misericordia, atque jejunium. Jejunium enim melius quam murus tætor, misericordia facilius liberat quam rapina ; oratio longius vulnerat quam sagitta. Sagitta enim non nisi proximè conspectum percussit adversarium ; oratio autem longius positum vulnerat telum micum. » Græca fusiis hic habent : *Joachim summus pontifex, atque omnes qui coram Domino stabant sacerdotes, ceterique qui Domino ministrabant, sacris vestibus suis actus offerbant fage illud holocaustum, et veta, et vota, et vota, et vota populi donaria ; pubertem super eorum cithara, seu miltas erat, et clamabant ad Dominum ex tanta civitate sua, in bonum ; sive, ut ad beneficiendum et subsecundum visitaret omnem domum Israel. Pontificem hunc imitentur episcopi et principes, populos sibi commissos circumstant, visitent, animant, instruunt, corrigunt.* (Corn. à Lap.)

(2) Hæc historia habetur Exod. 17, ubi dicitur : *Quoniam levaret Moyses manum, vincebat Israel ; sive autem posuisset remissam, superabat Amalec, et subdixit ibidem : Et factum est ut non lassarentur manus ejus usque ad occiduum solis ; superavit Jom Amalec, et populum ejus in ore gladii.* (Lyranus.)

Nota. Eliachim, sequi ac Moyses, duo hic ad bellum præcipit : primum, ut Deum invocent, ab eoque victoriam postulent et expectent ; secundum, ut urbes suas muniant, transitus occupent, omnique humana præsidia ad re-

11. Alors Eliachim, le grand-prêtre du Seigneur, alla dans tout le pays d'Israël, et parla au peuple.

12. Disant : Sachez que le Seigneur exaucera vos prières, si vous perséverez toujours dans le jeûne et dans la prière devant le Seigneur.

13. Souvenez-vous de Moïse, serviteur de Dieu, qui en combattant, non par le fer, mais par de saintes prières, défit Amalec, qui se confiait en sa force, en sa puissance, en son armée, en ses boucliers, en ses chariots et en ses cavaliers (1).

sistendum conquirant. Deus enim non adjuvat desides, sed laborantes et pugnantes. Vidit hoc gentilis Cato apud Sallust. in bello Catil. dicens : « Non vobis, neque supplicis multibribus auxilia deorum parantur ; vigiliando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt ; nimirum : Altitonans adjuvat non tenentem, sed constantem. » (Corn. à Lap.)

(1) Les exercices de ces peuples étaient sans doute bien différents de ceux des armées ordinaires. Aussi cette guerre était la guerre de Dieu. On n'y voit point, comme on l'a dit, de prince qui y commande. C'est le grand-prêtre du Seigneur qui va donner ses ordres partout, afin d'exhorter les peuples à user d'abord de toutes les précautions nécessaires pour se défendre de l'ennemi, mais à mettre principalement leur confiance en Dieu. Au lieu du bruit des trompettes et des autres instruments destinés pour les combats, on entend de grands cris de tous les peuples, accompagnés de soupirs et de larmes. On fait retentir à tous moments des prières que l'on adresse au Seigneur ; on se couvre de cilices, et on se prosterné devant Dieu. Qui d'entre les Assyriens ne se fût moqué des Israélites, et ne les eût regardés avec mépris, comme des gens saisis de frayeur et indignes de combattre ? Cependant il n'y avait que cette profonde humiliation de tout un peuple qui fût digne d'être opposée à l'exces de l'impiété et de l'orgueil d'Holoferne. Les autres peuples et les autres princes avaient tous plié sous l'effort de sa puissance. Mais celui-ci, au lieu de plier sous Holoferne, s'humilie, selon l'expression de saint Pierre, sous la main puissante de Dieu. Et en s'abaissant sous le Tout-Puissant, il mérite de triompher de l'orgueilleux et de l'impie.

Aussi le grand-prêtre lui donna bientôt cette assurance de la part de Dieu, que s'il persévérait dans le jeûne et dans la prière, ses vœux seraient exaucés, c'est-à-dire qu'il ne suffit pas d'avoir commencé à s'humilier, à jeûner et à prier, lorsqu'on a quelque dangereux ennemi à combattre, mais qu'il faut persévérer avec foi dans ces exercices, en attendant le secours de Dieu, et le temps auquel il lui plaira de l'envoyer. Car les hommes sont si superbes, et, par conséquent, si impatients, qu'ils voudraient être exaucés dans le moment qu'ils demandent une chose. Il est vrai que Jésus-

14. Sic erunt universi hostes Israel, si perseveraveritis in hoc opere quod cœpistis.

15. Ad hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini,

16. Ita ut etiam hi qui offerebant Domino holocausta (1), præcincti ciliciis (2) offerrent sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum.

17. Et ex toto corde suo (3) omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israel.

Christ nous a assuré que nous recevrons, si nous demandons. Mais en même temps qu'il nous a dit : *Demandez, et vous recevrez*, il a ajouté, pour faire voir qu'il faut demander avec ardeur et persévérance : *Cherchez, et vous trouverez. Frappez à la porte, et elle vous sera ouverte*. Si les Juifs avaient obtenu tout d'un coup la défaite de leurs ennemis, ils en auraient beaucoup moins estimé l'assistance du Seigneur, puisque ce qu'on obtient aisément s'oublie aussi aisément. Il fallait donc qu'ils persévérassent long-temps dans les jeûnes et dans les prières. Et c'était à cette persévérance qu'on promettait la victoire, comme on le verra encore davantage dans la suite.

(Sacy.)

(1) *Of λειτουργίας Καπί, qui ministerio Domini officioque sacerdotali fungebantur*; qui sacra procurabant, qui rebus divinis deserviebant. *Ciliciis*. In linteis jubentur sacrificare sacerdotes; at subter gestare potuerunt cilicia; neque cinis inspersus capiti sacrificiali instituto repugnaret. (Vatablus.)

(2) In Græco: *offerebant holocaustum jugis sacrificii, et votiva, et spontè à populo data*. De holocausto jugi sive quotidiano vide Exodi 29, 42, Numer. 28, 5; de votivo sacro, Levitici 27, 9; de voluntario, Levitici 7, 6.

ET ERAT CINIS SUPER CAPITA EORUM. In Græco: *et erat cinis super cidaras eorum*. Cidarem in capite habebant omnes sacerdotes, Exodi 28, 40. Plutarchus de Judæis agens, 4 Convivialium, *sacerdos mirram fert*. (Grotius.)

Cilicia hæc alia erant à nostris: quippe

14. C'est ainsi que seront tous les ennemis d'Israël, si vous persévérez dans cette œuvre que vous avez commencée.

15. Le peuple étant donc touché de cette exhortation, pria le Seigneur, et demeurait toujours devant Dieu :

16. En sorte que ceux mêmes qui offraient des holocaustes au Seigneur, lui présentaient les victimes, étant revêtus de cilices et ayant la tête couverte de cendre.

17. Et tous priaient Dieu de tout leur cœur, qu'il lui plût de visiter son peuple d'Israël.

quæ vestes essent lugubres ac rudes. *Leges rituales sacerdotum Judæorum imperabant ne sisterent se, ministrarentque in templo, nisi solemnibus vestibus induti; minime tamen velabant ne sub tunicis sacerdotalibus cilicio induerentur. Insuper consuetæ leges prohibentes ne vestibus scissis ac lugubribus sacerdotes accederent ad templum, cessabant in singularibus hæc rerum articulis, qui communis regulæ exceptio esse poterant. Describit Josephus sacerdotes sistentes sese scissis vestibus ac sordidatâ cinere comâ coram populo, ut illum ad obedientiam Flori perducerent, cupientis ut obviam Romanis militibus, Casaræ venientibus, populus occurreret.*

Legimus in Græco summum sacerdotem Joachimum ceterosque ministros Domini accinctos fuisse saccis, et obtulisse holocausta jugis sacrificii, et vota, et spontanea dona populi. Et erat, addit, cinis super cidaras eorum. Vetus Vulgata legit: *Præcincti ciliciis in linteis suis, offerentes holocausta spontantia, et erat cinis super cidaras eorum*. Hortatur Joel 1, 13, sacerdotes in publicâ calamitate: *Accingite vos et plangite; ingredimini, cubate in sacco*.

(Calmet.)

(3) *Ex εὐκαρίᾳ θεοφιλῶς, omnipotentis, id est, vi animi clamabant ad Dominum; omni animi contentione vj ἱκετεύοντες. Εἰς ἑκατόν ἑκατόν, in domum visitaret, id est, ad salutem. Duplex enim est Domini ἰκετεύειν: una salutaris, plenæque misericordiæ; altera severa, ad judicium comparata.* (Vatablus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et audierunt filii Israel habitantes in Judæâ, omnia quæcumque fecerat Olophernes gentibus, princeps militum Nabuchodonosor regis Assyriorum, et quemodò spoliaverat omnia templa eorum, et dederat ea in perditionem. — 2. Et timuerunt valdè à facie ejus, — et pro Hierusalem, et templo Domini Dei sui turbati sunt: — 3. Quoniam recentes ascenderant à captivitate, et nuper omnis populus collectus fuerat Judææ: et vasa et altare, et domus ex pollutione fuerant sanctificata. — 4. Et miserunt in omnem terminum Samaritæ, et Conas, et Bethoron, et Belmen, et Hiericho, et in Choba, et Azora, et vallem Salem. — 5. Et præoccupaverunt omnia cacumina montium excelsorum, — et muris circumdederunt pagos qui in eis, et reposerunt in rem frumentariam ad apparatus belli; quoniam recenter fuerant campi ipsorum demissi. — 6. Et scripsit Joachim sacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hierusalem, habitantibus Betyluz, et Belometham, quæ est è regione Esdreion super faciem campi, qui prope Dothaim. — 7. Dicens obtinere ascensiones ipsius montanæ: quoniam per eas introitus in Judæam: et erat

facile prohibere eos accedentes, quod angustus accessus erat, duos super omnes viros. — 8. Et fecerunt filii Israel, sicut constituit eis Joacim sacerdos magnus, et senatus universi populi Israel, qui sedebant in Hierusalem. — 9. Et exclamaverunt omnis vir Israel ad Deum in instantiâ magnâ, et humiliaverunt animas suas in instantiâ magnâ. — 10. — Ipsi, et uxores ipsorum, et infantes ipsorum, et jumenta ipsorum; et omnis incolâ, vel mercenarius, vel argento emptus ipsorum, imposuerunt saccos super lumbos suos. — 11. Et omnis vir Israel, et mulier, et pueri, et habitantes in Hierusalem, ceciderunt ad faciem templi, et cinere consperserunt capita sua, et extenderunt saccos suos ad faciem Domini. Et altare sacco circumtesserunt. — 12. Et clamaverunt ad Deum Israel unanimiter assidue, ut non daret in direptionem infantes ipsorum, et uxores in prædâ, et civitates hereditatis ipsorum in perditionem; et sancta in pollutionem, et opprobrium, gaudium gentibus. — 13. Et exaudivit Dominus vocem eorum, et inspicit tribulationem eorum. Et fuit populus jejuniens dies plures in omni Judæâ, et Hierusalem, ad faciem sanctorum Dei omnipotentis. — 14. Et Joacim sacerdos magnus, — et omnes assistentes ante Dominum sacerdotes, et ministrantes Domino, saccis accincti lumbos suos, — offerebant holocausta jugis sacrificii, et vota, et spontanea dona populi. — 15. Et erat cinis super citharas eorum. — Et clamabant ad Dominum ex omni virtute in bonum visitare omnem domum Israel.

COMMENTARIUM.

Accedit modò belli hujus incendium ad Judæam proximè, fuitque Judæis cum populis aliis tremor et horror communis, vers. 4 et 5, sed sese suaque sacra defendendi animus et studium proprium. Et fuit hoc bipartitum. Præsidia siquidem adhibuerunt humana et divina, quorum optimam et necessariam esse consolationem tam Scriptura quàm ratio demonstrat. Qui nobis ingenium, industriam, manus, ferrum et lapides dedit Deus, ea nobis frustra dedisse non vult. Idemque rursum qui ista dedit, non omnem in hac spem à nobis collocari, sed eam à se semper pendere, nos à se gubernari et adjuvari vult, idque ita nos intelligere, ut hanc ejus opem votis precibusque ardentissimis et humillimis rogemus atque obtestemur. Non votis, sicut in Catilinariæ Sallustii bello Procius Cato, « neque supplicis muliebribus auxilia decorum » parantur; vigilando, agendo, benè consulendo prosperè omnia cedunt. Sanè verò sunt hæc posteriora faciendâ omnia. Sed et illa conjungenda, quibus certissimè vera veri Dei auxilia parantur. Tùm enim, quod ille postea queritur, non socordie nos atque ignavie damus, ut sit Idecirco Deus iratus et infestus, sed sanctissimum ipsius nomen, sine quo noster omnis labor inanis, propitiamus et obsecramus, ut adesse tuerique nos dignetur; simulque operi manum admoveamus, naviter seduloque laboramus, vigilamus, signa tollimus, prælia intus. Utriusque rei conjunctionem vel unum illud, cujus paulò post mentio, v. 15, illustrissimum demonstrat exemplum: Moyses orare voluit, neque tamen hoc solum, sed manum etiam cum hoste conserere, neque id quoquo modo, sed adhibito

consilio, curâ et delectu. Elige, ait ipse Joaze, viros, et egressus pugna contra Amalec. Rursum ita consilium, curam, delectumque adhibuit, ut non in illis poneret omnia, sed cras, ait, ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu meâ; factumque totum valdè probavit Deus. Cum levaret Moyses manus, vincebat Israel; sic autem paulatim remisisset, superabat Amalec. Quatuor igitur humanæ industriæ opera, quæ Judæi jam adhibuerint, recenset textus noster. Primò enim, qui in terrâ Judæ commorabantur, vers. 4, miserant in omnem Samariam per circuitum usque Jericho, vers. 5, dictum antea Samaritanos, cestam ob causam, Judæis hoc sese tempore conjunxisse. Israelitarum verò non paucos, post Assyriacæ transportationem, suâ in patriâ residuos adhuc fuisse planum est ex 2 Paralip. 30, vers. 1: *Misit Eszechias ad omnem Israel et Judam, scripsitque epistolas ad Ephraim et Manasse, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, et facerent Phasce Domino Deo Israel.* Et vers. 5: *Decreverunt ut mitterent nuntios in universam Israel, à Bersabée usque Dan, ut venirent et facerent Phasce Domino Deo Israel.* Et vers. 6: *Resertimini ad Dominum Deum Abraham, et Isaac, et Israel; et revertetur ad reliquias quæ effugerant manus regis Assyriorum.* Rursumque v. 10: *Cursores pergebant velociter de civitate in civitatem et Manasse, usque ad Zabulon, illis iridentibus et absqueantibus eos.* Attamen quidam viri ex Aser, et Manasse, et Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt in Jerusalem; moxque etiam, v. 12, pars populi de Ephraim, et Manasse, et Issachar, et Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phasce. Deinde, præoccupare.

* per terram Ephraim

erant omnes vertices montium. Hi erant multi admodum et praecepti circa istas partes, ut perspicuum est ex 1 Reg. 25, 24, ex S. Lucâ Judam montana referente cap. 1, vers. 39 et 65, Josepho Capiviv. lib. 4, cap. 27, ubi juxta Esdrælonis campum magnum duos magnos describit, quorum alter *Ferress* vocabatur, et eodem libro cap. 6, inter campum hunc et Scythopolin, medium esse ait montem *Itabyrium*, qui aliâ *Thasor* dicitur. Hæc verò et aliâ, quæ opportunissimè facta sunt, Eliachim sacerdotis magni consilio et auctoritate facta esse tradit vers. 5, ubi Græcè dicitur montium istorum angustias tantas alienubi fuisse, ut binis solummodò transire ipas passent. Tertio, muris circumdederunt vias suas. Solent communiter ab urbibus distingui vici, sive *ἀνὰ τὴν πόλιν* αὐτῶν, quod illic muris, hæc nullis cingantur. Sed necessitas, vel alia quæpiam opportunitas, his etiam muros quandoque dat, ut apud Josephum lib. 4 Capiv. 25. Quod si vias muris circumcingere voluerunt, quando ipsi magis in urbium moribus reficiendis, vallandis, omniq; opere communiendis elaborarent? Quartò, congregarent fragmenta in preparationem pagæ, ut obediuntq; scilicet vias ferre possent. Alioqui non tam hostis quàm fames infesta. « Re-liquis casibus, ait, lib. 5, c. 3, Vegetius, potest in tempore subveniri: pabulatio et annona in necessitate non habent remedium, nisi ante condita. » Idemque vetus Romanorum disciplina: in plerisque oppidis, ad usum anni totius, in aceto, frumento, larido, atque hordeo et paleis condita habebat, inquit in Gordiano Capitolinus. Quomodo verò frumentationi huic vacare Judæi poterant, cum supra, cap. 2, in diebus messis Holofernem satia omnia succendisse dictum sit; explicat hoc loco Græcus textus, *ἐν ὑποπόσειον ἐν τῇ πόλει αὐτῶν καταπόσαντες*. Nam ipsorum agri recens demensi erant. Idem verò textus aliâ etiam duo admonet: Unum, vers. 5, cur sibi et templo tantopere Judæi timerint: sed capite sequenti hoc explicandum. Alterum, quæ specialim loca fuerint ad quæ Hierosolymitani, vers. 4, miserint, præter Samaritiam, videlicet *Καὶκὲ, Βασιλὼν, Βαβυλὼν, Ἰερὺς, Κούβ, Αλεξάνδρῳ, Σαλαμ, καὶ τὴν Σαλὴν*. Complutensis tamen editio primo loco legit *Κόρα*; secundo *Βασιλὼν*, sexto *Ἰερὺς*. Rursùm, vers. 5, dicit Joachimum scripsisse Bethuliam Incódentibus, et Betomesthaim, quæ ex adverso est Esdræloni, in facie campî qui est juxta Bethalm.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quis Eliachim hic?

Hoc in capite dicitur sacerdos simpliciter, vers. 6; et sacerdos Domini magnus, vers. 14. At cap. 15, vers. 9: *Joachim summus pontifex*. Eandem verò esse qui duobus nominibus vocetur, intelligi potest: primò quidem ex eo quod in Græco his hoc loco sit *Ἰωακὴμ ὁ ἱερεὺς ὁ πρῶτος*; deinde, quod in aliis etiam hominibus videsmes, eum qui horum nominum alterum haberet, altero quoque insigniri. Nam Josias filius, rex post illum secundus, et *Eliachim* et *Joasias* dictus est, lib. 4 Reg. 24. Verum enimverò in Hebræorum pontificum catalogo unus tantum à Josepho *Ἰωακὴμ* nominatur lib. 11, cap. 5, qui, ut paulò post dicam, Jesu filius, et rursùm unus *Ἰωακὴμ* ponitur in libro ult. cap. penult., is ipse qui in Machabæorum libris *Αλκίμας* dicitur. Philo igitur ille prolegom. secundo citatus, esse censet Josedechi filium, quia alio nomine apud Zachariam c. 3, *Jessa*; Nehemiam 12, *Joana*. At istud supra eversum, cum historiam istam priusquam Babilonica evenisset captivitas, evenisse dictum est. Deinde multò commodiòs *Joachims* Jesu isus filius, ut apud Lyranum et Carthusianum à quibusdam sit, constitueretur, de quo Nehemiam 12, vers. 10 et 26, et apud Josephum libro 11, cap. 5. Bellarminus verò, lib. 4 de Verbo; cap. 12, rectè hunc pontificem fuisse docuit Manasse temporibus, inter Sobnam, qui fuit pontifex tempore Ezechie, Isaiam cap. 22, vers. 15, et Helciam, qui fuit tempore Josias, 4 Reg. 24, vers. 9 et 14. Nam in olim etiam tradidit in Chronologiâ suâ Nicephorus Constantinopolitanus, et pervincit ista textus cap. 22. Pontificis enim ornamenta et insignia Sobnam illi detrahenda, et in Eliachim transferenda, dicuntur *nitica, balteus, seu, ut Septuaginta vertitur, stola, corona gloriosa, potestas, patria nomen et auctoritas in Judæos omnes, clavis domus David super humerum, et aliâ quæ imago et umbra quadam fuerunt summæ Christi Domini potestatis, Apocalyp. 3, vers. 7, in domo David, quæ est Ecclesia, columna et firmamentum veritatis, 1 Timoth. vers. 15. Ad hæc, quæ contra disserit Wistakerus, plura instar habent. Bellarminus, ait, non attendit illum Eliachim, de quo in Ezechie historiam legimus, non sacerdotem fuisse, sed præfectum aliquem, de tribu Judah, familiâ Davidis, ut Isaiæ 22 et 4 Reg. Successit enim Sobna, qui fuit aut*

regius, ut aliqui vertunt, aut cancellarius, ut alii, aut praefectus praetorio, ut alii. Sacerdos nec fuit, nec omnino esse potuit. At bene quidem attendit Bellarminus, tu verò planè vel dormitas, vel somnias. Nam et Septuaginta interpretes, ut sacerdotem Sobnam, seu, ut ipsi vocant, Somnam, indicarent, sacerdotalem ei domum fuisse dixerunt, eamque *ἱεροσόφου* vocarunt; templi siquidem exedrae ita nuncupatae dixi 3 Reg. cap. 7, et dicam 4 Machab. 4. D. Cyrillus in hunc Isaia locum breviter: «Pastophoriam, ait, est cubiculum ejus qui templo praepositus est.» Divus Hieronymus ibidem, «est thalamus in quo habitat praepositus templi.» An in sacris templi aedibus pollicii scribae, cancellarii, praetores habitabant? Certè templorum, eorumque thesaurorum custodes etiam Hierapolo, lib. 1, cap. 41, *ἱεροσόφου* nuncupat. Quid, quae praeposita insignia? Num in civiles aut scribae, aut cancellarii, aut praetores congruunt? Quantum tot ista, quae è recepta versione discedunt, inter se perpetuè dissident. D. Cyrillus loco citato, cum quaesisset an Sobna quæstor esset regiarum, an sacrarum pecuniarum: «Videtur, ait, potius sacra pecunia colligenda, et rebus necessariis et utiliter interdum ad restitutionem sacrarum vasorum expensis permissus fuisse. Narrat etiam illum rex sanguine Levitico esse, et sacerdotii ornamentis insignem habitum fuisse.» Iterumque ponit: «Cum autem abductus esset et ipse in captivitatem (cum Manasse scilicet), sacerdotii ipsius corona ablata est.» Et postea: «Contra Somnam quæstorem, sacerdotii quidem dignitatem consecutum, fertur Isaia narratio.» Ad ista si attendisset Wittakerus, cum Sobnam sacerdotem negasset? Pergit verò de Eliachim S. Cyrillus: «Quod sacerdotii, ait, honorem ei collaturus esset Deus perspicuum facit, cum se coronaturum illum pollicetur, et cum dicit se tegam ei daturum, et dispensationem, et potentiam, id est, ut posset subditis manus suis populis imperare.» Sunt et in Procopio, quae hanc attulerunt. Sed D. Hieronymus, cum Sobnam quæstorem et dispensatorem thesaurorum domus Dei dixisset: Transfert, ait, Dominus sacerdotium tum; et, qui quondam habebat coronam pontificis et sanctificationem in auri lamina, in qua erat scriptum nomen Dei, coronabitur tribulatione et angustia. Videmus ergo quemadmodum tam Sobna quam Eliachim sacerdotes fuerint, maxime quidem, ambo, cum ista Isaia vaticina-

retur, in templo dignitatis; postea verò pontificis, et dejecto, inque captivitate unà cum Manasse rege abducto Sobna, bonum sanctumque nostrum Eliachim successisse. Neque tam felix fuit idem Sobna, ut cum rege penitentiam ageret, Domini misericordiam impleretur, Hierosolymamque tandem rediret; sed in vinculis et ferro moriens est, Isaia 22, versu 18. Adde verò, etiamsi hos regis scribas, aut cancellarios, aut praetorio praefectos fuisse, quasi connivendo, darem, exinde tamen haudquam effici sacerdotes non fuisse. Nam hujusmodi etiam munia interdum obibant illius temporis sacerdotes, prout contra Wittakerum, fatum alloqui ejusdem hominis, docet Cornelius Bertramus lib. 1 de Republica Judaeorum. Multum tamen adhuc nescio quid Wittakerus. «Josephus, ait, lib. ult. Antiquit. Judaeorum, recensens omnes Judaeorum pontifices, nullum aut Eliachim, aut Joachimum circa haec tempora nominat.» Et hic iterum non attendit iste quid dicat. Non enim illic, libro scilicet 20, cap. 8, recenset Josephus omnes Judaeorum pontifices; sed aliorum summam contentus, eorum tantum edit nomina, qui ab Antiocho Eupatore fuerant. Quia tamen, ut ipse antea objiciebam, eorum qui à Salomone tempore usque ad captivitatem pontificatum gesserunt, nomenclaturam proponit lib. 20, cap. 11, Josephus, cur in his Joachimus nullus? Ego quidem in Machabaeis ostendam vacillare aliquantulum pontificis istius Josephi recensiones; nunc tamen dico Eliachimum esse, qui vel *Ὠλίας* vel *Ἰωάκίμ*; ab illo vocatur. Sed habeat Wittakerus istius etiam rei, è suorum numero, testem aliquem; Reineccius tomo 2, fol. 255: «Sadoceus, ait, absque dubio Eliacimus est, et postea: «Sadoceum secundum sub Ezechia et Manasse, ipsum esse (ait) qui à Josepho Ὠλίας, à Nicephoro Calisto Joes, à Nicephoro Constantinopolitano Eliacim vocatur.» Si verò veterem Rufinam Josephi versionem legas lib. 10, c. 5, invenies quidem *Heliachim* Josia tempore. Sed neque iste noster est; neque in Graeco Josephi textu est *Heliachim*, sed *Euzias*, qui 4 Reg. 22, *Heliás*, cujusmodi etiam nomen Eliachim nostri patri fuerat, Is. 33, v. 22.

QUESTIUNCULA II.

Car pontificis tanta, regis nulla usquam mentio?

Expedita eorum responsio est, qui Persicorum regum temporibus historiam istam anme-

erant. Nullus, inquam, Judæorum rex tunc erat, ideo nulla ejus mentio. Qui verò ante illa tempora eam collocant, hoc de rege silentium vel Josiæ regnantis pueritiae, vel Manassæ capti et absentis vinculis adscribunt. Mihi verò, cum Bellarmino videtur probabilius, post emissum liberatumque Manassæ, bellum hoc totum exarsisse. Primò quidem propter ea quæ cap. 1, quest. 2, dicta sunt; deinde quia cap. 5, vers. 23, dicitur: *Nuper reversi ad Dominum Deum nostrum ex dispersione, quæ dispersi fuerant.* Quæ verò ante illas sub ultimis regibus captivitates dispersio Judææ tribus alia quàm Manassæ? Rege siquidem captio et Babylonem abducto, plurimi cum eo simul capti et abducti, et in his, ut supra dictum est, Sobnas pontifex maximus. Tertiò in Græco hujus ipsius capituli contextu, causa cur ab Holoferne adeò Judæi trepidarent, hæc affertur vers. 3, *quis recens è captivitate accenderent.* Et nota illud recens. Significat enim temporis non valde multum elapsi, ut infra, cum vers. 4, dicuntur *recenter agri demerui.* Quartò, infra, cap. 8, v. 18, magna populi emendatio significatur. Non sumus, sicut Judith, secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt deos alienos; pro quo scelere dati sunt in gladium et in rapinam, et in confusionem inimicis eorum. Nos autem alterum Deum nescimus prater ipsam. Et Græcè adhuc significantius: *Non surrexisti in generationibus nostris* (apud Bethulienses scilicet), neque est hodierno die aut tribus, aut familia, aut populus, aut civitas ex nobis, qui adoret deos manufactos, sicut factum est prioribus diebus. Quintò convenientius explicatur omnia, dum hoc post Manassæam penitentiam et liberationem tempus accipitur, prout partim usque adhuc apparuit, partim deinceps apparebit. Cur verò jam reducis presentisque regis nulla libro toto mentio sit, meritò inquirendum. Bellum enim, et grave profectò, periculosumque bellum instat. Nonne regis potius quàm pontificis id ipsum gerere? regionis aditus et claustra omnia obsidere? mittere, qui belli apparatus, murorum firmitatem, annonæ copiam lustrent, urgeant, conficiant? Accedit quòd in Græco, hic versu 7, Hierosolymitani senatus memoratio et quidem una cum pontifice ipso sit: cur non et regis? *Fecerunt filii Israel secundum ea quæ prescripserat ipsi Joachin sacerdos magnus, et senatus totius populi Israel, qui sedebant in Hierusalem.* Meminit ejusdem senatus infra, cap. 11, vers.

12, cap. 15, vers. 9. De rege nihil usquam. Sed tripartita causa est.

Prima, quid reversus Babylone rex, divinoque beneficio, patriæ sibi quoque ipsi restitutus totus, et sub reditis initium maximè, in Dei cultu occupatus erat, adeò ut penes quos absente ipso fuerat reipublicæ administratio, penes eosdem adhuc maneret, videreturque regi sese potestate libenter abdicaturus, si vel illi voluissent, vel filium, quem in locum sufficeret, habuisset. Qui enim tertio et tricesimo regni anno ei natus est Amon, natus nondum erat. Et quia pessimè rem antea pace belloque gesserat, major gratiorque apud eos qui per varias aut Israelis aut Judææ partes habitabant, Hebræos, adhuc erat Eliachim pontificis et seniorum auctoritas. Neque id agrè rex ferebat, quæ de maximè illius potestate, gloriâ, et principatu Isaias, quem ipse (ut in ejusdem Isaiæ caput 1 et 6, itemque epist. 142, à D. Hieronymo, et Hebræorum traditione notatum est) interfecerat, vaticinatus olim fuisset, quàm cumulatissimè perfici omnia. Tandem verò periculi, è quo jam evaserat, admonito, et belli hujus, ut videtur, occasione, fecit quæ 2 Paralip. 35, vers. 14, scribuntur: *Edificavit murum extra civitatem David ad occidentem Gihon, in convale, ab introitu portæ Pincium per circuitum usque ad Ophel, et exaltavit illum vehementer, constituitque principes exercitibus in cunctis civitatibus Judææ militibus.* Sciendum verò tantam istam tamque salutarem Manassæ commutationem, in Regum libris omninò præteriri. Sed in 2 Paralip. cap. 35, et quæ post eam ab eo facta sint, perstringi quàm brevissimè. Duos tamen, tresve libros in quibus copiosè ea omnia, et quæ ab aliis, ejus tempore, gesta essent, descripta fuerint, annotari. Primus est, *liber sermonum dierum Regum Judæ, 4 Regum 21, vers. 17.* Alter, si tamen à priore isto diversus, *liber sermonum Regum Israël, 2 Paralip. 35, vers. 18.* Tertius, *liber sermonum Hosai prophetæ, ibid. vers. 19.* Qui si extarent, plurima quæ in Judithicâ hæc historiâ caliginis non parùm habent, diluiscerent clarissimè. Ex illo tamen secundi Paralipomenon libri segmentulo, et ex Josepho lib. 10, cap. 4, his quæ de Manassæ dixi, apud prudentes modestosque veritatis indagatores, probabilitatis quantum licet nunc adstruendum. Primò igitur agit penitentiam non quocumque modo, sed valde coram Deo patrum suorum, seu, ut in Hebræo est, *familiaritè se valde ante faciem Dei, deprecatus-*

que est enim, et obsecrasit intentè, vers. 15, cap. 33, lib. 2. Paralip., et hujus deprecationis iterata scriptis mentio, vers. 18 et 19: Non est autem existimandum eam tantum Manasse orationem fuisse, quæ apocrypha circumferatur, et in Constitutionibus Apostolicis lib. 2, cap. 22, citatur; sed speciatim multa, quæ, si liberaretur, ad Dei cultum et gloriam facere vellet, Deo promisit. In his verò, præter illa quæ eodem Paralip., cap. vers. 15, 16, recensentur, non male quis annumeret fore ut pontificis Eliachim auctoritatem et potentiam ab Isaia prædictam non modò non imminuerit, sed quantum in se foret, amplificaret. Sacerdotum Dei honores, in Deum nonne redendat? Agnovit, etiam gentilis, Status, cum in libri quinti præfatione scripsit: « Qui boni fide Deum colit, amat et sacerdotes. » Deinde, ait Josephus: « Priorum quæ in Deum admiserat peccatorum etiam memoriam, fieri ab eo si posset, ex animo ejicere studebat. » Multò ergo magis Isaia vaticinationi cedere, ipsumque Eliachim tanquam suum, communemque Judææ totius patrem amplecti. Isaia 22, vers. 21. Alludit porro Josephus ad Manasse nomen, quod obliuiscens, vel oblivione quidpiam conterentem significat. Tertiò, magno impetu ut omni religione (bonam siquidem in partem Græcum istud superstitionis nomen accipitur, sed ita ut maximum religionis stadium importet) Deum prosequeretur, asperum incitaret. Quæ et quanta paucis hisce verbis innuuntur! Quartò, *ἡ πόλις ἐκ τῆς πόλεως*. Hæc verò sunt adhuc quidem verba pauciora, non tamen tantum innuunt, sed penè clarissimè, quæ dicebam, demonstrant. « In unâ, » inquit, re, totum vitæ residuum, ipse occupabatur; in unâ tantum re totus erat; unum solum delincoeps, quoad vixit, agebat, studebat, conabatur. Quodnam verò istud? bella gerere? hostes propulsare? splendidd, magnificè regnare? Non; sed hoc, « et gratiam Deo, salutis recuperatæ causâ referre, et benevolentem propitiumque ipsum totâ vitâ retinere. » Quia igitur totius belli hujus administrationem, seculi et aliorum alius negotiorum, pontifici et senioribus concedebat, idè isti solliciti sunt, et turbantur circa plurima. Manasses verò partem optimam elegit, quæ ab eo ablata non est.

Altera porro causa est, quod semper quidem maxima summorum sacerdotum apud Judæos auctoritas fuerit; sed hoc Manasse tempore, antequàm Machabæi regnarent, omnium

maximè, illud ex 4 Reg. 11, Deuter. 17, Numer. 27, prout in Josuani sacerdotibus capite primo aperui, manifestum est; et verò etiam ex Josepho lib. 2 contra Appionem: « Judææ, ait, reipublicæ constitutio communiter sacerdotibus, ut maxima quæque administrarent, committitur. Omnium verò pontifici aliorum rursus sacerdotum principatum demandat. » Breviter verò, « sacerdotes, inquit, sunt inspectores omnium, judices eorum quæ ambigua, vindices eorum quæ damnata. » Et ex hac tantæ sacerdotum potestate ac dignitate, colligit ille id, quod mihi antea dictum, summam Israeliticæ reipublicæ sanctitatem esse, in eaque Dei honorem maximè florere. Posterius verò, quod dicebam, Manasse tempore, maximam pontificum auctoritatem fuisse, intelligi potest ex quatuor: primò, ex regis ipsius excellentissimâ jam religione ac demissione, prout expositum; secundò, ex communis boni utilitate, cum ut magnarum rerum summa penes Eliachim esset, populo secundissimo fieret, ut antea etiam indicatum; tertiò, ex Isaia, vatis profectò summi, et cujus in omnium animis recentissima vivebant adhuc oracula; prædicatione de Eliachimo hoc, Isaia 22, vers. 20; quartò et postremò, ex summâ Eliachimi ejusdem sanctitate, sapientiâ, rerumque gerendarum industriâ et felicitate. Hæc enim jam inde à Sennacheribi temporibus universo populo erat perspectissima, 4 Reg. 18, v. 18, 26, 37, cap. 19, vers. 2, et maxima illustrissimaque suarum istarum virtutum documenta dederat, cum et rex, et pontifex alter, cæcis onustis, Babyloæ, tenerentur.

Tertia causa esse potest, quod, quemadmodum suprâ ex 2 Paralip. 33, vers. 14, dictum est, Hierosolymam sibi tuendam, moribus, propugnaculisque novis communicandam rex forsan ipse sumpserit: provinciam verò ceteram aliis commiserit; sed, præ omnibus, ipsi pontifici et senatui, per quos et ipse illam gubernare potuit. Litterarum autem à pontifice missarum potest alia et quasi propria esse ratio, quod nimirum earum argumentum esset, non militare tantum et politicum de montium faucibus occupandis, sed sacrum etiam et religiosum de precibus, jeuniis et cæciliis privatis publicèque suscipiendis. Nam cum de occupatis jam montibus dixisset versus tertius, et ad eam occupationem pontificis tantum cohortatio subjuncta esset, vers 5 et 6, tandem vers. 7, additur: *Et fecerunt filii Israel, secun-*

dum quod consultaverat eis sacerdos Domini Eliachim. Atque, ut quod iste constituerat uberius deinceps explicaretur, sequitur vers. 8: *Et clamavit omnis populus ad Dominum.* Rursumque postea vers. 12 et 14, dicitur: *Si perseveraveritis in hoc opere, quod cepistis.* Nam ad continuanda pietatis opera hortabatur, ad quae inchoanda hortatus antea fuerat. Sed ad ea gradum ut jam faciamus, propositus antea ordo hortatur.

De divinarum praesidorum adhibitione.

Quae contra tantum hostem, hominum adhibuerit industria, expositum est; divina nunc sacraque praesidia intuenda, quae tamen non ideoque posterius recensentur, quod posterius adhibita sint, sed quod majora, meliora, ideoque et copiosiore oratione commemoranda, quemadmodum et in ipsa Manasse operibus fit, 2 Paral. vers. 15. Nam Josephus, lib. 10, cap. 4, religionem prius quam urbis munitionem ab illo procuratam ostendit, cum scribit: *Cum quae ad Dei cultum spectant, procurasset eo quo oportet modo, et Hierosolymorum securitati providit.* Possunt praeterea opera ista simul fieri, et simul tamen referri non possunt, ideoque eorum quae tempora simul, unum tamen, in narratione, prius altero esse debet. Accedit quod animo et voluntatis praeparatione, quaedam pietatis opera prius interdum suscipiantur, quae tantisper tamen differenda, dum humanum opus quoddam, et ejus acceleratione pendet plurimum, efficitur. Duplex verò hic operum istorum consideratio proponitur: una circa eorum susceptionem versatur; circa perseverantiam altera.

In priore considerandum quid agant Israelitae: qui ex his agant, quomodo agant et cur. Primum indicatur hisce verbis, vers. 8 et seq.: *Clamavit omnis populus; humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus; induerunt se ciliciis; infantes prostraverunt contra faciem templi Domini; altare Domini operuerunt cilicio; clamaverunt ad Dominum Deum Israel.* Ubi verò illi sunt, quibus sola semper in ore fides, nec in opere tamen ulla? Ubi mundi hujus sapientes et politici, quibus in armis, hastis et monibus spes omnis? Ubi scurriles rerum sacrarum Momii, qui pios piorum ad Deum gemitus, planctus, confessiones, cilicia irridet? Ubi denique molliculi et delicatuli oratores, qui vel in gravissimis reipublice christianae malis, in suorum etiam non levium

peccatorum expiatione, unum aut cilicium aut jejunium ferro vix possent? Eò sanè tanta ista, tamque suprema salutis vel securitatis vel negligentia processit, ut nostris in mundis, cum serici, byssi, omniumque superbiae, luxuriae et luxuriae instrumentorum copia prostet maxima, vix ciliciorum usquam ulnas pauculas invenire liceat. Sunt verò duo hic insignes ritus notandi: unus, infantes ipsos prosternendi coram Domino, sive è regione ipsius templi Domini. Ipsa aetas ad ciendam misericordiam per se ipsam idonea est; sed et innocentia Deo gratissima. Ego, ait Dominus Jonæ 4, vers. 11, *non parcam Niveus civitati magis, in qua sunt plusquam centum viginti mille homines, qui nesciunt inter dexteram et sinistram eam.* Prosternuntur verò et homines, quando Ecclesiae ad sacrum Baptisma, et Confirmationem offeruntur, quando ad templa et solennes supplicationes adducuntur, quando Deum precari, manus in caelum tollere, genua flectere, cruce seipso consignare, sacra omnia venerari docentur, et in his exercentur. In Graeco dicuntur ipsi pueri seipso prostravisse, sed utrumque factum. Nam alterum institutio, iussus et exemplum praebuit; ipsi deinde secuti sunt. Quemadmodum in parentum reorum judiciis aliisque periculis, plurimum apud iudices, aliosque rerum potius, infantulorum aspectus frequenter valet; ita et coram divina maiestate, ad ejus avertendam iracundiam, tribunali. Simile quid 1 Machab. 3, vers. 46 et sequentibus, occurrit. Alter verò ritus est, operiendi altare cilicio. Quemadmodum ad gratias Deo agendas festa et laeta organa, sacrificia, palmae aliaque id genus adhibentur; sic ad misericordiam, rebus adversis, conciliandum, tristitia et moesta recte adhibentur. Atque hinc in Ecclesiae caeremoniis, pro temporum varietate, tam opportuna tamque utilis immotatio. Cessat interdum alleluia, cessat Gloria in excelsis, cessat nuptiarum celebritas, jejunia suscipiuntur, à carnibus abstinetur, obteguntur imagines, strantur altaria. An enim rectè in funerum luctu, vestes mutantur, à nobilibus viris torques aut ponantur, aut velentur, equi etiam pulverentur, et ad animi coram Deo humilitatem ostendendam et excitandam jejunationes, prostrationes, strationes improbeantur? Addit Graecus textus: *Consperserunt capita sua cinere, et expandebant specios suas ante faciem Domini.* Pulverea illa conspersio, ut in Scripturis frequenter nominatur, ita etiam in

dum solo humiliationis nomine continetur. Unde supra, vers. 8, habet idem Græcus tantum: *Humiliabant animas suas*. Sed et ille ritus, cilicia sive saccos coram Domino protendendi, notandus: omnia enim ista luctum, squalorem, demissionem præ se ferunt. Cur igitur et nos religionis nostræ symbola, quibus sese pro nobis æternus Dei Filius afflixit, humiliavit, in pretium et satisfactionem dedit, non prætendamus et circumgestemus? Cur sanctorum, in quibus tot penitentiae virtutumque omnium opera ediderunt, reliquias, vestes et cilicia non proferamus, et coram Domino extendamus? Idcirco sanè, uti apud D. Hieronymum est in Vita Pauli, S. Antonius « diebus solemnibus Pasche et Pentecostes » semper (ejusdem) Pauli tunica vestitus est, « quam in sportarum (scilicet) modum, de palme foliis ipse sibi contexuerat, » S. Paulus. Alterum erat, qui ex Israelitis hæc egissent. Jam penè audivimus, omnis populus. Sed tamen in Latino et Græco istud tam universale particulariis adhuc proponitur, primò quoad sexum: *Ipsi et mulieres sacros*, vers. 8. Deinde quoad statum: *Sacerdotes, et laici*, versu 8. Tertio, quoad ætatem in Græco, non adulti tantum, sed vix ætiam, id est, infantuli, et mæcha pueruli. Quarto, quoad conditionem, non liberi tantum et domini, sed servi etiam et famuli, qui quidem sunt *puerosi* vel *ἀγροῦ* vero, mercenarii, vel coempta mancipia. Quinto, quoad patriam, non indigene tantum et civis, sed exteri etiam et inquilini, qui adessent, et *ἀλλοτρίοι* vocantur. Sexto, non homines tantum, sique omnis generis, sed et *ἀνέμους* etiam, brutæ animantes, jejunare, morere, Deique misericordiam cedere debuerunt. Assyriorum, contra Assyrios, renovatum exemplum, illorum enim rex clamavit et dixit in Ninive, *Jonæ* 5, vers. 7: *Homines et jumenta, et boves, et pecora non gustent quidquam nec pascentur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et jumenta, et clament ad Dominum in fortitudine*. Licet verò cogitare, quis urbium, vicorumque status, quam tristis et lugubris facies fuerit, dum non ploratu tantum, sed boatu etiam, hianitu, balatu, gracillatu, lustratuque omnia mestissimè compleverunt. Sed valde mirum, eà ipsà tantà et tristitia et mentis Deum oblectari, placari, et propitiari. Quin potius, rectè ratiocinari si volumus, hominum animo pio, humili, reverente, unde carumque omnis hæc series, oblectatur ille, placatur et propitiatur. Et si

dicit Deus, sicut Jonas loco citato, vers. 10, opera eorum, quia conversi sunt de viâ suâ mair, et miseratus est super iniquitatem quam locutus fuerat, ut faceret eis et non fecit. Magna siquidem via in illo, quis conversi sunt. Dices tamen, cum initio Manassæ perversitas impietasque tanta fuerit, cur penitentia, reditque ad Dominum, ejusque fidem et cultum nulla hic mentio? — Respondes, mentionem idè nullam esse, quia penitentia illa hoc in tempus non incidit, sed statim atque rediit Manasses, omnis Hierosolymis exterminata impietas et idololatria, 2 Paralip. 33, vers. 15, 16. Deinde verò, ut discamus non ea tantum quæ necessariò faciendæ et præcepta sunt, sed velint nolint supererogationis homines, alià etiam bona et religiosa, quæ spontè suscipiuntur, divinæ bonitati grata esse hominum opera. Patet verò ex istis etiam omne hominum genus, ætatem, sexum, ordinem divinæ cultui aptum esse: placere Deo virorum, feminarum, sacerdotum, laicorum, senum, puerorum, divitum, egenarum, civium et urbanorum, rusticorum et peregrinorum piæ preces, agmina, obsequia. Non est, quod veram fidem et religionem, gentilis et Judæus, circumcisus et præputius, barbarus et Scythæ, æneus et liber. Sed omnia et in omnibus Christus, Coloss. 3, vers. 11. Mystice verò D. Hieronymus in Jonæ cap. 3, homines et jumenta saccis operis et clamantia ad Dominum, esse dicit rationabiles et irrationabiles, prudentes ac simplices. Tertium porro est, quomodo hæc isti egerint. Ipsa, quæ ante posita sunt, clamandi et humiliandi verba suum ferè modum secum afferunt. Qui enim clamat, magnum præ se desiderium fert. Qui se humiliat, è sublimiore sese loco, existimatione celsiore, ornatu eminentiore demittit. Tria tamen adhuc in textu sunt, quæ insignem tam laudatam alloqui actionem modum ostendant: Primum vers. 8, *instantiâ magis*, *ἐκείνην ἡμέραν*, contentione, curâ, studioque magno, et repetitur hoc in Græco pro in jejunis et orationibus. Vacamus interdum quidem precibus, sed nullâ vel exiguâ curâ et studio jejunamus, sed instantiâ non magis cilicio amittimur, humilesque efficitur; sed, quemadmodum Ennius ille Neoptolemum, paucis, ineuriosè, remissè. Alterum vers. 10, *unanimitèr*, *ἁπομαρτυροῦν*, ut nulla inter eos esset dissensio, nullum de hisce faciendis aut non faciendis certamen. Fit enim nonnunquam, ut si à magistratibus, ecclesiasticis præsertim, quiddam decernatur, quod molestiæ aliquid

habeat, si, verbi causa, indicatur jejunium, Iliana, templorum obitio, inveniantur qui contra disputent, neque id genus praecepta satis probent. Ipsi verò uno animo, magno et sensu et consensu concorditer, dura et carni suae ingrata omnia, quae voluit pontifex, fecerunt. Hanc particulam vertit noster interpres Actorum, v. 1, pariter: *Erant omnes pariter in eodem loco*; quod, uti putat Erasmus, legerit; parum enim congruit ei quod additur, *et ei ei*, sed quod qui concordēs sunt, si pariter etiam stat. Graecus verò non contentus isto *ἡσυχασθέντες*, rursum *ἀνασκή* adjecit, ut vehementer semper curam significaret. Tertium est vers. 17: *Ex toto corde suo*; Graecè: *Ἐκ νόου καρδίας*, ex omni virtute, totā vi et facilitate. O si et nos sic oraremus, quos non Assyrios, barbaros et Turcas, quas non daemonum, carnis mundique appetitiones propelleremus! Postremum verò eorum quae antea posita, est, cur haec isti, et istis quidem jam expositis modis egerint. Quinque verò causae traduntur, vers. 10, sed ita clare, ut tantum monendum sit in divisionem dici, pro in directionem. Id enim est *ὡς νεκρῶν*. Et post opprobrium, additur Graecè, ne gaudium sine sensu genibus, dum scilicet nos vincunt, nostraque diripiunt, et, quemadmodum infra, cap. 7. vers. 24, dicunt: *Ubi est Deus eorum?* omnes verò istae causae una generali continentur, vers. 17, *ut visitaret Deus populum suum Israel*.

Consideratio altera circa perseverantiam quae in hisce pietatis operibus fuit, versatur. Et primò quidem ad hanc pontificis adhortatio fuit non jam absentis et per litteras, sed praesentis et per propriam vocem. Praeclarum episcopis omnibus exemplum dat Eliachimus dioceses visitandi, oves cognoscendi, consolandi et adhortandi, neque tantum cum pax et rerum omnium tranquillitas est, sed etiam cum turbae, pericula, calamitates. *Circumivit omnem Israel*. Non urbem, non pagum, non castellum, quoad licuit, praeteriit. *Allocutusque est eos*. Alloqui Latinis valet non alicui tantum loqui, sed consolari etiam, ut ex Varrone lib. 5 de Ling. Lat., Horatio epod. 13, Catullo epigr. 36, docent litterati. Consolatio verò et adhortatio magna utique Israelitis omnibus, ex pontificis tantū praesentia et aspectu, fuit; propriò tamen consolatio ex securi boni eventus praedictione, vers. 12, adhortatio ex necessariarum conditionis expositione. *Si nascentes*, ait, *permaneritis in jejunio et orationibus in conspectu Domini*. Volumus interdum boni quidpiam,

sed incipere nolumus; incipimus, sed statim desistimus, minimum nos laboris terret, adeò molles ignavique sumus. Ad perseverantiam verò istam hortatur etiam Dominus Lucae 11, parabola ejus qui, ut commodato panes impetraret, amicum medii nocte adit, eum domi suae clausum, in lecto cubantem, dormientem jam et stertentem excitat; difficilem, durum et immundicem diu multumque orat, obsecrat; excusantem se, tergiversantem et cunctantem, perseveranti tandem suā in panarium pertrahit, ab eoque, quotquot habet panes necessarios, aufert. Rursumque alia parabola, cap. 18, ubi et concludit: *Audite quid Iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis?* Posse verò queri:

An prophético spiritu, an p̄d tantum fidei, dixerit Eliachim? Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras.

Cum tot pie sanctaeque precationi facta divinitus promissa sint, eoque in divinis libris tanquam in tabulis consignata, ex fide quae circa divinam veritatem, bonitatem et potentiam occupata, videtur ejus quod petitur, impetrandi tanta existere posse fiducia, ut certò possit quilibet precantibus dicere: *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras*, maxime quando conditio apponitur: *Si nascentes permaneritis in jejunio et orationibus in conspectu Domini*. Hoc enim velle S. Jacobus videtur, dum capite 1, vers. 6, ait: *Postulet in fide nihil haesitans. Qui enim haesitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur et circumfertur. Non ergo autinet homo ille, quid accipiat aliquid à Domino*. E contrario tamen certò felicem belli hujus eventum polliceri non videtur Eliachimus potuisse, nisi prophetica ei praesagium esset. Nam primò quod petebatur, ejusmodi erat ut ad salutem praecise necessarium non esset. Quidquid autem hujus generis est, potest, ob majus aliud quod dare Deus vult bonum, non impetrari, etiamsi et in precatione studium et perseverantia insignis adhibeatur. Deinde ob ea quae hactenus à Manasse, aliisque regibus et à populi parte non parvè in Deum, ejusque religionem et legem commissa erant, poterat justissimè jam Deus facere, quod, pro clementia et benignitate suā, in Sedeciae tempora differre adhuc dignatus est, ut Hierosolyma caperetur, templum inflammaretur, Judaea tota pervastare-

tur, ut intelligere videntur, qui infra, cap. 7, v. 19, aiunt: *Peccatissimi cum patribus nostris.* Tertio, possent jam, in tantâ hominum multitudine, aliqui esse Achanes, Josue 7, aliqui Jonathas, 1 Reg. 14, Jambiensium anathematum deprecatores aliqui, 2 Machab. 12, aliqui, inquam, occulti peccatores, quorum gratia, nollet aliorum, de temporibus commodis, preces exaudire Deus. Ita sane res habet. Quemadmodum adversorum prophetarum quædam prædestinationis, quædam comminationis dicuntur, ita prosperarum rerum sunt quædam interdum prædicationes non prophetice, sed è spe fiduciæque magnæ profectæ et ex veræ, cum adjunctam semper vel expressè vel tacitè conditionem habeant, nisi quæ aliâ obstitit. Et isto modo loqui potuit Eliachim. Prophetico tamen spiritu hæc effatam, persuadere videntur et prophetica ejus commendatio, Isaiæ 22, et ipse loquendi modus, nihil omnino notam aut ambigens, sed quasi certa et explorata omnia diceret, gravis, constans, apertus.

Cæterum consolationem, atque hortationem suam illustrissimo, è vetere memoriâ, exemplo confirmat, vers. 13, ubi de Moyse: *Non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit, quod verissimum.* Licet enim, quam per alios facimus, facere ipsi dicamur, ut ait Jurisconsultus: *suprà* verò jam dictam ait, eum Josue arma, bellumque mandasse, nihilominus, neque ipse ferrum strinxit, sed Deum tantummodò rogavit: neque qui in acie pugnabant, ferro plus quàm unus Moyses precibus profecerunt. Scriptum quidem est Exodi 17, vers. 13: *Pugnavit Josue Amalec et populum ejus in ore gladii, cum tamen victoriam precibus potius quàm gladiis et bellatoribus tribuendam, indicat ibidem versus 11: Cum levaret Moyses manum, vincebat Israel: sin autem paulatim remisisset, superabat Amalec.* Et paulò post, cum dictum esset: *Factum est, ut manus illius non lassarentur, usque ad occidit solis,* illicò, quasi posita esset causa, subditur effectus: *Pugnavitque Josue Amalec.* Neque verò frustra, exemplum hoc propositurus Eliachim, ait: *Memores estote.* Dominus enim, ut in omnem posteritatem vigeret, semperque viret modi, quo victoria hæc parata esset, memoria, Moysi dixerat illi, v. 14: *Scribe hoc, ab monumentum in libro, et trade acribus Josue.* Credamus verò et nobis, in tot tantisque contra Turcas, aliosque omnes christianæ fidei hostes, bellis, ab Eliachimo nostro acclamari:

*Memores estote Moysi servi Domini. Faciant verò id pontifices, quoties litteris indulgentiarumque largitionibus christianum ad preces populum hortantur, dum cum ad finem, certa certis diei horis campana ærea pulsari, sacra fieri, processiones haberi, elemosynas dari, penitentiam agi præscribant. Sed pontificis hujus exhortationis quisnam tum fructus? Magnus profectò, v. 15: Ad hæc, ait, exhortationem ejus, deprecantur Dominum, permittunt in conspectu Domini, ita ut etiam hi, qui offerebant Domino holocausta præconii cunctis offerrent sacrificia Domino, et erat cis supra capita eorum. Boni verique isti ecclesiastici, qui bene mentis pontifici morem ita sedulò plenèque gerunt, populo exempli sanctitate præeunt, cunctis non abditò tantum et obvelatò, ut Samaritanus ille rex 4 Reg. 6, v. 30, sed palli et reverè gerunt, ad aras, in omnium conspectu, in sacrificiorum oblatione. Ex illorum scilicet numero erant, quorum causâ, Deum amicò terram zelatum, populoque peperisse scribit, cap. 2 propheta Joel: *inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes ministrant Domini, et dicebant: Parce, Domine, populo tuo, et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes: quare dicunt in populo: ubi est Deus eorum? Christianus piusque sacerdos, etsi dum sacris operatur, vestem, arbitratu suo, majoris in Ecclesiâ ordinis, decorique causâ, mutare non potest, si rectè tamen judicabimus, dum albâ veste, cassidè, stola, cingulo, manipulo, cæteroque omni apparatu, Christi Jesu pro nobis passi, veste penè histrionis irrisi, ligati, flagellati, crucifixi, speciem ante omnium ponit oculos, nonne sacro veluti præcinctus, Christi Domini pulvere fodatus, vinculis strictus, sanguine aspersus videtur? Verùm nō fuit sacerdotum solum hæc, ut pontifici obedirent, in bonisque institutis perseverarent, sed et totius populi, v. 17: *Ex toto corde suo omnes erant Deum, ut visitaret populum suum Israel; Græcus textus etsi pontificis peregrinationem non refulit, eam tamen quam suo ipsius exemplo consolationem et exhortationem fecit, recitat; simulque sacerdotum, eum præeuntem consequentium, facta paulò pluribus explicat: Joachin, ait, summus pontifex, atque omnes qui coram Domino stabant sacerdotes, cæteri-que, qui Domino ministrabant, sacris hinc inde accincti offerebant juxta illud holocaustum, et vota, et voluntaria populi donaria, præterque supra eorum cisarea, seu mitras erat, et elapabant ad***

Domini ex totâ virtute sua, in bonum, sive ut ad benefaciendum et subveniendum visitaret omnem domum Israel. De populo verò paulò ante dixerat idem textus: *Populus erat jejunans dies compures in omni Judâ et Hierusalem ante faciem sanctorum Domini omnipotentis.* Sed quomodo, *κατὰ πρόσωπον τοῦ ἁγίου, ante faciem sanctorum?* Nam cùm sancta ista Hierosolymis tantum essent, quomodo, qui in ceterâ Judâ toti erant, coram hisce sanctis jejunabant? Imò, qui Hierosolymis etiam versabantur, quomodo ante sancta eandem jejunare dicebantur? Sanè ad Hierosolymis tantum possunt sancta ista referri, et coram his jejunare dicuntur, quia jejuniis diebus precationi maximè vacabant, penèque in templo assidui commorabantur. Si ad alios verò, qui, extra Hierosolymam, aliis in locis habitabant, sancta etiam ista referantur, dicendum duplè solitos eos ante ipsa similiter orare ac jejunare. Primum quidem, quia habebant synagogas, seu *συναγωγὰς*, in quibus et quondam templi similitudo erat, quàm pro Sancto sanctorum et archâ, in quâ Decalogus, erat ipsius locus in quo lex asseruatur, uti et hodie in eorum Synagoga videmus. Ad has ipsi, dùm preces et jejunia indicerentur, conveniebant, uti clarum ex historiâ illâ, quam de Jonathâ et seipso, lib. de Vita sua refert Josephus in Tyberiadensi proseuchâ. Deinde cùm horum aut nihil habebant, aut domi certò precabantur, ad templum et Sancta sanctorum sese convertere

CAPUT V.

1. Nuntistumque est Holoferni principi militie Assyriorum, quod filii Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent (1):

2. Et furore nimio exarsit (2) in iracundiâ magnâ, vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon (3).

3. Et dixit eis: Dicite mihi (4) quis sit

(1) Græcus: *Et transitis montium conclusant, et montes circum siderant omne cacumen montis excelsi, et posuerunt in campis scandala.* Vox *scandala* significat hic impedimenta, ligna, lapides, tribulos, quibus itinera viarum dissimulantur ad hostes impediendos, uti et caecæ sub terrâ foveæ, mœnibus, aperius pariter foveæ, denique quicquid necessitas suggerit, ut viz hostibus præcludantur. Quare alio sensu *scandala* dicitur quicquid occasionem præbet lapidibus vel ruinæ spiritualis proximi.

(2) Nam ex superbâ credebatur quod nullus auderet moveri ad resistendum illi. (Lycanus.)

Furore nimio exarsit, quod Judæorum bel-

lebant, Danielis 9, vers. 10. Habent igitur hoc in capite viri et feminae, pueri natuque grandiores, plebei et laici omnes, ecclesiastici et sacerdotes, minores et majores, plurima quæ imitari queant, dignissima. Fuit enim omnium exitus felicissimus, prout sequens historia tota monstrabit, et breviter hic à Græco monetur. *Exarsit Dominus vocem eorum, et respexit afflictionem eorum.* Etenim, si ut supra ex Lucæ 18 dictum est, vidua iniquitatis judicem extoravit, et inde à minori ad majus argumentatur Dominus, licebit etiam forsitan hic argumentari. Assyriorum opera vidit Deus, Jonæ 3, cùm homines et jumenta, et boves, et pecora jejunarent, saccisque operirentur, cur, contra furentes jam Assyrios, electorum morum, clamantium ad se, die ac nocte, sese vehementer afflictantium, pulvere conspergentium, cilicia præcingentium, inediâ sibi et infantili, et brastis animantibus indigentium, vindictam non faciat? Præcepta Christi, ait D. Ambrosius serm. 86, arma sunt Christianis; et divinus timor terrorem à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit, oratio, misericordia, atque jejunium. Jejunium enim melius quàm murus tuetur; misericordia facilius liberat quàm rapina; oratio longius vulnerat quàm sagitta; et sagitta enim non nisi proximè conspectum percutit adversarium; oratio autem etiam longius positum vulnerat inimicum.

CHAPITRE V.

1. On donna avis à Holoferne, général de l'armée des Assyriens, que les enfants d'Israël se disposaient à lui résister, et qu'ils avaient fermé les passages des montagnes;

2. Et il fut transporté de colère et tout embrasé de fureur; et il manda tous les princes de Moab, et les chefs des Ammonites, qui s'étaient rendus à lui;

3. Et leur dit: Dites-moi qui est ce peuple

licum apparatus, sui et Nabuchodonosor contemptum interpretaretur. (Menochius.)

(3) Vocavitque omnes principes. Isti enim habitabant propè Judæam, propter quod de statu Judæorum melius dicere poterant veritatem. (Lycanus.)

Gentes ejusmodi Holoferni sese submisserant. Addit Græcus, appellasse pariter *satrapas maritimas*, id est, Phœnicæ, et Philistinarum, quæ gentes jugum cum cæteris subierant. (Calmet.)

(4) In Græco Holofernes appellat *βίος Χιζαιος*: Nuntiate mihi, βίος Χιζαιος. Non satis exploratim habebat originem Moabitaram, et Ammonitarum; neque illi, neque Philistini

populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, et quales, et quantæ sint civitates eorum; quæ etiam sit virtus eorum; aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militum illorum;

4. Et quare præ omnibus qui habitant in Oriente (4), isti contempserunt nos, et non exierunt obviam nobis, ut susceperent nos cum pace (5)?

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire, domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto qui in montanis habitat, et non egrediatur verbum falsum ex ore meo.

6. Populus iste ex progenie Chaldeorum est (6).

7. Ille primum in Mesopotamiâ habitavit (4), quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terrâ Chaldeorum.

8. Deserentes itaque caeremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,

9. Unum Deum cœli coluerunt (5), qui

originem à Chanaan duxerunt: hujus appellatio nominis propriè à Phœnicibus convenit. (Calmet.)

(1) Græcus emendatissimus, ut arbitror, legit: Qui habitavit in occidentis. Iudei enim occidentalis erant Assyriæ, Chaldeæ, et Arabiæ deserti. Nec tueri potes lectionem Vulgatæ, nisi potas, tunc Holoferne in aliquâ è magnis urbibus fuisse, quæ Hierosolymam et ditionem Juda habent orientalem.

(Calmet.)

(2) Nous ne pouvons faire attention à l'étonnement où paraissait être Holoferne, de ce que les Juifs continuèrent à lui résister, lorsque tous les autres peuples s'abaissaient enfin sous lui, sans tirer une instruction importante de ces deux différentes conduites du peuple de Dieu et des autres nations. Beaucoup de gens témoignent d'abord du mépris pour les ordres d'Holoferne, c'est-à-dire pour les maximes du prince du monde qu'il nous figurait. Mais il y en a peu qui continuent jusqu'à la fin à mépriser ce qu'il demande. La moindre tentation, les moindres menaces, les moindres attaques les abattent tout d'un coup, et les font aller comme au-devant de leur ennemi pour se rendre ses esclaves. Mais la multitude de ceux qui s'assujétissent de cette sorte au prince du siècle par leur lâcheté et par le dérèglement de leur conduite, n'est jamais une raison aux vrais serviteurs de Dieu pour imiter leur exemple. Plus le nombre des personnes qui persévèrent dans leur devoir est petit, plus ils ont lieu d'espérer qu'ils font

qui occupe les montagnes; quelles sont leurs villes, et quelle en est la force et le nombre, quelle est aussi la puissance de ce peuple, leur multitude, et le général de leur armée.

4. Et pourquoi ils sont les seuls entre tous les peuples d'Orient qui nous ont méprisés, et ne sont point venus au-devant de nous pour nous recevoir en paix?

5. Alors Achior, chef de tous les enfants d'Ammon, lui répondit: Seigneur, si vous daignez m'écouter, je vous dirai la vérité touchant ce peuple qui habite dans les montagnes; et nulle parole fautive ne sortira de ma bouche.

6. Ce peuple est de la race des Chaldéens.

7. Il habita premièrement en Mésopotamie, parce qu'ils ne voulaient pas suivre les dieux de leurs pères, qui demeuraient dans le pays des Chaldéens.

8. Ayant donc abandonné les cérémonies de leurs ancêtres, qui se rapportaient à la pluralité des dieux,

9. Ils adorèrent un seul Dieu du ciel, lequel

partie du petit troupeau que le Fils de Dieu, dans S. Luc, appelle d'un nom qui marque qu'il est non seulement petit, mais très-petit. *Nolite timere, pauculus grex.* Que si le démon, figuré par Holoferne, en concepit de la fureur, et se prépare à les attaquer avec d'autant plus de force, qu'étant en très-petit nombre ils osent lui résister, qu'ils sachent que le troupeau qui appartient à Jésus-Christ, et qui est véritablement son peuple figuré par cet ancien peuple d'Israël, n'a rien à craindre de ses ennemis après qu'il l'a rassuré par ces paroles si consolantes: *Nolite timere, pauculus grex.* Car que peut Holoferne avec toute son armée contre le peuple de Dieu, sinon l'attaquer, pour l'édifier d'avoir recours au Seigneur, et se préparer à lui-même une perte et une confusion inévitable? (Sacy.)

(5) Constant inter omnes, Abrahamum ortum esse ex patre Thare in Ur, Chaldeorum urbe, è qua egredi jussus est à Deo, ut iret primò quidam in Haran Mesopotamie, deinde in Chanaanidem. (Calmet.)

(4) In stirpe et principe generis sui Abraham; nondum enim erat populus.

Noluerunt enim, etc. Deo videlicet se Abrahamo manifestante, et migrationem imperante, quod videt ad confusum odium hujus populi, dictumque fortasse est ab Achior ne Judæorum causam aperte videretur, non autem veritatem candidè fateri. (Menochius.)

(5) Deum cœli nominat, et deinceps aliquoties inculcat num. 5, 12 et 19: fortasse ad terrorem Holoferni incutiendum. (Menochius.)

et præcepit eis ut exirent inde, et habitarent in Charan (1). Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.

10. Cumque gravaret (2) eos rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium suarum in luto et latere subjugasset eos, clamaverunt ad Dominum suum, et percussit totam terram Ægypti plagis variis.

11. Cumque ejecissent eos Ægyptii à se, et cessasset plaga ab eis, et iterum eos vellet capere, et ad suum servitium revocare,

12. Fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aque quasi murus solidarentur, et isti pede sicco, fundum maris perambulando transirent.

13. In quo loco dùm innumersabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, ut non remaneret vel unus qui factum posteris nuntiaret.

14. Egressi verò mare Rubrum, deserta Sina montis occupaverunt (3), in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit.

15. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, et per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt.

16. Ubicumque ingressi sunt (4) sine

(1) Dantes hic Græcum hujus versiculi, falsis explicantes quod contractus est in Vulgata: *Ejecerunt eos*, Chaldaei Abrahamum et uxorē, à facie deorum suorum, deorum scilicet Chaldaeorum. Et fugerunt in Charan, et incolebant ibi dies multos. Et dixit Deus coram, ut eirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro et argento, et in pecoribus multis valde. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) et incolaverunt ibi, quoadque auxi sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. Et insurrexit in eos rex Ægypti, etc. Peccat in narratione sua non semel Achior, neque id mirum in homine alieno et milite, Abrahamum substituisse dicit in Haran diū, quod optimis chronologis non probatur: ibi enim biennio circiter illum detinuit. Miscere insuper videtur iter Abrahami in Ægyptum cum itinere Jacobi. (Calmet.)

leur commanda de sortir de ce pays-là, et d'aller demeurer à Charan. Mais une famine ayant couvert tout le pays, ils descendirent en Égypte, où ils se multiplièrent de telle sorte pendant l'espace de quatre cents ans, que leur armée ne pût être comptée.

10. Comme le roi d'Égypte les traitait avec dureté, et les accablait de travail en des ouvrages de terre et de brique, qu'il les obligeait de faire pour bâtir ses villes, ils crièrent à leur Dieu, qui frappa de différentes plaies toute la terre d'Égypte.

11. Et lorsque les Égyptiens les eurent chassés de leur pays, et que la plaie eut cessé, et qu'ils voulurent s'en rendre maîtres de nouveau, et les remettre sous leur esclavage,

12. Le Dieu du ciel leur ouvrit la mer lorsqu'ils fuyaient, de manière que les eaux s'affermissent de côté et d'autre comme une muraille, et ils passèrent à pied sec, au travers du fond de la mer.

13. Et l'armée des Égyptiens, qui était innombrable, les ayant poursuivis dans ce lieu, fut tellement ensevelie dans les eaux, qu'il n'en demeura pas un seul qui pût apprendre cet événement à leurs descendants.

14. Après qu'ils furent sortis de la mer Rouge, ils campèrent dans les déserts de la montagne de Sina, dans lesquels personne n'avait jamais pu habiter, et où nul homme n'avait jamais pu demeurer.

15. Là les fontaines qui étaient amères devinrent douces pour eux, afin qu'ils pussent en boire; et durant l'espace de quarante ans, ils reçurent du ciel la nourriture qui leur était nécessaire.

16. Partout où ils entraient sans arc et sans

DESCENDERUNT IN ÆGYPTUM, Jacob scilicet cum universa familia sua. (Monochius.)

(2) Græcus: *Insurrexit eis*; decepit illos, callidè induxit in servitutem, etc. In eadem phrasim incidit Moyses: *Venite, sapienter opprimamus eum*. Velut Vulgata fert: *Gravante illos (regē Ægypti) in luto et latere*, et famulaverunt illos Ægyptii, et posuerunt illos in seruos. (Calmet.)

(3) Græcus brevissimè pro versiculis 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20: *Ægyptii ejecerunt eos à facie sua, et evicavit Deus Rubrum Mare ante eos; et duxit eos in viam Sina, et Cadesbarne, et ejecerunt omnes habitantes in deserto, et habitaverunt in terra Amorrhæorum, et omnes Exodum interminant in fortitudine sua, et transierunt Jordanem, hæreditabant universam montaniam*.

(4) Hæc pertinent ad tempora Josue, quibus Israelitæ terram Chanaanorum occupaverunt. (Monochius.)

arcu et sagittâ, et absque scuto et gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, et vicit.

17. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui (1).

18. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædâ, et in gladium, et in opprobrium.

19. Quotiescumque autem posuissent se recessisse à culturâ Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.

20. Denique Chanaanæum regem, et Jebusæum, et Pherezæum, et Hethæum, et Hevæum, et Amorrhæum, et omnes potentes in Hesebon (2) prostraverunt; et terras eorum, et civitates eorum ipsi possederunt.

21. Et usquedum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam et ante hos annos cum recessissent à viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in eâ, exterminati sunt præliis à multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam (3).

(1) Disce hic servire Deo: sic enim Deus te faciet inexpugnabilem, et omnibus hostibus superiorem. Sin autem, sinet te à quibusvis subigi et concitari. Idem discant urbes et regna, eorumque reges et principes. Audi graves hæc de re dicentem Patrum præmas: unus est S. Hier. epist. 13: « Nostris, ait, peccatis barbari fortes sunt, nostris viris Romanus fugatur exercitus. » Alter D. Ambros. serm. 85: « Civitati, non nisi propter civium peccata, inferitur excidium. Desine peccare, et civitas non peribit. » Gentibus ergo peccantibus timenda est Dei vindicta et excidium; non peccantibus verò speranda est securitas et felicitas. (Cora. à Lap.)

(2) Potentes isti Hesebonis sunt Og et Sehon, sed hæc præsertim, qui Hesebone regnabat. Victoriâ hanc de rege Hesebonis idcirco memorat Achior, quod ejus regis ditio Ammoniticæ proxima esset. Addit Græcus: *Vicit Sichem et omnes Gergessas*. Vicina Sichem regio parebat Herveis. (Calmet.)

(3) Addit Græcus: *Templum Dei ipsorum factum est in parimentum (dejectum est), et civitates eorum capte sunt ab adversariis*. Hanc locum majori fiduciâ urgent adversarii in epichâm à nobis huc historię assignatam. His enim demonstrari aiant, et veluti oculis subijci captivitatem Babyloniam, ac templi everisionem. Neque minas disertè reditus à captivitate exprimitur v. 25: *Nuper autem reversi est Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, advenit autem, et acciderunt*

flèche, sans bouclier et sans épée, leur Dieu combatait pour eux, et il demeurait toujours vainqueur.

17. Et il n'y eut personne qui s'élevât contre ce peuple, sinon lorsqu'il s'est retiré du service du Seigneur son Dieu.

18. Car toutes les fois qu'ils ont adoré un autre Dieu que le leur, ils ont été livrés en proie au glaive et à l'opprobre.

19. Et toutes les fois qu'ils se sont repentis d'avoir abandonné le culte de leur Dieu, le Dieu du ciel leur a donné la force pour se défendre.

20. Enfin ils ont vaincu les rois des Chananéens, des Jébuséens, des Phéréziens, des Héthéens, des Hévéens, des Amorrhéens et les plus puissants d'Hesebon; et ils ont pris possession de leurs terres et de toutes leurs villes.

21. Et ils ont été heureux tant qu'ils n'ont point péché contre leur Dieu, parce que leur Dieu hait l'iniquité.

22. Aussi il y a quelques années que, s'étant retirés de la voie que leur Dieu leur avait marquée pour y marcher, ils ont été taillés en pièces par diverses nations; et plusieurs d'entre eux ont été emmenés captifs dans une terre étrangère.

montana hæc omnia, et iterum possident Jerusalem. Addit Græcus, eam regionem, antequam hi ante redirent, desertam fuisse. Phrasis hæc: *Factum est in parimentum*, nonne pronomen exprimit dejectum fuisse templum, eversum, solo æquatum? Per similes phrasas, quæ in probatissimis Græcis scriptoribus leguntur, nonne demolitionem, everisionem, excidium significant? Si captivitas hæc reditusque populi obiter tantummodò et semel indicarentur, accipi utique possent de brevi populi oppressione; at semel, iterum et sæpius repetitur: populus Hierosolymam amisit, regio squalida et deserta jacuit.

Respondet 1^o Græcum sanè textum Judithæ favere, uti quidem videtur, plurimùm opinionum eorum, qui hanc historiam post captivitatem revocant, uti capite 4, 2, animadversum est; sed discrepat plurimùm à Vulgatâ. 2^o Voces Græci in hoc textu non omnino congruere cum exemplis Græcorum scriptorum recitatis. Eorum enim verba propriè sonant everisionem ad solum usque, et ad ima usque fundamenta, cum Scriptura hic tantummodò exhibeat templum factum in parimentum, id est, ut Syrus explicat, concussum, violatum, profanatum, instar profani loci habitum, ob scelera nefandaque impietatem eo loco exercitam, dedicatis simulacris, neglectâ ædificii restauratione, directis opibus sacris, everso altari Domini, positoque profanis et impiis numinibus sacro. Vetus Latina versio fortè, raptos fuisse in captivitatem ipsos

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montem hunc omnium, et iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo, mi domine, perquire si est aliqua iniquitas (1) eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, et subjugati erunt sub iugo potentie tue.

25. Si verò non est offensio populi huius eorum Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos (2): et erimus in opprobrium universae terrae.

26. Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum (3), dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus ejus, homines inermes, et sine virtute et sine peritia artis pugnae?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montem: et cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur (4):

29. Ut sciat omnis gens, quoniam Na-

cum templo; et sicut primi libri Machabeorum agens de profanatione per Antiochum templo Hierosolymitano, phrasim omnino simili utitur: *Sancta res concalcata sunt, et contaminata sunt. Denique auctor tertii libri Machabeorum ita precantem Simonem summum sacerdotem inducit: Neque essent iniqui in superbia lingua sua, dicentes: Nos concalcavimus domum sanctificationis, sicut concalcantur domus abominationum. Expugnationem urbem Hierosolymam à Romanis praedicant Christus, apud Lucam 21, 24, praesentiat: Jerusalem calcabitur à gentibus.*

Post Salomonem, quod hic locus direptus est? Erarium Senec Aegypti rex expulavit. Regibus Israelis, Syriis, et Chaldaee cognitis, reges Juda pretiosissima ejus ornamenta ad eos transulere. Ios sacrienda ruinis pariter studii consulit. Hinc utique sufficiens ut affirmetur templum dejectum fuisse et eversum.

Adde quod Judaei urbi et templo mala metuebant: nam è civitate non ita multo antea redierant, et sacra templi vasa, altare, ipsumque pariter templum à profanatione in pristinam sanctitatem vis fuisse redierant. Erant igitur tunc templum, altare et vasa sacra expia: id quod exponi commodè non potest

23. Mais depuis peu, étant retournés vers le Seigneur leur Dieu, ils furent réunis de cette dispersion; ils ont repoussé ces montagnes; et ils possèdent de nouveau Jérusalem, où est leur sanctuaire.

24. Maintenant donc, mon Seigneur, informez-vous si ce peuple a commis quelque chose contre son Dieu; et si cela est, allons les attaquer, parce que leur Dieu vous les livrera, et ils seront assujétis à votre puissance.

25. Mais si ce peuple n'a point offensé son Dieu, nous ne pourrions leur résister, parce que leur Dieu prendra leur défense, et nous deviendrons l'opprobre de toute la terre.

26. Or il arriva que lorsque Achior eut cessé de parler, sous les grands du camp d'Holoferne furent émus de colère contre lui, et pensaient à le tuer, se disant l'un à l'autre:

27. Qui est celui-ci, qui ose dire que les enfants d'Israël peuvent résister au roi Nabuchodonosor et à ses troupes, eux qui sont sans armes et sans force, et qui ne savent ce que c'est que l'art de combattre?

28. Pour faire donc voir à Achior qu'il nous trompe, allons à ces montagnes; et lorsque nous aurons pris les plus forts d'entre eux, on le percera de l'épée avec eux,

29. Afin que toute nation sache que Nabu-

de tempore statim post Babyloniam captivitatem. Constat enim, templum urbemque restituta non fuisse nisi longo post tempore, sub Dario filio Hystaspis. (Calmet.)

Ibi certum est, non loqui de captivitate Babylonica. Nam tunc non plurimi, sed omnes abducti sunt; neque à multis, sed ab unica natione Chaldaea. Hic ergo respicit Achior ad Aethiopes, ad Aegyptios, ad Syros, ad Assyrios, qui plurimas gentes vastitatesque intulerant Israelitis, affligentes ac diripientes eos. (Tirinus.)

(1) In Graeco, ἀνομία; sed et voce etiam graviora crimina notari diximus ad Tobiam 5, 3. (Grotius.)

(2) Jam si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. cap. 8. Haec verba hilem moverunt Holoferni, ut Achior destinaret morti, cò quod nulum Deum agnosceret, nisi Nabuchodonosor.

(3) ὁ πολὺς αὐτῶν, in Graeco; id est, discipere. (Grotius.)

(4) Graecus brevior est quam Vulgata; hic enim, pro versiculis 28 et 29, fert: Quare nunc ascendamus; et erunt in oculis universi exercitus tui, domus Holofernis. Haec verba: Erunt in oculis, in panem avaritiam, etc., deprecabuntur eos sicut panem, occurrunt in Morse. (Calmet.)

luchodonomosor deus terræ (1) est, et præter ipsum alius non est.

(1) Rerū terræ, quia nihil juris vel virtutis habet in cœlum, nec ultra terram ejus potestas se porrigit. Quoties libo vult esse Deus. Deus enim dominatur tam cœlo quam terræ. Cur ergo superbus et insans, à vermiculo terræ, et Deum cœli ad bellum provocat, ac eum divinitate sua privet et debeat? Prudenter Tertull. Apolog. 15: «Eato, inquit, religiosus in Deum, qui visibilium propitium imperatori. Desine alium Deum credere, vel colere, siquē illi et hunc Deum dicere, cui Deus opus est.» (Corn. à Lap.)

Obsecrandum quid Nabuchodonosor vocatur Deus terræ, et non cœli. Videntur enim gentiles in ea persuasionē fuisse, quod Deus cœli, si quis esset, tantum curaret cœlestia, et quod ejus potestas, aut providentia non extenderet se ad res humanas, et regna terrenā, juxta illud Job 32: Circa cardines cœli perambulabat, nec nostra considerat. Unde reges Assyriorum cum essent in terrā admodum potentes, vocabant se deos terræ, et omnes alios deos nationum jubebant exterminari. Adde, quod Dan. 4, Keirē quoque Nabuchodonosor dicitur reiectus et consortio hominum, deique agnosceret quod dominetur. Excelsus super regnum hominum, et cuiuscunque venerit, dei illud. Ignor Nabuchodonosor non agnoscebat Deum cœli dominari super regnum hominum. (Esau.)

Animadvertimus impium et absurdum consilium, quod agitabat Nabuchodonosor, obtrudendi se pro Numine, quæ tamen solus non erat Nabuchodonosor amentis, cum reges Orientis perirent ea exirent à suis obsequiis, ut proximi ad cultum accederent. Magni Na-

chodonosor est le dieu de la terre, et qu'il n'y en a point d'autre que lui.

buchodonosoris assentatores, illum monabant, ut legem terræ, potestatem indicat, ne quis quidquam rogaret Deos hominesque, nisi unum solummodo regem toto mensis utilis spatii. Darius Codomannus curā paulo ante (exercitum suum) secutus, et decorum à suis honoribus cultus erat. Alexander Magnus honores sibi divinos, quales regibus Persidis ante se impensū fuerant, detrahens statuens, homines nactus est animis adeo fractis, ut impium hoc regis propositum laudarent, commendarentque morem efferendi reges supra mortalium conditionem, non ut primum modum, sed prudentem etiam utilemque: Persas non pœ tantum, sed alios, proutque reges apud inter deos colere; regiamque enim imperii salutis esse putem. Nec minor erat apud Egyptios veneratio erga principes suos, quos humanā conditione multo majores habebant. Sed Gergorum, plerique hunc morem semper detestati sunt, quicquid minus id suadebat illa religio, quam ratio, et generosa mens, ab assentatione indignaque demissione abhorrens; hoc enim sola illa demonstrabat, principum in ea re consilium iniquitatis habere periculum, et non parum discriminis. Quā lege, quā modestā coerceri queat is, qui sibi divinos honores pendere videat? Athenienses morte damnarunt Timagoram, quod regem Persidis adorasset. Cimon Atheniensis nihil impetravit apud Artaxerxem, quod sibi persuadere non poterit, ut illum strata hami adoraret. Spermolus et Balla Lacedæmones, capivi licet, copi islem nunquam poterunt, ut eum principem adorarent; id quod ille ab omnibus, qui ad se accederent, exigebat. (Calmet.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et nuntiatum est Olopherni principi virtutis Assur, quia filii Israël parati erant ad praelium et transitus montem concluderant, et muris circumdederant omne catamen montis excelsi et posuerant in campis scandala. — 2. Et iratus est furorē valde, et vocavit omnes principes Moab, et duces Ammon, et omnes satrapas maritimæ, — et dixit eis: — 3. Annuntiate nunc mihi, fili Chanaan, quis populus hic habitans in montibus, et quānam, quæ habitant civitates, et quæ multitudo virtutis eorum, et in quo potestas eorum et fortitudo eorum, et quis surrexit super eos rex dux exercitus eorum. — 4. Et cur exierunt dorsum, ut non venirent in occursum mihi, præter omnes habitantes in occidente. — 5. Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audi, queso, dominus meus verbum ex ore servi tui, et annuntiabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanum hanc præpote habitantem: et non exibat mendaciam ex ore servi tui. — 6. Populus hic sunt prognati ex Chaldeis. — 7. Et incoluerunt antea in Mesopotamia: quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terrā Chaldeorum. — 8. Et digressi sunt à via parentum suorum, — et adoraverunt Deum cœli, Deum, quem cognoverunt. Et eiecerunt eos à facie decorum suorum. Et fugerunt in Mesopotamiam, et incoluerunt ibi dies multos. — 9. Et dixit Deus eorum, ut exirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro, et argento, et in pecoribus multis valde. — 10. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) et incoluerunt ibi, quoadusque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. — 11. Et insurrexit eis rex Ægypti, et circumvenerunt eos in labore, et latere, et humiliaverunt eos, et posuerunt eos in servos. — 12. Et exclamaverunt ad Deum suum: et percutit universam terram Ægypti plagis, in quibus non erat curatio. — Et eiecerunt eos Ægyptum à facie sua. — 13. Et exsecravit Deus Nubem mare ante eos. — 14. Et duxit eos in viam Sinæ,

et Cades Barne. Et eiecerunt omnes habitantes in deserto. — 15. Et habitaverunt in terrâ Amorrhæorum : et omnes Esebonitas exterminârunt in fortitudine suâ. Et transeuntes Jordanem, hæreditârunt universam montanâ. — 16. Et eiecerunt à facie suâ Chananiæum, et Pherezæum, et Jebuseum, et ipsum Sichem, et omnes Gergesæos : et inhabitârunt in eâ dies multos. — 17. Et quoadusque non peccaverunt in conspectu Dei sui ; fuerunt bona cum eis, quoniam Deus odio habens injustitiam, cum eis est. — 18. Quando autem recesserunt à viâ, quam disposuit eis ; exterminati sunt in multis bellis plurimùm valdè ; et captivi ducti sunt in terram non propriam : et templum Dei ipsorum factum est in pavementum : et civitates eorum capte sunt ab adversariis. — 19. Et nunc revertentes ad Deum suum, ascenderunt à dispersione, ubi dispersi fuerunt illi, et tenuerunt Hierusalem, ubi sanctuarium eorum : et habitârunt in montânâ, quoniam erat deserta. — 20. Et nunc, dominator domine, siquidem est ignorantia in populo hoc, et peccant in Deum suum, et videlicet, quia est in eis scandalum hoc ; et ascendemus, et debellabimus eos. — 21. Si autem non est iniquitas in gente ipsorum ; prætereat, quæso, dominus meus ; ne fortè protegat Dominus eorum, et Deus eorum pro ipsis, et erimus in opprobrium eorum omni terrâ. — 22. Et factum est, ut cessavit Achior loquens sermones hos ; et murmuravit omnis populus circumdâns tabernaculum, et adstantes. Et dixerunt magnates Olophernis, et omnes habitantes maritimam, et Moab, concidere eum. — 23. Non enim timebimus à filiis Israel. Ecce enim populus, in quo non est virtus, neque potentia ad aciem fortem. — 24. Quare nunc ascendamus ; et erunt in escam universi exercitûs tui, domine Olophernes.

COMMENTARIUM.

In capite isto tria sunt : Una scilicet de Judæis interrogatio, ad eam responsio, de hac ipsâ iudicium.

Interrogationis verò primò ponitur occasio, vers. 1 et 2, quia scilicet *monitum itinera conclusissent Judæi, et Græcè additur, ἐν ὁποῖς ἐστὶν οὗτοι οὗτοι ἀνέδρα, quia possident in campis scandala*. Vocantur verò scandala impedimenta et obstacula quæ in viâ quâpiam ita sunt, ut progredi aut vetent, aut progredientem lædant, eoque claudicare faciant, cujusmodi, belli tempore, sunt advolute quedam itineribus moles, arbores, saxa, sparsique lapides et murices. Hinc verò in Scripturis peccata et peccatorum occasiones, quæ in Dei mandatorum cælique viâ retinent, morantur, impediunt, lædunt et sauciant, scandala dicuntur. « Puto, ait S. Hieronymus lib. 2, contra Pelagianos, quòd peccatum scandalum sit, quod per scandalum venit. Nisi fallor enim ἀνέδρα » (quod apud 70 Exodi 10, vers. 7, legitur, pro quo apud Aquilam est ἐπὶ τῆς οὐράς) et ἀνέδρα » apud Græcos ex offensione et ruinâ nomen accepit. » Atque hinc Matthæi 5, et 1 Corinth. 8, ἀνέδρα; Rom. 14, τῶν αἰσθητικῶν; Roman. 17, πᾶσι, Apocalyp. 2, v. 14, βάλαν, scandalisare, scandalum ponere, facere, facere. Et 2 Petr. 2, Christus Dominus petra scandalâ dicitur nos credentibus, qui in eum, qui credentibus est lapis electus et angularis ; suâ ipsi malitiâ et pravitate, impingunt, ex eo claudicandi, seque seipsos obliedendi occasionem captant. Deinde illi, quibus interrogatio facta est, recensentur, principes Moab et duces Am-

mon, vers. 2. Græcè adduntur satrapæ omnes oræ maritimæ, Philistæi scilicet. Hi enim qui Judæorum ab Oriente et Occidente vicini, optimè de illis responsuri videbantur, vel potius illis infestissimè consulturi. Magnum enim malum, malus vicinus. Tertiò, ipsa interrogatio est vers. 3, quæ partim simplex, partim comparata. In illâ interrogatur, de Judæorum populo, civitatibus, virtute, multitudine, rege. In istâ verò queritur, cur Orientalibus illis sint imperterriliores Judæi, neque ut exteri, Holofernis illiçò jugum subeant. Pro his qui habitant in Oriente, habet Græcus habitantes in Occidente, quod magis consentaneum versus quinto capitis secundi. Nihilominus tamen eadem sententia est. Nam qui ad orientem solem habitant, aliquando se propriè ad omnes qui Occidentis terras incolunt, comparant ; aliquando se aliosque circumcirca propiores, etiam ad Occidentem vergant, cum illi tantum conferunt, qui remotissimè in occidentis solis regionibus habitant. Priore modo Judæi sunt Assyrii occidentales, et sic loquitur Latinus, cap. 2, Græcus isto capite. Posteriore modo iidem adhuc Orientales sunt, et sic isto loco Latinus.

QUESTIUNCULA.

Officiat hujus historię vel temporis vel auctoritati, Holofernis interrogatio

Ex declaratâ jam Holofernis interrogatione, contra Manassæum historię hujus tempus, adedque contra historiam ipsam, ejusque auctoritatem, magnum et primum scandalorum,

ut paulò ante loquebamur. suorum (in viâ
aliquidem veritatis, quid aliud hæreticorum ar-
gumenta sunt?) facit, jactique Witsakerus :
« In principio, ait, quinti capitis Holofernes,
« quando sensit populum Judæorum, bellum
« meditari ac parare, duces omnes convocat,
« ab eisque querit, quis ille populus esset, et
« quem ducem haberet. Verùm, si Manasses
« paulò ante captus à rege Chaldæorum, et
« Babylonem deportatus fuisset, nec populum
« illum, nec regem Judæorum Holofernes aut
« Chaldæi ignorare potuissent, ut illi ab
« Achioris Ammonitâ hæc querere ac discere
« necesse esset. Sic enim querunt de populo,
« de regione, de urbibus, de hominum poten-
« tiâ, de genere militum, de ducis ac regis, quasi
« qui nihil unquam de Judæorum gente audi-
« visent. At Chaldæi jam prius huic populo
« bellum intulerant, Judæam vastaverant,
« Hierosolymas ceperant, regem Manassem
« secum in Babyloniam abduxerant. Ergo hæc,
« quæ nunc queruntur, illis ignota esse nequa-
« quàm potuissent. » Tota tanti scandali vis
est hæc : Qui cognoscere vult, nescit; quis-
quis interrogat, cognoscere vult; ergo quis-
quis interrogat, nescit. At Holofernes nullo
modo nescire potuit. Ergo. Propositio illa vera
ut concedatur, duplicem cautionem requirit :
Unam, ut, qui cognoscere vult, significet, qui
cognoscere desiderat, quòd desiderium scilicet
rei sit absentis. Alioquin, etiam dñm cognos-
cimus, cognoscere volumus. Vult Deus quæ
cognoscit, cognoscere. Volo quæ scio non nesci-
re. Non vult Witsakerus quæ sibi nota,
ignota esse. Altera est, ut nescire modo eodem
accipitur, quæ cognoscere desideratur. Alio-
qui sæpè scimus, quæ cognoscere desideramus.
At non eodem modo. Scimus imperfectè : per-
fectiùs cognoscere avertis. Videmus in æni-
guato et per speculum; videre facie ad faciem
cupimus. Assumptio verò penitus falsa est.
Docent enim grammatici et rhetores, et, abs-
que latine, ipse quotidiani sermonis usus, plu-
rima plurimos interrogare, quæ nesciunt opti-
mè, tantum ut vel suam aliquam admiratio-
nem proponant, ab alio facti alicujus confes-
sionem eliciant, ea quæ nesciunt, docent,
vituperant, extollant et depreciant atque con-
temnant. Plena exemplorum profana littera-
tura. Sed, intra sacrarum Bibliarum terminos,
scandaliscent ipsi nostrum, quæ non ignora-
mus, interrogamus. Cùm Adamum interroga-
ret Dominus, Genes. 3, vers. 9, *Ubi es?* an
ubi ille esset, ignorabat? Cùm ibidem vers. 11,

rursùm interrogaret: *Quis indicavit tibi quòd
nudus esses?* an quis indicasset, non noscebat?
Cùm interrogando pergeret vers. 15: *Quare
hoc fecisti?* an quare fecisset, nesciebat? Cùm
capite 4, vers. 6, dixit Caino Dominus: *Quare
iratus es?* et *cur concidisti faciem tuam?* num ira
velutis hujus causam non tenuit? Cùm
iterùm dixit vers. 9: *Ubi est Abel frater tuus?*
an ubi exanimis et maciatus jacebat iste, non
perspexit? Tandem cùm adjunxit vers. 16:
Quid fecisti? non plagas, et eandem ipsam vi-
derat, non sanguinis vocem de terrâ claman-
tem audierat? Cùm idem Dominus ab Eliâ
percunctaretur 3 Reg. 18: *Quid hic agis, Eliâ?*
cùm ab Jeremiâ cap. 1: *Quid tu vides, Jeremiâ?*
ab Amos cap. 7: *Quid tu vides, Amos?* apud
Malachiam 4, vers. 10: *Quis est in nobis qui
claudat ostia, et incendat altare meum gratulid?*
num horum ei quidquam ignotum erat? Ec-
quid verò sibi vult Moyses cùm Numer. 16,
vers. 11, interrogatione Isai ululat: *Quis est
Aaron, ut murmuretis contra eum?* fratrem non
noscit? Ecquid Nabab, cùm 1 Reg. 25, vers. 10,
Davidis pueris respondet: *Quis est David, et
quis est filius Isai?* an qui filium Isai, et fugi-
timum postea servum vocat, de Davide nihil
audierat? Ecquid Jehu, cùm Jezraelem intrans,
Jezabelem videns, 4 Reg. 9, vers. 32, scipato-
res rogabat: *Quæ est ista?* Num qui annos plu-
res in Achab, Joramique regum aula versatus
erat, et quidem inter palatines summas ipse
auctoritatis, et cum regibus familiaritatis,
ibid. vers. 5 et 25, reginam non mutata veste
fugientem, sed regio culu fulgentem, stibio
depictis oculis nitentem, regio capitis ornata
angustam, à fenestris despicientem, voces
etiam, quæ audirentur, nitentem, non agnos-
cebat? Non igitur quisquis interrogat, idem
ignorare, quis interrogat, existimantes, sique
absque ullo veritatis vulnere aut molestiâ,
totum Witsakeri scandalum remouetur. Hæc
siquidem Holofernis interrogationes, non sunt
omnino ignorantis, et de quibus nihil unquam
audivisset, prout isti videri vult, exquirentis,
sed sunt interrogationes militis, et militis quæ
præter ipsius opinionem et voluntatem, ipse
tantas copias ductanti, suisque viribus præsi-
denti resistere quidam audeant; mirantis, iras-
centis, hostes vilipendentis et contemnentis,
quasi diceret: *Quid istic novi?* Tam instructas
tamque innumerabiles copias cùm habeam
tot jam urbes, provincias, populos, fulminis
instar, quàm occisimè pervaserim, omnes vel
solo Assyrii nominis terrore perculerim, di-

cite, obsecro, quis iste tam stolidus, tamque ineptus et vecors populus, qui, me ut arceat, montana obsidere, arma parare, meque contra tueri audeat? Quæ, quales, et quante ipsorum, etiam si essent his quas jam diripimus, majores et magniores civitates? Quæ tanta eorum virtus? Quæ, contra tot positam equitumque myriadas, eorum multitudo? Quis rex militum illorum, esse ipsius imbecillitatis et fortune tam inimicus, cum nuper adhuc captus, et è carceribus catenisque nostris vix pridem effugerit? Ilanc verò esse Holofernis mentem non negabit, qui advertebat primò ad similem interrogationem, vers. 27: *Quis est iste, qui filius Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, homines inermes, et sine virtute, et sine peritio artis pugne?* Achiozem videbant Holofernis magnates; loquentem diu audierant, Ammonitarum duces sciebant, et tamen, præ ira et contemptu, interrogant: *Quis est iste?* et suam de filio Israel opinionem, ob quam sic antea Holofernis interrogarat, clarè aperiant, homines esse inermes, imbecillos, reique militaris imperitos. Præterea eodem modo, sequentis capituli initio ipse Holofernis in Græco: *Quis est iste, Achior, et mercenarius Ephraim?* Tertio, non mercenarios Ephraim tantum eo versu nominat Holofernis, sed hoc etiam cap. 5, vers. 5, Moabitas, Ammonitas et Palestinos, filios Chanaan appellat. Cur ergo et filios Israel ignoret, qui tantam vicinorum habet notitiam? Quarta, si quis consideret; tota et tam altè repetita ipsius Achioris narratio hæc tendit, ut ostendat non adeò Israelitas despiciatui habendos: sed summo ops Numinicharos esse, ipsiusque auxilio et manu maximas expellimè res gessisse, uti non falsò intellexerunt Holofernis duces, vers. 26 et 27, ipsemet etiam cap. 6, vers. 2. Quintò, hic ipse tumidorum, verbiisque ipsos penè celos territantium Pharaonum, Goliathorum et Rabsacarum loquendi modus est, plenus fastu, sui ipsorum admiratione, alterum omnium contemptu. Quis, aiebat Pharaon, Exodi 5, vers. 2, *est Dominus, ut audiam vocem ejus?* Cùm insperasset Philistinus, et vidisset David, despexit eum, 1 Reg. 17, vers. 42. Dixitque Rabsaces, 4 Reg. 18, vers. 29: *Hæc dicit rex magnus Assyriorum: Quis est iste fideles, qui niteris? Numquid liberaverunt, vers. 35, dii gentem terram suam de manu regis Assyriorum; ubi est Deus Emath et Arphad? Quinam illi sunt, vers. 25, in universa diis terrarum, qui emerunt regionem suam de manu mea, ut possit errare Dominus Jerusalem*

de manu mea? Et Nabuchodonosor Danielis 5, vers. 15: *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* Postremò: nimium imperitus archistrategus, eoque proceris nomine indignus Holofernis fuisset, si propriè ac verò, quamnam ista gens, et quæ regio esset, contra quam agmina tanta duceret, ignorasset, præsertim cùm in hæc ipsa regione ac gente, recentissima essent Assyriorum trophæa Phulis, Theglath-phalasar, Salmanazaris et Sennacherib, etiam si Manassæ captivitas nulla fuisset, 2 Paralip. 35, vers. 11. Historiæ ergo hujus vel temporis vel auctoritatis proceris nihil officit Holofernianâ hæc interrogans et fastuosa interrogatio.

Responsio verò ad interrogationem istam fit ab Achioze, qui mense in Sulpicio Accione scribi solet, diciturque omnium filiorum Ammon dux, ut ejus opulentia dignitasque perspicua sit. Ammonitæ siquidem à filio Leth Ammon, populum magnum efficiunt, eorumque principes plures nominantur, Jeremiæ 49, vers. 5, Amos 1, vers. 13, et rex præpotens, 1 Reg. 11, 2 Reg. 10, vers. 1, Jerem. 40, vers. 14, erantque, ut ait in Amos 1, D. Hieronymus, Arabes, quorum metropolis erat celebrata illa Rabbath, 2 Reg. 11, quæ postea dicta fuit Philadelphæa et Syrorum sermone *Hamma*, utin idem Amos caput 1, notat Theodoretus. Jam verò auctor Traditionum in Paralipomena, libro 2, docet Idumæos quandoque Ammonitarum sibi nomen tribuere, cùm scilicet contra filios Israel pugnare vellet, quia, inquit, ob reverentiam paterni nominis (Edom) solebant in pristino habitu arma sive contra Israel, sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum. Nam lib. 2 Paralip. 20, vers. 1, ita scriptum est: *Congregati sunt filii Moab et filii Ammon, et cum eis de Ammonitis*. Cum cum filiis Ammon congregantur Ammonitæ, nomen alii atque alii significantur? Sive ergo Ammonitarum improprie dictorum etiam, sive proprie tantummodo dictorum dux erat Achior, quia Græcè et Latine omnium erat, fuit sanè potens et magnus. Et ut videamus, quàm bene conveniant rebus nomina corpè suis, exponitur ejus nomen, *frater ductus*. Constat verò ejus oratio exordio, narratione, conclusione.

Illud tempori, loco et personis accommodatum, plenum demissionis, prudentiæ et gravitatis est vers. 5. Sed ex eo potissimum discimus in omni sermone, quicumque de re, coram quibuscumque et ubicumque, veritatem semper dicere. Deprecetur, ait S. Apostolus

Epist. 1, vers. 25, mendaciam, sequimini veritatem amplexique cum praxino aus. Solonis ut ait Laertius, lex erat: *Ne mentiaris*. Apud Persas quidem olim poëti de patibulari re dictionem *idē* dixerunt, tanquam disciplinas edocebantur, verum loqui. *Mentiri*, ait libro de educatione liberorum Plutarchus, *servile est, odio dignum, ac ne mediocribus quidem servis ignoscendum*. Cū verò sit omnis homo mendax, Psal. 115, Rom. 3, vers. 4, id est, ad mendacium interdū aliquid vel propensius vel temerarius est, inconsideratus, debet cuilibet quotidie fixum hoc et firmū constitutum esse: *Non egredietur verbum falsum ex ore meo*. Sed ista curā vel imprimis egent, quibuscum principibus viris negotium est, præsertim cū in consiliū adhibentur, vel ab illis, certis de rebus, interrogantur, ne, ut libro 5, ait Thucydides, præter animi sententiam, et ad gratiam quidquam loquantur. Ab Charidemo apud Curtium lib. 5, et Demarato apud Herodotum lib. 7, exempla peti possunt non inepta, de quibus forsitan aliquid postea.

Narratio multa complexitur, primò, primam Judæe gentis originem in Chaldaea, vers. 6; deinde, illinc migrationem, migrationisque causam, vers. 7, 8, 9; tertio, habitationem in Charrrensi urbe ibidem; quartò, protectionem in Ægyptum, et commorationem ibidem, vers. 9; quintò, discessum iadidem, vers. 10, sextò, nonnulla quæ in itinere mirabilia, transitum per mare Rubrum, vers. 12, commorationem in Sinai solitudinibus, vers. 14, dulcoratos fontes, vers. 15, celestem mannae annonam ibidem; victorias divino auxilio potius quàm armis paratas vers. 16; septimò, generales causas partim rerum in eo populo adversarum, vers. 17, 18, partim etiam prosperarum, vers. 19; octavò, Chananæ terræ possessionem, quoad initium et progressum, vers. 20; denique horum confirmationem quendam ab exemplis tam prisca tum recentibus, in calamitosissimisque temporibus, vers. 22 et 23, per peccata nimirum et poenitentiam, per Del cultum, ejusque legis observationem aut violationem aut restitutionem. Erant in istis questuonibus bene multe. Quia tamen in Genesi, Exodo, secutisque libris opportuno sunt loci peractæ, non committam ut à composito, veluti corpore membra divellam, et hæc illæque spargam. Causæ tantum illæ generales ærummarum vel proprietatum noletur, et una hæc.

QUESTIUNCULÆ.

Quomodo adversariorum et prosperarum, in Latino et Græco textu vers. 22, 23, exempla, libri hujus auctoritatem nihil omnino immutanti.

Qui Latine solummodo textum aspiciunt Lyræus et Carthusianus, vel Græcum etiam, sed ita ut historiarum hujus temporis captivitate Babylonicæ posteriores existant, in his scrupulosum planè nihil est. Notis verò, qui et textum utrumque penè committimus, et ad Mopassæ Babyloniæ à carcere liberati tempus, historiam eandem revocavimus, eadem jam facilitate gradi non licet. Nam ut è Latino primò aliquid afferam, quando et quomodo nuper reversi ad Dominum Deum nostrum, ex dispersione, quæ dispersi fuerant, adunati sunt? Quæ ista dispersio, et ex eadem, quæ adunatio vel collectio? Rursum quomodo dicitur, iterum possident Hierusalem. Qui enim iterum aliquid facit, id aliquando facere ante desiderat. Quando verò, ante infelicem illum Sedeciam annum ultimum desiderunt Judæi Hierosolymam possidere? vel certè ante Joakimum, et Joachinum reges, à Babyloniæ Nabuchodonosore abductos. Sed in Græco plus inest difficultatis, quam idcirco solum in Bezzarmanum sibi evolvendam censuit Witakerus: « Quando, » inquit, Bolefernes in Judæam venit, templum eversum fuerat. Tunc enim hæc verba « Achioris in libro Græco: *Templum Judæarum Hierosolymitarum eversum fuit, et solo æquatum, et civitates eorum occupatae*. Sed in illa Manassis captivitate, nulla fuit templi eversio; nec templum solo æquatum, fuit ante regnum Sedeciam, in quo magna illa captivitas contigit, quod omnes profectò intelligant, » Addam ego et alia: primò, hæc ipsæ phrasæ, non nisi quando funditus et templum et Hierosolyma eversa est, uti Josephus, cum lib. 10. c. 11, ait: *Jussit Nabuchodonosor incendere templum, et regiam, et urbem ad solam vaguè tollere, cūque facta hæc omnia postmodum explicat, verbis utitur duobus, *Incendit, evertit*. Quid horum verò ante illud tempus factum? Deinde in eodem Græco, supra 4 vers. 2: *Recente à captivitate ascenderant, et nuper omnis Judææ populus collectus erat; et vasa, et altaria, et domus à profanatione, sacra erant*. Quæ ista tam recens captivitas et ex ea reditus, et quidem totius Judææ populi? Quæ vasorum, altaris templique profanatio et iterata consecratio seu expiatio? Nihil tamen omnia hæc*

traditam historiam hujus auctoritatem ac tempus labefactant, idque ut intelligatur, Latini primò textum exponam, deinde quæ ipsius Græci propria sunt.

In illo igitur calamitates variae primò traduntur vers. 22, ante hos annos, ait, in Græco non est, sed valet: *Ôlmet nuper, præteritque iam remotis quàm propinquis temporibus*; præterea, *exterminati sunt præliis à multis nationibus*, de Babyloniâ captivitate palam est, sermonem non esse, cum una tantum Chaldeorum natio nominaretur. Licet enim in Babyloniâ Nabuchodonosoris exercitu, nationes plures militare potuerint, quemadmodum et in Holofernis jam exercitu videmus, una tamen, quæ ceteras sub signis suis habet, easque ad bellum deducit, est, quæ hostem suum vincere, captivos abducere, ceteraque hostilia facere dicitur. Sic enim et propheta loquuntur, et scriptores alii cum sacri, tum profani. Sed quæ istarum multarum nationum? Summe vel unum Judicum libellum in manus: lege capitis 3 versum 8, 12, 15, cap. 4, vers. 2, cap. 6, vers. 1 et 5, cap. 10, vers. 7, cap. 15, vers. 1, et invenies Israelitas nostros quando à viâ, quam dederat illis Deus, recesserant, exterminatos olim à Mesopotamiis; Moabitibus, Ammonitis, Amalecitis, Madianitis, cæterisque, ut caput illud 6, vers. 5, loquitur, orientalem nationum, denique ab Ægyptiis et Philistinis, ita ut cap. 10, vers. 11, dixerit illic Dominus, quod loco huic lucis non parum affert: *Namquid non Ægyptiis et Amorrhæis, filiisque Ammon et Philistinim, Sideritis quoque et Amalec et Chanaan apprehenderant eos? et clamatis ad me, et erui vos de manibus eorum*. Adjunge verò, si libet, libros etiam Regum, et libri 3, cap. 11, vers. 14, comperies bella, clades, vastitatesque plurimos ab Idumæis, Syrisque, modò Damascenis, modò aliis flatas, adeò ut lib. 4, Reg. 17, vers. 20, scriptum sit: *Proiecit Dominus omnem Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manum diripientium, donec profecerit eas à facie sua*. Et ne de recentissimis Assyriorum tantummodò cladibus cogitares, adjectum est vers. 21, *ex eo jam tempore, quo scissus est Israel à domo David, constituerunt sibi regem Ieroboam, filium Nabat*. Norm autem clades et recentissimæ sunt non Israelis tantum per Assyrios, sed et Hierosolymitani regis Manassæ, 2 Paralip. 33, vers. 11. Pergit verò hic Latini noster, et *plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam*. Quisnegit in tot, tantisque bellis, stragibus, vastationibus quàm plurimos,

in victorum terras, duramque servitatem abstructos? Quis cum Manasse rege in compedes et ferrum compactos quamplurimos? Dum verò signatè ait, *plurimi eorum*; significat nunquàm ad hoc usque tempus, universum simul populum abductum, quod tamen perpercie, et è viliore plebe relictis, 4 Reg. 25, vers. 12 et 22, Jerem 39, vers. 9, cap. 40, vers. 7, factum Sedecie temporibus in extremâ illâ captivitate. Quemadmodum ibidem cap. 47, vers. 23, dicitur: *Translatus est Israel de terrâ suâ in Assyrios*? ita et cap. 25, vers. 21: *Translatus est Juda de terrâ suâ*, Threnorum 1, vers. 3: *Migravit Judas*, 2 Paralip. 26, vers. 20: *Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem, servavit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum*. Ideoque hic locus eos potius arguit, qui posteriora illa tantum Persicorum regum tempora meditantur. Cum enim magnas et calamitates et salutes ostendere vellet, in communi illo gentis totius excidio, ex usitato quotidiani hominum sermonis, ipsiusque divini etiam verbi usu, dixisset potius omnes quàm plurimi, quemadmodum Isaias cap. 64, vers. 6: *Facti sumus ut immundus omnis homo; occidimus quasi folium universi*. Jeremias cap. 6, vers. 45: *A misore aque ad majorem omnes avaritiam student, et à prophetâ aque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum*. Cap. 8, vers. 6: *Nemo est qui agat penitentiam: omnes conversi sunt ad cursum suum*. Vers. 10: *A minimo aque ad maximum omnes avaritiam sequuntur; à prophetâ aque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium*. Ex de Judâ post captivitatem illam, vulgaris hic sermo erat, Jeremias 52, vers. 45, quod in eâ non remanserit homo, et jumentum, et data sit in manum Chaldeorum. Jam post calamitates tam veteres quàm novas, ponuntur quæ ex penitentia ortæ sunt salutes, non omnes quarum facta erat mentio vers. 19, sed ex omnibus una, quæ tempore novissima memoriâ et ipso ejus fructu testatissima. Nunc, ait, *reverti ad Dominum*. Græcè vñ, sive, jam. Sermo est de reversione per Manassæ factâ. Nam ipse 2 Paralip. 33, vers. 13, *oravit Dominum suum, et agit penitentiam*, cognovit, quod Dominus ipse esset Deus; abiit, vers. 15, *deus alienus, et simulacrum de domo Domini*; aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, et in Hierusalem, et projecit omnia extra urbem, præcepitque Judæ, vers. 16, ut *serviret Domino Deo Israel*; Hebræicè, dixitque ipsi Judæ, id est, egit cum Judâ, ei suavis et persuasit, ut *serviret Domino Deo Is-*

rae. Sicque reversi sunt ad Dominum Deum suum, et ex dispersione, quā tunc, partim abductione, partim fugā et latebris, dispersi fuerant, rege redeunte adunati sunt, et accenderunt montana facie caesa. Montanorum potissimum meminit, quia, ut in Graeco est, *deserta erant*, translatis jam in Assyriam tribubus Israel, uti significatum Deuter. 7, Exod. 25, 4 Reg. 17, et iterum possident Hierosalem, iterum, inquam, quia vel abducti ex ea fuerant, vel ex ea fugerant, et, quemadmodum 2 Reg. 11, v. 17, Jerem. 40, v. 12, cap. 43, v. 5, vel in Aegypto vel alibi, delituerant, eam possidere desiderant, jamque postliminio eam possident, imò, et omnes, etiam qui ex ea non excesserant, iterum eam possident, quia novo modo, renovatā libertate, pristinoque politiae jure, patriam obtinent. Licet verò in Graeco non istud, *iterum*, sed tantum *ἀνέγερσεν τὴν ἱερουσόλμην*, obtrimerunt Hierosolymam; jam tamen clarè, et opinor, patet Latini textus expositio, et ad omnia, quae quaestiuiculae initio ex illo quaesita sunt, responsio.

Ad Graecum venio, in quo est illa quidem, quam objicit Wittakerus, difficultas, sed ab ipso, contra quem objicit, prius mota et objecta, imò et dissoluta. Si veritatis esset amans haereticus, debuisset non difficultatem tantum aperire, sed vel ejus dissolutionem approbare, vel cur non approbaret, ostendere, ipsumque refutare. Verum ita ex D. Thomā, ceterisque scholasticis, quae mendicant arguments, solent interdum Calvinus, Melancthon, Chemnitius, alique id genus lucifuge, ea apud imperitos venditare: solutiones verò eorum dissimulare. Nos verò Bellarminum ipsum audiamus. «Nec verò, ait, movere quemquam debet, quòd in textu Graeco auditur, etiam templum fuisse solo aequatum, quando dispersi sunt Judaei. Nam illa verba supposita videntur, quando quidem S. Hieronymus, qui fidelissimè translulit hunc librum ex Chaldaeo sermone in Latinum, nihil de eversione templi in sua editione posuit.» Hanc rationi, quam ne verbulo quidem succedere Wittakerus potuit, possunt et haec adjungi, quòd Graecum saepius textum mendacum deprehendamus, quòd ad calamitatem istam exaggerandam, coram homine profano et belli duce irato, ab homine prudente, multò magis injecta mentis fuisset regis urbis, non caput modò, sed et inflammatione, diruta, soloque penitus aequata, 4 Reg. 25, vers. 9 et 10, 2 Paralip. 36, vers. 19. Si supposita tamen ea verba concedere

liberes, exponi possent de summā et extremā illā templi vastatione, seu profanatione, quam fecerat olim Manasses. Nam 4 Reg. 21, vers. 4, *extraxit aras* (Baal) *in domo Domini, de quā dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum. Et extraxit altaria universae militie cœli in ductus atria templi Domini.* Posuit quoque, vers. 7, *idolus laci, quem fecerat in templo Domini, super quo secutus est Dominus ad David, et ad Salomonem filium ejus: In templo hoc et in Hierosalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum*, 2 Paralip. 35, vers. 4 et 5; *edificavit altaria in domo Domini cuncto exercitui cœli in ductus atria Domini; vers. 7, sculptile quoque et constellatione signum posuit in domo Domini.* Firmatur expositio hæc ex Graecis capituli quarti verbis antea citatis. Primò, quia in istā, quā de agitur, vastatione, significant manasse vasa, altare et ipsam Dei domum, sed eorum omnium *ἐκκένωσεν*, id est, profanationem tantum fuisse, seu, ut Josephus lib. 10, capite 4, *καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὸν θυσιαστήριον, καὶ τὰς ἀρχαίας τὰς ἐν τῷ ναῷ.* Deinde non ait vasa, altare, templum reedificatum, uti Zorobabelis tempore fieri oportuit, sed tantum *ἐπαυλίσθη*, id est, sanctificata. Polluta siquidem mundari, profana explari, et rursum sacrari debebant. Tantum superest, ut quo tunc modo potuerit stans manasseque templum *ἐκκένωσεν*, aperiam. Fieri hoc bifariam potuit. Primò, *ἐκκένωσεν*, quia magnae illius portas dissectae, dissolutae, solo aequatae jacebant, uti non obscure colligas ex 4 Regum 22, vers. 5 et 6, 2 Paralip. 34, vers. 10 et 11, cùm curavit sanctissimus Manasse ipsius nepos, ut ingenti collectā pecuniā, milites INSTAURARENT templum, et infirma quoque sarcinent. At illi dederunt eam artificibus et cementariis, ut emerent lapides de lapideis, et ligna ad comminandas aedificii, et ad consignationem domorum quas destruxerant reges Juda. Deinde, possunt ea verba simpliciter veriti, fieri inpaumentem, id est, templi sanctitatem ita violari, quasi commune quoddam publicumque solum esset, quod omnium jam pedibus concalcaretur. Nam *ἐκκένωσεν* salem, pascentiamque significat, et discrimen esse potest inter id, quod ex Josepho afferebatur, *ἐκκένωσεν τὸν ναὸν*, et inter id, quod hoc loco Graecus ait, *ἐκκένωσεν τὴν πόλιν*. Illud enim valet, ad solum usque tolli, solo aequari, funditis excindit, idèque et ad hoc magis explicandum, non simpliciter *ἐκ*

ἱεροσολίμην, dixit lib. 3 Thucydides, sed addit in eius *ἱστορίαις*, *ἡ ἱερουσαλήμ*, quod et Plutarchus dixit per *αὐτὸν ἱεροσολίμην*, conficere urbem in adum, sive, solo tenuis degicere. Ita porro conculcatum et profanatum templum fuit, et ab ipsis impiis Judææ regibus, Manasse præsertim, antequam eum poneret, prout supra dictum est, deinde à gentibus, dùm Manasses ipso captus est secundum Wistakeri quidem verba, quæstione superiore allata, videlicet: Chaldei Hierosolymam acceperant, regem Manassen secum in Babiloniam abduxerant. Nam quod arx et templum ab Assyriis occupatum non fuerit, cùm civitatem pessimus ille pontifex Sosis, de quo supra, proderet, id Judæus, quem D. Hieronymus audire solitus est, referebat ad Sennacheribæ tempora, ut ait idem D. Hieronymus in Isaiæ 22. Perijt verò multo ante captum Manassen ille Sennacherib. Quomodo verò non omnium calcari vestigiis templum deberet, satis ex Scripturis et Josepho lib. 12, cap. 3, lib. 9, contra Apionem, perspicuum, adeo quidem ut Dominus et salvator noster non clementes modo et videntes in eo versari nollet, sed nec aleret quidem, ut quisquam eas transferret per templum, Marc. 11, vers. 16. Ceterum, quando scelus impietatisque suæ Manassen punit, correctæ fore hæc omnia, et quæ profanata, consecrata, populi quoque omnia collectas, dùm qui excesserant, ad eos qui manserunt redirent, ad uniuscuiusque religionis cultum, divinasque caeremonias redirent.

Conclusio ab Achior facta, v. 24, exordio, sive demissionem, sive prudentiam et gravitatem species, consimilis est, hucque tendit,

CAPUT VI.

1. Factum est autem cùm cessasset loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior (1):

2. Quoniam (2) prophetasti nobis dicens, quod gens Israel defendatur à Deo tuo, ut ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor (3):

(1) Græcus: *Dixit Holofernes coram omni populo alienigenarum, et ante omnes filios Moab: Et quis es tu, Achior, et mercenarius Ephraim? tu es Ephraimitæ, qui servi es mercenarii; vel, talis, et quicumque stipendiis Ephraimitarum meritis; vel, qui ad illorum laudes celebrandas mercede conducti es.* Syrus: *Quia tu, Achior, cunctique filii Moab, et servi vel mercenarii Ammon, quod prophetasti nobis, etc. Nomen mercenarium Ammon illi etiam obijcit inferius, v. 4, id quod suspectam red-*

ut in Judæorum tantummodo religionem inquiri velit. Ea si ab iis depravata, vincuntur; si constanter studiosèque culta, vincunt. Id enim ex calamitatum prosperitatumque causis antea positis et probatis rectè concluditur, quia sanè ut antea, vers. 21, dixerat, *Deus illorum odit iniquitatem*, sive, ut ait Græcus, *Deus, qui iniquitatem odit, cum ipsis est*. Sunt verò hæc nobis, hoc ipso tot tantorumque bellorum tempore, seriò expendenda, quia ex tanto sacrosanctæ religionis nostræ catholicæ neglectu, distracta et dissipata, quem tot nobis hæreses afferunt, omnis christiani orbis calamitas, omnes istæ lacrymæ, prout in Antiturcicâ meâ priore clariùs veriusque sanè quam vellem, monstravi ejus extremum duas dudum summorum Patrum memorabiles utique sententias proponebat. Prior est D. Hieronymus epist. 45. «*Nostris, ait, peccatis Barbari fortes sunt; nostris vitiis Romanus fugatur exercitus.*» Alter D. Ambrosius serm. 85: «*Civitas non nisi propter civium peccata inferitur exilium. Desine peccare, et civitas non peribit.*»

De Achioris responsione judicium duplex tam fuit: Unum, ducum aliorum, alterum ipsius Holofernis. De illo hæc à vers. 26 ad capituli finem. In Græco etiam dicitur *universus, qui aderat et Holofernis tabernaculum circumstantes populus, mormardæ, seu confemariæ*, quod in Latino significatur cap. 7, vers. 12; deinde proceres ea tantum dicant, quæ in Latino sunt vers. 28, usque ad montem. *Ideo*, inquit, *ascendens, et erant (Judæi) exercitus tuo universo in decorationem, domus Holofernis*. De Holofernis judicio capite sequenti.

CHAPITRE VI.

1. Or il arriva que lorsqu'ils eurent cessé de parler, Holoferne, transporté de fureur, dit à Achior:

2. Parce que vous avez fait le prophète, en nous disant que le Dieu d'Israël sera le défenseur de son peuple; pour vous faire voir qu'il n'y a point de Dieu que Nabuchodonosor,

dere posset alteram lectionem: *Mercenarii Ephraim.* (Calmet.)

(2) Malè ominatus est. (Grosius.)

(3) Græcus legit: *Et quis est Deus nisi Nabuchodonosor? Hic mittit potentiam suam exercitum suum, et exterminabit eos à facie terræ, et non liberabit eos Deus eorum.* Constant Achioris liberis, indigno adeo præmio repensæ, exemplis non caret: Darius prelium jam commissurus cum Alexandro, Charidemum ducem Atheniensem interrogavit, quid

3. Cum percussimus eos omnes, sicut hominem unum (1), tunc et ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, et omnis Israel tecum perditione disperiet.

4. Et probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit universae terrae (2) : tuncque gladius militie meae transiet per latera tua, et confusus cades inter vulneratos Israel, et non respirabis ultra, donec exterminaberis cum illis.

5. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non condat vultus tuus, et pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea haec putas impleri non posse.

6. Ut autem noveris quia simul cum illis haec experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis (3), ut dum dignas mei gladii poenas exceperint, ipse simul ultioni subjaceas (4).

sibi de exercitu suo videretur. Is acutum respondit, aptissimum esse ut facilis terret, minorem autem sibi videri cum exercitum tum robore, ut viribus Alexandri resisteret, additis illius exercitibus, militumque disciplinam elogiis : tum clausit : « Pari robore opus est : in illa terra, quae hoc genuit, auxilia querenda sunt : argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitto. » Libera haec verba adeo provocarunt Darium, hominem ceterum ingenio mitem, ut nihil ulterius cogitans, trucidari acutum Charidemum jussit. Sed brevi se errasse sensit ; amissio enim praelio, dolens pariter amissionem ejus docis, qui sapienter adeo monuerat.

(Calmet.)

(1) Addit Graecus : Non ausinebat potentiam eorum nostrorum : conteremus enim eos in ipso, et hostes eorum inebriabuntur in sanguine ipsorum, et caesi eorum implebuntur mortuis ipsorum : et non resistet auxilium pedum eorum ad faciem nostram (fuga se dabant), sed perditione perirent. Dixit rex Nabuchodonosor dominus universae terrae : dixit enim : Non evanescent verba sermonum ejus. Tu autem, Achior, mercenarius Ammon, qui locutus es verba haec in die iniquitatis tuae, non videbis amplius faciem meam à die hinc, quoad usque altas fuerit gens eorum quae ex Aegypto (inducit Judaeos). Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei, et populus militum meorum costas tuas, et cades in caenis eorum, quando resertero ; et redacent te servus meus in montanum, et ponent te in via civitatum assyriorum, et non peribis donec exterminatus fueris cum illis. Et siquidem aperui cor meum, quia non capiebat, ne conciliat vultus tuus. Locutus sum, et nihil decidit de verbis meis. Hanc sequitur in Graeco pro versiculis 3, 4, 5, 6, 7, qui longè altè in Vulgata exhibentur.

(Calmet.)

(2) Addit in Graeco : Οὐ δύναται αὐτοῦ εἶναι θεὸς, αὐτὸν, non eras eos Deus eorum, ex verbis

3. Lorsque nous les aurons tous tués comme un seul homme, vous tomberez vous-même sous le fer des Assyriens ; et tout le peuple d'Israël périra avec vous.

4. Et vous éprouverez que Nabuchodonosor est le maître de toute la terre ; et alors l'épée de mes soldats déchirera vos flancs ; et vous tomberez percé de coups, parmi les blessés d'Israël ; et vous ne respirerez plus que pour périr avec eux.

5. Si vous croyez que votre prophétie soit véritable, que votre visage ne s'abaisse point, et qu'on n'y voie plus cette pâleur dont il est couvert, si vous vous imaginez que ce que je dis ne peut s'accomplir.

6. Et pour que vous connaissiez que vous éprouverez ces choses avec eux, vous serez joint dès à présent à ce peuple, afin que, lorsque mes armes leur feront souffrir la juste peine qu'ils ont méritée, vous soyez aussi vous-même puni avec eux.

Rabais 4 Regum 18, 34, 35. Sequitur in Graeco : Καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπονομίας ἐν τῇ ἀπαρτί αὐτοῦ, et sic ut ipse cum illis interibit sanguine eorum, ex Isaiâ 24, 7. Non dicitur dixisse Nabuchodonosor, ἀπὸ παντοκράτορος ἐκ τῆς γῆς, ὡς οὐκ ἔστι, non insinuat verba sermonum meorum, id est, omnia potius nōverbo quam mēte mea sint irrita. (Grotius.)

(3) Quasi diceret : Videris, ὁ Αἰθίοψ, occultus Judaeorum socius et fautor, idcirco mei proditor : quare vides ad illos, quorum societatem meae praestulisti, estoque apertus mihi hostis, ut illi sint, et quorum in hostilitate es socius, eorumdem in intentione vindictae meae sis participes.

(Corn. à Lap.)

(4) Plura hic sunt in Graeco. Primum dicitur, ἡγῆσθαι, putavit Ἀχίορ, Αἰθίοψ mercenarius Ammon, quasi dicas : Homo mercenarius conductus, nullo affectu in res nostras ; deinde, ἐν τῇ αὐτῇ ἀδολείᾳ, in die iniquitatis, id est, hac tempore quo perfidia tua detecta est ; postea, ὅταν ἐκστρέψω, cum revertar, id est, ut te rursum videro, inter hostes sollicitos devotos. Ἐν μὲν τῷ αὐτῷ ἐκστρέψω, in via urbis assyriorum, id est, ad quā urbem eorum, quae in montibus sita, pō id facilius se putant ; ἀδολείᾳ, necessitas est 1772.

(Grotius.)

Il faut admirer ici et l'avengement et l'impuissance de l'orgueil de l'homme. Achior parle à Holoferne avec beaucoup de sagesse, et soutient les intérêts du Dieu d'Israël d'une manière très-désintéressée et très-juste. Ce général, tout enfié de présomption, ne peut entendre parler d'un autre dieu que du Nabuchodonosor ; non qu'il le crût effectivement un dieu, mais parce que l'on choquait son ambition, de lui parler de la puissance du Dieu d'Israël, lorsqu'il regardait son prince comme tout-puissant et comme invincible. À quoi il se sentait tout transporté contre Achior, s'il

7. Tunc Holofernes præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior, et perducerent eum in Bethuliam (1), et traderent eum in manus filiorum Israel.

a le faire massacrer dans le moment? Mais c'est ce qui n'était pas en son pouvoir, quelque grande que fût l'idée qu'il avait de sa puissance. Car Dieu avait résolu de récompenser Achior de la générosité avec laquelle il avait parlé pour sa gloire, et de le faire entrer en société avec son peuple. Et il permet pour cela que l'orgueil même d'Holoferne contribue à le sauver, lorsqu'il résolut de ne lui laisser la vie qu'à fin de la lui ôter ensuite d'une manière qui lui eût été d'autant plus sensible, qu'il aurait vu de ses propres yeux la ruine entière d'un peuple dont il avait relevé si fort le Dieu. Étrange effet de l'aveuglement d'un esprit superbe, qui se prépare en idée un plus grand triomphe d'un ennemi qu'il n'épargne que pour le punir plus cruellement! Mais admirable et adorable conduite du Dieu tout-puissant, qui sait se servir de la vanité des esprits les plus impies pour les aveugler eux-mêmes, et pour procurer à ceux qui le haïssent sa miséricorde par les mêmes voies que leur fausse sagesse leur fait prendre pour la perdre! Qui ne se consolera par la vue de ces grands exemples, dans quelque fâcheuse extrémité qu'il se voie réduit du côté des hommes? Si Dieu est pour nous, qui pourra être contre nous? Qu'un ennemi artificieux et superbe forme de vaines desseins pour nous perdre, et qu'il se glorifie en lui-même de l'heureux succès dont il se flatte déjà par avance; nul ne peut nuire à celui qui est en la garde du Seigneur. Et tel se résout d'avoir creusé un précipice pour son ennemi, qui y tombe le premier. (Sacy.)

(1) Si fides eorum qui terram sanctam peragraverunt fides habenda esset, de situ Bethulæ minime ambigeremus. Urbem enim hanc summo assensu collocant in tribu Zabulon, spatio leuca procul à Tiberiade, occidentem versus, et æquo intervallo ab Abelinâ. Sunt etiam qui ipsa castrorum Holofernis vestigia in vicino urbi hanc agro monstrant. Hinc opinioni favere videtur Scriptura, cum capite sequenti ferat, exercitum Holofernis motis castris ut Bethuliam proficisceretur, *venisse per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Betma, usque ad Chelmos, qui est contra Esdrelon*. Loca sunt hæc omnia tribui Zabulon proxima. Chelmos, vel potius Seimos, mons est propè Sichem; vel fortè ipsa est Cadmus urbs ejus regionis, ex qua nomen torrenti Cadumim, Betma ipsa est facilè Beethaim, de qua in capite 4. 5.

Græcus legit, motis castris profectos fuisse in vallum propè Bethuliam asper fontem, et extendisse se in latitudinem asper Dothain usque Bethlechem (vel Bethem) et in longitudinem à Bethulâ usque ad Cymasem, quæ est contra Esdrelon. Hæc descriptione propè ad tribum Zabulon admoveatur; est enim in eadem tribu Bethlechem, de qua hic; et non procul occurrunt Dothain et Esdrelon. Nec, si pro Bethlechem legeretur cum editione Romanâ

7. Alors Holoferne commanda à ses gens de prendre Achior, de le mener à Bethulie et de le mettre entre les mains d'Israël.

Bethem, atque hæc pro Beethaim acciperetur, longius à tribu Zabulon removeretur. Cymas mendum est facilè liberius. Syrus legit Cadmon, occurritque ejus regiois torrentis Cadmon, vel Cadumim, qui idem est torrentis Cison, uti ad Judices 5, 21, animadvertimus. Hæc nos validiora censuimus, quibus definiri posset situs Bethulie in tribu Zabulon, ubi ponendam censuerunt Brocardus et Adrichomius cum plerisque interpretibus.

Ambigunt nihilominus quidam, utram Bethuliam hæc Galilee eadem sit, quam quaerimus, vetus Bethulia. Qui è nostris loca sancta peragrunt, ejus regionis narrationem, plerumque incertissimas, sectati sunt. Laisit Eusebium et S. Hieronymum, qui planè illam silent. Meminit Suidas urbis Bethulie; sed urbem hanc esse Judæorum dicens, cætera silet. Est in Scripturâ Bethel vel Bethuel, urbs in tribu Simeonis, quam nec Eusebius, nec S. Hieronymus prætereunt, idemque S. Hieronymus in Vita S. Hilarii exhibet urbem Bethuliam in finibus Arabiæ, Egyptum versus, quinque dierum itinere à Pelsio. Eandem urbem facilè innuit Sosomenus sub nomine Bethelie. Pagus erat non modicus, ad urbem Gazam pertinens, templis celebris, quorum insignis erat vetustas aequè ac structura. Ad eandem urbem Judith cum viro suo et optimates Bethulie pertinebant. Quis credat, sedem illos transulisse in tribum Zabulon, à sorte sua adeo remotam? Ad hæc, si viam ab Holoferne signatam sequaris, statim intelliges, illum è Syria in Palestinam profectum, pertransisse Galileam; quidquid autem trans torrentem Cison jacebat, catenasque montium, quibus tribus Juda à regno Samarie distinguitur, leges ab eodem imperatore accepisse. Ejus copiarum usque mensis spatio in ditione Ephraim et Manasse conderant: ibi autem substitit, ut reliquum copiarum suarum oppertretur, quibus instructus Egyptum invaderet, ex regis imperio. Quam transitum ejus removerentur, sola Judæa, et tribus Simeonis præsertim, supererant, quas cum detrectare imperium, nec venire cum cæteris ad deditionem intelligeret, paravit sese ut vi cogeret. In hac narratione omnia sibi optimè constant.

Quid verò respondeatur textui capitis 7, quem superius prodiximus? Quâ ratione Holofernis exercitus considere potuit in castris Dothain propè Esdrelonem, Cadmonem et Bethlechem, quo tempore Bethuliam in tribu Simeonis obsidebat, urbem ab his castris quinquaginta vel sexaginta leucis remotam? Respondes, Scripturam capite septimo non describere castra, quæ se contulerant copias Holofernis, sed quæ deseruerant, propius decedentes ad tribum Simeonis et ad Egyptum. Et sensum Vulgatæ: Holofernes præcepit castris suis ut accenderent contra Bethuliam.... Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, et venerunt per crepidinem montis usque ad apicem qui respicit super Dothain. Ex-

8. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per campestris: sed cum appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii (1).

9. Illi autem divertentes à latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vinctum restibus dimiserunt eum, et reversi sunt ad domum suam.

10. Porro filii Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem solvientes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuantes, percunctati sunt quid rerum esset, quod illum vinctum Assyrii reliquissent.

11. In diebus illis erant illic principes (2), Ozias (3) filius Micha de tribu Simeon, et Charmi, qui et Gothoniël (4).

placabant se à Béthul (vel Beethaim) usque ad Chelmon (vel Cadmon), quæ est contra Esdremon. Is erat situs castrorum, quem deseruerunt, cum apertum profectum est. In eadem sententiam explicari potest Græcus et Syrus. (Calmet.)

« Un géographe, dit Voltaire, serait bien empêché à placer Béthulie; tantôt on la met à 40 lieues au nord de Jérusalem, tantôt à quelques milles au midi. » — Tous les géographes sont bien empêchés aujourd'hui à placer Babylone; il y a sur ce point trois sentimens différens, et nous ne serions pas embarrassés à prouver qu'aucun, pas même celui qui la place près des ruines d'Helle, n'est satisfaisant: donc Babylone n'a jamais existé. Nos antiquaires disputent sur la position de la plupart des villes de Gaule, dont César a parlé dans ses commentaires; on n'est d'accord ni sur celle de la ville des Viduacens, ni sur celle de la cité des Calètes; donc César ne fut qu'un romancier. On n'est point d'accord sur la position de la forêt d'Arctam dans laquelle Clotaire I et ensuite Clotaire II se retirèrent après leur défaite: les uns disent que c'est la forêt d'Orléans, d'autres soutiennent que c'est celle de Bretonne en Normandie, sur les bords de la Seine: donc la suite de ces deux rois est une fable.

Au reste il est faux qu'un géographe soit bien empêché à placer Béthulie. Cette place, selon deux textes bien formels du livre de Judith, était voisine de la plaine d'Esdremon, et cette plaine était certainement en Galilée, entre Bethaan ou Scythopolis et le mont Carmel. Béthulie était donc dans le même pays, environ à trente lieues au nord de Jérusalem. Ceux qui la placent à quelques milles au midi de cette capitale n'en donnent que des raisons faibles et absolument étrangères à la géographie, en identifiant le pays d'où la famille de Judith était originaire avec celui qu'elle habitait depuis son mariage. (Duclos.)

(1) Funditores Bethulie in eam copiarum partem eruperunt, quæ Achiorum deducebat. Græcus fusiō est: Proceperunt à medio campe-

8. Les gens d'Holoferne, s'étant saisis de lui, s'en allèrent le long de la campagne; mais, comme ils approchaient des montagnes, les frondeurs sortirent contre eux.

9. Et eux, en se détournant du côté de la montagne, lièrent Achior à un arbre par les pieds et par les mains; et l'ayant ainsi attaché avec des cordes, ils le laissèrent là, et retournèrent vers leur maître.

10. Or les Israélites étant descendus de Béthulie, vinrent au lieu où il était; ils le délièrent et le conduisirent dans la ville, et l'ayant amené au milieu du peuple, ils lui demandèrent pourquoi les Assyriens l'avaient abandonné lié de la sorte.

11. En ce temps-là, Ozias, fils de Micha, de la tribu de Simeon, et Charmi, qui s'appelaient aussi Gothoniël, commandaient dans le pays.

stris in montanum, et advenierunt super fontes, qui erant sub Bethulia. Et ut viderent eos viri clivarii super cacumen montis, suspulerunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis, et omnia viri fundibularii tenuit cacumen ipsorum, et jaculati sunt lapidibus super eos. (Calmet.)

(2) Aggeres, principes, principes urbium; idem qui presbyteri vix videtur. Seniores urbium, infra, 11. (Grotius.)

(3) Ergo advena erat Ozias, utpote ex tribu Simeon oriundus, sed qui Bethulie, in urbe Zabulonice tribus, principem agebat, forte civitate jam pridem donatus; forte etiam recens occasione belli hujus Holofernici Jerosolymā à pontifice Eliacim Bethuliam submissus. Cui postremo favet, quod in decursu hujus historiae, non Bethulie tantum princeps, sed subinde etiam princeps Juda vocetur, ut c. 8, v. 34. Imo etiam princeps populi Israel c. 15, v. 25. Alteri principi Charmi hic in Græco, cognomen addit Melchiel; et c. 8, v. 9, etiam in Latino jungitur ei socius Chabri, alius Gothoniël, quos Lyranus et Carthusianus ex eo putant sacerdotes fuisse, quod in hac historia subinde presbyteri vocantur; et soleant sacerdotes sæpe præfici etiam rebus bellicis, ut Josephus suo plurimumque aliorum exemplo docet. Sed infirmum hoc est argumentum, cum presbyterorum nomine designari constet seniores quosvis; et in singulis urbibus essent ex institutione Moysi, ut alibi tradit Josephus, septem designati, qui principes et iudices populi essent et seniores et presbyteri advocari solerent, vel majores natu; vel optimates. Et licet his assiderent semper aliqui ex Levitis, poterant tamen ipsi ex quavis tribu desumi: et ferè desumebantur ex ea tribu, cujus civitas esset, quanquam, is ordo sæpe servatus non fuerit. (Tirinus.)

(4) Licet enim Bethulia esset in tribu Zabulon, tamen ex aliā tribu, puta Simeon, habuit ducem, uti toti Israeli præferebantur iudices ex variis tribubus oriundi. Hinc et Ozias hic c. 8, 34, vocatur princeps Juda, et c. 15, 25, princeps populi Israel. Lyran. et Dion. censent Oziam et Charmi fuisse sacerdotes seniores,

12. In medio itaque seniorum (4), et in conspectu omnium (5), Achior dixit omnia quae locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus: et qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum:

13. Et quemadmodum ipse Holofernes iratus jussit eum Israelitis hinc de causa tradi, ut dum vicerit filios Israel, tunc et ipsum Achior diversis jubeat interire suppliciis, propter hoc quod dixisset: Deus caeli defensor eorum est.

14. Cumque Achior universa haec exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, et communi lamentatione et fletu unanimes preces suas Domino effuderunt.

15. Dicentes: Domine Deus caeli et terrae, intueere superbiam eorum, et respice ad nostram humilitatem (5), et faciem qualem Graeco vocant presbyteri. Sed *episkopos*, id est, presbyter, vocatur senior et major natu, sive laicus sit, sive sacerdos. (Corn. à Lap.)

Grecus et Syrus ferunt: *Osias filius Michae*, et *Abram filius Gethoniel*, et *Charnus filius Melchiel*. Legitur sane Chabri quidam inter principes regum, capite 8, 9. Vult autem principes, et distincti inter ceteros, qui titulo seniorum Israelis donantur 41, 42 et 20. Urbem quoque agrum moderabuntur, praesentem civitatem, juxta dicitur, populum in bello ac pace ad nutum regis, vel principis totius gentis regerant. (Galmel.)

(4) Grecus et Syrus fusiores aliquantulum sunt: *Conspicere omnes seniores civitatis, et concurrerunt omni juventute eorum, et mulieres in castrum: et stabant Achior in medio omnis populi: et interrogavit eum Osias quod acciderat. Et respondens annuntiavit eis verba concussit Holoferne, et omnia verba quaecunque locutus erat in medio principum filiorum Aemur, et quaecunque magniloque locutus erat Holoferne in domum Israel. Et praecedentes populum, adoraverunt Deum, et clamaverunt, dicentes: Domine, Deus caeli, respice super superbiam eorum. Ita haec versiones pro vs. 12, 13 et 14. (Galmel.)*

(5) Etiam populi, qui *israhel*, consentis, hic dicitur in tercio, id est, sup.

Qua locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus. In Graeco, *et postea tunc respondit Osias*, verba concussit Holoferne, id est, quae in illo militari Holoferne concussit fuerant. (Grotius.)

(3) Ita et in castro Deigara Virgo de se: *Quia respexit humilitatem ancillae suae*; his et similibus Scripturae locis, humilitas non significat virtutem illam, quae quis humiliter et modestè de se sentit, quae à Latinis propriè vocatur modestia, et Graeco *taumotopon*, sed significat vilem et abjectum statum, seu conditionem hominis, praesertim in afflictione constituti; quibus hic erat populus israeliticus.

12. Ainsi Achior dit au milieu des anciens, et en présence de tout le peuple, ce qu'il avait répondu aux demandes d'Holoferne; comment les gens d'Holoferne l'avaient voulu tuer, pour avoir parlé de la sorte;

13. Et comment Holoferne même, transporté de colère, avait commandé qu'on le mit entre les mains des Israélites, afin qu'après qu'il aurait vaincu les enfants d'Israël, il fit aussi mourir Achior dans les supplices, parce qu'il avait dit que le Dieu du ciel était leur défenseur.

14. Quand Achior eut raconté toutes ces choses, tout le peuple se prosterna le visage contre terre, en adorant le Seigneur; et mêlant ensemble leurs cris et leurs pleurs, ils offrirent d'un même cœur leurs prières à Dieu.

15. Disant: Seigneur Dieu du ciel et de la terre, regardez leur orgueil, et voyez notre abaissement, et considérez l'état où sont réduits vos saints; faites voir que vous n'aban-

deriez vos saints. Sensus igitur est: *Respice ad nostram humilitatem*, id est, ad afflictionem nostram, et miserabilem statum nostrum, simulque ad externam humilitatem, quam ultra assidue, jejunando, cilicisque nos inducendū. (Estius.)

RESPICE AD NOSTRAM HUMILITATEM, id est, ad fortunas nostras abjectas ac miseras. Confer Luc. 4, 48.

EFFACIEN SANCTORUM TUORUM ATTENDE. Graeco: *Εκδιδοὺς δὲ τὸ πλεονεξεῖν τῶν ἁγίων σου*, respice faciem sanctificationum, id est, sacerdotum, et Nazariorum. (Grotius.)

Quidam ita sic interpretantur: Convertite oculos tuos, non ad nostra merita, quae nulla aut exigua sunt; sed ad merita sanctorum tuorum Abraham, Isaac, Jacob et aliorum sanctorum patrum, ut qui nostra iniquitate premimur, eorum meritis liberemur. Est quidem sensus ille pius; sed non videtur permanens hujus loci, Graeci sic legunt: *Et respice in faciem eorum qui tibi sanctificati sunt*. Erant autem Deo sanctificati totus populus israeliticus, qui totus erat deputatus et consecratus ad veram religionem et cultum Dei, eumque cultum non animo solius servabant, sed etiam proficiebantur per multas caeremonias externas. Haec ergo populus israel vocatur populus peculiaris Dei, hereditas ejus, et populus sanctus. Sensus igitur est: *Respice in populum tuum, quem de cunctis nationibus tibi segregasti et elegisti ad cultum tuum, ut in eo invocaretur nomen tuum*. Et simile est quod in Completorio ex Jerem. 14 legimus: *Tu in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos; ne derelinquas nos, Domine Deus noster*. Nota praeterea quod vox Graeca quoque verti possit in nostro genere eorum: *qui tibi sanctificati sunt*, sed eodem refertur.

Syrus: *Respice sanctuarium tuum*, quoniam sensum genuinum esse testis arbitror: Graeco

sanctorum laorum attende : et ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, et præsumentes de se (1), et de sua virtute gloriantes, humilias.

16. Finito itaque festo, et per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior (2).

17. Dicentes : Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dedit vichitudinem, ut eorum magis tu interitum videres.

18. Cum vero Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis, ait et tecum Deus in medio nostri : ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum.

19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam (3), et fecit ei cenam magnam.

20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio recesserunt (4).

et Syrus multo quam Vulgata breviores sunt. In vltimo legitur reliquum huius capiti à v. 15: Et concessit aut Achior, et laudaverunt eum omnes. Et assumpti sunt Ozias de ecclesia in domum suam. Et fecit convivium interioribus, vel amatoribus. Et advocaverunt Deum Israel in adiutorium totis noctibus. Notat Vulgata, v. 20, cibum illos non degustasse nisi expleto jejunio, id est, subeunte nocte. Escribimus dictum Hebraei tota die cibo abstinent; nullum tamen ciborum delectum adhibuit; recesserunt enim omnes ad arbitrium. (Calder.)

(1) Hoc est, confidentes in te, in enim præsumentes et ante omnia sumunt quasi Deum operum suorum ducem et belli ductorem, ac per eum certam sperant victoriam. Sic S. Germanus et grassant incendium ager exaceret, ab aliis se moveri fides præsumptione non est parva, ait Beda lib. 4. Hist. Angl. c. 19.

Præsumptio est, id est, sibi, cuiusque virtutis præsumentes : unde explicans subdit : Ex de sua virtute gloriantes humilias. Audi S. Bernard. lib. de Grad. humil. grad. 7. : Qui fallit se præcellere putat, quomodo non plus de se, quam de aliis præsumat? Primus in conventibus residet, in concilio primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intramittit, reordinat ordinata, reficit facta, quicquid ipse non fecerit aut ordinaverit, non recte factum nec pulchre existimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicantibus. (Corn. à Lap.)

Hic præsumere de Deo non in vitio intelligitur, sicut quando dicitur peccatum in Spiritum S. : contra quod Hebraisticus cap. 5 : Ne dicas : Miseris Dominus magna est, etc., sed significat confidere, fiduciam in Deo collocare. Estque sensus : Non derelinquis confidentes tuo auxilio, sed humilias fidentes virtutibus suis. (Estius.)

donnez point ceux qui présument de votre bonté, et que vous humiliez ceux qui présument d'eux-mêmes et se glorifient de leurs propres forces.

16. Après ces pleurs, le peuple étant demeuré en prières durant tout le jour, ils consolèrent Achior.

17. Disant : Le Dieu de nos pères, dont vous avez annoncé la puissance, vous en récompensera, et vous fera voir à vous-même leur perte.

18. Et lorsque le Seigneur notre Dieu aura mis aussi ses serviteurs en liberté, qu'il soit aussi votre Dieu au milieu de nous, afin que, selon qu'il vous plaira, vous viviez avec nous, vous et tous ceux qui vous appartiennent.

19. L'assemblée étant finie, Ozias le reçut en sa maison, et lui donna un grand souper.

20. Et y ayant invité tous les anciens, le jeûne étant fini, ils prirent ensemble leur nourriture.

(1) Non tamen eam consilio suis adhibuerunt, vel bello prodierunt, quia transiit in suspensa est fides; sic enim Judith fide transiit ad Assyrios, Chusai ad Abasalonem; 2 Reg. 17, Sinon ad Troianos, Zopyrus Babilonem dux ad Babylonem, eos hostibus suis tradiderunt. (Corn. à Lap.)

(2) Non quidem victum, aut custodiam septum; sed tamen aliquantulum observatum, et semper in plurimorum oculis decorem. Unde et postea victice Judith Bethuliam reversa, et Holoternis caput inferret, cum ad spectaculum omnes concurrerent, Achior tamen non nisi vocatus accessit, c. 15. (Tirinus.)

(3) In Græco, ἐστὶν αὐτὸν τὸν οἶκον αὐτοῦ; fecit potius senibus, ex Hebræo, אֶת־בְּתוּלָה, quod castitatem significat, sed à pede deductum, ut Græcis expōit. (Grotius.)

Comment. des personnes attaquées par une puissance si formidable, et que cette insulte de leur ennemi, qui leur avait envoyé Achior pour être témoin et compagnon de leur perte, semblait devoir effrayer plus que jamais, se résolvent-elles au contraire, à se réjouir avec leur nouvel hôte, et à faire pour cela préparer un grand festin, sinon parce que Dieu même agissait secrètement sur leur cœur? Il eût été en effet honteux au peuple de Dieu, de témoigner de la crainte en présence de cet étranger, qui n'avait pas craint lui-même de relever si hautement devant Holoterne la puissance du Dieu d'Israël. Mais s'ils se réjouissent avec lui en lui donnant un grand souper, ce n'est qu'après avoir continué leur jeûne jusqu'au soir. Et ils font voir à Achior, que leur joie n'était fondée que sur l'espérance qu'ils avaient au secours de Dieu, et qu'ils lui-même avait tout sujet de s'assurer, puisque, selon la déclaration si généreuse qu'il en avait faite à Holoterne, le Dieu d'Israël n'abandon-

21. Postea verò (1) convocatus est omnis populus, et per totam noctem intra ecclesiam oraverunt (2), petentes auxilium à Deo Israël.

À tout point son peuple, lorsqu'il s'adressait à lui avec foi et avec humilité.

On peut remarquer ici la manière dont les Juifs jeûnaient, lorsqu'ils s'efforçaient de fléchir la miséricorde de Dieu en leur faveur. Car il est dit qu'Ozias prépara un grand souper pour Achior, et qu'il avait invité tous les anciens, lorsqu'ils eurent accompli leur jeûne, c'est-à-dire, après qu'ils eurent jeûné tout le jour, ils soupèrent tous ensemble. Mais ce qui fait voir encore mieux la manière toute sainte dont ils jeûnaient, est que ce repas même qu'ils prirent, ayant jeûné tout le jour, n'empêcha point qu'ils ne passassent avec le peuple toute la nuit suivante en prières. Ainsi si l'on considère qu'ils avaient jeûné jusqu'au souper, et qu'ils assistèrent avec Achior à un grand festin, et que néanmoins après ce repas ils se trouvèrent en état de prier toute la nuit, et d'implorer le secours du Dieu d'Israël; l'on sera sans doute très-convaincu, et que leurs jeûnes étaient sans comparaison plus exacts que ne sont les nôtres, et que leurs repas étaient plus sobres, et qu'ils sentaient plus vivement le besoin où ils étaient de l'assistance de Dieu. L'armée redoutable d'Holoferne frappait leurs sens et leurs yeux. Ils se voyaient dans un péril évident. Et la défaite de tous les peuples voisins leur était comme un préjugé certain de leur propre perte, si Dieu même ne se déclarait leur protecteur. C'est pourquoi ils s'humiliaient profondément, ils jeûnaient, ils priaient, et ils passaient les nuits entières à implorer le secours de celui qu'ils regardaient comme pouvant seul les délivrer d'un ennemi si puissant. Si donc nous sommes plus riches et dans les jeûnes, et dans les prières, et dans les veilles, c'est que nous sentons beaucoup moins notre misère et nos besoins, et que notre foi étant languissante et comme aveugle, nous ne voyons point cette autre armée invisible d'ennemis tout spirituels, que saint Paul appelle les principautés et les puissances, les princes du monde et des ténèbres du siècle, et les esprits de malice répandus dans l'air, auxquels il tempête qu'on ne saurait résister qu'avec les armes de Dieu.

Les fidèles des premiers siècles étant pénétrés plus vivement que nous ne le sommes par la crainte de ces ennemis de notre salut, priaient et jeûnaient d'une manière beaucoup plus parfaite. Aussi un ancien témoin que ce que nous venons d'observer de la tempérance que gardaient les Juifs dans le repas même qu'ils prenaient après leurs jeûnes, se pratiquait avec une grande exactitude dans les premiers siècles de l'Eglise. « On nourrit l'âme, disait-il, par la prière, avant qu'on donne de la nourriture au corps, et on mange ensuite pour satisfaire au besoin de la nature. On prend garde de ne boire qu'autant qu'il convient à des personnes chastes et réglées, qui se souviennent qu'elles sont obligées de se relever la nuit pour adorer Dieu. Le souper étant encore terminé par la prière,

21. On fit ensuite assembler tout le peuple, qui passa la nuit en prière dans le lieu où il s'était assemblé, demandant au Dieu d'Israël qu'il lui prêt de venir à leur secours.

« chacun se retire avec toute sorte de modes et de, comme ayant eu soin de nourrir autant son âme que son corps par la discipline toute sainte qu'il a observée dans son repas. » Et saint Jérôme donnait autrefois ce conseil à quelques dames de piété, d'avoir toujours soin de manger de telle sorte que le repas pût être suivi de la prière et de la lecture. *Ita tibi semper comedendum est, ut cibum et oratio sequatur, et lectio.* (Sacy.)

(1) Id est, post refectionem et convivium frugale, CONVOCATUS EST OMNIS POPULUS, ET PER TOTAM NOCTEM INTRA ECCLESIAM ORAVÉRUNT PETENTES AUXILIUM À DEO ISRAEL. Nam, ut ait S. Hier. Epist. ad Eustochium, « ita tibi semper comedendum est, ut cibum et oratio sequatur, et lectio. » Et ad Lætan, de Institutione filie : « Sic comedas ut semper esurias, et ut statim post cibum possis legere et paller. » Tertull., Apol. 39, refutans gentiliū de crapula Christianorum calumniam, quod in eos jactabant illud Diogenis : « Megareses obsonant quasi crastino die morituri, edificat quasi nunquam morituri, » aggen. id est, convivium omnibus Christianis post Eucharistiam commune charitatis, ita describit : « Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur, edunt quantum esurientes cupiunt, bibunt quantum pudicis est utile; ita saturantur, ut qui meminere etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui celant Dominum audire. Post aquam manuum et lumina, et quicquid de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur, quomodo libenter. Atque oratio convivium dirimit; inde discitur non in castas carissimas, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestie, et ut qui non tam carnem concaverint, quam disciplinam. » Legant hæc fideles, et primorum Christianorum in convivio frugalitatem et pietatem imitentur. Nota vi intra ecclesiam, id est, intra synagogam, hoc est, concionis et orationis locum, qui exinde Græcè προσηύχεται dicitur : nam Judæi templum non habebant in Bethléem, sed tantum in Jerusalem, Synagogam verò loco templi habebant in singulis urbibus majoribus. Vide hic pariter antiquitatem nocturnarum vigiliarum, quæ magna festis, vel ob urgentes calamitates totus populus pervigilabat in templo Jerusalem, et extra Jerusalem in προσευχή (ut habet Græcus hic) sive synagoga, vacans orationi. Unde Josephus in Vita sui : « Sequenti, inquit, die, populus convenit in προσευχή, quam vocant precationem domum amplam. » Idem Philo de Vita Mosis lib. 3 : « Apud Judæos, inquit, προσευχή oppidum sacris precationibus loca, quæ προσευχæ vulgus nominat. »

De sacris hisce vigiliis vide S. Basil. in Psalm. 114, Euseb. lib. 6 Hist. c. 7, Tertull. 1. 2, ad uxorem, c. 4. (Corn. à Lap.)

(2) Non est in Græco, intra ecclesiam. Sen-

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut cessavit tumultus virorum qui in circuitu consensus; et dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, et ante omnes filios Moab: — 2. Et quis es tu, Achior, et mercenarii Ephrem, — quia prophetasti in nobis, sicut hodie, et dixisti genus Israel non oppugnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est Deus, nisi Nabuchodonosor? — 3. Hic mittet potentiam suam, et exterminabit eos à facie terræ, et non liberabit eos Deus eorum; — sed nos servi ejus perentiemus eos, tanquam virum unum: et non sustinebunt potentiam eorum nostrorum. — 4. Comburemus eos in ipsis. Et montes eorum inclinabuntur in sanguine ipsorum; et campi eorum implebuntur mortuis ipsorum; et non restet vestigium pedum eorum ad faciem nostram, sed perditione perdentur, — dicit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ. Dixit enim: Non evanescent verba sermonum ejus. — 5. Tu autem, Achior, mercenarie Ammon, qui locutus es verba in hac die injustitiae tuæ, non videbis amplius faciem meam à die hâc, quoadusque altus fuero genus eorum, qui ex Ægypto. — 6. Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei, et populus ministrorum meorum costas tuas; et cades in castris eorum quando revertero: — 7. Et reducent te servi mei in montanum, et ponent te in unâ civitatum ascensionum: — 8. Et non peribis, donec exterminatus fueris cum illis. — 9. Et, siquidem speras corde tuo, quia non capientur, ne concedat tuus vultus. Locutus sum, et nihil decidet de verbis meis. — 10. Et jussit Olophernes servos suos, qui erant assistentes in tabernaculo ejus, comprehendere Achior, et reducere eum in Betylus, et tradere in manus filiorum Israel. — 11. Et comprehenderunt eum servi ejus, et duxerunt eum extra castra in campum. Et promoverunt e medio campestris in montanum, et advenerunt super fontes, qui erant sub Betylus. — 12. Et ut viderunt eos viri civitatis super cacumen montis; sumperunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis; et omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum, et jaculati sunt in lapidibus super eos. — 13. Et subeuntes subter montem, ligaverunt Achior, et reliquerunt projectum subter radicem montis, et abierunt ad dominum suum. — 14. Descendentes autem filii Israel de civitate suâ, steterunt super eum, et solvientes eum abduxerunt in Betylus, et constituerunt eum super principes civitatis eum. — 15. Qui erant in temporibus illis Ozias filius Micha de tribu Simeon, et Abris filius Gethoniel, et Charmis filius Melchiel. — 16. Et convocaverunt omnes seniores civitatis: et concurrerunt omnis juvenis eorum, et mulieres in ecclesiam: et statuerunt Achior in medio populi sui. Et interrogavit eum Ozias, quod acciderat. — 17. Et respondens assuntavit eis verba consensus Olophernis, et omnia verba quaecumque locutus erat in medio principum filiorum Assur, et quaecumque magalloquæ locutus erat Olophernes in domum Israel. — 18. Et procidentes populus adoraverunt Deum; et clamaverunt — dicentes; — 19. Dominus Deus coeli, respice super superbia eorum, et miserere humiliationis generis nostri, et respice in faciem sanctificationum tibi in die hâc. — 20. Et consolati sunt Achior, et laudaverunt eum valde. — 21. Et assumpsit eum Ozias de ecclesiâ in domum suam: — Et fecit convivium semperibus. — Et advocaverunt Deum Israel in adiutorium totâ nocte illâ.

COMMENTARIUM.

Quid Achiori fecerit Holofernes, et quid Judæi, monstrat caput hoc. Ardet igitur ira illa, ob hanc potissimum causam, quod ei religionem recte suam Judæi colerent, eos à Deo protegendos et adjuvandos dixisset. Hæc enim verba Deum Nabuchodonosore pollentiorum maioremque significabant, quod blasphemiam, et stollida Nabuchodonosorianæ superbiæ,

ita est, in plenissimo commenta. (Grotius.)
 Opere hinc videtur, Judæos in urbibus Hierosolymâ remotis jam tum habuisse loca orationi cultibusque destinata, ejusmodi alia scilicet offerunt pariter Susa, ætate Estheris et Mithradatis. Horum usus post captivitatem familiarissimè obtinuit et undique spectatur Jesu Christi ætate. (Calmet.)

de quâ capite primo et secundo, mancipia ferre non poterant. Ideo jam toties, Nabuchodonosor Deus terræ est, et præter ipsum alius non est, cap. 5, versu 22; non est Deus nisi Nabuchodonosor, cap. 6, vers. 12; probatis, quoniam Nabuchodonosor Dominus ait universæ terræ, vers. 10. Tantò abest, ait cap. 54 Apologetici Tertullianus, ut imperator Deus debeat dici, quod non potest credi, nisi turpissimè et perniciosissimè adulatione. Tantum si habens imperatorem alterum appellas, nonne maximam et inexorabilem offensam contrahas ejus quem habuisti, etiam ipsi timendam, quem appellasti? Esto religiosus in Deum, qui vis illum propitium imperatori.

Desine alium Deum colere vel credere, atque ita et hunc Deum dicere, cui Deo opus est. Hoc igitur bello agitur non de fecis tantum, sed plane de aris, de Deo, linguam, ejusque maiestate, ne in eam temerè aut facili aut verbis invadere ullus audeat. Tunc, v. 7, *Holofernes præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior, hostibusque darent, ut paulo post, ceterò, cum illis omnino jam subactis, acerbissimis terribisque pœnas daret. Mentis timor, Dei, cuique ipsius ignorantia quid non facit? Sic et apud Herodotum lib. 7, cum immensas terrestres navalesque suae copias, ipsa tot nationum nomina (tanta scilicet multitudo, totque ignota ipsi gentes erant) exquirendo lustrasset Xerxes, sapientem, humanæque non ignarum sortis Damaratum interrogasset, eequid videretur, auderentne Greci vel manus contra tantas copias tollere, et illa, quod res erat, dixisset, posse verò et vincere, profusissime cachinnatus est. Pleri scilicet non posse putabat, ut vinci, victusque ac fugiens mergi posset. Multò tamen Holofernes fuit is moderatior. Rixam illam excepit, non contumelias, amicum eum postea semper adhuc habuit, non mortem interminatus est. Sed nobis de Dario contra Alexandrum pugnaturo, suis verbis narret Curtius: « Nil, ait, illi minùs quam multitudo militum defuit, « cujus universum aspectu admodum letus, « purpuratis solis vultu spem ejus inflantibus, conversus ad Charidemum Atheniensem, belli peritum, et, ob exilium, infestum « Alexandro, peruncitari cepit, satius ei videtur instructis ad obtinendum hostem. » Ille autem veriora quàm gratiora respondit. « Erat Dario mite ac tractabile ingenium, « nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impatiens, hospitum ac supplicem, tunc maxime utilis « suadentem, abstrahi jussit ad capitale supplicium. Ille ne tum quidem libertatis oblitus: « Hæc, inquit, paratum moris meo « sitorem, expetis pœnas mei consilii spreteque, « contra quæcunq; iussit. Tu quidem licentiæ regni « subito mutatus documentum eris posteris, homines, cum se permittit fortune, etiam « naturam ostendit. Hæc occurrentem, quibus « erat imperatum, jugulavit. Sima deinde vocavit, « rex illi ait regem; ac vera diuina confessa, « cum aspectu jussit. » Accersit ad Holofernem servitum proximo Darii, eum tamen vel servum saltem parentem speravit, ipsaque in mortuum humanitate. Quemadmodum verò Achio-*

ris quàm Charidemi fuit oratio sapientior, verior, divinoque honori congruentior, illa ei ei divinum auxilium præsentibus, exitusque inulso jucundior et felicior extitit præstet infra fiet perspicuum. Filios Israël propter eorum ex Ægypto exitum; quem, cap. 15, vers. 10 et sequentibus commemorat Achior, vocat Holofernes; vers. 5, genus eorum qui ex Ægypto sunt. Si quis de suo Nabuchodonosore, de quo se ipso elatissime loquitur: *Quis est Deus præter Nabuchodonosorem? Hic videt potentiam suam, illos à facie terræ ipsorum exterminabit, nec eos liberabit Deus ipsorum, sed nos Nabuchodonosore servit, eos quasi solum unum percipientes, neque illi aquarum nostrarum vim sustinere poterunt. Ipsa enim in seipsis comburemus, eorumque mentes sanguine proprio inebriantur: et campi eorum cadaveribus implebuntur, neque vestigia pedum suorum conspiciemus nostram sustinebant, sed pereundo peribant, dicit res Nabuchodonosore dominus universæ terræ. Dixit enim, neque ullum verborum ejus vanum erit. Exitus probabit. Illud, ipsas in seipsis comburemus. Romanus Græcus, ait, κατακαίνετον αὐτοὺς ἐν αἵματι. Sed Complutensis, κατακαίνετον αὐτοὺς ἐν αἵματι ἰανου, videlicet, quorum facta erat mentio. Ipsas aquis nostris concalcabimus. Alii quidam libri habent κατακαίνετον, ipsas aquarum nostrarum multitudine immabimus, quodam veluti aquarum cataclysmo, seu eluvione cœnecus. Prophetam per contemptum vocat vers. 2 et 3, Achiorum; et verò propheta fuit non paulò quàm ipse verior, aliquo sanè modo cum Michas, 3 Reg. ultimo, conferendus, nisi quòd ibi sanctus divinoque Spiritu afflatus profabatur Michas; hic verò noster adhuc gentilis, et humanè tantum, ut videtur, præditi vaticinabatur. Potest quidem Deus etiam gentilibus prævisionem indere divinam, ut et Sybilla indidisse docemur non pauci, neque sanè ignobiles theologi, Clemens Alexandrinus Stromate 1; D. Thomas 2-2, quest. 2, art. 7, ad 5. Scars de Incertis, disp. 5, sect. 2; nullum mihi tamen celestis prophetie in Achiorum argumentum est: humanè, ut dixi, sapientiæ dicere omnia hæc potuit, licet ad dicendum modò Dei quædam et adjumentum singulare admitti posset.*

Quid Achiori verò huc Judæi fecerint, exponit vers. 10: vinetum solverunt, Bethuliam adduxerunt, de omnibus interrogantes, spe bonâ esse juxerunt, laudabant, uti solus Græcus monet, pello acceperunt, ceteraque amicis et honorificis habuerunt.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quæ et ubi Bethulia?

Fuit Bethulia Galilee urbs, in tribu Zabulon, in monte sita, non procul ab urbibus, de quibus supra, cap. 5. Dothaim scilicet, versus austrum: Scythopolis verò versus septentrionem, parumque à Tyberiade versus occidentem, à Diocæsareâ, quæ et Sepphoris, versus orientem. Qui ex orientis loca oculis peregrinationibusque diligenter lustravit, Beccardus: « A Nephthalim, ait, de quâ in Tobit, tres sunt leuæ ad Dothaim castrum, sub monte Bethulæ, ubi Joseph erravit, cum quæreret fratres suos. » Et postea: « De Abelinus est una leuca ad montem Bethulæ, ubi Judith occidit Holofernem, qui mons per totam ferè cernitur Galileam, habens adhuc pulchras quondam ædificia, sed plures ruinas. A Bethulia est una leuca ad civitatem Tyberiadis, eundo scilicet inter orientem et austrum supra mare Galileæ, quod dictum est mare Tyberiadis. » Quid et illic adhuc hodiè Holofernis castrorum vestigia conspici, scribit Adrichomius. Quomodo ergo non falsum, quod in Germanicis, hunc in librum præfatione scribit Lutherus, urbem esse quæ nusquam nota sit? Et jam supra præleg. 4, cum Judo cuidam Rabbino similem dixi, quis sacra idèò Evangelia falsa videri vult: quòd nota in veteri Testamento Nazareth nulla sit, quæsi quemadmodum quæ aliquando fuerunt urbes et tunc nonnulli cadunt: ita novi nulli surgere nasque possint. Quam post Jossaniam geographiam, monia deinceps multa in terris illis excitata! Quæ apud Josephum locorum nomina, quæ in veteri Testamento nusquam Bethuliam tamen eodem loco interpretatur Lutherus virginem, At dicere debuit non præcisè virginem, sed virginem Dei, ut ait libro de Interpretatione. nomina Hebræorum Bedæ, et ille ipse Robertus Stephanus, cujus apud Lutherum ipsum tanta erat auctoritas, ut libro, contra Schererum nostram, dicant Tubingenses Lutherani, et anno uno adhuc vixisset Lutherus, ut Græcum Roberti ejusdem Testamentum novum videre potuisset, restitutorum in sacras litteras fuisse nobilissimum illud de sacrosanctâ Trinitatè orandum, quod audacissimo, planeque nefario sacrilegio, è primæ D. Joannis capite 5, versu 7, sustulit: *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unus sunt.* At dixeris fortè Lutheri assecla quispiam,

idem visum esse Luthero nomen Bethul, et Bethulia. Malè id quidem, quemadmodum aliud Malei, aliud Malestak, ut in Tobit cap. 13, dictum est. Deinde si esse idem patuit, mendacii se ipsum vel insectum arguit. Bethul enim, quæ et Bethuel, nobis urbs in Simeonitâ tribu est Josue 19, et 1 Paralip. 4. Nostra porrò hæc in Romanis Græcis vocatur *Serulida*, in Complutensibus *Segusis*: in Suida, *Serulida* à *ser* ludæorum *ser*, *Bethulida* Judæorum urbs. In Zenoni tom. 1, *Serulida*. Fortè verò melle exponeretur virginitas Dei, quàm virgo Dei: pluralis illæ *Bethulim* sæpè in Scripturis virginitatem significat, Deuter. 22, vers. 14 et 15; Judic. 11, vers. 36 et 37; Levit. 21, vers. 14; Ezech. 25, vers. 3.

QUESTIUNCULA II.

Quæ et qui Bethulæ principes?

Dicit tantum ille vers. 12, textus hebræus enumerat, Ozith et Charim, qui et Gothoniæ. Nunc tamen locum corrigere videtur cap. 8, vers. 9, ubi tres nominantur, Ozias, Chabris et Charim deinde et hoc ipso etiam cap. 6, eodem versu 12, textus Græcus totidem recensens. Dicit: Ab posteriore Latini textus loco, simulque Græco, non corrigitur iste locus, sed magis explicatur, uno scilicet amplius nominato, qui præteritus hoc loco fuerat. Sæpè siquidem fit, ut in re eul nulli affuerint, modò plures, modò pauciores nominentur. Assentior omnino, sed in Romano Græco post Oziam est *Charim* et *Charim*, vel *Charim* et *Charim*. In Complutensi: *Charim* et *Charim*, vel *Charim*, vel *Charim*. Si Abris, vel Chabris est filius Gothoniæ, et Charim filius Melchielis, quomodo de Charim hic dicitur, qui et Gothoniæ? Numquid Chabris est ipse Charim filius? Et cur clarè in Græco non diceretur: Chabris est filius Gothoniæ, et Gothoniæ filius Melchielis? An fortasse, ut Genes. 11, uno eodemque versu 29, Abraham uxor modò Sarai, modò Jecca vocatur, ite idem Charim in Latino etiam Gothoniæ esse significatur, cujus filius dicitur Chabris in Græco? Durum quidem videtur, sed illud fortè durius, ita videri legendum: Charim, qui Melchiel, Chabris, qui Gothoniæ, scilicet filius est. Quia enim jamjam dictum erat: Ozias filius Michæ, idèò cum adjungitur Charim, qui Melchiel, intelligendum, *filius est*, et Chabris, qui etiam Gothoniæ filius. Neque grammaticè aspernandum supercilio, quòd dicatur filius non Melchielis et Gothoniæ, sed Melchiel et Gothoniæ. Nam

in Græco ista inflexa non sunt, unde et textus etiam ait, *Oziam filium Michi non Michi*. Hæcque loco assimiliatæ à S. Lucæ cap. 5, vers. 4, dicitur: *Qui fuit illius Heli, qui fuit Matthas, qui fuit* (vers. 27) *Zorobabel, qui fuit Salathiel, pro Zorobabel, Salathielis*. Duos tamen hic tantum legit etiam olim Rabanus, Oziam et Charmi.

QUESTIUNCULA III.

Quales hi Bethuliani principes?

Convenit inter omnes, Oziam sacerdotem non fuisse, quia significatissime vers. 11, de tribu Simeon fuisse, memoratur, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, uti et de tribu Juda inquit Apostolus Hebr. 7, vers. 14. Duos verò alios, quia presbyteri vocantur, sacerdotes fuisse, sentiunt Lyræus cap. 3, et ferè Carthusianus isto cap., citraque hesitationem ullam Historia Scholastica, quæ adiecit eisdem sacerdotes, ad belli hujus curam, utriusque totius administrationem Hierosolymis Bethuliam misit. Et possunt et affirmationi argumenta suggeri, primò, quòd in illa Israelitarum republica, solerent non raro ardua magnaue id genus munia sacerdotibus imponi. Nam, ut cap. 4, quest. 2, dictum est, maxima sacerdotum auctoritas tum erat. Deinde refert Josephus in Vita sua, et lib. 2 Captiv. cap. 42, quemadmodum ad bellum contra Romanos gerendum provincias urbesque et vicos armis consilioque tuendos, Hierosolymis amandati sacerdotes, in quibus et ipse hanc ipsam, in qua jam versamur, Galileam tenuit, fuerint; rursumque quemadmodum eam ex eo dignitatis gradu eum nulli deturbare vellent, constati sunt etiam de sacerdotibus Hierosolymitarum senatus, ut principatum auferret, missaque tam è sacerdotali ordine quidam fuerint. Præterea ex cap. 33, lib. 2 Paralip., supra, cap. 4, notatum est, à Manasse rege constitutos à cunctis Judæ civitatibus principes exercitus, idque si de hoc tempore intelligendum, videri factum dederit Eliachim pontifici rex: ipse pontifex hoc constituerit, et è sacerdotum numero miserit. Ad hæc, ideò in Græco et Latino vers. 11, tam studiòsè videtur dici, eos fuisse *Bethuliani principes*, non simpliciter, sed *in illis diebus*, quasi ob temporum necessitatem tantum principes decreti fuissent. Postquàm, eam litteras mitteret pontifex, cap. 4, vers. 5, verisimile simul etiam pios pre-

identes, reique bellicæ gnaros aliquos homines misisse; vel certè, eum Israelis fines, ibidem vers. 11, hortandus et consolandus obiret, aliquos hujusmodi præstantes viros, is in locis, ubi maximè necessarium videbatur, reliquisset. Altriuscè tamen occurrit, primò quòd isti semper in civitate hujus seniores et presbyteros numerentur, vers. 12 et 20, cap. 9, vers. 9, 21, et 22, cap. 10, vers. 6: *Cumque venissent ad portam civitatis, invenerunt expectantem Oziam et presbyteros civitatis*. Constat verò, præter Hierosolymitanum senatum, fuisse in urbe quilibet sacros etiam seniores, sive senatum et principes vel optimates. Tradit enim lib. 4 Antiq. cap. ultimo, Josephus, præscripsisse Moysen, ut in urbe quilibet septem essent, qui principatum tenerent, eorumque singulis duo adjuncti essent, è Levitarum ordine, ministri. Et lib. 2 Capt. cap. 42, ac in quolibet Galileæ urbe septem similiter *Seniores, Judices* instituisse refert. Sed et in libro Ruth cap. 4, vers. 2, sunt *agniores civitatis Bethleem*, 1 Reg. 30, vers. 26 et sequentibus, *seniores Juda, qui in Bethel, Ramoth, Gether, Arzer, Sephamoth, Esthamo, Rachal, in urbibus Jerameel, et alibi*. Jam Israelis regno 3 Reg. 21, vers. 8, sunt in Jezebel *magis nati et optimates*, 4 Reg. 10, vers. 1, in Samaria similiter. Quid ergo Hierosolymis seniores istos accersere opus, cum hujus ipsius civitatis esse poterint, et verò esse à textu significentur? Cur deinde propriorum civitatis hujus principum mentio nulla fieret, sed advenarum et legatorum illorum tantummodò? Quæ verò contra dicebam, ea veterem quidem sacerdotum huc illic legandorum, maximisque negotiis præponendorum consuetudinem ostendunt, sed non ut ita semper factum sit, vel ut alii nisi è sacerdotibus nulli ad munera hujusmodi adhiberentur, vel ut etiam jam ab Eliachim vel missi vel relictii Bethulie quidam fuerint, hoc idcirco statim esse presbyteros istos concedendum sit. Mihi ergo videntur hi presbyteri, fuisse civitatis illius elites primarii; sed Ozias advena fuisse, qui jamjam à pontifice, ob incumbens belli necessitatem, collocatus hæc in urbe fuerit. Advenam fuisse, prodit eadem, de qua initio, Simeonia ipsa tribus, cum Zabuloniam superiore questione Bethuliam esse doctum sit. Quia tamen et à Simeonia tribu, paulò ante hæc tempora, plures plura in loca migrasse, novasque sedes quæsisse indicat prior Paralipomenon cap. 4, vers. 39, 40, 41 et sequentibus, rursumque

constat, hoc ipso Manasse regis tempore post decem tribuum captivitatem, ex his residuos habitasse ubicunque voluerint aut potuerint, fieri potuisset, ut advena quidem esset Olias, quia in aliâ tribu domicilium habebat, verum advena, qui civitate jam pridem donatus esset, cujusque jam haberetur et quidem è primariis unus. Sic enim et Judith virum, ipsamque Simeoniam falsè infra patebit, cap. 8, quest. 1. Et videtur hoc inde stabiliri, quòd hic vers. 19, Achlorem suscepit idem Olias in domum suam. Qui enim suam istâ in civitate domum habebat, meritò ejus etiam civis videbatur. Nihilominus à pontifice, ut difficillimo isto instantis belli tempore, Bethuliensium rerum summæ unâ cum civitate ejus senioribus, præsset, jamjam huc missum, mihi est probabilis, quia non Bethulie tantum princeps, sed cap. 8, vers. 54, princeps Judæ vocatur, et cap. 13, vers. 23, princeps populi Israel. Dicitur verò Achlorem suscepisse in domum suam, id est, in eam, in quâ tum diversabatur, quam ipsi tanquam Israelitico principi à Bethuliensibus assignata erat. Veruntamen, absenti quid esset, si propriam hic etiam domum Israelis principem habuisse dicamus? Imò si principem quidem Israelis fuisse, sed è Simeonia in Bethuliam jam urbe habitantibus, prognatum, idèque et tantò nunc libentius ad patriam defensionem accurrisse? Vocatur porro à Zonârâ, δ τῶν τῆς πόλεως ἐκείνης, princeps eorum, qui in civitate; presbyterorum verò nomen pro his qui natu et auctoritate majores forent, non autem semper pro sacerdotibus, vix cuiquam ignotum.

QUESTIUNCULA IV.

An Achlore audiendo tractandoque parum cauti Bethulienses?

Fronti nulla fides, sed omnium minimè hostium transfugis citò credendum. Nam, ut dici solet, ἐχθρὸν ἀδύνατον δοῦναι, hostium munera non munera; et, ἐχθρὸς δεινὸς πολέμου, de maledictis Judæis, hosti non credens nū feres unquam mali. Quam valde Gabinos, apud Livium lib. 1, superbi Tarquinii filius decepit! Quam versutè Trojanos apud Virg. Æneid. 2, Sinon! Quam dolosè Babylonios apud Herodotum lib. 3, Zopyrus! Confer, si lubet, cum hisce posterioribus, historiam hanc, Sinon se dixisse sciebat, Palamedis, si patrios unquam remediasset viator ad Argos, mortem ulturum; se ad supplicium destinatum jam fuisse, vincula rupisse et transfugisse. Achlor verò se dixisse ait, Deum

Israelitarum, contra tantas Assyriorum vires defensorem futurum; extrema etiam sibi minitatum Holofernem. Trojani verò ignari scelerum tantorum artibusque Polaxæ,

Hic, alunt, lacrymis vitam dantes et miserantibus ultro.

Talibus insidiis, perjurique arte Sinonis

Credita res, captivæ dolis lacrymisque coacti,

Quos neque Tydides, nec Larionis Achilles

Non aut domadæ decem, non mille carinae.

Jam Zopyrus seipsum verberibus plagisque affecit, deformiter truncavit, naribus auribusque spoliavit, ad Babylonios sese contulit, omniaque se hæc à Dario, quòd, ut Babylonis obsidionem solveret, suavisset, perperam, in Babyloniorum magistratum consensu narrabat. Quem isti, quia summæ apud Persas dignitatis virum esse sciebant, eumque naribus et auribus mutilum, verberibus et sanguine totum conspersum et deformatum videbant, verò loqui putarunt. Quomodo nostri ergo Bethulienses cauti satis, dum tam faciles Achlori aures dant, fidem adhibent, eum alloquuntur amicitiosè, honorificentissimèque accipiunt? Nonne et in Chusai audiendo, sua magnâ cum pernicie, nimium facilis Absalom, 2 Reg. 17, vers. 7? Nonne et in hac ipsâ nostrâ Judith admittendâ Holofernem? Veruntamen, sicuti desertoribus et transfugis non temerè credendum, ita suspectos eos nimium habendo, eorum verbis consiliisque nihil tribuendo, in contrarium huc vitium, maximaque detrimenta accipiuntur. In Bethuliensibus nulla mihi temeritas, nulla incogitantia et levitas apparet. Nam et Achlor ita sapienter apudque omnia et dicebat et agebat, ut ei meritò adjungenda fides esset, præsertim cum, ob Assionitarum viciniam, jam fortè antea gravitatis virtutisque famâ, Israelitis minimè ignotus esset. Deinde, ipsum lidem Israelitis non ad rempublicam statim et principatum adhibuerunt, uti Sextum Tarquinium Gabini, Zopyrum Babylonii; nulli ejus, in aliquâ vel excursionem vel machinâ molienti, consilio paruerunt, uti Sinonis equum urbe suâ egressi acceperunt Troes; sed post ejus orationem, omnes in Dei misericordiâ et ope sibi spes fixas professi sunt; ipsius nomen coram eo, clamoribus, lacrymisque plurimis comprecati sunt: ab hoc et illum optima quæque secum expectare jusserunt: benevolentia interim et charitate omni, quemadmodum humanitas et ratio postulat, prosecuti sunt. Neque tamen adhuc arbitrio suo, quocumque vellet eundi et

quidlibet speculandi facti videtur potestas. Illud enim vers. 13, *Ozias, fuit consilio suscepit eum in dextram suam*, significare videtur, mansisse deinceps in principis hujus domo, non quidem vinctum et custoditum, sed tamen aliquantulum observatum et in plurium semper oculis constitutum. Unde et postea, liberaliter Judith reversa, Holofernisque caput inferente, dum concurrerent omnes, exultarent, clamarent, ipse non illis vocatus venit, cap. 13.

QUESTIUNCULA V.

Quæ Achore auditu Bethsathienum comprecatio?

Describitur vers. 15, in qua et res, quam precantur Israelitæ, et modus quo precantur animadvertendus. Res illa, verbis quatuor exponitur. Primum: *Isachere superbiam eorum*. Et satis haec nobis habet ante oculos versata est. Majore tamen vi et energia sonat Græcum istud *αὐτῶν τοῦ ὑψηλοῦ*, *αὐτῶν, respice in superbiam eorum*. Neque enim una, sed varia et multiplicitas eorum erat superbia in cogitationibus, verbis, actionibus. Alium: *Respice ad nostram humilitatem*. Æquum profecto, ut quæ desistantur in aliis, eorum nos contraria sectemur. Græcus ait, *ὁ ὑψηλὸς τῶν ὑποταγμένων*, *respice in superbiam eorum*, *αὐτῶν, miserere humilitatis generis nostri*. Potest tamen hæc humilitas pro ipsa humilitate, afflictione et calamitate accipi. Etiam enim *ταπεινὸν*, *humilitatem*, quæ superbia opposita virtus est, prædictum significat Matthæi undecimo, vers. 29, 1 Petri 5, hæc ipsa tamen virtus *ταπεινότητος* potius vocatur Actuum 10, vers. 19, Ephes. 4, vers. 2, Philippi 3, vers. 3, Coloss. 3, vers. 12, 1 Petri 3. Quia vero inter duo hæc interit, verò scilicet D. Bernardus epistola 87: *Humilitas, inquit, via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut fides ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, vnam non refugas humilitationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem provehi. Est autem et hic notandum, duplicem esse Dei in homines respectum: unus ad poenam est, ad misericordiam et beneficentiam alter. Utique, ut hoc loco, ita et Psalmo 24. Prior quidem, vers. 19: *Respice iniquos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me*; posterior, vers. 16: *Respice in me, et miserere mihi, fuit iustus et pauper sum ego*. Tertium: *Faciem Holofernis attende*. Sancti vocantur, qui divinis beneficiis quodammodo participes erant, etque consequenter et veneranda ad dicti se ostendit erant. Tales Israelitæ omnes*

primò quidem per circumcisionem, deinde per sacra et caeremonias alias. Tales maxime sacerdotes, Levitæ ac Nazaræi. Tales et ipsi jam, qui jejuniis vacabant, divinamque bonitatem implorabant. Nam Græcus habet: *Isachere in faciem eorum, qui tibi hoc ipso die sanctificati sunt*, quasi jejuniis, precibus aliisque supra positis pietatis exercitationibus sanctificantur. Quemadmodum enim Joëlis 1 et 2, aliquoties dicitur sanctificari jejunium, ita et homines jejuniis sanctificantur. Possent tamen non sancti aut sanctificati, sed sancta etiam et sanctificata intelligi, cujusmodi est templum, omniaque ipsius vasa et ornamenta, ipsa etiam sacrificia, primitiæ, decimæ, alia quæcumque Deo consecrata. Nam de his plus religiosusque Israelitarum animus erat maxime sollicitus; eaque, quia Deo cara et grata, idcirco ab eo respici et defendi rogabat. Quartum: *Ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te*. Tota pulcherrima hæc particula è Græco peregrinatur. Verbi porro, *presumere*, duplex hoc loco significans observanda, cum in bonam malamque partem eodem isto versu accipitur. Quemadmodum enim Græcis *προλαμβάνειν*, *προλαμβάνειν*, præ vel antecipere, prioremque summptionem significat, ita et Latinis *presumere*, idque vel in summptione corporea, ut cum toties dicit Plinius contra ebrietatem, *presumere cicutam* lib. 10, cap. 12, lib. 25, cap. 13, *amygdalas amaras* lib. 23, cap. 8, *tophi farinam* lib. 14, cap. 22, lib. 36, cap. 21, et proprie admodum noster interpres 1 Corinth. 11, vers. 21: *Unusquisque suam cenam promittit ad manducandum*; vel in spiritali summptione, mentis videlicet, voluntatis actione, idque dupliciter: nam si id quod oportet, ante alia omnia, cogitando et volendo sumimus, bona ea presumptione est, sique Deum aut de Deo, insigni spe ac fiducia, nostri isti presumunt, etiam, cap. 9, vers. 17, Judith, itemque apud Bedam lib. 1 Historiæ Anglorum cap. 19, 8. Germanus, qui ut voraces grassantesque flammæ evaderet æger, ab aliis moveri se, *fidei presumptione*, nos passa est. Si verò quod non oportet, aut quomodò non oportet, ante alia omnia sumimus, vitiosa presumptio est, sique Nabuchodonosor, Holofernes et superbi omnes hic dicuntur *presumptores de se*. Varia verò presumptionis hujus materia et causa est, ut hinc Assyrii potentia et opes; alia ingenti dos quæpiam aut ficta virtutis opinio, ut eum D. Hieronymus epist. 27, de se ait, non didicisse Scripturas à se ipso, id est, præ-

sumptuose, preceptis peccatis. Ecclesiastici 18, vers. 10: *Vidi presumptionem cordis eorum, quantum mala est*, cap. 37, vers. 2: *O presumptio nequissima! ubi Græcæ & novæ interpretæ, & præcapitula! D. Gregor. libro 5 Moral. cap. 10: i. Presumptores quique, nisi, audaci mente, robustos se in Domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta, velut iudicia indicarent.* D. Bernardus, lib. de Gradibus humilit. grad. 7: *Qui alios se præcellere putat, quomodo non plus de se quam de aliis presumat? Primus in conventibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, relinquit facta. Quidquid ipse non fecerit aut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum.* Iudicat iudicantes; prædicat iudicaturus. Sunt apud iureconsultos et theologos presumptionum alia genera; quæ hæc tamen jam assumere, non extra chorum: modum porrò comprecationis hujus monstrant hæc verba. 14: *Quid populus cecidit tui faciem, adorantes Dominum, et conquirent lamentationem, et fletu, undantes præces suas Domino effuderunt, idque per totam diem, vers. 16, et in jejuniis, vers. 20.*

QUÆSTIO VI.

Quid post orationem et jejunium, secunda nocte, ad Israelitis fuisset?

Respondet versu 21: *Convocatus est populus, et per totam noctem, intra ecclesiam, oraverunt, petentes auxilium a Deo Israel.* E quibus verbis discendum videtur, primo quemadmodum magna illa, quæ ob Achioris adventum, facta erat, cura, versu 19, nihil impedierit orationis studium plamque pervigilationem. At hodie vel è convivis ad lectum efferri, vel è choris illam, comensationes ei magna, vigilare solet nonnulli. Magna fuit illa cura, sicuti et evangelica Luc. 14, versu 16, ciborum præstantia, ferulorum numero, convivarum multitudine, convivatoris egregia, quæ nihil contrarium semper caput videtur, benevolentia hilarique charitate, nulla tamen in ea profusio, temulentia, levitas. Dicebat in epistola, quæ de adeptis ministris, ad Eusebium est, S. Hieronymus: *Ita illi semper comedendum est, et cibum, et oratio sequatur et lectio.* Et ad Letam de institutione filia: *Sic comedat, ut semper esuriam, ut statim post cibum possit legere et pallere.* Deinde vigiliarum, quas majores nostri frequentius celebrant, quarumque so-

tis parte inferiore, seu australi valle per canalem in urbem influebat, de quo etiam infra cap. 12, vers. 7. Canalem ergo illum incidit iussit Holofernes. Sed cum quomodo fons dirigebat? Quomodo non ipse fontem potius? An dirigebat pro dirigebat, legendum? An potius dirigere hic valet, efficere, ut bene, suoque fini convenienter, canalis procederet, id est, abundantem civibus aquam praeferret? Altera minis copiosa, minisque patula vers. 7, quae in Graeco dicitur de montis radice promanare, sed in nostro, non *longè à Bethulia maris*, et quidem pluribus è fonticulis modicè admodum scaturiens, ita ut arenis potius faucibus paululum irrigandis et refocillandis, quàm siti explendae omninoque depellendae apta esset. Haec verò non fuerat initio ipsi Holoferni via, ideòque et Bethuliensibus relicta, eos utcumque adhuc recreabat. Prodit tandem est, sed quomodo? Cum hibernas in his locis aviculas ille cerneret, ait Scholastica historia, intellexit aquarum ibi esse scaturigines. Lepidum augurium: sed commentitium. Non enim aves, sed homines, et Israelitarum quidem vicinos, indices proponit Scriptura vers. 8 Ammonitas et Moabitas. Licet enim illorum dux Achior Israelitis deditus esset, ipsi tamen vel metu, vel adulatione, vel aliquò in ducem ipsam, quia bonus nimis, irà et odio, exiguum hoc Israelitarum solatium prodiderent, cum ob viciniam, et locorum et opportunitatum istarum ignari non essent. Pro his tamen ponunt hic Graeci, *filius Esau*, sive Idumaeus, et apponunt *dux maritimus duxes*, Philistheos scilicet, vel potius hos utrosque apponunt, quemadmodum textus noster istos praeterit quidem, non tamen negat; ita filius hic Ammon omittunt Graeci, neque ipsos tamen inficiantur, quos postea versu 10, unà cum Esau filio, in montanam ascendisse regionem tradunt. Facile verò ne vel aequà hic Israelitis frui liceret, fonticulorumque scatebrae omnes acri custodià tenerentur, persuaserunt vers. 9 et 10. Eorum verò, ad Holofernem oratio est paulò in Graecis longior, simulque ejus quod ex ea statim secutum, explicatio haec. « Profecti sunt ergo Ammonitae cum quinque Assyriorum millibus et castris in valle positis, aquas Israelitarum et aqueductus occuparunt; filii autem Esau et Ammonitae in regionem montanam ascenderunt, castraque locaverunt è regione Dothaim. Porro partem suorum miserunt ad Austrum et subvolantem

adversus Etebel, quae est propè Chous (in Complutensi, Chousi) quae super torrentem Nochomour sita est. Reliquas Assyriorum exercitus in campo castra habuit, totamque terrae faciem operuit, et ipsorum tentoria, impedimentaque maximo numero castris diffusa sunt; et erant in multitudine valde magnà. » Tam arcta verò gravisque obsidio et fontium custodia in textu nostro, vers. 11, *dies viginti*, in Graecis *triginta quatuor*, fuit adhibita, quoad omnis obsessos aqua deficeret. Mihi in numeris Graecorum à Latino discrepantium arithmetica ferè semper suspecta, uti jam aliquoties indicavi. Nunc obsesi quid egerint, intueamur.

Magnum obsessis telum fames ac sitis, sed nescio quo modo molestior et importunior haec, ideòque plurimas viris rebusque aliis omnibus optimè instructas arces et urbes domuit, quemadmodum ostendit lib. 7, cap. 5, Polybius; lib. 4, Lucanus; lib. 15 Antiquitat. cap. 8, Josephus, et lib. 1 Captivit. 14, libro 3, cap. 13, ubi et addit, quod hòc ver. 11 spectat, hoc ipsum, quod ad mensuram aqua distenditur; ipsa penuria videri molestius, quia *ut per obsidionem citius morte viae lapsa, magis appetitum provocat, quod liberum non est. Aquae verò penuria quanta hic fuerit, ita exponit; praeterea, quae in Latino sunt: Graecus: « Exanimabantur infantes eorum, mulieres ac juvenes praè siti deficiebant, et contidebant in urbis plateis, portarumque transitu, neque ullum in ipsis amplius robor supererat. » Tunc ergo, ut paulò antè idem Graecus dixerat, ἀνυπόχευον τὸ πᾶν τοῦ σώματος, etiam spiritus ipsorum, parvo angustoque jam animo esse ceperunt; et Orlam omnes adierunt v. 12, eique dixerunt v. 13, ideò se in tantum vitae discrimen versasse, quòd, quemadmodum urbium provinciarumque aliarum principes cap. 3, vers. 4, et sequentibus, poscere ab Holoferne pacem noluerit: se à Deo jam traditos (id enim vendi significat, uti pluribus, in Judiciis, exposui) in Assyriorum manus; rogare, urbem nunc dedat, quia, ut antea cap. 3, vers. 2, è duobus malis deligendum minus. Sed minus hoc malum duplex isti significant. Unum, vers. 16, praestare, ut ad laudandum Deum, adhuc in vita maneat, quàm cum suo, et religionis opprobrio, ipsi cum uxoribus et liberis moriantur. Alterum vers. 17, praestare, ut brevi citaque, per gladium, morte defungatur, quàm per assiduum aridarum faucium tormentum longo*

lentoque supplicio deficiant. Dicuntur in Græco, hæc non uni Osie, sed principibus omnibus; quia tamen omnium præcipuus erat ille, ipsi, dubio procul, præcipue dicta sunt, idemque et ipse, non in Latino tantum, sed et in Græco, solus respondet vers. 23, ex aliorum tamen principum sententiâ, ut ostenditur etiam cap. 8, vers. 10. Licet verò tristes admodum, examinati, metu sitique facti hæc illi dicerent, nunquid tamen de divinâ misericordiâ et ope desperârunt, ad divinâ iterum præsidia confugerunt valde seriò et diù, vers. 18 et sequentibus. Nam et cum flens, et cum ululatu, eoque magno, et ab omnibus, et non privatim aut singulatim, sed publicè et in Ecclesiâ, et cum peccatorum suorum confessione ac detestatione, denique ad extremam usque fatigationem et lassitudinem, vers. 22, ab eis ad Deum clamat. An tot tamque serias preces miserator, misericors, Pater ille misericordiarum contemnat? Adhibet ergo et heus divinæ bonitatis professionem, vers. 20, petuntque non simpliciter ne poenarum nihil sufferant, sed tantummodò ne, cum divini nominis et religionis contemptu, in idololatrarum superbissimorumque hostium manus veniant. Ideò et alias quascumque poenas, ut morbos, famem, pestem, aliaque similia, præ hostili hoc exilio, Dei flagellum vocant vers. 20, eo modo quo David 2 Reg. 24, vers. 14, *Coarctator nimis: sed melius est, ut incidam in manus Domini (multo enim sunt miserationes ejus) quam in manus hominum*, et 4 Paralip. 21, vers. 13. Collacrymati populo sunt principes, ipseque imprimis Osiæ lacrymis infusus, ea dixit quæ sunt 24, de quibus plura sequente vers. 11 et sequentibus.

QUESTIUNCULA.

Quæ ex hoc capite, vel historia referantur, vel ethica discantur?

Historica duo planè hinc referantur. Unum in Cedreno est, dum Hierosolymam ab Holoferne circumsessam, præpòse hujus mœnia, illius tentorium fulsæ tradit. Numquid enim Bethulia Hierosolyma est? an parum accuratè ab hæc illius et locus et mœnia, et vicinia, nomen, magistratib, aliaque omnia distare monstrantur vers. 5, 6, 7, cap. 4, vers. 6, cap. 7, 10, c. 15, vers. 9, clarissimè cap. 16, vers. 22, 23? Alterum in Suidæ verbo ὁμοπέρας, ubi narrat, quemadmodum Achior, ut quam ei minatus erat Holofernes, mortem

evaderet, defectionem simulavit, et vi Bethulie, seu, ut ipse scribit Betsuloem, aquas occupavit, sieque urbem istam, ut jamjam se dedere cogitaret, coegerit. Non aperta si non Suidæ, aliorum certè, qui ea in illum postea infarserunt, somnia sunt? Possit et tertium illud in Sulpitio adungi, quòd Oziam scribit populo persuasisse; ut dies adhuc quindecim deditionem differret, nisi, quod fatillè contingit, librariorum potius erratum videretur, ponendum XV, pro V. Sed quæ mores conformant ethica, jam sunt inde Commentario interpersa nonnulla, pauca tamen adjungenda. Primum, ut quando, religionis causâ, nostras à Turcis vel hæreticis urbes contingit obsideri, non manus statim demus; sed armorum, excubiarum, dimicationum labores feramus, negotiationum cessationes, villarum, hortorum, omniumque voluptatum excidia, facultatum etiam direptiones, famem denique ac sitim; Bethuliensium exemplo, quidni fieri potest, toleremus. Neque enim isti ad querelas statim et effeminatas complorationes venerunt, sed tantum post complurium dierum tolerantiam, cum sibi jam torridi penitus marcescerent, uti suprâ dictum est. Quid enim, quod gentiles olim tam multi, tot hodiè barbari tam pertinaciter faciunt, christiani catholicique homines, ad Dei gloriam, ipsique honorem fortiter non faciunt? Alterum, ut quando distiis ferri mala extrema non possunt, modestè magistratus et gubernatores adeamus, miseras eis nostras, et simul rationes, non per tumultum et seditionem, sed pacatè demissèque proponamus. Tertium, ubi proposuerimus, et illi tolerantiam adhuc nostram præferri distiis voluerint, acquiescamus adhuc, et modestiæ, fortitudinisque nunquàm obliviscamur. Quartum, non imitemur in eo tamen Bethulienses, quòd vellent nunc vers. 13, deditionem initio statim à se factam fuisse. *Is, ait Trinummo ille, profuerat, quem non penitet, quàm proderet sit ei fragi bonæ.* Quod ab eis factum hæc tunc, fortiter ac religiose factum est, cur benè ipsos factorum penitet? His illi similes, qui, ne temporallium bonorum nimis vel læticia vel comensio sit, perpetuè volunt fœdè pacificè Assyriæ, quidlibet hæreticorum importunitati annuere. Sed Bethuliensium impatientiam extrema quodammodò excusat necessitas. Machiavellista verò et amphidoxis excusatio quæ? Quintum, calamitatum, quibus cruciamur, causam diligenter ante oculos semper habeamus et con-

ficamur. Peccatimus cum patris nostris, in-
juste episcopi, iniquitatem fecimus. Sanè nisi
fuisset, in Lutheri, Calvini et hæreticorum
aliorum exortu, clericorum disciplina solu-
tior, doctorum vel rarsus vel segnitia major,
omnium vita corruptior, nonquàm malorum
tantum ætas nostra sensisset. Quemadmodum
enim à corporum vestiumque pudore, ac il-
ludio pediculi, sic à Catholicorum vitis et
sordibus hæreses nascuntur. Sextum, non
putandum est, eorum utrumque verum esse,
quod bonis istis, sed nimis sitibundis, quasi
minora mala visa sunt. Minus quidem corpori
malum est, ciuissimè essis ieta mori, quàm
lento vel morbo vel fame ac siti contabescere;
animo tamen, et virtutis, meritorumque
apud Deum dignitati, non item. Melius est,
ut qui Deum colunt, captivi benedicant Domi-
no vincentes, quàm moriantur, at non sem-
per. Ubi alioqui martyres? ubi fortis ac ge-
nerosi religionis patrique propugnatores?
Sed cum fecerunt homines quod in se est;
cum captivitatem inuitis et repugnantibus im-
ponit necessitas, vel plus sanctusque suadet
Jeremias quispiam, Jeremia 21 et seq. Septi-
mum. Rectissimè Bethulienses, nobis hunc
vivendi finem et scopum esse demonstrant,
ut benedicamus Dominum. Ponit, inquit, Ec-
clesiasticus cap. 17, vers. 7, Deus secundu-
m asper corda ipsorum hominum ostendens
illis magnalia operum suorum, ut nomen sancti-
ficationis collaudent, et gloriari in mirabilibus il-
lius ut magnalia exarrent operum eius. Unde
liber de diligendo Deo in D. Augustini tomo 9,
cap. 2: « Considera, inquit, diligenter à quo,
quare, vel ad quid creatus sit homo. » Et
cùm à Deo, propter summam ipsius bonita-
tem, creatum otandisset, pergit: « Ad quid
autem creata est rationalis creatura? Ad
laudandum Deum, ad serviendum ei, ad
fructuandum eo, in quibus ipsa proficit, non
Deus enim perfectus, et summè bo-
nitate plenus, nec augeri potest, nec minui.
Quòd autem creatura rationalis facta est à
Deo, referendum est ad creatoris bonitatem,
et ad creaturæ utilitatem. Cùm igitur qua-
ritur, quare vel ad quid facta sit rationalis
creatura, respondendum est propter Dei
bonitatem et creaturæ utilitatem. Utile
enim est ei servire Deo et frui eo. » Octa-
vum, expende si huc, astuantissimæ li-
ces, sitis flammæ Bethulienses, vel illi noxia
prentibus principes ipsi cessissent, in quan-
tam seipsos miseriam conjecissent? quàm in-

signi Dei beneficio nobili victoria æternique
se populumque universum spoliassent? Venit
in mentem Lysimachi Macedonum regis, qui,
narrante Plutarcho, cùm in Thraciâ ipse, toto
cum exercitu, intolerandâ siti urgeretur,
 sese hosti dedit, et cùm captivus, opato
 jam potu potiretur ac biberet, exclamavit:
 O dii, quàm prave voluptatis causâ, meipsum
 ex rege servum effeci! Id verò toties nobis ac-
 cedit, quoties ob cibi vinique alicujus intem-
 perantiam, ob aliam quancumque voluptatem,
 Holoferni nos tartareo constringentes damus,
 ut ex filiis Dei, regni celestis hæredibus, ve-
 risque ac magnis, uti antea dixi, regibus, mi-
 serissima diaboli mancipia, infelicissime æter-
 nocum ignium arbores postremissimi postre-
 missimorum tæcodæmonum servi efficiamur.
 Scio quendam, qui cùm hæc in viâ famem
 atque nullam foret, quin potius epula po-
 culisque indulgere maluisset, in inferno po-
 situs, frustra tamen, clamans dixerit: *Pater
 Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut
 intingat extremum digiti sui in aquam, ut refri-
 geret linguam meam, quæ crucior in hac flammâ*,
 Luc 16. Nonum et postremum esto, nostri
 temporis Holofernas, qui Bethuliam aqua eri-
 piunt, esse ipsos heresiarchas Lutherum,
 Calvinum, Schwênkfeldium, Fildium, alios.
 Est enim catholica Ecclesia Bethulia, Dei
 virgo castissima, 2 Corinth. 11, vers. 2, in
 monte celatissimo posita, Isaiam 2, ut explicat
 B. Augustinus epist. 170, et tract. 1 in Epist. 1
 S. Joannis. Hujus fontes sunt sacramenta
 septem Sacramenta, sacrique duorum Testa-
 mentorum libri. Hos, ac divina in nos gratia
 influat, nobis adimunt, multo variorum ar-
 gumentulorum et sophismatorum milite septiunt,
 veteres, antiquosque à Christo Domino tradi-
 tos, à majestibus acceptos tubos canalesque
 omnes intercidunt. Fildium, Calvinum, Ana-
 baptistis non est baptismus necessarius, ste-
 que aquæ penuriâ in plateis exarescant par-
 vuli, Calvinum Eucharistia veram Christi Domini
 carnem et sanguinem non continet, sed ci-
 userna vaga est, sens aridus. Luthero, ante
 assumptionem, similiter queri nihil habet, pu-
 tens tantum inanis est. In ipsâ verò sump-
 tione adesse debet inobedientia, Ecclesiamque
 Christi unam læco speciem porrigenis con-
 temptus, ut omnis illiis è fonte isto humor
 evanescent, sitque pereant nata etiam majores,
 viri et femine, juvenes et senes. Quid cetera
 memorem? Nulli ecclesiæ aquæ à Confirma-
 tione, Pœnitentiâ, Ordine, Matrimonio, Ex-

tremâ Uncione ductus sunt, ut omne hominum genus, parvos et magnos, nocentes et innocentes, Ecclesiasticos et laicos, cœciles et maritos, valentes et ægrotantes aridissima sitis conficiat et exanimet. Librorum verò divinatorum quot et quàm ætherio rore uvidas partes, tanquàm uberrimos canales avertunt! Quomodò verarum sanctarumque interpretationum tubes et commacula omnia confregerunt et conciderunt? Fonticuli sunt omnes Ecclesiastici ritus et cæremoniæ, omnia præcepta et instituta, omnes veterum sanctorumque Patrum Commentarii. Neque enim omnia hæc superioribus fontibus æquiparanda, suam tamen et ipsa divinam aquam Bethulæ civibus præbent. Interceptiunt, intervertunt et obolent fonticulos istos hæretici, dâm ab eorum usu adituque arce omnes ac prohibere satagunt. Hinc tanta et tam obscena ubique sitis, ut jam flant, quæ Annæus ille poeta olim scribebat. Nec tamen pecudum:

Sordidas exhaustæ corbæ ab ubere sanguis,
sed, quod multo miserabilius, hominum et quidem Christianorum, tot tanque diuturnis civilibus bellis, cruor bibitur.

*Et licet in fluvio variem, tabenque ferarum
Pallida Dictæis hostes nascentis saxis
Infundant aconita palam, Germana juvenis
Non decepta bibat; torrentur viscera flammâ,
Oraque sicca rigent squamosis aspera lingua;
Jam marcescunt vena; nullaque humore rigata
Aeris alternos angustat palmo meatu,
Rescissæ nocent exspirata dura palato,
Pendant ora sitis, nocturnæque æra captant,*

CAPUT VIII.

1. Et factum est cùm audisset hæc verba Judith (1) vidua, quæ erat filia Merari, filii Idox (2), filii Joseph, filii Ozias, filii Elai, filii Jannor (3), filii Gedeon, filii

(1) Nonnulli censent Judith esse nomen commune, sicut est Abra, sed huic heroinæ appropriatum, יְהוּדִי *Jehudi* enim idem est quod Judæus, unde יְהוּדִי *Jehudi*, et per crasin Judith, idem est quod Judæa.

Verius est Judith *hæc* nomen proprium, cuius etymon aptè hic congruit. Judith enim Heb. idem est quod confitens, laudans, glorificans, scilicet Deum; יְהוּדִי *Jehudi* enim significat confiteri, laudare, celebrare. Ad hoc enim Judith à turbâ recessit in suum oratorium, ut Deum assidue oraret et laudaret.

(Corn. à Lap.)

(2) Nota. Sedecim duntaxat generationes et totidem avi Judith hæc recensentur, cùm à

ut eo scilicet aliquantulum refrigerentur, qui siab Holoferne Bethuliensium aquarum venas ac fistulas occupatæ, custodiæque gentili circumvallatæ non essent, limpidißimis saluberrimisque Salvatoris nostri fontibus potari, lavari et refocillari potuissent. Nunc

Adhæsit lingua lætæactis ad palatum ejus in siti.

Thren. 4, sternunturque passim non corpora sed animæ innumerabiles, celestium latium penuriâ. Legatur hoc loco Rabanus, D. Bernardus serm. 1 de Natâ Domini, D. Gregorius in caput 4 Canticum, S. Augustinus in Psal. 73. In Scripturæ allegoriis, quas Godefridus Tilmannus Parisiis edidit, est et hæc non contemnenda. «Tunc incidit diabolus aqueductum, cùm facti interrompere studium literarum. Erant autem non longè à «meris fontes, dogmata philosophorum, qui «scientiæ et honestatis aliquid conferunt solatium, ex quibus videbantur haurire furtim «aquam ad refocillandum potius quàm ad potandum. Nota, *parim*, et, ad refocillandum. » Ita ibi.

ALTERA LIBRI PARS.

Continet admirabilem Israelitici populi à tanto, tanque formidabili periculo, per Judith factam liberationem, à capite octavo ad capitulum decimum quintum versus nonum, potestque pars ista dividi in ea quæ ante sublatum Holofernem contigerunt, et in ea quæ post. Illa rursus duplicia sunt: vel enim Judæis et apud Judæos à Judæa ipsâ Judith facta sunt, vel cum Assyriis et apud Assyrios. Priora sunt in capite 8, 9, 10, usque ad versum 11.

CHAPITRE VIII.

1. Et il arriva lorsque Judith, veuve, eut appris ces choses, laquelle étoit fille de Mé-rari, fils d'Idox, fils de Joseph, fils d'Ozias, fils d'Elai, fils de Jannor, fils de Gédéon, fils de

Jacob commun Jûdæorum patriarchâ usque ad captivitatem Babylonicam, numerentur 26 generationes, Math. 1. (Corn. à Lap.)

(3) In veteri Vulgata pro Elai filii Jannor, legitur *Helchæ filii Ranso*, et Achitobum inter et Melchiam ponitur *Et*, qui in nostro Latino textu sileatur. Genealogia Judithæ in Græcâ et Syriacâ versione plurimum discrepat à Vulgata. Græcus hanc exhibet: *Judith filia Merari, filii Oz, filii Joseph, filii Ozias, filii Elia, filii Elai, filii Helchæ, filii Elie, filii Nathanael, filii Salomiel, filii Sarasadai, filii Israel*. Fieri potest, ut in hæc genealogiâ nonnulli homines sint quorum alterum nomen referatur in Latino, alterum in Græco; sed agrè admodum conciliatur illud, quod de Sa-

Raphaim, filii Achitob, filii Melchis, filii Enan, filii Nathanis, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben.

2. Et vir ejus fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceae.

3. Instabat (1) enim super alligantes manipulos in campo, et venit aestus super caput ejus, et mortuus est in Bethulia civitate sua, et sepultus est illic (2) cum patribus suis.

4. Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus, et mensibus sex (3):

rasadai filio Israelis legitur. Inter Jacobi filios nemo hujus nominis occurrit; nisi alterum hoc esse nomen Simeonis, quoniam nullo argumento, censemus. Editio Complutensis: *Filius Merari, filii Uz, filii Joseph, filii Oziel, filii Helcia, filii Ananias, filii Gedeon, filii Raphah, filii Achitob, filii Eliu, filii Eliab, filii Nathanael, filii Samuël, filii Saradai, filii Israel.* Dissidet etiam Syrus: *Judith, filia Merari, filii Uz, filii Joseph, filii Oziel, filii Helcia, filii Ananias, filii Gedeon, filii Achitob, filii Eliu, filii Eliab, filii Nathanael, filii Samuël, filii Israel.* S. Fulgentius in suis codicibus breviorum nactus est: *Manasses vir Judith, filius Achitob, filii Melchis, filii Eliab, filii Nathanael, filii Saradai, filii Simeon, filii Israel.*

In Vulgata Simeon Rubeni filius scribitur, contra fidem historiarum, quae inter liberos Jacobi illum recensens, neminem e filiis Rubeni hoc nomine commemorat; ut autem ambiguitas omnis de Simeone, quem origines sua auctorem habebat pater Judithae, subducatur, docet Juditham e posteris fuisse Simeonis patriarchae: *Domine Deus patris mei Simeon, ait Judith, qui dedit illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores castitatis in compunctione mea, et demandaverunt femur virginis in confusione.* Credibile est, turbas, quae hanc genealogiam vitiant, librariis esse tribuendas, qui transpositis versiculis, eum primo loco descriperunt, qui tertio ponendus erat; quare progenitores Judithae cum avis Manasse ejus viri miscuerunt. Genealogia Manasse, quam S. Fulgentius eorum exhibet, quique hic legitur sub genealogia Merari patris Judithae in Graeco et Syro, conjecturam hanc mirè confirmat.

Ut illud concilietur, quod legimus in Latino, Merari scilicet patrem Judithae, originem retulisse e Simeone et Ruben, interpretes quidam censuerunt Juditham paternum quidem genere ad tribum Rubeni, materno vero ad Simeonem pertinere. Sed legendum in nostro textu maluerim: *Simeon frater Ruben;* seu potius, ut apud Syrum et S. Fulgentium: *Simeon filii Israel.* Conjectura haec aperte adeo Scripturae testimonio faletur, ut ambiguitatem omnem evitet. Ambo igitur conjuges, Manasse et Judith, e tribu Simeonis erant; Manasse per Salathiel, et Manasse per Saradai. Ita turbas omnes in hoc textu conciliantur. Quod librarii in errore traxit, ut geminis hanc

Raphaim, filii d'Achitob, fils de Melchis, fils d'Enan, fils de Nathanias, fils de Salathiel, fils de Simeon, fils de Ruben.

2. Son mari fut Manassé, qui mourut au temps de la moisson des orges;

3. Car il pressait ceux qui liaient les gerbes dans un champ; l'ardeur du soleil lui donna sur la tête, et il mourut dans Bethulie, sa ville, et il fut enseveli avec ses pères.

4. Il y avait déjà trois ans et demi que Judith était restée veuve de lui.

genealogias miscerent, illud esse potuit, quod cum genealogiae feminarum ut plurimum non texantur, suspicati sunt seriem genealogicam Judithae exhibitam v. 4, eandem esse ac seriem Manasse, de qua v. 3, et re non satis expensè, genealogiam Manasse recitatam v. 3, alii quidem penitus omiserunt, alii in unam eandemque cum genealogia Judithae, de qua v. 1, miscuerunt. (Calm.)

(1) Tanquam summus praefectus, ut Graeci significant, super omni messorum multitudine in campo magno Bethulie vicinis. Videtur enim Manasses non privatis tantum et propriis agris invigilasse, sed in publicis, cum publico praefecti munere. Nam ejusmodi praefecturas apud Hebraeos fuisse, testis est Josephus, qui de Abusto Decadarcho scribit, « magni campi praefecturam illi commissam fuisse. » (Tirinus.)

(2) Graecus et Syrus ferunt sepulchrum fuisse in agro inter Bethaim et Belamon. Belamon ipsa est eademque saepius recurrens modò sub nomine Beelmam, modò Beima, vel Belem, vel Baalmam: sed praeterquam quod id repugnat Vulgatae, quis credat, Manassem sepulchrum suum in loco à tribu sua et Bethulia adeo remoto parasse? Etsi enim Bethulia in tribu Zabulon posueretur, cur sepulchrum inter Bethaim et Beelmam constitueretur? Absque hinc Bethaim decem amplius leucas. Si legas Baalmam, ut nonnullis visum est, error augebitur, cum Baalmam trans Jordanem jaceret. Si accipias de Abellin Brocardi, unica leuca à Bethulia, statim ostendemus, urbes Abellin, vel Abellinam nimis longè abfuisse ab eà Bethulia, quam ibi constituisse visum est. Erat Abellina in Coele Syria, erat in Persia, in Phoenicia, ad Jordanem, prope Jerichuanem; sed nulla in Galilea. Igitur rejiciendum hanc locum censens, tanquam additamentum, auctoritate et fide carens, sique inhaeremus Vulgatae, quae sepulchrum Manassem affirmat cum patribus suis. (Calm.)

In Graeco est: *Kai Bapay aitia pater eis pater, et sepeliverunt eum cum patribus suis in agro qui est inter Bethaim et Belamon; ubi Bethaim, Bethaim, haud dubiè est locus qui supra dicitur, Decem, 3, 12, in Graeco. Belamon, Baalmam, autem idem qui Beelmam. Belamon, 4, 5, et Beelmam, Beelmam, 7, 3, in Graeco; nimirum *Βελμα*, omisso *Β*, sive *λ*. Variè enim talia praenuntiabantur, ac scribebantur. (Grotius.)*

(3) Graecus et Syrus Annis tribus et mensibus

8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illâ verbum (1) malum :

9. Hæc itaque cum audisset, quoniam Ozias promississet quod transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbyteros (2) Chabri et Charmi.

10. Et venerunt ad illam (3), et dixit illis : Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias (4) ut tradat civitatem Assy-

panégyrique n'embrassât cette manière de vivre pluidt par nécessité que par une véritable piété, l'Ecriture ajoute qu'elle étoit parfaitement belle, et que son mari lui avoit laissé de grandes richesses, un grand nombre de serviteurs et des terres pleines de troupeaux de bœufs et de moutons. Ainsi la retraite qu'elle gardoit étoit d'un mérite d'autant plus grand devant Dieu, que sa beauté auroit pu la rendre plus agréable aux yeux des hommes. Le cilice et les autres austérités dont elle usoit paraissent d'autant plus dignes d'admiration en une personne qui étoit si belle, qu'elles pouvaient naturellement contribuer à diminuer une beauté à laquelle la plupart des femmes témoignent avoir un si grand attachement. Le jeûne qu'elle pratiquoit tous les jours de sa vie, hors les fêtes, étoit d'autant plus à estimer qu'elle étoit plus riche et dans l'abondance de toutes sortes de biens. Et enfin une vertu si parfaite recevoit comme un nouveau prix par la rareté même de ces exemples de piété, qu'on voyoit très-peu parmi un peuple charnel, qui regardait les plaisirs, et les richesses, et le mariage comme une grande partie de la beauté qui leur étoit proposée.

Admirons donc avec saint Fulgence cette veuve illustre par sa naissance, et riche en toutes sortes de biens, jeune et d'une beauté singulière, qui méprisait généralement toutes ses richesses, qui rejetait toutes les délices de la vie, qui faisoit aux pieds tout ce qui pouvoit contribuer à la révolte de la chair, et qui étoit revêtue de la vertu qui vient d'en haut, ne pensa point à s'engager dans un second mariage. Sévères, avec saint Jérôme, cette sainte femme entretenue par les jeûnes et dégarée par un habit de tristesse, qui ne pleurait pas, dit le Père, son mari mort, mais qui par cet extérieur sale et négligé de son corps, cherchait à se rendre digne de l'avènement de son saint époux : *Quæ non laqueat meretricis viram, sed asperius corporis apud quæreret adventum.* Que si nous sommes trop faibles pour la suivre en toutes choses, imitons au moins ce mépris qu'elle a fait paraître, et d'une beauté passagère, et des richesses périssables de ce monde, et embrassons à son exemple, autant qu'il est en notre pouvoir, cette vie de mortification et de croix à laquelle sont appelés tous les disciples de Jésus-Christ, lequel n'a vaincu que par la croix le véritable Holoferne.

(1) *Sed non invenit S. Hieronymus :*

8. Elle étoit très estimée de tout le monde, parce qu'elle avoit une grande crainte du Seigneur ; et il n'y avoit personne qui dit d'elle le moindre mal.

9. Ayant donc appris qu'Ozias avoit promis de livrer la ville dans cinq jours, elle envoya quérir Chabri et Charmi, anciens du peuple.

10. Et ils vinrent à elle, et elle leur dit : Comment donc Ozias a-t-il consenti de livrer la

« *Tenera res in feminis fama pudicitie est, et quasi flos pulcherrimus citò ad levem maris cecidit auram, levique statu corrumpitur, maxime ubi actus consentit ad vitium, et maritalis dæst auctoritas, cujus umbra tutamen uxoris est.* » (Calmet.)

(2) Presbyteri hic vocantur non sacerdotes, sed seniores populi, seu populi senatus. Unde et infra, cap. 15, ubi Joachim summus sacerdos cum universis presbyteris suis dicitur venire in Bethuliam, ut videret Judith, in Græco textu habetur hoc modo : *Et Joachim sacerdos magnus, et senatus Alorum Israel habitantes in Jerusalem venerunt ad Judith, etc.* Unde corrigenda est annotatio marginalis, quæ in quibusdam biblis habetur ad hunc locum, his verbis : *Reprehendit Judith sacerdotes quinto die civitatem tradere volentes.* Livanus etiam hic graviter allucinetur, putans hic intelligi sacerdotes. Qui error ex eo nascitur, quod nunc consuetudine Ecclesiæ sacerdotes vocantur presbyteri. Sed non ita fuit tempore veteris Testamenti. Unde non existimo in toto volumine veteris Testamenti reperiri locum, ubi presbyter ponatur pro sacerdote. In historia Susannæ apud Danielem habemus etiam nomen presbyterorum, sed manifestum est non alios quam seniores et iudices populi intelligi, ut patet ex contextu. Quod autem Judith misit ad presbyteros seu senatores, ut ad se venirent, et ipsa ad eos non accesserit, non est tribuendum superbie aut fastui Judith, quasi sibi videretur esse majoris dignitatis aut auctoritatis ; sed tribuendum est studio castitatis et honestatis publicæ. Est enim indecorum, maxime in illis regionibus, viduam, præsertim juvenem et formosam, qualis erat Judith, in publico apparere aut ad viros accedere.

(3) Sicut etiam iudices, ubi testimonium ab honestioribus matronis perhibendum est, frõ ad earum domum solent. (Grotius.)

(4) Ut intelligatur quare Ozias hic in parte peccaverit, sciendum quod ex salute hujus civitatis Bethulie dependebat salus quoque et conservatio civitatis Jerusalem, et per consequens quoque conservatio cultus divini, quæ in illa tota civitate licebat Deo offerre sacrificia. Patet hoc clarius in Græco, ubi sic Judith loquitur : *Ex nobis dependet anima fratrum nostrorum, et sancta, et templum, et altare vobiscum habetur, id est, illorum conservatio ex hac civitate dependet. Propterea ergo temeranter civitatem illam ad extremum defendere, et nullo modo certum diem dedicationis assignare.*

(Calmet.)

rus, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?

11. Et qui estis vos, qui tentatis Dominum?

12. Non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet et furorem accendat.

13. Posuistis vos tempus miserationis Domini, et in arbitrium vestrum diem constituistis ei.

14. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso poeniteamus, et indulgentiam ejus fusi lacrymis postulamus:

15. Non enim quasi homo (1), sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis (2) ad iracundiam inflammabitur,

16. Et ideo humiliemus illi animas nostras (3), et in spiritu constituti humiliato, servientes illi,

(1) Scilicet vanè et inaniter, solis supè verbis aut vultu, sic Deus comminabitur et ad iracundiam inflammabitur. Sed respiciat quoque infligit quocumque iratus minatur, nisi ut sequatur. (Tirinus.)

(2) Il ne faut pas, comme dit saint Paul, que nous méprisions les richesses de la bonté de notre Dieu, de sa patience et de sa longue tolérance, puisque nous devons savoir que sa divine bonté nous invite à la pénitence. Ainsi, parce que le Seigneur est patient, il ne faut pas abuser de sa patience, mais au contraire la ménager d'une manière avantageuse pour notre salut, en concevant un vrai repentir de nos péchés, et en implorant sa miséricorde avec larmes. Car lorsque Dieu nous menace, il ne le fait pas comme un homme qui ne pense qu'à se venger, et sa colère n'est pas semblable à celle des enfants des hommes, qui s'abandonnent aveuglément à leur fureur; mais il use de menaces pour nous inspirer une crainte salutaire, et il se met en colère contre nous pour nous porter à prévenir les effets de sa fureur. Prenons donc garde d'avoir du mépris pour les menaces et pour la colère d'un Dieu, puisque, comme dit saint Paul, par la dureté et l'impénitence de notre cœur nous amassons des trésors de colère sur notre tête pour le grand jour de la fureur du Seigneur, et qu'alors nous nous trouverons accablés sous le poids épouvantable de toute la rigueur de ses jugements.

Toute la suite du discours que fait Judith aux anciens du peuple est une excellente instruction pour tous ceux qui sont exposés à quelque grande épreuve de la part de leurs ennemis. C'était une femme au cœur de laquelle Dieu avait parlé dans le secret de la solitude, et qui se trouvait alors capable de soutenir tout un peuple, et les anciens mêmes de ce peuple, que la frayeur d'Holoferne avait ébranlés. « Dieu se plaît, disait autrefois un saint archevêque, à choisir ce qu'il y a de plus faible dans le monde, pour confondre ce qui

ville aux Assyriens, s'il ne vous venait du secours dans cinq jours?

11. Et qui êtes-vous, pour tenter le Seigneur?

12. Ce n'est pas là le moyen d'attirer sa miséricorde, mais plutôt d'exciter sa colère et d'allumer sa fureur.

13. Vous avez prescrit à Dieu le terme de sa miséricorde, et vous lui avez marqué un jour selon qu'il vous a plu.

14. Mais, parce que le Seigneur est patient, faisons pénitence de cette faute même, et implorons sa miséricorde avec beaucoup de larmes;

15. Car Dieu ne menace point comme un homme, et il ne s'enflamme point de colère comme les enfants des hommes (5).

16. C'est pourquoi humiliions nos âmes devant lui, et, pénétrés de l'esprit de l'humilité et dévoués à son service, demeurons dans un esprit d'abaissement;

« y paraît de plus fort. C'est ce que l'on vit alors parmi le peuple d'Israël, où les hommes « manquant de cœur, et les chefs mêmes ayant « perdu l'espérance, la vertu et le courage « d'une femme ont triomphé de l'audace « d'Holoferne, qui s'élevait avec orgueil contre Dieu. » (Sacy.)

(5) In reliquis hujus capituli adeo discrepant Syrus et Græcus à Vulgato, ut hic recitandum, ut apud illos legitur, totidem verbis censeamus: « Sed expectemus redemptionem ejus, et vocemus eum in adiutorium nostrum, et si volueris, audiet vocem nostram. Quia non existit in familia nostris, neque tempore nostro fuit vel tribus, vel familia, vel gens, vel civitas vestrum, quæ adoraverit deos factos manu humani, quod temporibus nos antegressis factum est. Propter quod traditi sunt patres nostri prædæ et gladio, cecideruntque coram hostibus suis casu magno. Nos autem Domini ab eo alium non novimus, cui avertat à nobis vultum suum. Nam si nos tradidit, tradetur et tota Judæa, et diripientur sanctuaria nostra, et requirret Dominus pollutionem eorum de sanguine nostro. Et eadem fratrum nostrorum, et captivitatem terræ, et pollutionem hereditatis nostræ convertet in caput nostrum, et inter gentes, ubi servitutem serviemus; erimusque scandalo, et opprobrio coram omnibus vicinis nostris; neque enim vel servitus nostra gratiofa erit, sed convertet eam Dominus in ignominiam. Nunc autem ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima ipsorum, et sanctuarium, et templum, et altare immaniter super nos (nobis propinantibus conservabuntur). Præter hæc omnia, agamus gratias Deo, qui nos tentat sicut patres nostros. Memento omnia quæ fecit Abraham et Isaac, quæque Jacobo contigerunt in Mesopotamiâ, cum paceret oves Laban avunculi sui, quando ipse exploravit tentatione cordis ipsorum: nos

17. Dicamus fientes Domino, ut secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum misericordiam suam; ut sicut conturbatum est cor in superbiis eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur:

18. Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt deos alienos:

19. Pro quo scelere dati sunt in gladium, et in rapinam, et in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.

20. Expectemus humiles consolationem ejus, et exquirat sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, et humiliabit omnes gentes, quæcumque insurgunt contra nos, et faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

21. Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum (1) corda eorum erigite, ut memores sint, quia

« etiam non in vindictam sed in castigationem percussit Dominus. Quia propinquus ipse sumus. Dixique ei Oziás: Quidquid dixisti, sapienter dixisti; nec est qui adversetur consilio tuo. Quoniam non hodie sapientia tua manifesta est, sed à diebus antiquis novit totus populus prudentiam tuam, quomodo bona est formatio cordis tui. Sed populus super modum tui pressus adiecit nos facere, sicut diximus, et induxerunt in nos juramentum, quod transgredi non possumus. Et nunc cora pro nobis: fortasse audiet te Dominus Deus noster, quoniam femina es Deum timens; et mittet Dominus pluviam, quæ repleantur lacus nostri, nec consumemur. Et dixit illi Judith: Audite me, et faciam factum sapientis, quod relinquitur generationibus et generationibus filiorum populi nostri. Scate vos in portu nocte hæc, et egrediar ego, et ministra mea, et intra dies post quos dixistis vos tradituros civitatem hostibus nostris, liberabit Dominus Israel, ut spero. Vos autem nolite ea quæ facio inquirere; neque enim ostendam vobis priusquam perfectum fuerit quod facio. Et dixit illi Oziás et principes Juda: Vade in pace; Dominus autem te præcedat, et det nobis ultionem de hostibus nostris. Et reversi à tabernaculo (quod erat in tecto ædium ipsius) ierunt ad ordines suos; Syrus: in domos suas.

(Calmet.)

(1) Id est, eloquio vestro, corda eorum erigite ad magnanimitatem et firmam in Deum liberalitatem confidentiam. (Corn. à Lap.)

On peut remarquer ici l'humble sagesse de cette femme si généreuse. Quoiqu'elle fût toute remplie d'un saint zèle pour la gloire du Seigneur, et qu'elle eût déjà formé le dessein

17. Prions le Seigneur avec larmes de nous faire sentir en la manière qu'il lui plaira les effets de sa miséricorde, afin que comme l'orgueil de nos ennemis nous a remplis de trouble et de crainte, notre humilité aussi devienne pour nous un sujet de gloire;

18. Car nous n'avons point suivi les péchés de nos pères, qui ont abandonné leur Dieu et qui ont adoré des dieux étrangers,

19. Et qui, en punition de ce crime, ont été abandonnés au glaive, au pillage et à la confusion parmi leurs ennemis; mais pour nous, nous ne connaissons point d'autre Dieu que lui.

20. Attendons humblement sa consolation; et il demandera notre sang des afflictions de nos ennemis; il humiliera toutes les nations qui s'élèvent contre nous, et le Seigneur notre Dieu les couvrira de honte.

21. Et maintenant, mes frères, comme vous êtes les anciens du peuple de Dieu, et que leur âme dépend de vous, parlez-leur d'une manière qui leur relève le cœur, en les faisant souvenir que nos pères ont été tentés,

d'aller couper la tête au général des Assyriens, quoiqu'elle sût la frayeur et le trouble de tout le peuple qui se disposait à rendre la ville, elle ne veut point se produire devant ce peuple, quelque assurance qu'elle eût d'ailleurs de le pouvoir affermir par ses paroles. Elle se contente de parler aux chefs pour leur faire voir qu'étant les anciens du peuple, et par conséquent le cœur, l'âme et la vie de ces peuples dépendant d'eux, il était de leur devoir de les soutenir dans cette importante conjoncture par l'exemple de leurs pères, qui avaient aussi été éprouvés par beaucoup d'afflictions. C'est donc un très-grand malheur, lorsque ceux qui sont les chefs s'affaiblissent; et ils se rendent d'autant plus coupables, que la chute de tous les autres leur est alors imputée aux yeux de Dieu: de même que si ceux qui ont le commandement dans les armées perdent courage, eux qui auraient dû encourager les soldats par leur exemple, s'il arrive qu'ils soient vaincus par les ennemis, ils sont punis par le prince comme étant coupables de la perte de l'armée.

L'avis que Judith donnait à ces chefs, en les obligeant de représenter au peuple que leurs pères avaient été tentés, afin que l'on éprouvât s'ils seraient Dieu véritablement et du fond du cœur, est si nécessaire à tous les Chrétiens, qu'il peut être regardé comme un des moyens les plus puissants pour les soutenir dans toutes les différentes afflictions par lesquelles il plaît à Dieu d'éprouver la sincérité de leur amour. Car, comme saint Paul se glorifiait autrefois de ses souffrances, parce qu'elles produisaient la patience, et la patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance, et que l'espérance ne trompait point, étant fondée sur la charité; et qu'avant lui,

temati sunt patres nostri ut probarentur, si verè colerent Deum suum.

22. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, et per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est (1).

23. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, et omnes qui placerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles (2).

24. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatentiam suam, et improprium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt,

25. Exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt (3).

26. Et nos ergo non ulciscamur nos (4) pro his quæ patimur :

27. Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem, et non ad perditionem nostram evenisse credamus.

28. Et dixerunt illi Ozias et presbyteri : Omnia quæ locuta es verè sunt, et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio.

29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es et timens Deum.

30. Et dixit illis Judith : Sicut quod potui loqui Dei (5) esse cognoscitis :

Abraham, Isaac, Jacob et Moïse, et généralement, comme dit Judith, tant ceux qui ont plu à Dieu, ont passé par plusieurs afflictions, et qui sont toujours demeurés fidèles, c'est un sujet tout particulier de consolation pour ceux qui souffrent, de jeter les yeux sur ces grands exemples de l'antiquité, qui les assurent, selon qu'il est dit ici, qu'on devient l'ami de Dieu, étant éprouvé par beaucoup d'afflictions, et qu'il est même nécessaire d'être tenté de la sorte, afin d'éprouver si l'on sert Dieu véritablement et du fond du cœur. (Sacy.)

(1) Præsertim cum à Deo jussus immolare unigenitum suum Isaac, eum immolare voluit, Gen. 22. (Corn. à Lap.)

Des amicus servorum ist. Hoc sic intelligendum, sicut dicitur ex operibus justificatus, Jac. 2, non quod iam deinde primam acceperit justitiam, et per amicitiam fuerit Deo conjunctus, sed quod in justitia et Dei amicitia promoverit; vel quod majora amicitia signa progressu temporis ei Deus exhibuerit; vel quod magis magisque justus et Dei amicus fuerit declaratus. (Estius.)

(2) Fideliter scilicet adherentes Deo, et ab eo liberationem à tribulationibus poscentes, et expectantes. (Corn. à Lap.)

pour éprouver s'ils servaient Dieu véritablement.

22. Ils doivent se souvenir comment Abraham notre père a été tenté, et qu'ayant été éprouvé par beaucoup de tribulations, il est devenu l'ami de Dieu.

23. C'est ainsi qu'Isaac, que Jacob, que Moïse, et que tous ceux qui ont plu à Dieu, ont passé par plusieurs tribulations, et sont toujours demeurés fidèles.

24. Mais ceux qui n'ont pas reçu ces épreuves dans la crainte de Seigneur, qui ont témoigné leur impatience, et ont irrité le Seigneur par leurs reproches et par leurs murmures,

25. Ont été exterminés par l'ange exterminateur, et ont péri par les serpents.

26. C'est pourquoi ne témoignons point d'impatience dans ces maux que nous souffrons;

27. Mais considérant que ces supplices mêmes sont moindres que nos péchés, croyons que ces biens dont Dieu nous châtie comme ses serviteurs, nous sont envoyés pour nous corriger, et non pour nous perdre.

28. Ozias et les anciens lui répondirent : Tout ce que vous avez dit est véritable, et il n'y a rien à reprendre dans vos paroles.

29. Nous vous supplions donc de prier pour nous, parce que vous êtes une femme sainte et craignant Dieu.

30. Judith leur répondit : Comme vous reconnaissez que ce que j'ai pu vous dire est de Dieu (6),

(3) Spectat Judith interitum eorum qui cum de labore itineris quærentur, igne in castra divinitus immisso puniti sunt, et qui post reditum exploratorum terræ promissionis seditionem commoverunt, quorum exitum Deus jurato decrevit, ac reverà omnes in solitudine extincti sunt; illos denique, qui morsu angium in loco Salmena appellato perierunt. Cæterum hæc verba : Exterminati sunt ab exterminatore, imitatur Apostolus totidem serò verbis : Neque murmuraveritis, acut quidam eorum murmuraverant, et perierunt ab exterminatore.

(4) Id est, non ulciscendum more indignemur et obtemperemus Deo, quasi volentes nos de eo ulcisci ob clades et timores quos nobis immitit. (Corn. à Lap.)

Non ulciscamur nos, id est, non irascamur, non obloquamur, non indignemur, quasi volentes nos ulcisci de Deo ob flagella quæ patimur. (Tirinus.)

(5) Hoc est, à Deo mihi suggestum et inspiratum. (Corn. à Lap.)

(6) Ce qu'il y a d'admirable, c'est que quoiqu'elle eût beaucoup blâmé Ozias et tous les anciens du peuple d'avoir prétendu limiter le temps auquel Dieu devait les secourir, elle

31. Ita quod facere disposui (1), probate (2) si (3) ex Deo est, et orate ut firmum faciat Deus consilium meum.

32. Stabitis vos ad portam nocte ista, et ego exeam cum abra mea (4) : et orate ut, sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel.

33. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum (5) : et neque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

34. Et dixit ad eam Ozias princeps Juda : Vade in pace, et Dominus sit totum in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes abierunt.

ne laisse pas de s'accommoder en quelque façon à leur faiblesse, en leur disant de prier Dieu, afin que, comme ils l'avaient dit, il regardât favorablement son peuple dans cinq jours. Tout ce qu'elle recommande est que l'on prie Dieu pour elle, sans se mettre en peine de vouloir savoir ce qu'elle allait faire. Et en cela elle avait dessein que toute la gloire de cette grande action fût due à Dieu seul, les hommes n'y ayant point d'autre part que celle de leurs prières, et le Seigneur se servant d'un instrument aussi faible qu'elle était pour sauver son peuple. C'était donc la main d'une femme soutenue par les prières de tout le peuple, qui devait produire ce grand miracle. Et c'est un sujet de très-grande consolation pour nous d'être assurés par un tel exemple, que quelque faiblesse qu'il y ait en nous, nous sommes capables de renverser toutes les forces de notre ennemi, si nous avons soin de nous soutenir par une prière continuelle et par celle de toute l'Eglise. Car nous devons être durant tout le temps que nous avons à combattre contre le démon figuré par Holoferne, c'est-à-dire durant tout le temps de notre vie, dans la même disposition où était Judith, lorsqu'elle disait : Que l'on ne fasse autre chose que de prier le Seigneur notre Dieu pour moi. Ainsi toute notre force doit être dans la prière, et dans l'union avec les fidèles qui prient pour nous. (Sacy.)

(1) Nimirum astu occidere Holofernem.

(Corn. à Lap.)

(2) Non disutiendo, sed ratum et gratum habendo. Id est, approbato, quandoquidem quod facere decrevi, non minus ex Deo est, seu ex Dei instinctu, quam si opatio hanc mea, quam cognoscitis Dei esse, et ultimum fatemini à Deo mihi suggestam esse. (Tirinus.)

(3) Si non est dubitans, sed affirmans : idemque est, ac quod, q. d. : Sicut probatis meos sermones quasi ex Deo profectos, sic etiam probate propositum meum, quod ex Deo, sire Deo impellente, agere decrevi, ut scilicet vadam ad Holofernem, eumque occidam. Dicit tamen si, quasi dubitans, modestè causi, quia res hac necesse erat fieri, sed faciendâ; esse ipsa de eventu felici ex Dei instinctu foret certa, q. d. : Probate, id est,

31. Eprouvez aussi si ce que j'ai résolu de faire vient de lui; et priez-le d'affirmer le dessein que j'ai.

32. Vous vous tiendrez cette nuit à la porte de la ville; et je sortirai avec ma suivante; et priez le Seigneur, afin que, comme vous avez dit, il regarde son peuple dans ces cinq jours.

33. Mais je ne veux point que vous recherchiez mon dessein; et jusqu'à ce que je vous en instruisse moi-même, qu'on ne fasse autre chose que prier le Seigneur notre Dieu pour moi.

34. Ozias, prince de Juda, lui répondit : Allez en paix; et que le Seigneur soit avec vous, pour se venger de nos ennemis. Et, retournant, ils s'en allèrent.

videre et attendite id quod actura sum, et ex eventu probate et justifico si ex Deo est, q. d. : Unique cum rem feliciter confectam videbitis, probabit illud, et ex Deo auctore susceptum iudicabit. Loquitur in genere, sed particulatim non explicat quid animo destitit : sciebat enim, si id faceret, rem non mansuram secretam, sed ad Holofernem perferendam; sciebat pariter multos hinc ejus propositum ut temerarium danaturum. Unde gratia habent : Faciam negotium quod perueniet in generationes generationum filius generis nostri. (Corn. à Lap.)

(4) Vox Abra, ex Hebraeo אברהם derivata, significat socium, ancillam, famulam à cubiculo potius quam ancillam vulgarem : ad litteram significare fertur calamistrariam. Eutyphidus patriarcha Alexandrinus narrat Cleopatram pectori admoovere viperam, cujus veneni vim experta fuerat in geminis à suo satellitio puellis, quarum altera appellabatur Abra, id est, calamistraria, altera Mama, id est, secatrix. Nomen Abre non tribuit Scriptura nisi ancillis matronarum, ut puellis pedisequis Rabecca, filiae Pharaonis, et Esther. Eadem est facili puella, quam Judith domui suae curandae praeferat, de qua sermo fuit in Graeco superior, v. 9. Profani interdum hinc voce ancillam à cubiculo, hinc heri hanc adhaerentem significant, et interdum vulgarem ancillam, vel etiam concubinam, uxorem nullo solemnî rite ductam. (Calmet.)

(5) Quomodo non igitur privato consilio et auctoritate Judith Holofernem interfecit? Responsionem vide ad Iudicum 3, v. 16.

Quærit etiam potest cur non egerit stultie et temerarie, et arroganter, nolens de re tantâ tamque periculosa consilium conferre cum senioribus et prudentibus? An dicendum quod sentiebat se impelli ad illud facinus divino quodam instinctu, ideoque noluit nec debuit super eo consilium capere humanum, maxime quia verisimiliter illi secundum humanam prædictionem rem tam arduam et periculâ plenam mulieri discessisset atque etiam impedivisset, et metuendum erat ne res propalaretur quæ debebat esse secreta? Dissimulavit enim rem tantî momenti, tantæque audaciæ non tentandam inconsulto senatu. (Estius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et audivit in illis diebus Judith, filia Merari filii Ox, filii Joseph, filii Oziel, filii Elcia, filii Elia, filii Chelcia, filii Eliab, filii Nathanael, filii Salamiel, filii Sarasadai, filii Israel. — 2. Et vir ejus Manasses de tribu ejus, et de patria ejus, et mortuus est in diebus messis hordeorum. — 3. Instabat enim super ligantem manipulum in campo, et aestus venit super caput ejus, et procidit in lectum, et obiit in Betyluā civitate suā : et sepelierunt eum cum patribus ejus in agro qui inter Dothaim et Belamon. — 4. Et fuit Judith in domo suā viduitatem servans annos tres et menses quatuor. — 5. Et fecit sibi tabernaculum super solarium domus suae, — et imposuit super lumbum suum cilicium; et erant super eam vestimenta viduitatis ejus. — 6. Et jejunabat omnibus diebus viduitatis suae præter antesabbata, et sabbata, et anteneomenias, et neomenias, et festivitates, et lottas solemnitates domus Israel. — 7. Et erat pulchra specie, et decora aspectu valde; et reliquerat ei Manasses vir ejus aurum, et argentum, et pueros, et ancillas, et pecora, et agros; et manebat super ea. — 8. Et non erat qui inferret ei verbum malum, quoniam timebat Deum valde. — 9. Et audivit verba populi mala in principem, quia animo defecerunt super raritate aquarum. Et audivit omnia verba Judith, quæ locutus erat ad eos Ozias, quemodò juraverat eis traditurum civitatem post dies quinque Assyriis. — 10. Et mittens ancillam suam, quæ præerat omnibus substantiis suis, vocavit Oziam, et Chabrim, et Charmin, seniores civitatis suae. — 11. Et venerunt ad eam. Et dixit ad eos : Audite nunc me, principes habitantium in Betyluā : quoniam non rectum est verbum vestrum, quod locuti estis coram populo in die hæc, et statulistis juramentum, quod locuti estis inter Deum, et vos, et dixistis dedituros civitatem inimicis nostris, nisi in illis diebus conversus fuerit Dominus ad adjuvandum nos. — 12. Et nunc qui essis vos, qui tentastis Deum in die hodiernā, et statulistis pro Deo in medio filiorum hominum ? — 13. Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, et nihil cognoscetis usque in seculum. — 14. Quoniam profundum cordis hominis non invenietis, et verba cogitationis ejus non percipietis : et quemodò Deum qui fecit omnia hæc, investigabitis, et mentem ejus cognoscetis, et cogitationem ejus contemplabimini ? nequaquam, fratres ; nolite ad iracundiam provocare Dominum Deum nostrum : — 15. Quoniam si noluerit in istis quinque diebus auxiliari nobis, ipse habet potestatem in quibus velit tegere diebus, vel etiam exterminare nos ante faciem inimicorum nostrorum. — 16. Vos autem ne extorqueatis consilia Domini Dei nostri, — quoniam non tanquam homo Deus, ut minis terreatur, neque tanquam filius hominis, ut judicetur. — 17. Quamobrem expectantes eam quæ ab ipso, salutem, invocemus eum in adiutorium nostrum : et exaudiet vocem nostram, si fuerit ipsi placitum. — 18. Quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodiernā die neque tribus, neque patria, neque oppidum neque civitas ex nobis, quæ adorent deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus. — 19. Quorum gratiā dati sunt in gladium et in direptionem patres nostri, et coeciderunt ruinā magnā coram inimicis nostris. — 20. Nos autem alium Deum non agnovimus præter eum ; unde speramus quia non despiciet nos, neque à genere nostro. — 21. Quoniam cum capiti fuerimus nos, sic sedebit omnis Judæa, et diripientur sancta nostra, et quæret pollutionem eorum de ore nostro. — 22. Et eadem fratrum nostrorum, et captivitatem terræ, et desolationem hereditatis nostræ convertet in caput nostrum in gentibus, ubicumque servierimus ibi, et erimus in offendiculum, et in opprobrium coram possidentibus nos. — 23. Quoniam non dirigitur servitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster. — 24. Et nunc, fratres, ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis prodet anima eorum, et sancta, et domus et altare innituntur super nos. — 25. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut et patres nostros. — 26. Recordamini, quæcumque fecit cum Abraham, et quæcumque evenerunt Jacob in Mesopotamiā Syriæ ; pascenti pecora Laban fratris matris suæ. — 27. Quoniam non sicut illos examinavit in examen cordis eorum, etiam nos non est ultus, — sed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantibus sibi. — 28. Et dixit ad eam Ozias : Omnia quæcumque dixisti, bono corde locuta es, et non est qui resistat verbis tuis. — 29. Quoniam non hodiè sapientia tua manifesta est, sed à principio dierum tuorum novit omnis populus intellectum tuum, quemodò bona est formatio cordis tui. — 30. Sed populus sitivit vehementer, et congerunt facere nos secundum ea quæ locuti sumus eis, et inducere juramentum super nos, quod non transgrediemur. — 31. Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier pia es ; et mittet Dominus pluviam ad impletionem cisternarum nostrarum ; et nos deficiemus ultra. — 32. Et dixit ad eos Judith : Audite me, et faciam rem, quæ perveniet in gene-

rationes generationum filii generis nostri. — 33. Vos stabitis super portam nocte hæc, et exilio ego cum ancilla meâ, et in diebus post quos dixistis traditores civitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu meâ. — 34. Vos autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicam vobis, donec perfecta fuerint quæ ego facio. — 35. Et dixit Ozias, et principes ad eam: Vade in pace: et Dominus Deus ante te in ultionem inimicorum nostrorum. — 36. Et revertentes à tabernaculo, iverunt ad ordines suos.

COMMENTARIUM.

Ipsa liberatrix Judith primò describitur, deinde prima ipsius ad liberationem aggressio. Describitur verò quoad genus, vers. 1, statum vers. 2, 3, 4, religionem, vers. 5 et 6, corporis fortitudinem, vers. 7, denique quoad famam, vers. 8. Est verò advertendum, totam sententiam in contextu pendulam esse, usque ad vers. 9, quasi quæ vers. 1, post nomen, vidæ, sequantur, includenda sint parentesi omnia, et sic initium istud connectendum: *Et factum est cum audisset hæc verba Judith vidua, cum audisset, inquam. Hæc enim valet illud vers. 9: Hæc itaque, quod hyperbaton declinavit Græcus, incipiendo simpliciter: Et audivit indies illis Judith. Huiusmodi verò hyperbata sunt et alibi, ut I Paralip. 5, vers. 1 et 3: Filii quoque Ruben primogeniti Israel, fuit ergo Ruben primogeniti Israel.*

QUESTIUNCULA PRIMA.

Judith genus quod?

Duo hic litigiosa: Unum de Judith ipsius tribu est. Nam Schelastica Historia et ferè Dionysius Carthusianus, ipsam, quoad patrem, è Rubenica tribu, quoad matrem è Simeonica esse autumant. Alii, quos inter ab Interlineari Glossâ Hugo ponitur, unius tantum, quoad utramque parentem, tribus extitisse volent. Quibus ego sanè assentiendum arbitror, primò quia ipsa infra, cap. 9, vers. 2, Simeonem Patrem vocat; neque communi quodam modo, quo Israelitarum omnium patriarchæ omnes patres sunt, sed proprio, *nam. Domine, inquit. Deus patris mei Simeon.* Deinde, cum in eodem illo facto, quod in eodem ipsa loco deprecatur, Simeon is fuerit Levi socius, cur illum potius quàm hunc nominaret, aut cerè cur utrumque simul non memoraret, nisi Simeonis, tanquàm primi suæ tribus auctoris exemplar inveni, ab eo preceum suarum efficacitatem quamdam ducere voluisse? Tertio, cum ejus hic majores recensentur, nullus tamen usquàm in Græco Ruben auditur, ac in Latino auditur. Cum enim vers. 1 dicta esset filia Merari, hic ipse tandem filius Simeon, et hic filius Ruben dicitur. Verùm neque in Genesi capite 46, vers. 9, neque in prioris Paralip.

cap. 5, vers. 5, ubi Ruben filii recitantur, ullus cui Simeonis nomen fuerit, invenitur. Si præterea filiorum Ruben aliquis esset Simeon, non tamen is esset, quem infra, cap. 9, vocat ipsa Judith patrem suum. Hic enim è duodecim patriarchis unus fuit, Genes. 24. Neque dici potest, Ruben filiorum aliquem, duplici nomine vocatum fuisse. Id enim frequentissimè in Scripturâ licet accidat, non ita tamen ut præceptorum nomina patriarcharum confundantur. Alioquin ipsum Jacob fuisse Rubenem etiam vocatum asserere quis vetaretur? præsertim adjicere liceret, cum suum illud nomen primogenito suo imponere voluisse, vel potius Liam, quæ inde aliquam impositionis hujus occasionem sumpsisset, ut diceret Genes. 29, vers. 32: *Vidit Dominus humilitatem meam.* Aram enim, quod est *videre*, dictus Ruben est. Mendum ergo in Latino hic aliquid videtur, quod quidem dupliciter emendari potest: vel enim Simeon non *fuit*, sed *frater* ipsius Ruben legendus; vel pro Ruben reponendus Israel. Sed in emendatione illâ priore, statim occurrit, ut quæratur, quorsum diceretur Simeon Ruben filius, et non potius Jacobi filius? Potest verò non absurdè responderi factum hoc videri, ut Simeonis dignitas indicaretur, qui non quoque modo Jacobi filius esset, sed natus secundus, ipse primogenito Ruben proximus. Posteriori tamen emendationem magis probat Bellarminus lib. 1 de Verbo, cap. 12, argum. 12. Nam et ita Græci textus omnes habent, et è veteribus Latinis, qui veterem è Græco versionem sequebantur, S. Fulgentius epl. 2, cap. 14, uti paulò post videbimus.

Alterum hic litigiosum est de ipsius Judith generationibus seu majoribus, quot et qui fuerint. Textus noster quindecim enumerat generationes, Græcus tantum duodecim. Deinde dissonant aliquantulum nomina. Id enim non raro in istiusmodi catalogis accidere, testes Paralipomenon libri cum Genesi librisque aliis collati. Ipsos duntaxat Simeonis filios mihi nunc intueri, è Genes. 46, vers. 10, sunt *Jemuel et Jemsa, et Aham et Jachim, et Schar, et Saül.* Num. 26, vers. 12: *Namuel, Jamis,*

ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ δόμῳ, αὐθεντῶν ἐν ἱεροῖς καὶ τοῖς ἱεροῖς. Et de istis agunt copiose Nebrissenis in 50, cap. 26, Brissonius initio lib. 11 de verb. Signific.; sed erit omnium instar nobis jam D. Hieronymus Epistolā ad Suniam et Fretellam: « δόμος, inquit, in orientalibus provinciis, ipsum dicitur, quod apud Latinos tectum. In Palæstinā enim et Ægypto, vel ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria vel mænina vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur. Denique et in Actis Apostolorum, cap. 10, Petrus quando ascendit in domum, ἐν τῷ δόμῳ, in tectum ædificii ascendisse credendus est. Ex quo præcipitur nobis, Deuter. 22, vers. 8, ut faciamus domui nostro coronam, hoc præcipitur, ut in tecto faciamus per circuitum quasdam eminentias, ne facilis in præceps lapsus sit. Ex in Evangelio, Matth. 10, vers. 27: Quæ, inquit, auditis in ore, dicite super domum, id est, super tecta. »

Judith ergo in domū suā tecto sive solario, precatorium tabernaculum exiit, quia, uti Tobie c. 5, fol. 50, monstrabam, in editoribus id genus locis precari amabant veteres. At quomodo secretum igitur cubiculum dictum est? Nonne, quæ in tectis sunt, ea conspicua et publica maxime? Nonne paulo ante idcirco dicebat Dominus: Quæ in aure auditis dicite super tecta? Nonne, cum, impil Achitophelis admonitis, vellet Absalom, palam universo populo facere, quam irreconciliabile contra patrem bellum suscepisset, 2 Reg. 16, vers. 22: Εὐρεθὰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῷ δόμῳ, teterant tabernaculum in solario? Nonne tunc quod prædixerat per Nathan Dominus, c. 12, v. 12, factum est: Tu fecisti absconditū; ego autem faciam verbum intus in conspectu oculis Israel, et in conspectu solis? Secretum tamen istud Judithæ tabernaculum fuisse dico, partim ob causas antea propositas, partim quia cunctis esset omnibus tabernaculum conspicuum, quæ intus tamen gerebantur, non magis à quousque videbantur, quàm quæ intra domum et sub tecto quousque sunt, nisi de industria vellet quis ea videre, et vel voce, vel incessu et ostensu aliquo monstraret, prout in illis Matthæi et Regum locis fit. Quemadmodum enim longè ab incesto Absalonis tabernaculo diversum hoc Judithæ fuit, ita etiam ejus conspectus et silentium. Subditur enim, in qua cum pacillis suis clausa morabatur. Mira profectò

sanctissimæ hujus viduæ in Deum pietas. Morabatur in tabernaculo isto, non semel tantum, bis aut ter quotidie, ut oraret, ad illud ascendebat, quanquā et hoc magnum fuisset; neque unum vel alterum quadrantem, imò horam unam vel alteram manebat, quod majus; sed, quod maximum, morabatur, id est, semper ibi habitabat, illinc non discedebat, moraliter intelligendo, eo modo, quo dicitur quispiam libris semper inherere, ab aliquo latere nunquā discedere, ut in assimilato isto suo templo faciat, quod in vero et Salomonico libentissimè fecisset, si Hierosolymis eam domicilium habere contigisset. Ideoque tantò ante in Judith cecidit, quod de beatā illā novi Testamenti viduā scriptum est, Lucæ 2, vers. 37: Non discedebat de templo jejuniis et observationibus serviens nocte ac die. Vides, ait S. Ambrosius libro de Viduis, qualis vidua prædicetur, unius viri uxor, ætatis quoque jam probata processu, vivida religione, et effusa jam corpore, cui diversorium in templo, colloquium in prece, vita in jejuniis, quæ dierum noctiumque temporibus, indefessæ devotionis obsequio, cum corpore agnosceret senectutem, pietatis tamen non sciret ætatem. Omnia de Judith, si senectutem, effectumque corpus excipias, dicta quàm aptissimè. Deinde clausa morabatur, videri volebat; solis Dei oculis placere studebat; jam observabat illud quod monuit postea Dominus Matth. 6, vers. 5: Cū oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagoga et in angustis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cū oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Clausa etiam erat, ne quidquam aut videret aut verò etiam audiret, quod collectam in sanctis precibus mentem dissiparet, contentum sacrarum exercitationum arcum laxaret. Solent enim, per oculos et aures, multa influere, quæ, si caveas, ardentissimas animi etiam religiosi et meditabundi flammæ vel extinguant vel attenuent. Nobis, ait S. Gregorius lib. 21 Moral. esp. 2, ad custodiendam cordis munditiā, exteriorum quoque sensuum disciplinam servanda est. Nam quantumlibet virtutem ens polleat, quantumlibet gravitate viget, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perstrepunt, et nisi interioris gravitatis pondere, et quasi juvenili quodam vigore refrægentur, ad fluxa

« quæque et ævia mentem enervens trahunt. »

Neque verò suū unius virtute ac pietate contenta erat Judith, sed cum puellis hæc omnia suis faciebat. Erant hæc, vel cognatæ, vel ancillæ, quas eadem pietatis exercitamenta docebat, in his eas institutione, hortatu et exemplo retinebat. Fuisse quendam in templo virgines conclusas, dicam 2 Machab. 5, vers. 20. Harum quoddam veluti simulacrum et imitationem suis cum puellis exprimere cupiebat Judith, et quia in templo non licebat, in suo, prout poterat, oratorio adumbrabat; in omni suas puellas pietate instituebat, ut orarent, legere, Deum assidue laudarent, honesti aliquid operis facerent, aut nendo, aut suendo et texendo quod in templo quandoque offerretur. Easi verò ut dixi, hæc, in sublimi hoc sacroque larario, tam Judith quam puellarum ejus commemoratio moraliter accipiendi sit, *diebus tamen sabbati et festis*; prout asserit Græcos textus. c. 10, v. 2, in inferiorem domum descendebat, eosque ibi dies agitabat. Tunc enim ad synagogam, sive ad conjunctum synagogæ gymnasium ibat, quia tunc maximè divina lex et legabatur et explicabatur. Act. 15, v. 14, 15, c. 15, v. 21, c. 16, v. 12, c. 17, v. 2, et inde domum reversa, suis cum domesticis omnibus sermabatur.

QUESTIONCULA IV.

Quid ex istâ Judith religione, cum illi omnes, tam viduas puellæque potissimum discere habeant? Ubi et de domesticis oratoriis, puellarumque institutione.

Primò ex eo quòd sese domi conclusam tenet, descendum, per urbis plateas et compita evagationes fugiendas, puellis tamen maximè ac viduis. Vituperat Apostolus 1 Timoth. 5, vers. 13, viduas, quæ otiosas discunt circuire domos; è contrario laudat S. Ambrosius lib. 2 de Virginibus, beatissimam virginem, quod « prodire domo nescia, nisi cùm ad Ecclesiam conveniret, et hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. » Unde in Lucam libro 2, esp. de Habitu Mariz in montana: « Discite, » ait, virgines, non circumcursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Ne dixeris (ait idem Ambrosius libro de Viduis): Sola ego sum. Castitas solitudinem querit, pudica secretum, impudica conventum. » Noli, ait ad Furiam D. Hieronymus, « in publicum subinde procedere. » Veteres, Eustathio in 2 Iliad. scriptore, virginibus ἑστία ἀδελφικὰ

lani, id est, *superiora in ædibus loca, ubi vobis domesticarum aedibus, cum eis causam, ut diffinitè adiri comenitque possent.* Refert in Lacedæmoniorum Institutis Plutarchus, fuisse adolescentem Lacedæmonem objurgatum, qui ad trivialium confabulatorum eorum viam nōset. Quomodo ille ergo laudentur, qui omnes omnium ebrietatum, alcarum, flagitiorum officinas nōrunt, plateas vicosque omnes oculis pedibusque assidue oberrant?

Secundò, discimus omnes, priscum morem privatis in ædibus loca quædam sequestrandi, precibus addicendi, oratoria consuecendi. Quomodo enim, absque altari et sacrificiis, varias, ut ante dictum est, varis in locis, proseuchas et synagogas construere licuit, ita, ad privatas suas preces, potuit domi quilibet, faciliusque, qui erat religiosiores, in quibus et B. Virgo fuisse videtur, quæ, ut lib. 2 de Virginibus ait S. Ambrosius, *inventa domi in penetralibus, sine consue, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obtemperet.* Quid Psal. 145, *habebit arca, quicquid vult, similitudo templi?* Non domesticorum istiusmodi sacellorum speciem significare potest? Non etiam cubiculum illud, in quod, precum causâ, intrare nos Dominus jubet Mathæi 6. Hodierno adhuc die, Judæis mos est, ut etiam si familiæ alicubi perpaucæ sint, synagogulam aliquam habeant, singuli verò, fieri si possit, locum mundum, nulloque aut lotio, aut sordè aliâ inquinatum habeant, in quo sanctissimam illam quotidianam suam precem recitent, quæ ex Deuteronomii capite sexto sumpta est, et à primis verbis *Kriah schema* vocatur, de quâ in libro *Orach chaim* tam multa et breviter in libro *Pirke areth*, cap. 2, Rabbi Simeon sic: *Esto circumspexit in Kriah schema, et in oratione.* De Danielis illâ domo, in quâ et ante impium Babilonem edictum et post, orare, genua flectere, apertis fenestris ad Hierosolymitanum novo templum convertere, coramque Deo confiteri solebat, Danielis 6, vers. 10, vix ambigo. Hæc enim domus, cubiculum potius quoddam, vel ædium totarum particula erat ἡ τοῦ ἱεροῦ, in superioribus partibus, in cenaculo constituta, et Hierosolymitanum templum tanti faceret, vel plagam, in quâ situm, illud, et tot tantisque parasangis distitum esset, intueretur, non eum oratoriolum aliquod illi simile concinnasse putemus? De Gedeone, cùm è pretiosissimis hostium spoliis fecit *ephod*, et pavit illud in civitate *ad Ephra*, Jud. 8, v. 27, idem loco eodem opinandum ostendi, licet

abusio postea non levis accesserit, ut ibidem subditur. Ad hunc item usum fuisse arbitror illud sanctorum Apostolorum *cenaculum*, ubi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus, et Mariâ matre Jem, et fratribus ejus, Actor. 1, vers. 44, ubi, cum compleveretur dies Pentecostes, erant omnes pariter; et factus est repente de caelo nubes, tanquam adolescentis spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes, et appaerunt illis dispersitæ linguae, tanquam ignis, seditisque supra singulos eorum; et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Actor. 2, vers. 1 et seq. Sed et Christianis ejusdem modi destinata precationi, rerumque divinarum meditationi loca, piis etiam religionis nostræ symbolis, imaginibus et aliis instructa, testis præclara illa de Nicomediensibus martyribus apud Liposanum t. 5, Surium tom. 6, Baronium tom. 3, anno Domini 293, è perantiquis codicibus exstat historia. Cùm enim nobilissima virgo Domna, et regis eunuuchus Indes, baptisma sacrum cepissent, fuerunt, hoc ipso nomine, apud regis domui præfectum accusati, hujusque rei argumentum certum ut haberet, suavit ei delator, eorum cubiculum ingrederetur. « Audivit (verba ipsa « veterissimi scriptoris appendo) præfectus, et « cùm libenter eam admittisset probationem, « aufert ab eis claves, et eam aperuisset, in- « venit profundius, sed non ut ipse sperabat, sed « ea quæ verè erant veneranda, nempe divinæ « crucis figuram, et librum sacrosanctum, « nimirum Apostolorum Deo gratas actiones, « et præterea possessionum vacuitatem eorum « qui in caelis magnum thesaurum reconde- « bant, cujus præclaræ opes erant duæ flores « in nudo solo stratæ, generosorum et beato- « rum Domne et Indes supellex, fletile præ- « terea thuribulum, et lucerna et lignea arcula, « in quâ reposerant sacram oblationem, cu- « jus fiebant participes. » Primis enim Eccle- « siæ temporibus consuevit, ob persecutionum vim, Christianos consecratam à sacerdotibus Eucharistiam domum deferre, et inibi custo- « dire, satis est ex Tertulliano lib. 2 ad Uxorem c. 5, Cypriano epist. 56, et libro de Specta- « culis, Basilio Epist. ad Patricium, D. Hierony- « mo in Apolog., aliisque constat. Unus, qui « piis illas, privatis in adibus, adiculis et ora- « toria egregiè aperit, legatur S. Gregorius Nazianzenus orat. 44, ubi cùm Eucharistiâ, quam præseco more domi Gorgonis soror asser-

vabat, veneratione, multisque precibus et lacrymis, è gravi desperatoque morbo divini- « tatis curatam refert, his eam historiam verbis « orditur: « Desperatis aliis omnibus auxiliis ad « mortalium omnium medicum confugit, atque « intempestâ nocte captâ, cùm morbus non- « nihil remississet, ad altare cum fide procum- « bît, eumque, qui super ipso honoratur, cum « ingenti clamore, invocat. » En domestica veri altaris species, publicique oratorii et sacri ædis imitamentum! Veras tamen ecclesias et aras in quibus ipsa magnorum mysteriorum consecratio fieret, initio, cùm ob Judæorum et tyrannorum importunitatem, aliud non liceret, privatis in adibus fuisse patet, ut alla jam non commemorem, ex Actorum 2, vers. 46, c. 20, vers. 7 et 8; postea in Begum pala- « tiis, ex Eusebio lib. 4 Vitæ Constantini c. 17, nisi potius ecclesiæ aliqua tantum, de quâ jam egi, similitudo fuerit; imò et in bel- « licarum expeditionum tabernaculis ibidem, c. 56: « Tabernaculum, inquit, ad ecclesiæ « similitudinem, magnificentia faciendum cu- « ravit, in quo Deo victoriarum dator, ipse « Constantinus, cum episcopis supplicaret; » jamque antea hujusmodi tabernaculum sepa- « ratam vocat lib. 2, cap. 14, cùm, antequam « pradium cum hostibus iniret, solitum ait, in « tabernaculo separato preces ad Deum fundere. Sancti verò Chrysostomi adhortatio insignis est in homiliâ 18 in Acta Apostolorum, ut non in arcibus tantum, sed villis etiam eccle- « siolæ construantur, sacrificiumque offeratur. Unde et idipsum has in Germaniæ oras, unâ cum sacrosancitæ fidei christianæ adventu, adeò adductum videmus, ut, ubi magna etiam sacrarum ædium publicè copia est, multæ tamen in paulò majoribus ac splendidioribus potentiorum domibus aræ sacellaque visantur. Atque hæc de isto veteris pietatis monumento.

Tertio, à Judith nostrâ discimus, ut non tan- « tum ejusmodi vel vera, vel imitativa domi « altaria et religionis adiculas habeamus, sed in iis verè nos exerceamus, in iis Deum oremus, sacra legamus, celestia meditemur. Possent enim apparari conclavia ad omnem pietatem aptissima, templorum instar, piis imaginibus, tapetibus, precatorum coronis ornatissima, sed puerilem puparum instar omnia illuc esse, vix ullas ibi preces concipi, pietatem ullam exerceri. Quamquam sanè est nec ita rarum, ut vix sit, qui domi libenter hæc exstruat, idemque non simul ipsam libenter utatur. Estque potius dolendum, esse

hæc jam apud plerumque rariora, et quidem ita ut in ecclesiasticorum etiam quorundam sedibus gladii potius, hastas et bombardas, quam oratoria, crucifixos, Bibliorum, sanctorumque Patrum et pretum libellos aut corollas videre liceat.

Quartò, et illud discimus, cum orandum est, curâ omni providendum ut clausi simus, mente tamen, et semper et ubique, adversis omnem inanis gloriæ captationem, omnesque distractionum illecebras et occasiones; loco autem ipso cum licet, commodè fieri potest.

Quintò, discunt viduæ ad precandi studium maximè affici, prout etiam monet Apostolus 1 Timoth. 5, v. 5: *Quæ autem verè vidua est et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte et die.* Omnis utique vidua, licet opibus maximis, propinquitatibus, affinitatibus et clientelis plurimis abundet, desolata tamen est, prout ostendit Græcum *παρηγορημένη*, quod Comico alicubi dicitur, sola, à Tacito et Interprete nostro, *desolata*. Quam hæc omnibus Judith nostra circumfœbat, et tamen quia viduam se et desolatam intelligit, in Deo solatium, spemque omnem suam collocabat, in precibus noctes atque dies permanebat. Tractat istum locum pulchrè S. Augustinus epist. 131, cap. 1 et 2, sed pressius cap. 16, unde hæc: *Concerta in oratione vincere hoc seculum, ora in spe, ora fide, liter et amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi.* Quamvis enim ad omnia membra ejus, hoc est, ad omnes qui in eum credunt, et ejus corpori sociantur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in Scripturis ejus viduis invenitur injuncta. Nam duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ, una conjugata, quæ sanctum Samuel peperit; alia vidua, quæ sanctum sanctorum, cum adhuc infans esset, genuit. Oravit et conjugata in dolore animi et afflictione cordis, quia filios non habebat; tunc ipsam Samuel impetravit, et acceptum Deo reddidit, quia cum posceret vovit. Sed oratio ejus, quomodo ad orationem illam Dominicam pertineat, non facillè reperitur, nisi quis in eo, quod ibi positum est: *Libera nos à malo*: non parvum malum videbatur, et nuptiam esse, et fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa verò Annâ viduâ vide quid scriptum sit: *Quia non discedebat de templo, jejunis et obsecrationibus serviens nocte ac*

die. Nec aliunde Apostolus, quod et supra commemoravi: *Quæ autem verè vidua est, inquit, et desolata, sperabit in Domino, et perseveret in orationibus nocte ac die.* Et Dominus cum semper ad orandum et non deficiendum nos hortaretur, viduam commemoravit, qui licet iniquum et impium judicem, ac Dei ac hominum contemptorem ad audiendam causam suam assiduè interpellando convertit. Quam ergo præ cæteris viduæ debent vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quid omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi destitutio et desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam atque desolatam, quandis peregrinatur à Domino, profectò quandam viduitatem suam Deo defensori assiduè et impensissimè precatione commendat. Ora ergo ut vidua Christi, nondum habens ejus conspectum; ejus precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora. Nondum enim veras futuri seculi divitias habes, ubi nulla damna formides. Licet habeas filios et nepotes, numerosamque familiam, quod et supra dictum est: *Sicut desolata ora.* Incerta sunt enim omnia temporalia etiam usque in finem vite hujus in nostram consolationem mansura. Tu autem, si ea quæ sursum sunt, quæris et capis, æterna et certa desideras, qui quamdiù nondum habes, etiam salvis omnibus atque obsequentibus tuis, tanquam desolatam deputare te debes.

Sextò, discant et hinc religiosæ matronæ, piæque viduæ puellis bene instituendis, et ad pietatem, modestiam, operaque illi ætati et sequi congruentia conformandis operam libenter dare. Si liberos habent aut nurus, hæc in primis curam iis debent, ut ostendit loco citato S. Paulus v. 4 et 10, D. Hier. ad Salvianum, ubi et nobilè illud effatum scripsit: *Non est parvi apud Deum meriti bene filios educare.* Si non habent, totas bonæ aliorum institutioni sese si dederint, operæ facient pretium maximum. Hoc quoque, ait S. Ambrosius libro de Viduis, et ad subsidium et ad gratiam proficit viduarum, ut ita instituant nurus suas (honestasve puellas alias) quod possint in his maturæ habere subsidium sequestratis, et quasi stuporem moriantur, mercedem quoque suæ capere disciplinæ. Bona vidua egerè non novit, et si femine

« fuerit ætatis et supremæ paupertatis, eruditionis tamen suæ solet habere mercedem. « Et si proximi defuerint, invenit tamen ex transeis, qui matrem colant, revereantur parentem. » Quæ sic puellarum magistra efficitur, plus omnibus mittit (Lucæ 21) in sacrum Domini gazophylacium, dum fidem eos catholicam docet, ab hæresibus custodit, pudorem, pudicitiam, omnemque his honestatem insillat. Vix in gynæceis suis quidquam hodie utilis facere possint principes nobilesque femine, vix in urbibus et vicis aliæ quæcumque graves lectæque matronæ, ut à contrario colligere est, dum perendi, suendi, elegantiusque quidpiam elaborandi, et acu pingendi, aut verò etiam legendi et scribendi speciem, quamplurimas uti etiam lib. 3 de Vitâ Ignatii c. 24, notat Hîbadeneira, hæresi depravatas vidimus, ita ut mulieribus doctrinæ, artificiis, virtutibusque præstantes femine meritissimè possint suo in sexu, Cicer. 2 de Divinatione, illud usurpare : « Quod munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quàm si docemus atque erodimus juventutem ? »

Septimò discunt à Judith puellis puellæ, hujusmodi matronarum usu, magisterio et disciplinâ gaudere, cum quibus contra omnium lascivorum oculos et lenocinia clausæ custodiri, à quibus, quæ vera feminarum adjumenta et ornamenta sunt, doceri, ab omni puellari levitate, impudicitia et procacitate arceri et revocari possunt. Omnibus verò virginibus suadet D. Ambrosius lib. 2 de Virginibus, magistratam sibi morum proponant beatissimam Virginem. « Sit, ait, vobis tanquàm in imagine « descripta virginitas ritæque Mariæ, de quâ « velut in speculo refulget species castitatis, « et forma virtutis. Hinc sumatis licet exemplum vivendi, ubi tanquàm in exemplari magisteria expressa prohibitis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor est nobilitas « magistri. Quid nobilior Dei matre ? Quid « splendidius et quam splendor elegit ? Quid « castius et quæ corpus sine corporis contagione generavit ? » D. Hier. ad Lætam : « Virginem nusquam aliibi reperiant (parentes) nisi in adyto Scripturarum, prophetarum et Apostolorum de spiritualibus nuptiis selectam. Imitetur Mariam, quam Gabriel in cubiculo solam reperit. » Plura inibi postea. Et cap. 19 de Bono viduitatis, D. Augustinus puellas monet ut sanctas animas consulant, quomodo contra bella tentatoris pugnandum sit.

Postremò discere hinc etiam habent, quæ conjugio astricte vivunt, hæc tanta tot et tam illustrium virtutum, quas partim jam attingi, partim deinceps attingam, rudimenta, non nunc, dum vidua existit, omnium primò didicisse Judith, sed et olim puella cum esset, à bonis hausisse parentibus, et in conjugio, dum in vivis fuit maritus exercuisse, omniumque magna et solida fundamenta jecisse.

QUESTIUNCULA V.

Quæ Judith, quod corporis cultum, religio ?

Quis in conjugio, cum viveret maritus, Judith, cultus fuerit, indicat caput 10, vers. 3, et maximè textus Græcus. Duplex verò quo assidue vidua utebatur, cultus hoc in libro describitur : unus, qui cum sui ordinis viduis ei communis erat, et vocatur infra, cap. 10, vers. 2, τὰ ἴδια ἱερῶς, vestimenta sacerdotalia, cujusmodi et in Thamar traduntur Genes. 38, vers. 14 et 19. Erant id genus vestes plenæ pudoris, modestiæ, gravitatis, ut indicat et D. Hieronymus, et ratio. Ille ad Salvianum viduam : « Tu, ait, in mariti tumultu sepe pelasti omnes pariter voluptates, litam purpurissimo et cerussâ faciem, super feretrum ejus lacrymis diluisti, pullam tunicam, nigrosque calceolos candidæ vestis, et aurati socci depositione sumpisti. » Ratio verò est, quod faciei nitor, vestiumque ornatus idè vel suscipitur, vel toleratur, ut conjugii conjux placeat. Qui, ait Apostolus 1 Corinth. 7, v. 35, cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divinus est ; et vers. 34 : Quæ septa est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Vidua verò virum non habet. Quorsum ergo sese operosius elegantiusque fingat, colat et comat ? Vidua, inquit ad Foriam S. Hieronymus, quæ marito placere desinit, et juxta Apostolum verè vidua est, nihil habet necessarium, nisi perseverantiam. » Ubi, ait libro de Cultu feminarum, cap. 8 et 9, Tertullianus, « Deus, ubi pudicitia, ibi gravitas adjutrix et socia ejus. » Quo ergo pacto pudicitiam, sine instrumento ejus, id est, sine gravitate tractabimus ? Quomodo autem gravitatem administrandæ pudicitie adhibebimus, nisi et in facie, et in cultu, et in totius hominis contemplatione, severitas circumferatur ? Quamobrem erga vestitum quoque et reliqua compositionis vestre impedita, proinde vobis curanda est amputatio, et decussio redundantioris nitoris. » Nam quid prodest, faciem quidem frangi, et

expeditum, et simplicitate condignam divinæ discipline exhibere, cætera verò corporis «laciniosis pompis et deliciarum inopis occupare?» Eodem libro extremo, christianas feminas insigniter admonet, atque : «Proditte vos jam medicamentis et ornamentis exstructæ Apostolorum, sumentes de simplicitate canderem, de pudicitia ruberem, depictæ oculos verecundia et spiritus taciturnitate, inserebant in aures sermonem Dei, annoctentes cervicibus jugum Christi. Caput maritis subijcite, et satis ornate eritis. Manus laeis occupate, pedes domi figite, et plus quam in auro placebunt. Vestite eos serico prohibitis, byssino sanctis, purpurâ pediculis. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.» Divus verò Augustinus libro de Bono viduitatis, cap. 19 : «Aurem, inquit, inclinamus Apostolo : Quæ inempta est, inquit, sollicita est ea quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore et spiritu; quæ autem nupta est, sollicita est ea quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Non ait : Sollicita est ea quæ sunt mundi, ut sancta non sit; sed certè minor est ea conjugalis sanctitas, ex ea parte curarum, quæ mundana cogitatur voluptas. Quicquid itaque intentionis animi etiam his rebus impenderetur, quibus placendum esset viro, colligere quodammodo, et redigere debet inempta christiana in eam intentionem, quæ placendum est Domino, et videat cui placeat, quæ Domino placet; et utique tantò est beatior, quantò plus placet ei; quantò autem magis cogitat ea quæ sunt mundi, tantò minùs placet; placeat itaque totâ intentione specioso formâ præ filiis hominum : ejus enim gratiâ illi placeatis, quæ diffusa est in labiis ejus. Placeat illi eâ quæque parte cogitationis, quæ occuparetur mundo, ut placeret viro. Placeat illi, qui displicuit mundo, ut placentes ei liberarentur ex mundo. Hunc enim speciosum formâ præ filiis hominum, viderunt homines in cruce passionis, et non habuit speciem neque decorem, sed facies ejus abjecta, et deformis positio ejus. Ex hac tamen deformitate redemptoris nostri, manavit pretium decoris vestri, sed decoris interioris. Omnis enim pulchritudo filie regis intrinsecus. Hæc illi pulchritudine placeat; hanc pulchritudinem studiosâ curâ et sollicitâ cogitatione componite. Non amat ille fallaciarum fucos, veris veritas delectatur. Ego autem, inquit, aia, veritas et vita. Currite ad illum, per illum,

placeat illi ex illo, virise cum illo, in illo, de illo. Affectibus veris, et sanctissimâ castitate, à viro tali amate amari.» D. Fulgentius epist. 2, cap. 11 : «Cur, ait, videat christiana gerat animum viscato cujusquam mundanæ cogitationis innexam, quæ mortuo viro mundum debet restimare commortuum? Causâ igitur mundanæ cogitationis desistente, debet ipsa quæque cogitatio mundana cessare. Et sicut antea corporaliter ornabaris viro, qui delectaretur specie corporis, ita nunc spiritaliter ornanda es Christo, qui solam in te quærit pulchritudinem mentis.» Et cap. 12 : «Habitus tuus talis sit, qui non ad lasciviam excitet, sed ad continentiam provocet; qui non illicit ad libidinem, sed compellat ad timorem; qui non accendat carnis concupiscentiam, sed extinguat; qui non illicit ad concubitum, sed excitet ad profectum; ex quo cordis compunctio, non carnis libido nascatur, unde Filio Dei placeas, unde te verè castam obtutui sponsi celestis essendas.» Denique S. Hieronymus ad Furiam : «Amorem mortuum atque gemmarum sericarumque vestium transfer ad amorem Scripturarum.»

Cæteris porro viduæ nostræ alter ipsi jam magis proprius erat, magisque ad religionem et continentiam spectabat. Habebat asper lumbos mas ciliatam, ut scilicet quò sese coram Deo magis demittit et affligit, eò ipsi magis placeat, majoremque ab eo et nunc gratiam et omnem gloriam consequatur. Deinde ut ista vestis asperitate carnis molliem perungat, lasciviam refrenet, ignes opprimat. Ideoque non ciliatam et saccum quoque modo habebat, sed super lumbos suos, ut carni proximè adhæreret, eam foderet, doloreque afficeret. At, dicit aliquis, super umbilicum habere illud potius debuisset, quia, inquit S. Gregorius, hominibus 13, viris luxuria in lumbis sit, feminis in umbilico, testatur Dominus, et qui de diabolo ad beatum Job loquitur, dicens : *Virus ejus in lumbis ejus, et fortitudo illius in umbilico vestris.* A principali igitur sexu, lumborum nomine, luxuria designatur, cum Dominus dicit : *Sint lumbi vestri præcincti.* Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Veramenimverò etiam feminis in feminibus et lumbis libido est, et viris in umbilico, quia honestis nominibus, significatur, quæ inferiores corporis partes occupat libido, et quia ab hac lumbos coarctet, ei ab umbilico

periculi nihil est. Vidua igitur nostra, duro asperoque cilicio lumbos lacinat, et sanè ita ut umbilico non pareat. Totam enim castissimam ejus carnem circumplectebatur ciliciam. Unde et in Græco: *ἐκίθηται ἐν τῷ δορὶ αὐτῆς; αἰκία*, quod alicui fortè vertendum videretur per singularem: *Ἰποκαίτω ὑπὲρ ὁσίων αὐτῆς σακκῶν*, quia è ciliciâ materiâ sacci flectant Apocalyps. 6, vers. 12, idè, quod Hebraicè et Græcè saccus dicitur, expè à nostro ciliciam vertitur. At sciendum in Latinâ linguâ, quod propriè *τὸ δορὶ* vim exprimat, vocabulum nullum esse; sed modò *ἄσφοδ*, modò *ἰλῆ*, pro ei voce poni, cum tamen eam totam dorsi partem, quâ cingimur, significet, estque totius spinæ partium crassissimis maximisque verticibus compacta, quæ quinque numero sunt, eoque inter dorsum et os sacrum mediz, aut *εὐρύ*, Hesychio auctore, partem corporis illam indicet, quæ propè litora inanis est. Idè et lumbos, et umbilicum, et illa corpusque totum cilicio sanctissima vidua hæc, ut sub Dei rectæque rationis ditionem, suam ipsa carnem totam subjungeret, divexabat. Quemadmodum enim vestium mollitudo, luxuriæ læna quædam est, ipsumque et corpus et animum, ut ejuſdem verbum habet, *μαφεκίσσας*, ita è contrario, earumdem duritas castimoniz custos est, ipsique et corpori et animo robur celeste conciliat. Quid *εἰσάτω*, aiebat Dominus, Math. 11, v. 18, *videre*? *ἡσυχίαν* mollibus vestitum? *Ecce qui mollibus vestiantur, in domibus regnant; regum, inquam, terrenorum et principum hujus mundi. At, quibus mediâ est habitare in domo Domini, quàm in tabernaculis peccatorum, quique, cum sanctâ Judith, in secreto domûs suæ cubiculo, in piæ modestæque vitæ tabernaculo clausi commorantur, quid iis cum mollibus?* « *Vestium pompæ, ait Tertullianus libro indicato, cap. 9, de proximo eurent luxuriæ negotium, et obstreperunt pudicitiz disciplinis.* » Hinc magnus illè Dei cultor et virginis exemplar Elias, *sic erat pilatus, et sordè pellicèâ accinctus renibus*, 4 Reg. 1, v. 8. Novi Testamenti Elias, S. Joannes Baptista, *habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos*, Math. 3, v. 4. Sancii, quibus dignus non erat mundus, *craſſaverant in melissis, in pellicibus caprinis*. Hebr. 11, vers. 37: « *hic, ait in Zachariæ 13 D. Hieronymus, erat habitus prophetarum, ut quando populum ad poenitentiam provocabant (quo munere quàm infrequens iis vo-*

catio) induerentur cilicio. » Et de veteribus anachoretis et cenobitis ut nihil jam dicatur, quot episcopi sanctissimi eadem amicti veste fuerunt! Quot viri nobiles, principes et reges, quos inter tanquam filium est S. Ludovicus Francorum rex! Quot conjuges, viduæ, virgines! Lege, si quidem scire avas, sanctorum historias, Cæciliz, Melanz, Euprosinz, Pelagiz, Hedwigiz, regumque filiarum Edithæ, Margarete, et Elizabethæ. Quocirca S. Fulgentius epistolâ 2, cap. 12: « *Ille, inquit, sponsus, carnem tuam maceratam vult videre, non nudam. Animæ connubio utitur, nec carnis, sed animæ pulchritudine delectatur.* Quocirca castigatione corporis acquirere pulchritudinem cordis. Vilibus caro tegatur operimentis, et pretiosis anima vestibus induatur. Ne quæras ut placeas oculis hominum, sed ut Christi non offendas aspectum. Ille in te quod diligit videat, quod dedit inveniat, quo delectatur agnoscat. » *Conceptit enim Rex speciem tuam, sed omnia gloria filiz regis intrinseca.* » Cum à Lucinio Betico, loquente quidem homine, sed admodum pio, munera quædam accepisset S. Hieronymus, quamam ipso remisit: « *Ego, ait, insignia paupertatis, et quotidianæ symbola poenitentiz, tibi et sorori tuæ nisi quatuor ciliciola, apta proposito, et usibus vestris.* »

QUESTIUNCULA VI.

Quamam, quoad cibum, ejusdem religio?

Jejunabat, ait textus, vers. 6, *omnibus diebus vite sue*. Non corpori dura tantum et molesta extrinsecus admonet Judith, sed ei etiam intrinsecus aufert, primò quidem *quæ jucunda, dulcia et delicata*; deinde verò et usitata, quotidiana, penèque necessaria, idque non alicujus jussu, neque consuetudine vel paupertate, aliquò, sed spontè, ab eadem, qui superiore questione, in vestibus notati fines. In Epistola supra citata c. 15, S. Fulgentius: « *Ne quis, ait, illam sanctam vitam non devotione cordis, sed necessitate paupertatis jejunasse putet, audi quid de eâ in subsequentibus dicitur. Ecce vidua præclara notabilibus facultatibus dives, ætate juvenis, specie mirabilis, divitias contempsit, delicias respuit. carnis incentiva calcavit.* » Non quæ quotidianis assidè jejuniis vocabat, quomodò viles ciborum delicias, vini vel abundantiam vel nobilitatem adhibeat? Imò verò totos jejunia dies exigebat, prandibus et prandia nulla sumebat, famelico la-

tranquillo stomacho, non nisi occidente sole, ne ipsum inedia corpus plane occideret, necessariam cibum prebebat, cumque modicum, vilem, prorsusque necessarium. Austera enim Judaeorum jejunia fuisse refert Judaeus Philo in Vita Moysis, quae ante vespere non solverentur, ut supra, cap. 6, vers. 19, inquit, imò ne ante stellae quidem ortum, ut aperire ait S. Hieronymus lib. 2 contra Jovinianum. Vidua, inquit Apostolus 1 Timoth. 5, vers. 6, quae in deliciis est, vivens mortua est. Pythagoreorum mos traditur, si à philosophicæ sectae illius vitâ descivisset quispiam, solitos ceteros huius, etsi vivo adhuc, funus ducere, cenotaphium excitare, tanquam mortuum lugere. Hoc idem in viduis, quae luxu delictisque lasciviant, faciendum sentit Apostolus, eas jam conculcat, et in sepulcro veluti conditas, infraque mortuos omnes, amandatas deplorat. Unde contra intelligitur, eas verò vitâ perfrui viduas, quae omnem à se luxum deliciasque removere: « Non velis, ait idem S. Fulgentius epist. 2, cap. 15, talibus nunc mensam tuam replere deliciis, qualibus eam replebas, quando carnali concubio serviebas. Audi magistrum gentium, quid de vidua dicat: Quae in deliciis est, vivens mortua est. Comedant (ait ad Salvem nam S. Hieronymus) carnes quae carni serviunt, quarum ferror despumat in coitum, quae maritis alligatae, generationi ac liberis dant operam. Quarum uteri portant fetus, earum et intestina carnibus impleantur. Tu verò quae in tumulo mariti sepelisti omnes et pariter voluptates, quae litam purpuris et cerussa faciem, super feretrum ejus lacrymis diluisti, quae pallam tunicam, nigrosque calceolos, candidae vestis et aurati socci depositione sumpsisti, nihil habes necesse aliud, nisi perseverare in jejuniis. Pallor et sordes gemmae tuae sint, plumarum mollietates juvenilia membra non foveat. Balnearum calor novum adolescentulae sanguinem non incendat. Audi quid ex personâ viduae continentis, ethicus poeta decantet:

Ille meus primus qui me sibi juxavit, amorem

Abstulit; ille habeat secum, servetque sepulchro.

« Si tanti vilissimum virum, quanti pretiosissimum margaritum? Si communi lege naturae damnat omnes gentilis vidua voluptates, quid expectandum est à vidua christianâ, quae pudicitiam suam non solum ei debet qui defunctus est, sed et ei cum

quo regnatura est? » Et ad Furiam: « Vidua quae in deliciis est (non est meum, sed Apostoli), vivens mortua est. Quid sibi vult hoc quod ait: Vivens mortua est? Vivere quidem videtur ignorantibus, et non esse peccato mortua, sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est. Anima quae peccaverit, ipsa morietur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium; quosdam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt, et quae aliter se habent, abscondi non possunt. Quod dicit istiusmodi est: quidam tam liberè et palam peccant, ut postquam eos videris, statim intelligas peccatores. Alios autem, qui callide occultant vitia sua, ex sequenti conversatione cognoscimus. Similiter et bona apud aliquos in propatulo sunt, in aliis longo usu discimus. Quid ergo necesse est nos jactare pudicitiam, quae sine comitibus et appendiciis suis continentia et periculis, fidem sui facere non potest? Apostolus macebat corpus suum, et animae subiecit imperio, ne quod aliis praecepit, ipse non servet; et adolescentula fervente eibis corpore, de castitate securus est? Neque verò hoc dicens condemno cibos, quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum actione, sed juvenibus et puellis incentiva aufero voluptatum. Non Aetnei ignes, non Vulcani tellus, non Vesuvius et Olympus tantis ardoribus aestuant, ut juveniles medullae vino plenas et dapibus inflammatae; » quae postrema nimium quàm vera verba aliam ob causam, in Tobia etiam citata, cap. 8.

QUESTIUNCULA VII.

Quibus temporibus cilicium gestabat et jejunabat Judith, vel non? et primo de Sabbatis.

Græcus, isto capite, textus, tantum significat assidue cilicium gestasse, prout assidue suo in tabernaculo manebat, viduitatisque suae vestes indubat. Id autem quotidianum erat. Latinus verò, eodem quidem sensu, sed paulò planius, indicat liodem omnino temporibus, quibus jejunare solebat, cilicium quoque interuallâ indui solitam. Ait enim: *Habeo super humeros meos cilicium, jejunabat.* Si ergo jejunii tempus habeamus, habebimus et cilicium. Explicat verò illud contextus dupliciter. Nam primo universò, *jejunabat* ait, *omnibus diebus vite meae.* Deinde, speciatim, per quamdam veluti exceptionem, aut explicationem potius, adjungit, *præter sabbata, et neomenias, et festa domus*

Israel. Prius illud intelligendum de diebus omnibus vite non totius, sed ejus quam in viduitate agebat. De hâc enim jam agitur et expressè à Græco notatur: *Jejunabat omnibus diebus viduitatis sue.* Hoc verò viduitatis tempus, vel statum potius et ordinem, vocat libro de Virginibus velandis, cap. 9, Tertullianus *viduitatem*. « Planè, ait, scio alicubi virgi-
nem in viduitate ab annis nondum viginti collocatam. » Explicatio verò temporis, quo jejunium intermittebat, in Latino tripliciter dicitur proponi, quorum primus ad hebdomadas singulas pertinet, alter ad menses singulos, tertius ad certa quedam anni totius tempora. Primus est sabbata. Omnes interdum hebdomadae dies, sabbata vocantur, totaque hebdomada sabbatum, ut Luca 18, v. 12, aliquando pro eodie est, qui propriè sabbatum vocatur, de quo sic ad Hebraeos, quæst. 4, D. Hieronymus: « Omnis hebdomada in sabbatum, et in primam et secundam, et tertiam, et quartam, et quintam et sextam sabbati dividitur, et quam ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant. » Quia verò hic Judæis dies gaudii erat, ob mundi creationem perfectam, ut indicat in Isaia 15 D. Hieronymus, et epist. 86 D. Augustinus, idè nullum tunc jejunium suscipiebatur; imò tradit Rabbi Moyses Ægyptius lib. 3 de Temp. cap. de Sabbato, et cap. de Jejunio, ventum illis fuisse sabbato jejunare, neque quantivis gravi calamitate jejunium indicere, nisi fortè ab hostibus urbs obsideretur, et qui faxisset secus, cum ea plecti solum penâ refert, ut esuriales postero iterùm die ferias servare cogeretur, et si Paris jejunium, de quo in Esther dicitur, in sabbatum fortè incidisset, id anticipandum et in feriam quintam adducendum. At verò sabbatis etiam jejunasse Judæos probari videtur ex eo quòd lib. 4, epiz. ad Bassem, Martialis *jejunis sabbatariorum* appellat. Quia tamen verò dici potest, sabbatarios, non eos qui sabbato jejunant, sed Judæos omnes, qui sabbata omnia feriabantur, vocari, probatur exinde potius, primò quidem, quòd pallorem ex inedia quasi ortum sabbatis tribuat Persius satyr. 5: *Recantatque sabbata pallor.* Deinde, quòd Strabo, lib. 16, notat, sabbato diem jejunii utique Judæici diem observassent Pompeius, Hierosolymam enim cepisse. Tertio, quòd Justinus, lib. 36, ait, Judæorum sabbata jejunio esse à Moyse in omne ævum dicta. Quarto, quòd sabbati jejunium penè proverbio apud gentiles peritatum fuerit. Est

enim apud Suetonium in Octavio, cap. 76, Augusti ad Tiberium Epistolâ, in quâ cum scripisset: « Dùm lecticâ ex regâ domo redeo, panis unctam cum pontis acinis uvæ duræque comedi, » subiungit: « Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam libenter sabbati jejunium servat, quàm ego hodiè servavi, qui in balneo demùm post horam primam noctis duas buccas manducavi, priusquàm ungi inciperem. » Postremò, quòd Josephus Straboni, quem etiam laudat, omnino astipulatur cap. 8, lib. 14, mense tertio, vix moritur *ἡμερα, die jejuni*, Hierosolymam à Pompeio esse occupatam, et sabbati nomen propriè accepit. Dicit enim ibidem, ab omni opere Judæos vacare, *καὶ ἰσχυρὰ τὰς ἡμέρας, ὡς δὲ οὐδένα ἀνέλεον, ἡμῶν δὲ αὐτῶν, ὅταν ἡμερὰ τοιαύτη ἡμερὰ, πατρὶς μορτακτηρίτης ἡμῶν ἐστὶν ἑπταμῆς dies feriari.* Quomodo igitur sabbatis non jejunat Judith? Quomodo id usque adeò ventum sit Rabbium ille Moyses? Crediderim ego, primò, etiamsi die sabbati jejunare prohibitum non fuisset, rectè tamen potuisse Judith capta interrumpere jejunia, quia magnum erat sex totos jejunium dies continuasse, et quod videtur majus et melius, potest majore cum fructu et pietate interdum emitti, verbi causâ, ut si quis deinceps ad cursum reliquum vegetior; ut solis viribus agat convenienter; ut aliis, quos optima quemque docere vult, se aliquantulum, absque delicto ullo, accomodet, ne severitate nimî, quæ nullâ unquam remissione conditur, absterreantur. « Pluvius, inquit ad Furium D. Hieronymus, illa optima est, quæ sensim descendit in terram. » Et Apostolus omnibus omnia factum se dicebat. Variis variis sanctis rationes agendi sunt, et bonæ omnes, unum in scopum tendentes, gradu flect, modoque aliquantulum dispari. Deinde potuit, cùm urbs obsideretur, jejunium sabbato indici, ut ait Judæus ille magister Ægyptius. Quid ergo absurdum, si et sabbato et jejunii die capta esset Hierosolyma? Tertio, cùm jejunio esse Judæi cruciabant, omne ferè illud tempus, precando in templo vel synagoga morando, ferèque ab operibus aliis cessando transigebant, idque jejunii quedam apud eos sanctificatio erat, prout et sabbati. Quarto, gentiles scriptores partim per minorem Judæicarum rerum scientiam, partim verò per malitiam et irrisiorem, omnia ipsorum otia et conventus, sabbata vocabant, ipsosque sabbatarios. Quoniam Au-

gustum ipsum propter quid sabbatum esset ignorasse quis credat, qui privilegium Judæis fecerat, ne sabbatis ad vadimonia cogerentur prout in ipsius edicto legere est apud Josephum lib. 16, cap. 10, qui eorum synagogam ibidem *εσθιαστήριον* appellat, quod ut supra dictum est, et expressè monet loco, jamjam citando, Philo, sabbatis maxime Judæi coevenirent, qui etiam noluit eosdem Judæos publicorum distributionum, quæ in sabbatum fortè incidissent, fructu carere, sed postmodò ipsa à diribitoribus dari præcepit, ut apud Philonem est libro de Legatione ad Calum. Quinò, ad sabbaticorum jejuniorum suspicionem gentilibus excitandam, magna dabatur ab Dositheanè hæresi occasio. Qui enim Judæi hanc sequebantur, adeò superstitionè sabbatum colebant, ut eodem loco et situ, impræparati et incœnati, totum eum diem permanerent, legisque libros legerent, quemadmodum narrant S. Epiphanius lib. 1, cap. 13, Origenes lib. 4 de principiis, Synesius ad Evagrium de sua navigatione. Postremò, verisimilius, communiter nullum eo die jejunium indictum fuisse, partim propter ante dicta, partim quia nulla lex aut consuetudo quæ jejunium tunc imponat, invenitur, et quia scribit Josephus in vitâ suâ, cum essent in synagoga sabbato Judæi, et populum Jonathan alique libenter diutius retinissent, ausos tamen non fuisse, quia diei hora sexta jam aderat, καὶ ἔτι, αἶψ, τοῦ ὀρθίου ἀπερὸντο καὶ ὡρῶν ἔτιν ἥν, quòd hæc nobis legitimè est sabbatis prædere, idcirco non jejunare, cum, ut supra dixi, ad vespèram et stellarum aspectum, Judæica proferri jejunia solerent. Deinde ipsè sabbatum satis innunt, qui sabbatis tradidit, otio epulisque Judæos vacare solitos, D. Hieronymus in Isaiæ 15, Socrates ecclesiasticæ Hist. lib. 7, c. 13, Ihesus se sancta Judith non huic intemperanti lascivæque abusioni, sed bono alloquin et honesto Ecclesiæ illius temporis mori accommodavis, quemadmodum docet S. Ambrosius libro de Viduis, quem infra licebit commodius audire.

QUESTIUNCULA VIII.

De temporibus aliis, quae in Latino et Graeco textis.

Festum erat mensium omnium principium, quod rosch chadaschön dicitur Num. 28, vers. 11, interdum simpliciter chadesch, ut Osee 2, vers. 11, à 70 Interpretibus *supra*, à nostro *kalende*. Quia enim à lunæ novæ principio inchoabatur Judaeorum menses, sicuti et

olim apud Græcos ἀπὸ τῆς πόλεως ἡ πόλις, à laud mensis, apud veteres etiam Germanos à *Monat* est *der Monat*; ideo neomenia, sive novilunium vocatur primus mensis cujusque dies. Præter sabbata porro et neomenias istas, erant alia *festa domus Israel* , quæ scilicet celebrare solebant Israelitæ. Ea, istis Judith temporibus, erant in lege præcepta: *Pascha* , Exodi 12, Levit. 23, Deuter. 16; *Azyma* , Levit. 23; *septima Azymorum* , ibid.; *Pentecoste* , Rôdum, quæ et *Hetsereh* , vel, ut effert lib. 3 Antiquit. cap. 10, Josephus, *Aspera* vocatur; *Tabularum clangor* , ibid.; *Expiatorie dies* , sive *Kippurim* , ibid.; *Scenopægia* , et *ejus octava* , quæ etiam *Hetsereh* , vel *festus dies cœtus* aliqui collector. His ergo neomeniis et festis, jejunium Judith solvebat, communicque aliorum more prandebat. Semper enim more fuit illud receptum, quod postea expressit Nehemias cap. 8, vers. 9: *Dies sanctificatus est Domino Deo nostro. Nolite lugere, et nolite flere. Sed præter enumerata ista in Latino textu terna tempora, quibus modica jejunii à Judith relaxatio fiebat; adjunguntur à textu Græco terna insuper alia, τὰ ὑποθήματα, αἱ ὑποσημνίας, καὶ χαρποποιεῖν αὐτοὺς ἡμέρῃς, *pridiani sabbatarum dies, pridiani sabbatarum, et gaudia seu hilaritates domus Israel* .*

QUESTIUNCULA IX.

*Quid proambula sint, et quoniam apud Iudaeos cas-
ualia et festa fuerint?*

Pro Sabbathum est, quod nobis feria sexta, Gentilibus dies Veneris, Judæis sextus sabbati, vel parasceve. Nam et hæc voce Græci eos usos, testis D. Augustinus in Joannem tract. 111. Et de hoc die quatuor hic perstringenda: Primum, fueritne apud Judæos jejunium consecratum? Opinantur aliqui, unâ hæc D. Augustini notatiunculâ tract. 76 in Joannem commoti. «Parasceven, cœnam param Judæi, Latine «usitatus apud nos vocant.» Cœna verò parâ videtur, severum illud jejunandi genus, quo ex aridis tantum cibis gustare licuit, et à Tertulliano adversus Psychicos, cap. 4 et 9, *kerogaphia* nuncupatur. Sed si commune publicumque feriâ sextâ Judæis jejunium fuisset, quomodo illi Judith violâisset? Quæ virtus, quæ hæc fuisset, in vetitum nili, negata cupere, concessis edendi temporibus non edere, non concessis edere? Neque illa divi Augustini notatiuncula quidquam evincit: cum enim variè apud veteres pararam cœnam nomen accipi possit, ut ex Festo. verbo *Penes*

Apuleio sub finem Aselep., Tertulliano adversus Marc. lib. 5, cap. 4, Irenæo lib. 5, cap. 25, intelligitur, ea tamen Judæis parasceve sola, cæteris pars erat, quæ æternis seu puris et fermentatis panibus de quibus 1 Corinth. 5, utebantur, quemadmodum tomo 1 Angallum disseruit accuratè Baronius.

Alterum est, fueritne prosabbatum festus dies? Posset enim hoc alieni videri, quia causa nulla, cur aliquando eo die prandium commaque Judith sumere voluerit, comparet. Hodie sanè Turcis, qui hæreticorum et apostatarum more, alios quàm Ecclesia catholica præscribat, sibiipsis ritus fixerunt, est is dies, quemadmodum nobis Dominicus, et ab his, ut scribit Pandectæ cap. 11 Leunclavius, « dicitur; *dauma*, duabus syllabis, vel *dauma iani*, quod significat diem Ecclesiæ sive templi. Nam Veneris diem feriuntur, » monentque à quibusdam scribi *sama et sana*, et addi possit *sonnaia*, si, prout meæ, à Terentio loquentibus, aures capere potuerunt, scribendum esset. Non fuisse Judæis festum, claret, quia neque sacrificiorum ulla solemnitas, neque ulla operum abstinencia eo die indicta usquam legitur, quin eo ipso die Dominum illi crucifixerunt, celeriter discipuli sepelierunt, aromata sanctæ mulieres emerunt. Quid, *napasceve* numquid erat? Id est, præparatio ut sese ad sequentem sabbati festivitatem compararent, cibosque et alia omnia, quæ agere postea non licebat, præpararent? Est et hodie apud Judæos Canon qui totos tres ejus diei quadrantes operosos, reliquum verò cessantem et otiosum esse vult, ita ut sit is dies intercisus, quidam scilicet ex parte non festus, quidam ex particulâ festus. Ita verò sciscit ille: « Qui in sabbato-rum, dierumque bonorum seu festorum vespertis, ab ipsâ *minchá*, seu sacrificio vespertino et ultra, opus facit, is bonum benedictionis signum in æternum non videbit. »

QUESTIUNCULA X.

Sitne prosabbati tantum particula parasceve? et cur eo non jejunabat Judith?

Tertium ex his quæ proposita sunt, est, fueritne totus prosabbati dies, parasceve, an certa ejus tantum pars? Arbitratur Josephus Scaliger lib. 6 de Emendatione temporum improprie et *napasceve*, totum diem ita vocari, proprie verò eam tantum partem, quæ ab horâ die nonâ est, usque ad desinentem duodecimam. Nihil tamen, quod huic ar-

bitrio suffragetur, video. Unus tantum in Augusti edicto antea citato, apud Josephum lib. 16, cap. 10, locus ait, Judæos non esse ad vadimonia compellendos, *et osseam, et tñ nph* volentes *napasceve*, *et tñ nph* sabbatis, vel pridie parasceve ab horâ nonâ. Verum si proprie parasceve ab horâ nonâ incipisset, neque totum diem ea proprie vox significaret, opus non fuisset addere ab horâ nonâ, quemadmodum si dixisset *pomeridiano tempore*, opus nihil fuisset subdere ab horâ diei sextâ, vel si à viginti noctis quartâ, quippiam omittendum præscripisset, quorsum adderes ab horâ noctis nonâ? Sed quia totus ille dies parasceve propria erat, neque tamen totum is à vadimonis immunem facere volebat, sed eam tantum diei partem, quæ ipsis erat religiosior, idè distinctè adjecit ab horâ nonâ. Et quomodo duarum, triumve horarum spatio, potuissent, omnia seculorum sabbatorum apparari et coqui edulia, præsertim cum, ut ante dictum est, sabbatis hilaria epulari consueverint, et canon antea citatus ab vespertina oblationis tempore, quod ex Josepho lib. 14, cap. 8, horam novam fuisse constat, operis quidpiam operari vetaret. Meridianam verò nobis lucem affert S. Joannes, dum cap. 19, vers. 14, inquit: *Erat autem parasceve Pasche hora quasi sexta, et dicit Judæis: Ecce Rex vester.* Nonne novam anteievit sexta? et tamen parasceven jam tum fuisse ait S. Joannes. Quæ verò vel minimè rationculâ improprie is loqui ostendatur? Idèque nimium pro imperio Beza in eum S. Joannis locum: *Incipiebat*, ait, *napasceve*, ab horâ nonâ, et duodecimâ desinebat cum occidente sole. Sed nihilominus totus ille dies usque parasceve dicebatur. Quasi cum Pilato in lithostroto illo Judex sederet, ita nullam judicii sui rationem offert, et cum vulgo Joannem loqui pronuntiat. Sed et alii Evangelistæ prosabbaticum diem totum *napasceve* appellant S. Matth. 27, vers. 62, dum diem crastinum ipsi parasceves diei opponit, S. Lucas 23, vers. 54, dum non simpliciter ait, erat parasceve, et sabbatum illucebat: sed, *et tñ nph* *napasceve*, dies erat parasceve. S. Marcus 14, vers. 42: Cùm jam sero erat factum (quia erat parasceve, quod est antesabbatum) venit Joseph ab Arimathe. In Græco apertius et quidem vocabulo, de quo hic posito, *et napasceve* è *et tñ nph* *napasceve*, *Erat parasceve*, quod est prosabbatum. At prosabbatum non est proprie sola ferie sextæ vespere. Ergo nec parasceve.

tie quam ei repugnat? *Ultima*, inquit, mensis secundi, Amaleki capite detet. Exodi cap. 19. Nusquam hoc in cap. 19 asseritur. Sed neque secundum ipsummet Scaligerum asseri potest. Nam quo die pugnam hanc pugnauerunt Israelitae, pugnam fuit ad occasum solis, eodem c. 17, v. 12. Mensis verò tertii, primo die venerunt illi in solitudinem Sinai, c. 19, v. 1. Nox ergo, inter victoriam et iter, una tantum intercessisset. Quando igitur cippus erectus? Quando epulela, de quibus Josephus, celebrata? Quando venit Jethro, et suavit, quae cap. 18, instituta? Ego haec quidem in Exodo tractavi. Sed ne plausibile litterati hominis inventum tenerè improbare videar, modicè jam delibanda fuerunt. Horatius porrò sabbata tricesima vocavit, quae tricesimo quoque die peraguntur, etiamsi non tricesimi, sed primi mensium dies sint. Unde in Treteriani Horatii margine ascriptum est, neomenias ab eo significari. Ex D. Paulo non magis elicitur, festum, de quo loquitur, esse neomenias pridianum, quam neomeniam sabbatorum. Tria enim illa tempora conjungit, quae et noster hoc Judith cap. 8 conjungit, et ad ejus institutum faciebant. Proximenias igitur festas non fuisse concludo. Nunc esto alterum. Cur eas esse potius quam jejunio celebrare Judith voluit? Idem verò quod de prosabbatis respondendum.

QUESTIUNCULA XII.

Quae alicuius Israelitarum hilaritates? et cur tam ex quam prosabbata et proximenias à Latino textu omittantur?

Hilaritates et gaudia domus Israel fuerunt quidem omnia quae superius enumerata sunt festa, et sic duo in Graeco posita eorumdem nomina putare licet, ita ut posterius quamdam eorum festorum proprietatem explicaret, gaudium et laetitiam scilicet publicam, quemadmodum Osee 2, v. 11. Potest tamen dici fuisse, praeter illa, publicas interdum iucunditates, vel ob praeteritorum quorundam memoriam, vel praesentiam eorum, quae tum fortè incidissent, bona publica. Illorum exemplum esse possit dies, qui ab Hebraeis 25, die Tisri agitur, et vocatur simchat thora, *festitia legis*, cuius Nehemias 9, v. 4, non obscura, ut ibi dictum est; apparent vestigia, cum à 15 tisi usque ad 22 scenopaeiorum hilaritate Israelitis perfungi oportuerit iuxta cap. 8, vers. 10, et sequentibus, deinde ad jejunium congregati sint non statim secundo die, sed cap. 9,

v. 1, die mensis ejusdem 24. Cur ergo iuxta et jejunio non squaluit vicesimus tertius? Nonne quia *legis festitia* quae et habebat benedictio dicitur, et annuarum festivitatum omnium clausula?

Quaerendum postremò, tria ista posteriora tempora, cur omiserit Latinus interpres? Et dici potest, id eum fecisse, vel quia sabbata et neomenias suis cum praeparationibus intellexit, et cum hilaritatibus omnibus festa; vel quia, hoc uno festorum nomine, omnia illa complexus est.

QUESTIUNCULA XIII.

An sabbatis, prosabbatis, festisque diebus, Judith exemplo, nobis non jejunandum?

Sabbatum duplex est, Judaicum, de quo hactenus, et christianum, quod est dies dominica, huiusque mutationis optimae causae sunt, quas explicant D. Augustinus de Tempore serm. 251; Bellarminus libro de bonis Operibus cap. 25; reverendiss. Baronius Annalium tom. 1, anno Domini 58. Unde in suo etiam Calendario Aethiopes notant et sabbath Judi et sabbath Zacharias, sabbatum Judaeorum et Christi. Sciendum verò de sabbato magnam olim fuisse questionem; quam D. Ambrosio proposuit adhuc Catechumenus D. Augustinus, ut ipsemet epist. 87, sub finem refert; ipsi D. Augustino jam episcopo Casulanus presbyter, ut aperit eadem ad ipsum epistolà: D. Hieronymo Lacinus ille Belicus ante laudatus, prout ipsius D. Hieronymi ad istum epistolà indicat: *Essetne eo die Christianis jejunandum?* Orientales, Mediolanensis, et aliquot olim Occidentis Ecclesiae non jejunabant; à contrario, Romana, Hispanienses, Carthaginiensis, et Occidentales complures. Et sancti quidem Patres, concordiae quàm partium amantiores, suaserunt, ut ejus, in quâ esset quilibet, Ecclesiae morem sequeretur; vixit tamen sancti Romani pontificis Innocentii primi auctoritas in epistolà 1, ut penè totus jejunare cogerit eo die Occidens. Et videri potest hinc de re insignis admodum D. Augustini epistolà citata, Bellarmini lib. cit. caput 18; Baroni eodem tom. annus 57. Quomodo verò prosabbati, ut loquitur S. Epiphanius in Compendiaria doctrinâ, sive feriae sextae jejunium primis statim Ecclesiae seculis observatum sit, docet idem Bellarminus ibidem cap. 17. Denique quomodo propter haereticos Montanistas, Manichaeos et alios, propterque Dominicae resurrectionis gaudium, ne dominicae

diebus Christiani jejunent, eorum sit, docent
eadem locis D. Augustinus et Bellarminus
cap. 23. Hisce igitur omnibus hinc amandatis
questionibus, illud jam tantum breviter di-
cendum, an Judith exemplum suadeat, ut sab-
batis nostris, Dominicis, inquam, diebus, et fes-
tis jejunare non oporteat, et respondeo quatuor.

Primum : Suadet Judith exemplum, ne im-
moderata cujusquam jejunia sint. Ipa siqui-
dem Judith jejunia quot hebdomadibus, die
uno interrupit, quia ut dictum est, et sua-
rum ipsius virium rationem habuit, et earum
etiam, quas in omni sanctimoniam et religione
condonare faciebat. « Tantum tibi, ait ad Nepotia-
num D. Hieronymus, modum jejuniorum
imponere, quantum ferre potes. Sint tibi pura,
casta, simplicia, moderata et non supersti-
tiosa jejunia. » Et de ipso Nepotiano vita jam
functo, ad Heliodorum ait : « Jejunia in auribus
et modum, pro lassitudine et viribus corporis
attenuabat. » Ad Rusticum verò : « Jeju-
nia moderata sint, ne nimis debilitent sto-
machum, et majorem refectionem poscentia
erumpant in crudelitatem, quæ pareus libidi-
num est. Medicus ac temperatus cibus et
carni et animæ utilis est. » Ad Læsam :
« Displacent, ait, in teneris maximè atati-
bus, longa et immoderata jejunia, in qui-
bus junguntur hebdomades, oleum in cibo
ac potus vetantur. Experimento didici,
ascellum in viâ cum lassus fuerit, diver-
ticulum querere. Hoc in perpetuo jejunio ait
præceptum, ut longo itinere vires perpetuo
supperant, ne in primâ mansionem currentes,
in mediis corruamus. » Denique ad Deme-
tridem : « Neque immoderata tibi imperamus
jejunia et enormem ciborum abstinentiam,
in quibus statim corpora delicata franguntur,
et ante egrotare incipiunt quam sanctæ
conversationis jacere fundamenta. Sic debet
jejunare, ut non palpitet et respirare vix
possit, et comitum tuarum vel portieris vel
traharibus manibus; sed ut fracto corporis
appetitu, nec in lectione, nec in Psalmis,
nec in vigiliis solito quid minus facias. Je-
junium non perfecta virtus, sed cæterarum
virtutum fundamentum est. »

Alterum : Non suadet Judith exemplum, ut
feriis sextis et sabbatis non jejunemus. Mutata
jam veteris illius synagoge caeremonia est.
Feria sexta nobis crucifixi pro nobis Domini
tristitiam, sabbatum verò mortis et sepulture
luctum jam renovat. Illa, quæ usitata erant
tristitia jejunique apud Judæos tempora,

servabat. Ideoque idem nobis jam faciendum :
Gaudere, ait Apostolus Rom. 12, v. 13, cum
gaudentibus; flere cum flentibus. Cum Catholicis
die Dominico, Paschalis et Nativitatis gaudent
libenter hæretici; imò æquo bonoque plus,
Martiniana et Hilaria celebrant, sed cum his-
dem in quadragesimâ, feriâ sextâ et sabbato,
 flere volunt. Scribit D. Augustinus libro con-
tra Epistolam Fundamentam cap. 8, se à Mani-
cheis aliquando quæsiisse, et quæ causa esset
quod Pascha Domini plerumque nulla, inter-
dum à paucis, tepidissimâ celebritate fre-
quentaretur, nullis vigiliis, nullo prolixiore
jejunio, nullo denique festivo apparatu. Nos à nostris novatoribus idem si peruncun-
tur, non quidem quod Manichei respondeant,
sed quid? quod apud eundem S. Augustinum
hæret. 53, Arius Aërius dicens, orare vel
offerre pro mortuis oblationem non opor-
tere : nec statuta solemniter celebranda esse
jejunia, sed cum quisque voluerit (addoret
nostris, et quomodo voluerit) jejunandum, ne
videatur esse sub lege. Maluit scilicet,
cum Turcis, feriâ sextâ gaudere, quam cum
sanctis antiquisque Patribus et hodiernis Ca-
tholicis vel inediam, vel facili quodam à carni-
bus abstinentiâ, flere.

Terrium : Suadet Judith exemplum, ne Do-
minicis aliisque usitatis Ecclesiæ catholicæ
gaudiis jejunemus. Gavisus est illa cum ga-
dente illius temporis synagoga; et nos cum
Ecclesiâ gaudente gaudeamus. Est hoc et mo-
destiæ et religionis, prout etiam pulcherrimis
hisce de Judith verbis explicat S. Ambrosius
libro de Viduis : « A diebus, ait, viri sui, qui-
bus ille defunctus est, vestem jucundita-
tis deposuit, metroris assumpsit per omnes
dies intentus jejunio, sabbato tantum et Do-
minicâ, sacratarumque temporibus feria-
rum, non refectioni indulgens, sed Religiosus
deferens. Hoc est enim, sive manducatis sive
bibitis, in nomine Domini *Jesu Christi* agen-
da esse omnia (1 Corin. 10) ut ipse etiam
refectio corporalis, sacro Religiosæ cultui
deferatur. » Per similitudinem verò et ana-
logiam, sabbatum et Dominicam ipsi Judith tri-
buit sanctus Pater, quia Dominicam jejunari
non solet, necque in Ecclesiâ Mediolanensi
sabbato. Ego verò Ecclesiæ catholicæ gaudia
voco, Paschale tempus, sacerrimum Domini
ortum, et similia, non quæ et re et nomine
gentilia sunt, bacchanalia, indigna, quorum
vel solâ mentione Christianorum dies omnia
ullius polluantur.

Quartum : « Non sudet Judith exemplum, ut si ob graves carnis titillationes, vel aliam quampiam causam, privatam aut publicam, necessarium alicui jejunium, vel toto quopiam continuandum esset, modò absit scandalum, aliorum edentium contemptus, et si qua similia sunt, non jejunetur etiam Dominicis, aliisque ipsius Ecclesie gaudiis. » Quomodo se Ecclesie suae hilaritatibus accommodaret Judith, causam nullam habebat; Ideò neque tam jejunabat. Si quis verò justam aliquam habeat, jejunare potest. Vide libro citato cap. 25, Bellarminum, et audi ex epistolis etiam citatis sanctos Patres. Augustinus : « Die, inquit, Dominico jejunare scandalum est magnum, maxime posteaquam innuit detestabilis, multumque fidei catholice Scripturæ divinis apertissime contraria hæresis Manicheorum, qui suis auditoribus ad jejunandum istam tanquam constituerent legitimum diem, per quod factum est, ut jejunium diei Domini terribilius haberetur. Nisi fortè aliquis idoneus sit, nulli refractione interposita, ultra hebdomadam perpetuare jejunium, ut jejunio quadraginta dierum quantum poterit appropinquet, sicut aliquos fecisse cognovimus. Nam et ad ipsum quadragenarium numerum pervenisse quendam, à fratribus fide dignissimis nobis asseveratum est. Quemadmodum enim veterum Patrum temporibus, Moyses et Helias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt, cum diebus quadraginta jejunarent; ita qui poterit septem dies jejunando transire non sibi ad jejunandum elegit Dominicum diem, sed in ilis cum invenit, quos jejunaturum se voluit plurimos dies. » Hieronymus autem : « De sabbato, ait, quod quaeris, utrum jejunandum sit, et de Eucharistia an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia et Hispaniae observare perhibentur, scripsit quidem et Hippolytus, vir disertissimus, et carptim diversi scriptores à variis auctoribus edidit. Sed ego illud te breviter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas (praesertim quæ fidei non officiant) ita observandas, ut à majoribus traditis sunt; nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subverti. Atque utinam omni tempore jejunare possimus, quod in Actis Apostolorum diebus Pentecostes et die Dominico, Apostolus Paulus, et cum eo credentes fecisse legimus. Nec tamen Manicheæ hæresis accusandi sunt, cum carnalis

cibus præferri non debuerit spirituali. »

QUESTIUNCULA XIV.

Quæ sanctæ Judith formæ, et opes, carque memorentur?

Erat, ait textus, elegantis aspectus nimis, sæpè in Scripturâ nimis valet Hebraicum *meed*, id est, validè, ut cum dicit Ps. 47 et 95 : *Magnus Dominus et laudabilis nimis*; et 96 : *Nimis exaltatus es super omnes Deos*. Sicque Danielis 13, Susanna dicitur *pulchra nimis*, Esther c. 2, *pulchra nimis et decora*. Ideòque hic Græcè Judith, *pulchra specie et aspectu validè venusta et elegans*. De opibus satis ante. Memorantur verò interdum à Scripturâ etiam formæ opumque in sanctis laudes, ut quæ aliis irritamentis malorum sunt, ea istis, sancta Dei dona virtutumque instrumenta esse sciamus. Deinde : *Gratior est pulchra veniens à corpore virgine, et præclarum cum dicitur :*

In quâ par facies nobilitate sua.

Par animo quoque formæ suo respondet, in illâ Et gemas et facies, ingeniumque simul.

Tertio, ut tantò mirabilior et imitatione dignior nobis Judith nostra sit. Tot ei voluptatum deliciarumque, si voluisset, illecebras suppeditabant, et tamen non nuptias et thalamos, sed viduam vitam maluit; ejus omnis cura et studium fuit non in opibus, sed precibus; femineus mundus omnis et cultus, non in monilibus et bysso, sed in veste viduæ et cilicio; voluptas denique et amoenitas omnis non in epulis exquisitisque mensis, sed in assiduis, quotidianisque jejniis. Quarto, ut non existiment etiam bonorum horum amatores, vel ea Dei servis nunquam dari, vel si adsint, ipso Dei cultu confestim evanescere. Forma quidem bonum fragile est, quantumque accedit ad æneas, fit minor; non tamen ea jejunio statim carpitur et deflorescit. Danielis et sociorum adolescentium, post abstinentiæ dies decem, apparuerunt cultus meliores et corporulentiores, præ omnibus pueris, qui vacabantur cibo regio, Daniel. 1, v. 15.

QUESTIUNCULA XV.

Quæ Judith ejusdem famæ, et famæ causa? curque memorata?

Erat hæc in omnibus famosissima, v. 8, id est, famâ celeberrima. Sciendum verò duobus modis famæ nomen usurpari. Nam in malam partem est infamia, uti notat Nonius, quemadmodum apud poetam *Æneid.* 4 :

Neque enim specie famæ moretur.

Terentium Adelpi. : « Naledicta famam, meum
« amore et peccatum in se transtulit. » Apud
Turpillum : « Quæso, omite ac desere hanc
« meretricem, quæ te semel nacta semper stu-
« duit perdere, desepere, spoliare, opplereque
« adob famam ac flagitium. » In bonam partem
quid sit notum. A priore illa notione dùm
famea ducitur (sapientissimè autem docetur),
valët infamem, et sic famosa homo, apud Lu-
cillum Satyr. l. 2, *famosi libri* apud Sucto-
nium Augusti, cap. 55. *Malleres* apud Cicero-
nem 2 de Orat., *me ad famosam veniit mater*
accedere. A posteriore, est apud Tacitum lib.
21, *urbis famosa*, apud Justinianum in Authen-
ticis, è quâ Tobias 3, q. 3, laudavi nonnulla
fameosissimi præfecti, et hic Judith nostra fame-
osissima. Ideoque additur, *nec erat, qui loqueretur*,
de illa verbum malum, uti neque de Su-
sanna Daniel. 13, v. 27.

Tam bonæ verò, tamque illustris famæ
casus, ut diligenter observaretur, signalissimè
appressa est, *quoniam timebat Dominum velle*.
Hic verò solidæque gloriæ fons, hoc bonæ
honestæque famæ principium, uti gloriæ
ipsius, quæ l. 2 de Inventionem legitur, et à D.
Augustino tract. 109 in Joannem explicatur,
definitio perita : Gloria est frequens de aliquo
fama cum laude. *Vir fidelis*, ait Salomon Pro-
verb. 28, v. 20, *multum laudabitur*; et cap. 31,
v. 20 : *Fallax gratia, et rara est pulchritudo*.
Mulier autem timeas Dominum ipsa laudabitur.
Qui ad laudem et famam aliâ quicumque viâ
grassanter, si vel nihil, vel certe non nisi
priore illo, qui expositus est, modo, famosi
evadunt.

Hujus porro fidei cur etiam meminisse textus
voluit? Opinor sanè, ob easdem ferè causas,
ob quas formæ opumque meminisse voluit,
prout supèrior dixit quæstibancula. Et verò
etiam, ut Ecclesiastici nobis monitum cap.
41, v. 15, commendaretur : *Curam habe de*
bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi
quam mille thessuri pretiosi et maspi. Laudat
Theoclydes eas mulieres, quarum fama mini-
mè foris nota. Quod sapienter ab illo dictum
non dubito. Huic tamen ejus sententiæ illam
Gorgiæ anteposit, initio libri de mulierum
virtutibus, Plutarchus, *harum formam domi*
clausam, famam verò foris notam esse de-
bere. « Tenerè res, inquit ad Salvinam D.
« Hieronymus, in feminis fama pudicitia est,
et quasi flos pulcherrimus citò ad levem
« marcescit auram, levique flatus corrumpi-
« tur, maxime ubi ætas consentit ad vitium,

« et maritalis deest auctoritas, cujus umbra
« tutamen uxoris est. » Apertissimè verò et sa-
pientissimè libro de Bono viduitatis, cap. 22,
D. August. : « In omnibus sanè, inquit, spiri-
« talibus deliciis, quibus fruuntur innuptæ,
« sancta earum conversatio casta etiam debet
« esse, ne fortè, cum mala vita non sit per
« lasciviam, mala sit fama per negligentiam.
« Nec audiendi sunt, sive viri sancti, sive fo-
« minæ quando reprehensa in aliquo negligen-
« tia sua, per quam sit ut in malam veniant
« suspicionem, unde suam vitam longè abesse
« sciunt, dicunt, sibi coram Deo sufficere con-
« scientiam, existimationem hominum non
« imprudenter solum, verum etiam crudeliter
« contemnent; cum occidunt animas alio-
« rum, sive blasphemantium viam Dei, quibus
« secundum suam suspicionem, quasi turpis,
« quæ casta est, displicet vita sanctorum; sive
« etiam cum excusatione imitantium, non
« quod vident, sed quod putant. Preinde quis-
« quis à criminibus ingloriorum atque facino-
« rum vitam suam custodit, sibi benè fecit;
« quicquid autem etiam famens, et in alios mi-
« sericors est. Nobis enim necessaria est vita
« nostra : aliis famæ nosstra; et utique etiam
« quod aliis ministramus misericorditer ad
« salutem, ad nosram quoque redundat utili-
« tatem. Unde non frustra Apostolus : *Provi-*
demus, inquit, *bono non solum coram Deo*,
« verum etiam coram hominibus. Item dicit :
« *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omni-*
« *bis per omnia placeo, non querens quod mihi*
« *utile est, sed quod utile, ut salvi fiant*. In
« quidam etiam exhortatione dicit : *De cætero*,
« *fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque san-*
« *cita, quæcumque iusta, quæcumque casta; quæ-*
« *cumque charitativa, quæcumque bonæ famæ, si*
« *qua virtus, et qua laus; hæc cogitate, quæ vi-*
« *dictatis, et accipitis, et audistis, et vidistis*
« *in me*. Cernis quemadmodum inter multa,
« quæ exhortando commonuit, non neglexit
« ponere, quæcumque bonæ famæ, duobus-
« que verbis cuncta concluderit, ubi ait, si
« *qua virtus, si qua laus.* »

Prima Judith ad Bethulienses liberationem
aggressio.

Causa liberationis hujus efficiens, hactenus
isto in capite descripta est; sequitur jam hu-
jus ejusdem causæ effectio, quæ quidem hic à
duobus ipsis Judith ad Bethulienses prin-
cipes orationibus inchoatur, quibus et illo-
rum singule responsiones annexantur. Sed

ante priorem orationem dum quaestiuiculae.

PRIOR QUÆSTIUICULA, QUÆ IN HOC CAPITE EST
XVI.

*Cae Bethulia principes ad se vocavit Judith, et
quor, et quemadmodum.*

Eius cap. 7, vers. 13, maximus fuit omnis generis hominum ad principes istos concursus, et flagitatio, ut dederetur urbs, absuit tamen Judith, quæ domi aliis considere, precibusque ac jejuniis assiduam dare operam solebat, jam cum tam difficili obsidione premeretur urbs, tantumque Hierosolymitani templi, omniumque religionum et Israelitarum discrimen esset, omnia illa multo magis, multoque acrius intendebat. Ideoque quæ à populo gesta et petita tunc essent, quæ item à principibus responsa, non nisi auditione absens accepit, eumque divino motu instincta, illorum consilia et promissa infringere, omninoque tollere vellet, vel ad ipsos adire, vel ad se illos vocare debuit. Putavit verò postèrius hoc satis, primò, ne absque necessitate à suscepto vitæ instituto vel tantillum discederet; deinde reprehendere principes ipsos volebat. Et licet palam id publicè facere potuisset, uti S. Petrus S. Paulus Galat. 4, v. 11 et 14, quia tamen privatâ reprehensione poterat commodissimè tota res corrigi, et quia femina erat, quàm minus deceret principes populi publicè coram omnibus arguere (*tarpe est enim mulieri loqui in Ecclesiâ*, 4 Corinth. 14, vers. 35); deinde, quia principes isti, etsi boni et modesti admodum viri erant, ut infra patet v. 30 et 34, nihilominus tamen tantæ perfectionis non erant, quantæ S. Petrus, ut quemadmodum ille, animo æquissimo, reprehendentem D. Paulum pertulit, documentum, scilicet nobis, inquit D. Cyprilianus epist. 71 ad Quint., et concordat et patientia tribuens; ita et ipsi feminam in populi frequentia reprehendentem contingerent. Jam tertio, etiamsi ad ipsos ire, privatimque ipsos in ipsis eorum sedibus reprehendere potuisset, summus tamen ipsis pudor, gravitas et honestas viduæ, eam publicum horrere, plateasque defugere faciebat, ita ut hic cernatur « non defectus humilitatis, sed zelus castitatis et honestatis, » inquit Lyranus.

Quot verò vocarit, exprimit Græcus, tres videlicet, antea nominatos, Oziam, Chabrin et Charmin. Latinus tamen noster v. 9, duos tantum posteriores vocatos fuisse, videtur significare, et v. 10, quia quasi de absente Ozia

dicatur: *Quod est hoc verbum, in quo convenit Ozias?* nihilominus tamen dicendum et fuisse Oziam vocatum, et adfuisse. Nam ubi perorasset Judith, subditur v. 28: *Et dixerunt illi Ozias et presbyteri.* Ideoque vel principio statim non adfuit Ozias (cùm enim omnium princeps esset, varis admodum, tali præsertim tempore, occupationibus distrahebatur), et paulò post tamen advenit; vel potius, unâ cum cæteris, illic quidem adfuit Ozias, sed, per verocundam dissimulationem et auctoritatis ejus reverentiam, de eo quasi absente, in tertiam personam loqui Judith voluit. Propter quam etiam causam extenuando culpam, non statim dicit, *promisit, jussit*, sed quasi vim passus ille aliquam fuisset, tantummodò, *convenit*. In Græco universè ad principes omnes sermo est, sive jam adesset Ozias, sive non.

Quo item modo istos vocarit Judith, narrat idem textus Græcus: *Mittens ancillam meam, quæ omnibus ipsis sacralibus præposita erat.* Servos ad interiora hujusmodi ministeria vix admittebat castissima vidua, quod valde ad Salvinam probat S. Hieronymus, qui viduam cuilibet ait: « Habeto tecum viduarum et virginum choros: habeto tui sexus solatia. » Neque tamen ancillarum quæcumque misit, sed, ut honoris et observantiz plus principibus illis deferret; omnium honoratissimam, de quâ infra.

POSTERIOR QUÆSTIUICULA, QUÆ XVII.

Quemadmodum ad eam vocati principes venerunt.

Id ætatis et dignitatis viros, ad unam unius ancille significationem, ad feminam unam, quæ et vidua sit et magistratum nullum gerat, vocatos advenire, non mirum? Quàm multi dixissent: Quid cum feminâ nobis negotiû? Plus jam occupationum, quàm ut muliebri loquacitati vacare liceat. Et si quid negotii est, ipsa nos accedat. Nos civitatis principes, nos seniores, nos occupatissimi, nos denique viri sumus. Qui minor est, majorem ut accedat, magis deest. At horum isti nihil. Vocati adsunt oculis, et ejus rei causa mihi triplex videtur. Prima, ipsorum virtus et modestia. Hæc enim fecit ut boni viri facillè cogitarent se non frustrâ vocari. Fortasse aliquid, quod ad communem salutem, de quâ ipsi vel maxime angebantur, ipsos potest factum iri. Communi bono sume ipsorum virtus et auctoritatis rationem omnem posthabendam. Altera, magna ipsius Judith prosapia, opes et dignitas. Pariunt enim apud multos omnia

hæc auctoritatis non parum. Tertia et potissima causa est ejusdem sanctitas et religio. Hæc enim, ut supra dictum est, in celeberrimâ honestissimâque ipsam famâ constituerat, ut summi et infimi, cives et exteri eam maximè observarent. Fortassis etiam veluti prophetidem aliquam suspiciebant, ut ficeret, quod 4 Reg. 22, v. 14, factum, ubi ad Beldam, de Josiæ regis voluntate, ierunt Helcias sacerdos, et Ahicam, et Achobor, et Saphan, et Assia. Et quantò promptius velociusque, si ab eâ, ut hi nostri, vocati fuissent? Nos verò quando ad eos interdum accedimus, apud quos sapientiæ, doctrinæ, consilii alicujus melioris spes est, ubi exemplorum, et utilium sermonum aliqua copia, occasionem hæud negligemus, sed omnium maximè quando ad Dominum ac Salvatorem nostrum. De quibusdam queritur ipsemet Proverb. 1, vers. 24: *Vocari, et remissi: extendi manus meas, et non fuit qui audiret. At quid sequitur? Invocabunt me, et non exaudiam, et Lucæ 14, vers. 24: Dico vobis, quid nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit convivium meum.*

Prior ipsius Judith ad principes oratio.

Prior Judith oratio continet principum reprehensionem, et adhortationem. Reprehensio est ob factam deditionem, post diem quintum, promissionem, nisi veniret auxilium, supra cap. 7, vers. 25, et quadruplex affertur ab eâ ratio. Prima vers. 10, quod hujusmodi verbum sit quædam Dei tentatio v. 11, et comminatio vers. 15, et quædam adversus eum vindicta, vers. 26. Altera, quod minime hominibus deceat hujusmodi conditiones Deo ferre, ipsamque sic tentare, vers. 11. Tertia, quod incommoda magna pariat ejusmodi conditionum positio, vers. 12. Quarta, vers. 13, quod per absurdum sit homines sibi tantum sumere, ut velint tempus, quo misereri, opemque ferre debeat Deus, præstare, neque ipsos quasi arbitros et iudices constituere, quoto die populum è malis tantis eripere ipsum oporteat. Græcus partim has attingit, partim alias adjungit rationes. Et nunc, sit, qui estis vos, qui hodierno isto die Deum tentatis? et statis pro Deo, sive quasi Deus essetis, in medio filiorum hominum? Et nunc Dominum omnipotentem exanimatis, et nihil cognoscitis æternum, quia profundum cordis hominis non invenietis, et cogitationes mentis ejus non capietis; et quomodo Deum, qui fecit omnia hæc, investigabitis, et mentem ejus peroscietis, et cogitatio-

nem ejus comprehendetis? Nequaquam, fratres.

Adhortatio duplex. Una, ad ea quæ facere ipsi debeant; altera, ad ea quæ aliis dicere. Illorum primum est, penitentiam delicti hujus aliorumque omnium agere, vers. 14. Nam illud, *in hoc ipso*, vel significat, *in hoc ipso peccato*, sive ob hoc ipsum; vel *in hoc ipso tempore et momento*, quod aliis dici solet, *in hoc ipso*, vel *ex hoc nunc*, penitentiaque modus additur et causa. Modus, est postulatio et lacrymarum, et humilitatio, vers. 16. Causa duplex: prima, quia patiens Dominus est: secunda, non est hominum similis, neque in eo, ut, eorum instar, minis terreatur, neque ut ad iracundiam inflammetur. In Græco: *Non est tanquam homo Deus, ad minis terri, vel à proposito deduci: neque tanquam filius hominis, ut iudicio sibi aut cegi possit.* Similis Numer. 23, v. 19, sententia legitur: *Non est ut homo Deus, qui discerpatur, neque ut filius hominis, qui minis terretur; ubi Hebraicè dicitur: Non est vir Deus, et mentietur; et filius hominis, et punire seipsum faciet; sive, ut rectissime noster interpret ait: Non est Deus quasi homo ut mentietur; ut filius hominis ut mactetur.* Duplicitur igitur accipi possit hic versus 15. Vel enim admissi peccati magnitudinem ostendit, cum non possit quasi homo quispiam, hominum imitationibus, immutari, sicut neque injuriis ad iram inflammari. Vel causam ostendit, cur Deus cum penitentibus lacrymis orandus sit, quia neque, hominem instar, minas spargere inanes, neque iracundiâ tamen effervescere consuevit. In Latino prior sensus accipit, comminatioque passivè. Nam et Græcum ἀπειθαρχέτω ita etiam sumitur Numerorum 23, v. 19, quemadmodum et in Xenophontis Symposio, dum ait ille: *Non ego amplius minis terreor, sed jam minis alios terreo.* Deinde videri posset noster legisse διακρίνω, pro eo, quod hodie in Græco est hic διακρίνω in Numerorum citato illo versu διακρίνω. Unde et posset ita Græcus hoc loco verti: *Non est Deus veluti homo, ad minitandum, neque veluti filius hominis ad gubernandum vel iudicandum, vel ut à διακρίνω pro conciliari componique valeat: Non est Deus, qui minis commoveatur, aut verbis irasci placeat et conciliatur, prout hominibus accidit.* Videri possit in Commentariis Budæus. Alterum, ad quod faciendum hortatur Judith. v. 16, est animarum humilitatio, de qua supra cap. 4. Tertium est correctio modi agendi cum Deo, ut jam ei non præsistatur conditio, sed hæc omnium lacrymarum precesque

tendant, ut secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum ceteris misericordiam suam, quemadmodum, et Christus Dominus orabat Matth. 26, v. 39: *Pater mi, si possibile est, transat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Luc. 22, v. 42: *Pater, si vis, transat calicem istum à me; veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Idemque Dominus nos orare docebat: *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.* Sed additur: *ut sicut conturbatum est cor nostrum in asperitas eorum, videlicet Assyriorum, ob eorum tumidas superbasque minas et conatus; ita etiam de nostris (coram Deo nostro) humilitate, seu humilatione tandem aliquando gloriari possumus.* Huiusque rei spem magnam facit, v. 18, quia paternorum scelerum, de quibus cap. 5, v. 22, imitatio jam non esset, partim, quia in aviâ praeque religionis constantes fuerant Bethulien- ses, partim, quia per Manassæ penitentiam, cohortationem et studium, prostratos re- floruerat Dei cultus, ut supra capite 4, q. 2, et cap. 5. Quartum est cohortatio ad spem istam v. 20. Nam *inquies Dominus angeli- nem de afflictionibus infidelium nostrorum, id est, ex afflictionibus quibus nos affligunt, vel per afflictiones, quibus eos Deus affliget.* Pos- sunt verò et hinc spectare, quæ supra in Eli- chimo dicta sunt cap. 4.

Quæ verò principes istos alius dicere hor- tatur Judith, v. 21, sunt ut eloquio jam suo jacentes populi animos erigant, et præclaris majorum exemplis confirmet, quemadmodum et facit 1 Machab. 2, Mathathias, D. Paulus ad Hebræos 11. Denique etiam contraria et formidabilia eorum, qui murmurantes et qui- ritantes ab *exterminatore et à serpentibus perierant.* Num. 21, v. 6. Psal. 105, v. 14, 1 Corin. 10, v. 9 et 10, ubi sicut et hoc loco, *exterminator* est angelus, qui eos vel per se- ipsum, vel per immissos serpentes perdidit, et vocari solet Hebraicè *hammachshith*, Exodi 12, v. 23; Græcè, *Aspidochelone*; et à D. Paulo, citato jam loco, *Aspidochelone*, Apocalyps. 9, v. 14, 1 Thimoth. 3, serpentinam aspidem figuram potuit, atque miserrimos illos qui ritatores conficere. Quanquam et in qui ritationibus aliis accidere hoc potuit, ut Num. 11, v. 35, c. 14, v. 37. *Postremum et faciendum et dicendum est v. 25, quædam veluti dictorum omnium consummatio, ut scilicet nos velimus ipsos, urbem- que istam, dedere, quasi de Deo nobis auxilium non ferente ulciscamur, prodendo reli-*

gionem, et ad ejus templi eversionem hostibus iter pandendo; sed reputemus horum om- nium, quæ jam patimur, causam esse pec- cata nostra, esse Dei flagella, multò tamen delictis nostris minora et mitiora, eaque nobis tanquam servis non ad perditionem, sed ad emendationem et utilitatem nostram à mitis- simo et benignissimo Domino infligi. Oratio- nis hujus approbatio est vers. 28.

Posterior Judith ipsius ad eodem oratio.

Posterior verò ejusdem Judith oratio v. 30, tria complectitur. Primum, est petitio, ut quemadmodum orationem illam approbarent, sic et approbent quæ facere ipsa cogitet. Nam illud, *probate si ex Deo est*, non accipitur, ut 1 Joan. 4, v. 6: *Probate spiritus si ex Deo sint, sed probate pro approbata hic dicitur.* Nam propriè probare et examinare quomodo potuissent, cum quidam illud esset nescirent, imò ne scrutari quidem deberent, v. 33? Alterum, est precum petitio et ipsorum, semel ac iterum, v. 31, 32, et totius populi v. 33. Tertium, præscriptio eorum, quæ ad bonum ejus quod facere cogitabat, iniquum facere ipsos oporteret, vers. 32, ubi abra- quamam ait, postea dicitur. Approbatio sub- dicitur v. 34.

Quæstioncula XVIII.

An rectè principes istos reprehenderit Judith?

Videatur alicui non rectè reprehendisse, non quia vel femina fuerit, vel bonum eos ad se vocandi modum non adhibuerit (hæc enim supra jam explicata), sed primò quia id, cui tota maxime reprehensio innititur, vel falsum videtur, vel certè ita exiguum, ut culpæ aut nihil, aut perparum appareat. Accusantur enim quasi Deum tentârunt. At D. Thomæ ex- planatore 2-2, quæst. 97, art. 1, Deum in ten- tat, qui quod in se est non facit, sed absque ratione, ulliusque utilitatis consideratione, ea facit, quibus experitur id, quod de Deo du- bitari nullo modo potest, verbis causâ, sicut ad hoc vel illud agendum satis Deus potens; hocne aut illud accidit; sicut in his, quæ dicit, verax et constans. At principes isti nihil ejus- modi, quod de Deo certum est, explorare vo- lunt, sed tantummodò quod obscurum, anceps et incertum, videlicet, velint temporalem hanc ærumnam depellere, sibi et obedi- tionem urbem liberare, hostes profligare. Sæpè si- quidem ista cum nolle dictum supra est, et patet ex 3 Reg. 12, vers. 24, Jeremie 28, 29

et seq. Deinde quod in seipsis erat, fecerant; humanis divinisque sese haecentis praesidiis communerant, egregie obsidionem sustinuerant. Name verò, ita sitis invaluit, ut plurimi, quemadmodum supra dictum est, emoriantur: neque modus succurrendi illis jam appareat. Quid igitur fieri aliud poterat? Tertiò tamen, boni isti principes adhuc tantisper populum expectare persueverant, neque unum tantummodò alterumve diem, sed quinos totos. Quod quantum et quam penè intolerandum fuerit, nemo qui quandoque sitiverit, ignorat. Quartò, nonne magna illis spectabatur utilitas, cum sic iratum populum lesire, morbum consolari, languentem corroborare, ad aliquot saltem dies voluerint? Accedit, quòd divino quodam instinctu quinque istos dies praefuisse videantur. Nam intra eos omnino venit auxilium, adeò ut ipsa Judith hoc à Deo profectum intellexisse videatur, non solum cum operam dedit, ut intra dies quinque salutem ipsa pareret, sed etiam cum vers. 52, dixit: *Orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israël.*

Possunt quidem haec et similia in procerum istorum vel defensionem, vel excusationem dici. Plurè tamen de reprehensionis veritate ipsi Judith, quam de innocentie apologia, nostris cogitationibus credendum, et potius timendum, ne multa id genus peccata nostra sint, quam mirum in modum extenuemus, et tamen coram Dei oculis, non admodum tenuia sint. Omnis via viri recta aibi videtur; appendit autem corda Deorum, Proverb. 21, v. 2. Peccaverunt verò Bethulenses principes multijuriam. Primò enim, idè certum praestiterunt dierum numerum, ut Deum veluti cogerent, ut si quidem religionem, templum, et sacra sua sarta lecta vellet, interibi opem ferret. Unde et fuit quaedam contra Deum ira, murmuratio et vindicta, ut in Judith oratione innuitur, v. 24, 26, quasi dicerent: *Si praefixito tempore juvare nos soluerit, vos ipsius templum et sacra omnia hosti dedimus.* Fuit etiam quaedam Dei tentatio v. 11, quia experiri voluerunt, non quidem simpliciter, an liberare posset aut vellet, sed an posset se vellet intra diem, quod suo ipsi arbitratu definissent, spatium. Tertiò, fuit etiam Dei tentatio, quia non petierunt eo et modo et tempore juvari, quo Dei sapientiae et bonitatis videretur, sed quasi Deo ipso sapientiores et meliores essent, certum ei temporis, intra quod auxilietur, orbem circumscribunt, et explorare volunt, quæ hic Dei

sapientia sit et bonitas, v. 17. Quartò nondum, quòd in se esset, totum fecerunt. *Difficillimè*, inquit Vegetius libro 4, c. 10, *vincit citis eos qui, quantum exigunt, aqua ad potum tamen in obsidione aut asi, prout videri potest in Josepho lib. 3. de Bello, c. 8; Plin. lib. 6, c. 50.* De fontibus cum hoste manus nondum consecraverunt. Centenarios, quos, per singulos fontes, in gyrum constituerat Holofernes, propellere nunquam conati sunt, miraculum etiam volebant, divinos videlicet è caelo imbres, uti Græcus, v. 29, aperit, et quod gravius est, non rationibus et exemplis, aut majorum, aut malorum populum consolari, excitare et confirmare conati sunt, quemadmodum v. 21 et seq. ostendit Judith; sed, etsi parumper distulerent, ei nimis sit comiturbato et iniqua flagrantia cesserunt, deditionemque sponderunt. Quid enim tali rerum articulo non tentandum, dicendum, ferendumque fuit? Nam de templo, religione, genteque prope modum universa jam agebatur, uti supra dictum, et explicatur hic à Græco textu. Quintò summa quæ pollebant auctoritate satis usi non sunt, prout ex jam dictis perspicuum. Unde et illi dixit Judith vers. 21: *Vos enim presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum.* Sextò, non quoquo modo promiserat Ozias deditionem, sed iurejurando etiam interposito, ut in Græco est: *Juravit se ipsis Assyrinis urbem dedinurus post dies quinque.* At quid si sexto tantum die vel septimo auxiliari vellet Deus, idque etiam significaret quid faceret bonus iste vir? Pejeraret an non? Si Eliachim, vel etiam Manasses rex, Sathis instar, 1 Reg. 11, se benè manò, die sexto, magnis cum copiis, afferturum scriberet, iusjurandum violaret an non? Temerarium fuit iusjurandum, et Sathis tantum excusatione, dum Samuelem diu satis non expectavit, 1 Reg. 13, v. 12, esse possit. Verùm ea frivola futilisque sunt. Dicebat ille: *Nunc descendit Philistin ad me in Golyas, et faciem Domini non placevi. Necessitate compulsus, oblati holocaustum.* Illi verò principes in Græco vers. 28: *Populus vehementer sitit, et cogerunt nos facere ea quæ ipsis leviti sumus, neque iurejurando, quod non violabimus, obstringere.* At Sathis quid Samuel? *Stultè egisti.* Atque hæc sunt, quæ tota oratione sua reprehendit, sed pudenter prudenterque Judith; idèque ita hunc in locum Babanus: « Injustum iudicavit Judith, Domino miserationis suæ tempus constituere, cum ille solus præ omnibus

« nōrit et tempus et modum miserationis suae,
 « ac propterea non licet cuiquam aliter (sic
 « legendum pro cui penulter) pro aliquā re
 « Dominum postulare; sed magis ad arbitrium
 « eumeta referre. Sic legitur quidam Patrum
 « in oratione tantum dixisse: *Fili Dei, sicut*
 « *vis et sicut scis, miserere mei.* Unde in libro
 « Danielis pueri dicunt: *Non oportet nos de hāc*
 « *re respondere tibi. Ecce enim Deus noster,*
 « *quem colimus, potest eripere nos de camino*
 « *igne ardentis. Quod si noverit, notam ait*
 « *tibi rex, quia deca tunc non colimus,* cap. 5,
 « vers. 17. » Citantur et ferè eadem in Glossa.
 Sed iterum de hoc in quaestione sequente.

QUESTIUNCULA XIX.

Quid è priore Judith oratione disci possit?

Plurima profectò et utilissima disci pos-
 sunt, sed pleraque vel textum legenti obvia,
 vel ceterò jam proposita sunt. Si quid reliqua-
 rum colligamus, et occurrat primum, quod
 v. 22 dicitur: *Abraham probatus, Dei amicus*
effectus est. Factum id quidem Genes. 12, v. 2,
 c. 15, v. 5, c. 22, v. 16: *Per mecum ipsum ju-*
ravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem et non
pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedi-
cam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas
caeli, et vehebunt arem quam est in litore maris;
possidebit semen tuum portas inimicorum au-
rum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes
terre, quia obedisti voci meo. En quomodò ten-
 tatus, et probatus, et amicus Dei effectus,
 idque totum dilucidè admodum tractatur Ec-
 clesiastici 44, v. 20 et sequentibus. Sanctus
 verò Jacobus Epistola sua cap. 2, v. 23:
Suppleta est, ait, scriptura dicens: Credidit
Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam,
et amicus Dei appellatus est. Cujus sententia
 pars prior legitur Genes. c. 15, v. 6, posterior
 2 Paral. 20, v. 7, Isaie 41, v. 8, Daniel. 3, in
 Latino textu vers. 35, et hoc loco. Unde Pro-
 legomeno 4, supra, colligam, hunc ab Apo-
 stolo Jacobo librum citari. Cur enim hunc
 ad locum, quàm ad alios illos minùs respec-
 xisse putetur? Fateor tamen molè in argu-
 mento virum plus futurum, si solo isto loco
 amicus Dei Abraham vocaretur, idèque sub-
 junctis ibidem argumentis aliis potius quàm
 isto, contra contumaciores antagonistas con-
 fligendum. Similiter tamen et capitis hujus
 verum vicesimum quintum fuisse animo ca-
 lamoque converso videtur S. Paulus, cùm 1
 Corinth. 10, vers. 10, scripsit: *Neque murmu-*
raueritis, sicut quidam eorum murmuraverunt,

et perierunt ab exterminatore. Nusquam enim
 Israelitas, de quibus ibi sermo, ab extermina-
 tore perisse disertim, nisi hoc loco, scriptum
 novi. Nam Exod. 12, quos interdicit percussor,
 vers. 23, *Aegyptii erant: Israelitas dùm mur-*
murant et delinquant, eis quos indicavi lo-
cis, puniitos exterminatosque fuisse scriptum
est, sed exterminator nullus nominatur; idè-
que videtur hic in veteri Testamento locus
unus exterminatorem istum indicasse, et ex
eo S. Paulum protulisse. Si enim habere
 Chaldaum textum, eumque Latio donare, suo
 adhuc aëro, potuit S. Hieronymus, cur non et
 sanctissimi Apostoli Paulus et Jacobus? Quid
 idè etiam observandum, ne quis faciat
 ista minoris, quia in Græco textu non ex-
 planata.

QUESTIUNCULA XX.

Quæ ex eadem priore oratione ad mores disci possint.

Discitur primò, posse interdum magistratus
 et superiores à subditis argui, sed modè ad-
 modum, cautè ac demissè, prout à Judith
 factum exposui. Et de isto reprehensionis
 modo videri potest S. Gregorius 3 parte Pasto-
 ralis, maxime cap. 5.

Dicitur secundò, quemadmodum nullas Deo
 leges, conditiones, modos et tempora præ-
 scribere debeamus, sive dùm oramus, sive dùm
 è molestiis quibusdam liberationem optamus,
 de hisque deliberamus. Qui enim sumus nos,
 qui tentemus Dominum? Potest, ait S. Chry-
 sostomus ad pop. homil. 4, Deus omnia gra-
 via hâc ipsâ die solvere; sed donec nos pur-
 gatos videat, donec videat factam conversio-
 nem, et penitentiam firmam et inconcussam,
 non dissolvit tribulationem. Etenim aurifer,
 donec aurum benè purgatum viderit, de
 conflatorio non extrahit; sic et Deus non
 abducit hanc (tribulationis alicujus) nubem,
 donec nos penitus emendaverit. Qui enim
 tentationem permittit, ipse novit et tenta-
 tionis solvenda tempora. Et sicut citharædus
 neque nervum intendit, ut non abrumpat,
 neque remittit ultra modum, ne harmonia
 concentum laedat; sic et Deus agit, neque in
 remissione continuat, nec in longâ tribula-
 tione nostram constituit animam, secundum
 suam prudentiam utrumque faciens. Non si-
 cut enim nos continuat potiri remissione, ne
 segiores fiamus. Non autem rursum sink in
 continuat esse tribulatione, ne concidamus,
 neve desperemus. Ipsi (Domino) adversitatis

«finiendæ tempus relinquamus, nos verò tantum in sanctitate vivamus. Opus enim nostrum ad virtutem mutari, Dei verò opus malis urgentibus finem imponere. Etiam ipse magis quàm tu qui tentaris, hoc incendium extinguere vult, sed salutem tuam expectat. Sicut igitur ex remissione tribulationis facta est; sic et ex tribulatione remissionem expectare convenit.» Quamobrem benè in *Pirke avoth*, cap. 2, Rabbi Schimon: «Cum, ait, oras, ne orationem tuam figas facias (modum scilicet ac tempus Deo præli-gens), sed ora an misericordis et humilibus supplicationibus, quæ ad misericordiam et gratiam impetrandam, sint idoneæ, coram Deo, secundum quod dictum est à iocelo: *Quia Deus clemens, et misericors est longuissimis et multis pietatis.*»

Discurt tertio in eorum ad æternam salutem non necessariarum, minimeque celestium precatorum, optimum esse Deo semper dicere, ut secundum suam voluntatem, sic faciat nobiscum. Id exemplo monitumque Christi Domini, et ex Rabano etiam supra monstravi. Nunc adjicio celeberrimam mendicij ejusdam vel historiam vel parabolam, qui summæ tranquillitatis et felicitatis viam docuissimè eundem viro dicebat, hoc in votis unum semper habere, ut Dei voluntas fiat, ideòque sibi, etiam si ostium superem quæreret, in pavis et frigoribus interdum permoceret, sæpe fameret, stipisque nihil acciperet, adversi tamen et molesti nihil esse, quia semper animo illud ageret: *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra.* Quid verò in Alcibiade secundo Plato? Non omnis huc ejus tendit oratio, cum docet, à Deo id tantum petendum, quod reverà bonum est. Hoc autem quidam sit, in rebus quidem, ut dixi, fluxis et caducis, à nobis, qui imprudentes ignarique admodum sumus, nequaquam esse definendum, ideòque et poetam illum laudat, cujus in Anthologiæ primum translatus sunt versiculi, quos clarissimum Anglorum decus Thomas Morus ita quondam vertebat:

*Da bona, siue rogare, Deas, seu nulla rogare,
Et mala, siue petere, nego, seu nulla petere.*

Discurt quartò, si quæ in majoribus vitiis hæserint, ea posteris valde cavenda, exemplo istorum, quos commendat Judith, vers. 18. Quòd si vitia cavenda, religio atque et virtus imitanda. Prius illud, qui in Turcicæ tandem tyrannidis barathrum conjecti sunt, non servarunt Græci, ut eorum diligenter observavit et monuit patriarcha Gennadius Scholarius

lib. de summi pontificis Primatu, sect. 45. In posteriore non parum ubique claudicaver. Eheu! in catholicæ avitæque pietatis, devotionis modestique studio,

Damocles quid non imminuit dies?

Ætas parentum peior assis tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosorem.

Discurt quintò, quid qui aliquo in populo auctoritate pollent, agere debeant. Si petat, imò et flagitet ille iniqua, religioni adversa, Dei honori contraria, nunquam annuendum est. In rerum verò asperitatibus, bonis accommodatisque rationibus et orationibus allevandus et corroborandus. Sed sanè licet isti sacerdotes, ut dixi, non fuerint, optimè tamen sacerdotibus, episcopis et pastoribus omnibus ista modò licerit sancta Judith: *Et tu, frater, quoniam nos ecclesie presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet animus illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite.* Vide S. Chrysostomum homiliis ad populum 2, 3, 4, 5, 6, 11, 12 et sequent.; D. Ambrosium serm. 83, 84 et sequent.

Sextò, quanti referat exempla sanctorum martyrum, historiarumque sanctorum à sacris litteris, aliisque bonis auctoribus in prompta habere. «Longam, ait Seneca epist. 6, iter est per præcepta, breve et efficax per exempla;» et 85: «Instruenda est vita exemplis illustribus;» iterumque 85: «Proponamus laudanda;» invenietur imitator.» Et apud Tacitum Thraseas: «Oportet, ait, juvenes firmare animum constantibus exemplis.» Sed plura à Machab. cap. 2. Quia et impietas ac vitiorum exempla interdum commemoranda, ut dum quibus à Deo poenis plectantur, audiant alii, exhorrescant et fugiant. Laudat ille lib. 4, satyr. 4, parentem, quòd isto docendi genere vitiorum fugam docere solitus sit:

Invenit pater optatus hoc me,

*Ut iugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cum me hortaretur, parè, frugaliter, atque
Vivere ut contentus eo, quod mi ipse pateret.*

Septimò, quomodò divinitus immissæ calamitates ferendæ, ipsas peccatis videlicet nostris ascribere; majores nos premeritis agnoscere; ad nostram summam utilitatem à Deo referri, statuere, ne quæ dextra manu nobis pater optimus Maximus dat, ea nos laeva, ut aiebat quidam, accipiamus. Sed in Tobia de hoc benè multa capp. 2 et 12.

Octavò, et illud dicitur, castigandos quidem esse servos, non tamen ad perditionem, sed

ad emendationem, tantum et quidem, ut lib. 6 de Legibus præscribit Plato, abaque contumeliâ; quod si servos, quanto magis filios? « Quem-
admodum, ait ille, servos diximus castigare sine contumeliâ oportere, ne in iracundiam efferrantur; castigare tamen omnino, ne nimium delictos reddantur; ita et liberos volumus. » Vos, ut ait S. Paulus Ephes. 6, vers. 4, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplinâ et correptione Domini. Et paulo post, vers. 9: Vos, domini, enfem facite servis, redditentes mñas, scientes quia et illorum et vester Dominus est in cœlis.

QUESTIUNCULA XXI.

Quid, à principum ad Judith accessum, et orationis approbatione, documentorum?

Judith ipsius vocatu ad eam principes hos venisse, magnæ modestiæ virtutisque opus fuisse, dist. antea. Tantum addo, ne servorum aut anellarum, per quas nos Deus vocat, vililitatem et indignitatem contemnamus. Hi enim non ad se, sed ad Dominum nos suum vocant. Sapientia, Proverb. 8, vers. 3, misit ancillas meas, ut vocarent ad iracundiam, et ad mœnia celestia.

Disamus porro à tamis viris, etiam si quod humanæ infirmitatis est, aliquando labamur, non ægrè, dum à minoribus etiam reprehendimur, id ipsum ferrè, multò minùs, dum à majoribus. In Græco videntur seipsos quidem aliquantulum excusare, dum valde populum stultum, ideòque et se ab illo, ut jurerent, coactos dicunt: est tamen ingenua potius culpe, ipsiusque occasionis confessio, quæ in Chaldaeo et Latino præterita.

Disamus verò amplius, culpam ubi agnoverimus, ejus à Deo veniam petere, idque per nos et per alios. Nunc ergo, aiunt, ora pro nobis. Fuit hic oim mos adeo veteribus usitatus, ut etiam qui seriò culpam non agnoscerent, neque ipsam, uti par erat, detestarentur, usitatum tamen hoc demissionis potentissimæque symbolum, labris saltem primoribus ederent. Nam in veteri Testamento Saul, 1 Reg. 15, à Samuele reprehensus: Peccasti, ait, quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, et reserte mecum, ut adorem Dominum. In novo, Simon Magnus Actor, 8, vers. 24: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum quæ dixisti. Nos hypocritas istas confessiones fugimus, veras et sinceræ quæ et veniam impetrent, in precibus istis imitemur.

Sed et causa, cur ipsam Judith orare orent, consideranda. Quoniam, inquit, mulier sancta es, et times Deum. Ego me ad te, o beatissima Dei mater et Virgo, converto, et supplex alo pariter: Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, et times Deum. Et: Sancte Petre, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum. Sancte Pavle, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum. Itemque in cœlitibus aliis omnibus. Quid fremdes, hæretice? An in istos, beatos jam, cum Christo Jesu, in cœlis ævo fruantes, hæc ipsa orandi causa non convenit? Non sancti sunt? non Deum times? At non sunt in hæc ipsa viâ, ut Judith? Quid tunc? An ita huc vitæ annexum appetuntque orare, ut nemo nisi vitam hanc vivat, orat? At sic nulla in cœlis esset oratio, nulla Dei laudatio, nulla gratiarum actio. Nam et precatio hæc particula quædam est, 1 Timoth. 2, vers. 1. An verò potest etiam extra vitam hæc aliquis orare, sed non pro alio? At Christus Dominus ex hæc pridem viâ discessit, et tamen non quæ Deus, sed quæ homo, interpellat pro nobis, Hebr. 7, vers. 25, 1 Joan. 2, vers. 1. Imò etiam epulo ille dives poterat adhuc pro fratribus orare, licet ratione, non mortis quam oblerat, sed mortis quam in æternum miser obilit; ratione, inquam, damnationis æternæ, nihil impetraret. Hæc scilicet dici non debuit, ora pro nobis, quia nec alterum illud subdit potuit, quoniam vir sanctus es, et times Deum. Verum non indigent hæretici nostri sanctorum precibus, quia vel peccatum nunquam suum, nisi cum Saul et Simone Mago, hypocriticè confitentur, vel illos reverè sanctos, Deumque times, aut certè nullam omnino vitam viuentes putant, quasi falsum foret illud Christi Domini Matth. 23, vers. 32: Non est Deus mortuorum, sed viventium. Ceterum in posteriore ipsorum approbatione, pulchra est illa precatiunculæ: Dominus ait tecum, quam crebrò Ecclesia usurpat, cum ait: Dominus vobiscum.

QUESTIUNCULA XXII.

Quid à posteriore Judith oratione documentorum?

Rara quidem, sed præclara in muliere virtus silentium. Hoc tamen à Judith non mulieres tantum, sed et virorum quidam discere possunt, qui arcana nullam continere, omnia ubique profundere, denique plenè rimarum hæc atque illæ perfluere assolent. Judith nequæ quid facere instituerit, patefacit, neque ullam idipsum rimandi et explandandi ananiam dat. Tantum in Latino ait vers. 32: Ego exone-

cum *abré méd.* Monendum verò ista futura, *esseam, peream, transeam*, et similia, nostro interpreti quandoque usurpari pro *exido, peribó, transibó*. Sicuti contra, à veterum usu ista commendat Marcellus, *audibó, aperibó, dicebó, paribó, perocubibó, obedibó*, et alia non pauca. In Græco: *Audite, ait, me, et opus faciam quod ad generis nostri filios in generationes generationum perveniet.*

Omnium verò maxime imitatu dignissima est sanctæ Judith demissio et religio. Eam magno encomio, et plenis penè stolis laudant principes, à veritate: *Omnia quæ locuta es vera sunt*; à prudentiâ: *Non est in cernimibus tuis alia reprehensio*; à sanctitate: *Mulier sancta es*; à Dei timore: *Times Deum*. In Græco etiam perspicuè, nullisque verborum ambagibus, à eccellente, omnibusque quàm cognitissimâ sapientiâ: *Non audie primam tuam manifestâ est sapientia*; sed jampridem à dierum tuarum principio, sive à primâ tuâ aetate, nosse populus universus tuam sapientiam; ideòque et bonum eas, quod corde jam tuo efformasti, sive cogitasti. Denique tanti ipsam fecerant, ut ejus precibus culpam, quam ipsi agnoscebant, ei quidem tantam, quantum illa dixerat, apud Deum fieri orarent, ejusque deprecationem rogarent. Et ipsa tandem non modò nihil effertur, sed seipsam multò magis deiecit, et quemadmodum ab angelo et Elizabethâ eum laudaretur B. Virgo, se Dei humilem ancillam profitebatur, ita et Judith se pauperulam, quæque aliorum ipsa egest precibus proficetur, neque eorum tantum quibus dicere possit: *Orate pro me, quantum viri sancti caute, et timoris Deum*; sed eorum etiam, quos in Deum gratuliter commisisse dixerat, quos arguerat Deitantes, ministratores, ultiores. *Orate*, ait vers. 33, *pro me ad Dominum Deum nostrum*. Neque hoc semel tantum petit, sed in tam paucis verbis, iterum et iterum vers. 32 et 33. Neque horum tantum, qui primarii erant, et viri, licet jam prolapsi, virtute aliqui prestantes, jamque ab illa suo delicto resipiscerent, preces petit; sed aliorum etiam omnium, qui in urbe tum erant, licet sui ipsi murmuratione, impatiens et querela, quæ suos huc principes impulerunt, non parum etiam deliquissent. Quis magnæ hoc humilitatis indicetur? Quis et imitatione dignissimum non censetur? Sunt, qui cælo recepti jam sunt, partim angelis, partim hominibus beati merito à nobis rogandi: sunt et in hac vita etiam illi, quos egregiè sanctos, Deique metuentes judi-

camus; at non à tantum, sed et illi, qui in Ecclesiâ adhuc catholicâ permanent, etiamsi aliquid aliquando deliquerint, vel etiamnum adhuc delinquant. Sæpè qui cecidit resurgit, et quidem nostrâ interdum opinione velocitis. Nemo contemnendus. Pharisaico supercilio respuendus nemo. In Ecclesiâ catholicâ, multi animæ corpora membra, in Christo, singuli autem alter alterius membra, Roman. 12, vers. 3; non potest autem oculus dicere manui: *Operi tuâ non indiges, aut iterum capis pedibus*: *Non estis mihi necessarii*, 1 Corinth. 12, vers. 21. Ideòque et S. Jacobus cap. 5, vers. 16: *Orate pro infirmis, ut saltemini*, et ipsum electionis vas B. Paulus Rom. 15, vers. 30: *Obsecro, ait, vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum*, 2 Cor. 1, vers. 10. *Deus de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet, adjuvantis et vobis in oratione pro nobis*, 1 Thessal. 5, vers. 2. *Fratres, orate pro nobis*; et cap. 3, vers. 1: *De cætero, fratres, orate pro nobis*. Quemadmodum verò petit sancta Judith vers. 33: *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum*; ita Actor. 12, vers. 5: *Oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesiâ ad Deum pro S. Petro, qui in Herodis carcere aerebatur*. Et nos quidem semper aliorum precatu indigemus, sed tum imprimis, cum magnum et arduum quoddam molimur, cui nostra facillè succumbere potest infirmitas, sive id publicum sit, sive privatum; verbi causâ, cum ad peccatorum, hæreticorum, gentiumque infidelium conversionem aggredi, religiosum virum statum inire, paupertatis, castitatis et obedientie Deo vota nuncupare volumus; dicamus: *Orate, ut firmum faciat Deus consilium meum*. Nam nemo mittens manum suam ad aratrum, et recipiens retrò, aptus est regno Dei, Luc. 9, vers. ultimo. Cæterum, quis penes optimates istos, portarum urbis claves erant, et, nisi eorum emissu utroque, poterat nemo egredi, vel ingredi, noctu præsertim, idè: *Stabitis, ait, vos ad portam, nocte factâ*. Et cap. 10, vers. 9, in Græco: *Portam, ait, urbis mihi jubete aperiri*. Discamus et nos, nusquam egredi, nisi stantibus ad portam, et concedentibus, quibus claves dedit Deus, sed in his potissimum rebus, quæ ad Evangelii Christi Domini prædicationem, divinarum sacramentorum administrationem spectant, ut videlicet non sumus sibi quinquam honorem, sed qui rocamur à Deo tanquam Aarons, Heb. 5, vers. 4.

CAPUT IX.

1. Quibus abscedentibus (1), Judith ingressa est oratorium suum : et induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum : et prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens :

2. Domine Deus patris mei Simeon (2), qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum (3), qui violatores existiterunt in coinquinatione sua, et demudarunt femur virginis in confusionem :

3. Et dedisti mulieres illorum in præ-

(1) Corrige cum Rom. et Græcis, *abscedentibus*; JUDITH INGRESSA EST ORATORIUM SUUM; ET INDUENS SE CILICIO, GRÆCI *ἐνδύουσα*, quod Complut. et Regiorum interpretes vertit: *Exiit quo induta erat saccum*, hoc est cilicium. Sed id contrariatur versioni Latine vulgate ad verbum. Ergo sic verte cum Vatablo: *Nudavit saccum quo erat induta*, depositis scilicet exterius vestibus, solo manens induta sacco, eumque nudum demonstrans: saccum vocat cilicium. Nudavit ergo coram Deo interius cilicium, ostendens illud Deo quasi signum penitentis et poenitentis, supplicisque obsecrationis. Cilicio igitur et cinere ornavit, imò armavit suam deprecationem, cujus rei symbolicam causam dabo v. 14.

PROSTERNENS SE DOMINO. Græci addunt id factum *vespere*, cum *rhymismis* adolere *Deo in templo Jerusalem*, ut significet publicum in templo sacrificium, quod juxta in vesperis offerebatur, hisce Judithæ precibus cooperatum fuisse, ac Juditham illi preces suas junxisse, ut publicam eadem publici supplicationis converteret, usque vis sacrificii demonstraretur, illud scilicet parvasse hanc Judithæ victoriam. (Corr. à Lap.)

QUIS ASCEDENTIBUS. Hic consequenter Judith munit se armis orationis: et quoniam oratio est petitio decentium à Deo, idcirco ad petendum primum se disponit.

INGRESSA EST ORATORIUM, quod erat in superioribus domus suæ.

ET INDUENS SE CILICIO. Licet enim semper haberet cilicium ad carnem interiùs, tamen etiam tunc induit se cilicio exteriori.

POSUIT CINERES. Et utrumque fecit ad humilitatem suam, sciens quod oratio humilantis se nubes penetrat. Eccles. cap. 35. (Lyranus.)

(2) Toute la vie de Judith était une pénitence et une prière continuelles. Mais l'occasion qui se présentait et le dessein qu'elle avait demandaient une plus grande humilité que jamais. Et le même esprit de Dieu qui lui inspirait d'entreprendre une action si hardie, lui apprenait dans le fond du cœur que le fondement de sa victoire devait être une profonde humilité. Ce qu'elle fait donc en se revêtant d'un cilice, et en se couvrant la tête de cendre, n'est pas seulement pour demander au Seigneur la force dont elle a besoin; mais c'est encore un témoignage qu'elle lui rend de son propre néant, et comme une protestation qu'elle lui fait par avance qu'elle

CAPITRE IX.

1. Après qu'ils se furent retirés, Judith entra dans son oratoire; et se revêtant d'un cilice, elle se mit de la cendre sur la tête; et se prosternant devant le Seigneur, elle cria vers lui (3), disant :

2. Seigneur Dieu de mon père Simeon, qui lui avez mis l'épée entre les mains pour venger des étrangers qui, transportés d'une passion impure, avaient violé une vierge, et l'avaient couverte de confusion, en lui faisant outrage :

3. Vous qui avez livré leurs femmes en proie, se dévouer devant ses yeux de toute la gloire qui pourrait lui revenir d'un si grand prodige qu'il voulait exécuter par son ministère. (Bac.)

(3) Queritur quomodo hic Judith vocet Simeon patrem suum, cum cap. præcedenti ejus genealogia referatur ad Ruben, fratrem, ut apparet, Simeonis? Ad hanc apparentem dissonantiam potest duobus modis responderi: Uno modo quod ex parte patris, cujus genealogia præcedit capite textitur, fuerit ex tribu Ruben, ex parte matris verò ex tribu Simeon. Non raro enim contingebat tribus permisceri, modò fieret extra casum qui habetur Num. 36. Alio modo responderetur, quod Ruben, ad quem refertur ejus genus capite præcedenti, non fuerit Ruben patriarcha, sed aliquis alius in tribu Simeon clarus et celebris. Et hæc solutio probabilior videtur. Notandum enim, quod Græci exemplaria non perdunt ejus genus ad Ruben, sed per alios quosdam medios usque ad Isaacem, nullo duodecim patriarcharum nominato.

(4) Defensionem intelligo vindictam seu ultionem in Sichimitas alienigenas. Quæstio hic oritur, quomodo Judith, laudat hoc factum Simeonis, cum Genes. 34. Jacob patriarcha graviter illud reprehendat? Et gravius etiam Genes. 49. ubi pro benedictione videtur maledictionem in Simeonem et Levi, propter hoc facinus congerere. Sic enim ait: *Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis, bellacii...* *Maledictus furor eorum, quia pertinxit, et indignatio eorum, quia dars.* Respondeo primum non Scripturam ipsam hoc loco commendare factum Simeonis, sed Judith tantum in sua oratione. Non est autem necesse verba ejus omnia habere pondus et auctoritatem Scripturæ sacræ, sicuti postea patebit in verbis quæ ad Holofernem locuta est. Deinde possumus in hoc facto duo considerare: Alterum est solus eorum, et indignatio illa quod indignissimè forebant rem tam fœdum fuisse perpetratam contra Israel, scilicet sororem suam Dinam ab alienigenâ esse stupratam. Et hic rebus eorum consideratus, meritò commendatur, ut sic Judith dicat: *qui scelaserunt scelum nostrum.* Alterum est facinus ipsum, cum omnibus suis circumstantiis consideratum, et sic illicitum fuit, tum quia id auctoritate privâ, inconsulto et inscio patre, cum maximo ejus periculo, ut ipse explicat Genes. 34. aggressi sunt; tum quia id fecerunt per fraudem, et contra pacta. (Lyranus.)

dam (1), et filias illorum in captivitatem, et omnem pradam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum: subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi viduæ.

4. Tu enim fecisti priora, et illa post illa cogitasti (2): et hoc factum est quod ipse voluisti.

5. Omnes enim viæ tuæ paratæ (3) sunt, et tua judicia in tuâ providentiâ posuisti (4).

6. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum (5) videre dignatus es, quando post servos tuos armati credebant, confidentes in quadrigis, et in equitatu suo, et in multitudine belatorum.

7. Sed aspexisti super castra eorum, et tenebræ fatigaverunt eos (6).

8. Tenuit pedes eorum abyssus (7), et aquæ operuerunt eos.

9. Sic fiant et isti, Domine, qui confidunt in multitudine suâ, et in curribus suis, et in contis (8) et in scutis et in sagittis suis et in lanceis gloriantur,

(1) Græcus: Dediti principes eorum in cadentem, et cubile eorum, quod noceat deceptionem eorum, in sanguinem; et percussisti æquos super dynastas, et dynastas super thronos eorum. Et dediti sacros eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in direptionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt solum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis suâ, et invocaverunt te in adiutorem; Deus, Deus meus, exaudi me viduam. Stylus hic tumidior, et phrasibus etiam poeticis infertur videtur. Omnino, ait Grotius, huius libri scriptor legerat scriptores ex Græcis, ut qui Titanum et Gigantum meminerit. (Calmet.)

(2) Quemadmodum et te auctore sunt prodigia, olim sub patribus nostris gesta, ita et te moderante aguntur omnia quæ nunc et quæ deinceps contingant. Futuri eventus idcirco fiunt quia tu sapienti providentiâ tuâ æterno consilio decreveristi. Græcus: Tu fecisti quæ ante illa et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitasti. Syrus apertior est et brevior: Tu prima et media fecisti, et quæ sequuntur. (Calmet.)

(3) Εὐφραν, faciles tibi. (4) Εὐφραν, faciles tibi. (5) Εὐφραν, faciles tibi. (6) Εὐφραν, faciles tibi. (7) Εὐφραν, faciles tibi. (8) Εὐφραν, faciles tibi.

Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, et tua judicia in tuâ providentiâ posuisti. Omnia pro arbitrio nullo negotio facis: nihil tibi arduum est: stratae sunt tibi viæ et faciles; nihil te remoratur; nunquam consilia tua falluntur, sive ipsa se impediendo, sive ab hostibus turbata. Græc.: Omnes viæ tuæ paratæ, et iustitiam tuam in præcognitione. Sub tuo nutu sunt

qui avez rendu leurs filles captives, et qui avez donné toutes leurs dépouilles en partage à vos serviteurs qui ont brûlé de zèle pour vous; assistez une veuve, je vous prie, Seigneur mon Dieu.

4. Car c'est vous qui avez fait les anciennes merveilles, et vous avez résolu les unes après les autres, et ce que vous avez voulu s'est fait.

5. Car toutes vos voies sont préparées; et vous avez établi vos jugements dans l'ordre de votre providence.

6. Regardez maintenant le camp des Assyriens, comme vous daignâtes un jour regarder le camp des Égyptiens, lorsque armés ils poursuivaient vos serviteurs, se flant en leurs chariots, leur cavalerie, et la multitude de leurs soldats.

7. Mais vous ne fîtes que jeter un regard sur leur camp, et les ténèbres les fatiguèrent.

8. L'abîme retint leurs pieds, et les eaux les couvrirent.

9. Seigneur, que ceux-ci périssent de même, eux qui s'appuient sur leur grande multitude, et qui se glorifient dans leurs chariots, dans leurs dards, dans leurs boucliers, dans leurs flèches et dans leurs lances,

omnia, et certâ invictâque voluntate omnia decernis, quippe qui vias agendi præcõstiti totas atque certissimas. Syrus: Omnes viæ tuæ paratæ et creatura sua nuda in conspectu tuo. Nihil tibi repugnat, te latet nihil. (Calmet.)

(5) Græcus plurimum discrepat à Vulgata in hoc versiculo et novem sequentibus. Danus integrum: Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exultant super aquas, et accensæ; gloriantur in brachio pedum, speraverunt in chyro, et in jaculo, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus cœlestis bella: Dominus nomen tibi. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim perducere sanctaria tua, contaminare tabernaculum requietis nomini gloriæ tuæ, et dirigere ferro cornu altaris tui. Aspice in superbiam eorum, et mitte iram tuam in capite eorum. Da in manu meâ victricem, quod cogitavi robur; percutite servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super servum suum, et frange eorum cœcitudinem in manu femine. (Calmet.)

(6) Dùm nubis columna, quæ parte israelitis respiciebat, luce tuâ transeuntibus per sectum mare fulgeret, mox atra operiebat Ægyptios, prohibebatque ne è castris ante ortum matutinae lucis exirent. Littera textus fert: tenebras fatigasse Ægyptios; noctem enim totam molestam et inquietam egerunt, iter tentantes, sed ne procederent, tenebris prohibiti sunt.

(7) Id est, maris fundus, in eorum submergitione. (Lyranus.)

Eodem modo aliâ occasione loquitur David Psal. 68, 4. (Menochius.)

(8) Id est, fustibus ad pugnandum dispo-

10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio (1), et Dominus nomen est tibi.

11. Erige brachium tuum (2) sicut ab initio (3), et allide (4) virtutem illorum in virtute tuâ : cadat virtus eorum in iracundiâ tuâ, qui promittunt (5) se violare sancta tua, et polluere tabernaculum nominis tui, et dejicere gladio suo cornu altaris tui (6).

12. Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia (7) amputetur.

13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me (8), et percussus eum ex labiis charitatis meae (9).

sitis. Continent hastæ oblongæ, venabula, etc. (Lyranus.)

(1) Id est, ab antiquis temporibus, sicut patet de Amalec contra filios Israël pugnante Exod. 17, et de Og rege Basan, et de regibus contra Josue pugnantes, Josue 10, et in pluribus aliis locis. (Lyranus.)

(2) Hic ponitur tertium à Judith allegatum, scilicet destructio divini cultus, cujus observatio erat conventus Deo; idcirco dicitur : Erige brachium tuum, id est, potentiam tuam.

(3) Id est, ab exitu filiorum Israël de Ægypto, ut prædictum est. (Lyranus.)

(4) Id est, prosterne. (Lyranus.)

(5) Sic enim promiserant Nabuchodonosor regi, ut ipse solus nominaretur deus in terrâ, ut dictum est super c. 5. (Lyranus.)

Parum tibi, sibi ipsis, sperant. (Menochius.)

(6) In quatuor altaris holocaustorum angulis porrectum quid surgebat, cum cornu vel radius, uti Scriptura non semel docet. (Calmet.)

Figuratè pars ponitur pro toto. Vel certè cornu gloriæ significat, ut interpretatur Emmanuel 84. (Menochius.)

Per cornu designatur gloria, et majestas altaris, seu sacrificiorum, quæ in altari offerebantur Deo. (Tirinus.)

(7) Id est, caput Holofernis, de cujus potentia totus exercitus gloriabatur, et videtur hic propheticè loqui, quia sic factum fuit postea, ut videbitur c. 15. (Lyranus.)

(8) Id est, sic capiatur in aspectu meo pulchritudinis, quod nam ei sic familiaris, quod possim eum jugulare. (Lyranus.)

(9) Græcus legit : Ex γυναικὶ ἀγαπῶν, ubi nos non male habemus γυναικὶ ἀγαπῶν; latiorum fraudis, quod melius congruit cum illis quæ in Græco præcesserunt, τὴν ἀγαπῶν τὴν ἀναιδέως, facile deceptam. Sequitur in Græco : ἐπεὶ οὖν ἀνδρὶ τὴν ἀναιδέως ἐν γυναικὶ τὴν ἀναιδέως, ubi ἀναιδέως est status erectus, ut Zach. 9, 8, et infra 12, 9. (Grotius.)

Labiis charitatis suæ vocat blandiloquia labia, in quibus verba elegantia et ad charitatem seu amorem allicientia proficiunt. An ergo

10. Et qui ne saven pas que vous êtes notre Dieu, qui arrêtez les combats dès le commencement, et que votre nom est Jéhova.

11. Elevez votre bras, comme vous avez fait autrefois; écrasez leur force par votre force; que leur courage tombe devant votre colère, eux qui se promettent de violer votre sanctuaire, de déshonorer le tabernacle de votre nom, et de renverser avec leur épée la majesté de votre autel.

12. Faites, Seigneur, que son orgueil soit abattu de sa propre épée.

13. Qu'il soit pris par ses propres yeux, comme par un piège, en me regardant; et frappez-le par l'agrément des paroles qui sortiront de ma bouche.

intendit vel optavit Judith pellicere Holofernem ad libidinem? Respondeo : Nullo modo, ut patet ex cap. seq. v. 4, sed solum intendit et optavit pellicere illum ad amorem sui honestum et castum, quo, v. g., poterat Holofernes prosequi Juditham ut futuram conjugem. Et licet probabilibus conjecturis præciseret illum non ad castum, sed ad turpem amorem pellectum iri, quia tamen id non ex naturâ facti Judithæ, sed vitio ipsius Holofernis futurum erat, et Juditha justissimas haberet causas faciendi quod faciebat, puta ad liberandam patriam suam, et fugandos hostes, poterat negligere seu merè passivè sese habere ad peccatum Holofernis, et eo non obstante, curare modis omnibus ut is ad sui amorem pertraheretur; Ita ferè S. Ambrosius et doctores scholastici. Et placuisse hoc ejus factum Deo, patet ex eo, quod singulari modo eidem cooperatus sit, ut habes c. seq. v. 5. (Tirinus.)

Græcus et Syrus majore vi : Percute servum & labia deceptionis meae super principem, et principem super misistum ejus. Id efficit, siquidem probaveris quod meditor, eos scilicet seducere callidis verbis, vel impellere ad amorem; id, inquam, efficit, ut in me ceu in laqueum impingant. Sed quæcumque domum ratione hæc verba accipiantur, ægrè percipimus cur Judith proptulit sibi Numen impleret, ut hostes vel deciperet, vel impudicem in amorem traheret. Neutrum probare Deus poterat. An Judith adeo morum regulas ignorabat ut id Deum flagitare auderet? Nonne Deus mali conscius et fautor haberetur? Utro equidem admittimus, justo in bello licere stratagematibus, doli, inopinis aggressionibus hostem petere : Dolus an virtus, quæ in hoste requiritur? Finge, dissimula, simula : consilium tuum revelare non debes. Si se ipsum hostis fallit, atque aliter fieri putat id quod ab hoste alio planè consilio agitur, vitio id nemini datur : at si datâ operâ mendacia proceduntur : si directè deceptio et hostis seductio queritur ; si assentatione falsaque consiliis delinquitur ; si aliter, quam res ipsa est, urbis status describitur ; si mendacio religio servire cogitur ; si ea solummodo proferri dicuntur quæ Dei spiritus et studium religionis

14. Da mihi in animo constantiam (1), ut contemnam illum: et virtutem, et evertam illum.

15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus femine deiecerit eum.

16. Non enim in multitudine est virtus tua (2), Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

17. Deus caelorum, creator aquarum, et Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, et de tua misericordiā presumentem (3).

18. Memento, Domine, testamenti

suadent, uti ab Juditha toto hoc cap. 11 garitur, id porro Christianæ discipline dogmata et materialis aequitatis leges damnant ac reprobant.

Sed artificia hæc multo insidiosiora sunt, ad illecebris suis femina animum Holofernis impudico amore irretire conatur, ut incautum in necem trahat. Animam necat priusquam corpus. Crudelitas nihil est, nil iniquius, nihil divini legi magis repugnans. Scitum est quid dira ultione Deus multaverit Madianitas, qui prava Balaami consilia secuti, puellas in castra Israelis miserunt: quam acerbè pariter ultus fuerit pseudoprophetam, sceleris consultorem; quam severè populum, qui suadenti obtemperavit, ac denique Israelitas qui soluti sese passi sunt. Malignè igitur ex omni parte probum laudansque orationem ac facinus Judithæ. Rectum animi propositum commendamus, potantemque recto consilio eam esse et naturali mulieris ignorantia peccatum animi. Neque tamen vitio illi damus aut similitudinem consilii, aut eadem Holofernis, aut callidam decipiendi artem: hæc omnia iusti belli leges admittunt. His tamen rei ab illi gestæ deformitatem legi undique posse non censemus. Mendacium continuatum iterumque toto eo tempore quo Holofernem allocuta est, usus venustatis ac meliorum illecebrarum, quibus amorem aucupabatur, discrimen quod edidit, ne qua vis aut injuria sibi inferretur, hæc laudatores nos agrè admodum habent.

(Calmet.)

(1) Nota: Omnis virtus, sed maxime constantia petenda est à Deo, tam præsertim infirmis et debilibus, uti sunt femine, pueri, senes, ægri, cum aggrediuntur quid heroicum vires naturæ exsuperans, quale erat hoc opus Judith, idque tum quia homo ex peccato factus est totus fragilis et inconstans, tum quia Deus ait: Ego sum qui sum, id est, per essentiam constans, formæ et auctor omnis essentie. Sed adverte Judith cum petere indutam cilio, et cinere aspersam, ac prostratam in terrâ, v. 1, quia oratio, ut constantiam obtineat, debet armari penitentia, labore et mortificatione carnis; qui enim mollis est, et debilis

14. Donnez-moi assez de constance dans le cœur pour le mépriser, et assez de force pour le perdre.

15. Car ce sera un monument glorieux pour votre nom, qu'il périsse par la main d'une femme.

16. Car votre puissance, Seigneur, n'est point dans la multitude; vous ne vous plaisez point dans la force des chevaux; et dès le commencement, les superbes ne vous ont point plu; mais vous avez toujours agréé les prières de ceux qui sont humbles et doux.

17. Dieu des cieux, créateur des eaux, maître de toute créature, exaucez-moi; exaucez-moi, malheureuse suppliante, qui présume de votre miséricorde.

18. Souvenez-vous, Seigneur, de votre al-

ternis indulget, nequit esse fortis et constans. Cuius signum est mortis, quis constantiam valde excitat memoria mortis, brevitatisque vite et laboris ac doloris in eâ subeundi. Denique prostratio signum est humilitatis, quæ quis agnoscens suam fragilitatem, implorat Dei opem, ab eoque constantiam impetrat.

(Corn. à Lap.)

(2) Victoriæ pro arbitrio largiris, non præliantium, non facili exorcitis, non victoriæ numerum respiciens. Deinceps in hoc capite Græcus plurimum discrepat à Vulgata. Damus integrum: Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus; sed humilium es Deus, minorum es adjutor, sanctorum infirmorum, deploratorum protector, desperatorum solator. Neque, Deus patris mei, et Deus hereditatis Israel, Dominus caelorum et terræ, creator aquarum, rex omnium creaturarum tuarum, tu exaudi orationem meam, et da verbum meum in deceptionem, in ruitum, et iterum eorum qui contra testamentum tuum, et domum sacrificiorum tuam, et veritatem Sion, et domum possessionis filiarum tuarum deliberaverunt duci. Fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum quia tu es Deus omnis virtutis et potentis, et non est alius proteges genus Israel, nisi tu.

(Calmet.)

Non in multitudine est virtus tua. Idem agnoscit Asa, rex Judæ, 2 Paralip. 14, v. 10, cum Æthiopum Zara decies centena armatarum millia in Judæam duceres. Idem etiam Artabanus, licet gentilis, inculcabat Xerxi, pluribus adhuc milibus, dum Græciam peteret, stultæ gloriæ: « Ingressus, inquit, exorcitus » ab exiguâ prodigatur, quoties Deus in quo « deestatur, aut metum aut tonitruum inculcat. »

(Tirinus.)

(3) De Dei misericordiâ presumere tum in malam partem quis potest, quando illi soli inuiti vellet, aliis omnibus quæ Deus simul requirit, neglectis; in bonam verò partem, quando adhibitis adhibendis, ab nullam vel rei difficultatem, vel postulantis indignitatem, diffidit de potentia et bonitate Dei. Et sic fecit hic Judith, et supra, c. 6, v. 13, fecerunt etiam reliqui Bethsalienses.

(Tirinus.)

tui (1), et da verbum in ore meo, et in corde meo consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione tua permaneat :

19. Et omnes gentes agnoscant (2) quia tu es Deus, et non est alius præter te.

(1) Id est, si pro nobis non parcas, saltem parcas pro tuo cultu qui viget in nobis.

(Lyranus.)

TESTAMENTI TUI, promissorum populo tuo. DOMUS TUA, templum quod infideles eversum erant.

IN SANCTIFICATIONE TUA, non polluitur, non

liance; mettez les paroles dans ma bouche; et fortifiez la résolution de mon cœur, afin que votre maison demeure toujours dans sa sainteté,

19. Et que toutes les nations connaissent que vous êtes Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre que vous.

profanetur.

(Menochius.)

DOMUS TUA, seu templum, in sanctificatione tua, id est, in religione et cultu tuo, quo solo verè sanctificatur, permaneat.

(Tirinus.)

(2) Per factum sic mirabile, quod non potest fieri nisi tua virtute.

(Lyranus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Judith autem prociidit in faciem, et imposuit cinerem super caput suum. Et nudavit quem induerat saccum, et erat nuper oblatam in Hierusalem, in domo Dei thymianâ vespere illius : et clamavit voce magnâ Judith, et dixit : — 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam virginis in pollutionem, et nudaverant femur in confusionem, et poluerant vulvam in opprobrium : dixisti enim : Non sic erit. — 3. Et pro his quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cadem, et stratum eum; quod noverat deceptionem eorum, in sanguinem, et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum; — 4. Et dedisti uxores eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te, qui etiam relaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverant te in adiutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduum. — 5. Tu enim fecisti, quæ ante illa, et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et super-venientia cogitasti : et facta sunt quæ in mente habuisti. — 6. Et affuerunt quæ deliberasti, et dixerunt : Ecce adsumus : omnes enim viæ tuæ paratæ, et judicium tuum in præcognitione. — 7. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore, gloriosi sunt in brachio pedum, speraverunt in clypeo, et in gæso, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella, Dominus nomen tibi. — 8. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, et diruere ferro cornu altaris tui. — 9. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu meâ viduum, quod cogitavi, robur. — 10. Percute servum à labiis deceptionis meæ super principem, et principem super ministrum ejus : frange eorum celsitudinem in manu feminæ. — 11. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus : sed humillimum es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. — 12. Næ næ, Deus patris mei, et Deus hereditatis Israel, Domine cælorum, et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam. — 13. Et da verbum meum, et deceptionem, in vulnus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura : — 14. Et fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentis, et non est alius protegens genus Israel, nisi tu.

COMMENTARIUM.

Alteram nunc ad liberandum populum aggressionem Judith adhibet, cum Deo scilicet agendo, ejusque opem et auxilium implorando. Ideoque hoc ipso capite illius ad Deum oratio proponitur, et ejusdem modus, partim hujus ejusdem capitis initio statim, partim etiam sequentis. Nam primò, ingressa est oratorium suum, de quo super; deinde, se cilicio induit; tertio, posuit cinerem super caput suum; quartò, prostravit se ante Dominum; quinto,

clamare precabunda occipit. Quæ aliorum toties, tamque humiliter, ut audimus, preces petierat, quid cum ancillis, domesticisque suis fecisse jam credimus? In Græco quæ notanda sint, duo hic adjiciuntur: unum, nudavit id, quod induebatur, cilicium, id est, cum id ante opertum esset, vestibusque illis oblectum, jam aperit, vestibus illis abjectis, cilicio induta est. Sicque Latine textus explicandus de indutione cilicii, non quilibet, sed

apertâ, minimèque velatâ, prout in sacrificantibus sacerdotibus dictum supra, cap. 4, vers. 9 et 16. Alterum, est coepta hujus orationis tempus. Et erat jam, cum offerri solet, Hierosolymis, in domo Dei, incensum vespertinum. Oratio verò petit hostium proliigationem, Israelitarum liberationem, et quidem ita ut utrumque istud, et ipse hæc agendi modus ad unam ipsius Dei gloriam totus referatur, vers. 15 et 19. Contextitur autem tota petitio ex comparatione quidam cum veteribus exemplis duobus. Deinde ex crebris de Deo sententiis, et tertio, ex ipsius, quem dixi, finis propositione. Exemplum prius est ex Genes. 34, vers. 39, de Simeone patriarchâ. Sicut enim, ô Deus, in ulciscendâ violatæ virginis pudicitia juxisti; ita me viduam ex illo progenitam, in Bethulie, adeoque patriæ totius et religionum tuarum liberatione procurandâ nunc adjuva. Alterum, ex cap. 14 Exodi vers. 9, sicut Pharaonis et Ægyptiorum castra Israelitis insequentium occisione olim penitus occidisti, ô Deus; ita et nunc immensa Holofernis hujus, omniumque Assyriorum copias extermina.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quomodo, in defensionem alienigenarum, dedit Simeoni patriarchæ gladium Domini?

Est aliqua hic de verbo, contra versionis nostræ motus, velitatiuncula, et de re ipsâ ob difficultatem, pugna. De verbo quidem, quia Simeon, alienigenas non defendisse, sed oppugnasse ac interemisse legitur. Ac defensio vindictam et ultionem significat, quam Græci *δολοχὴν δι' ὀφθαλμοῦ* appellant. Sic enim defendendi defensionisque vocabula priscis auctoribus usurpata notat non incuriosus Latini sermonis custos Nonius. *Defendere*, ait, *vindicare, depellere*. Virgilius, Bucol.: *Solstitium pecori defendite*. Ennius Achill.: *Servas aces, defende hostes, cum potes defendere*. Et sic quodammodo jam supra cap. 4, vers. 12, *Ja-*

« Nam et nunc tacite permissum est, quod « sine ultione prohibetur.

De re ipsâ porro difficultas est, quomodo quam intulit Simeon alienigenis, cædes hic laudetur, cum in Genesi vituperetur? Illic enim cap. 34, vers. 30, Jacob dicit ad Simeon et Levi: *Turbatis me, et odium facitis me Chananeis et Phereæis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, et delebor ego, et domus mea.* Multoque gravius cap. 49, vers. 5: *Simeon et Levi fratres, vos iniquitatis bellastis. In consilium eorum non veniat anima mea, et in castra illorum non sit gloria mea, quia in furore meo occiderunt virum, et in voluntate sua auferunt matrem. Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Discedam eos in Jacob, et dispergam in Ierusal.* Tres adhibentur ei difficultati responsiones. Prima est eorum qui concedunt vel omnino, vel ferè locum illi repugnare. Sed hi sunt illi recentiores, qui libet hujus auctoritatem lance parum æquâ ponderarunt, ut Carthusianus, de quo supra, proleg. 4, in hæreticorum argumentis fol. 213. Altera Historiæ Scholasticæ, quæ ait posse dupliciter eandem hanc expendi, primò quoad divinum judicium, cujus, per virginis Dinæ stuprum, violata erat majestas, et hominum naturæ insita lex; neque verò illum punitione placuissent stuprator Sichem et ejus pater Hemor, cæterique scelus ejus vel adjuvatores, vel approbatores Sichemitis cives, et sic justissimâ hî cæde plecebantur. Deinde, quoad Simeonis ipsius et Levi animus, qui vehementi quidam furoris insaniâ, non justitiæ zelo, sed ira vindictæque impetu arma corripuerunt, illos occiderunt, itaque injusta cædes fuit. Priore modo laudari cædem hic, non posteriore, inquit illa historia et explicat, aliquoque modo approbat Carthusianus exemplo Judæorum, quorum exitium et captivitas, quoad Dei sententiam, justa, quoad Nabuchodonosoris ambitionem et superbiam, injusta existit. Tertia Lyranî hoc loco et Pererij nostri, libro de Benedictione patriarcharum, duo nimirum in cæde illâ fuisse, unum, ipsam flagitiî detestationem, ejusque puniendi zelum; alterum, ipsum punitionis hujus exequendæ modum, et prius quidem illud laude dignum esse, non posterius, non quasi puniendi potestatem non haberent (cùm enim esset Hemor loci ejus princeps, ad nullum vocari tribunal poterat, sed armis tantummodo puniri), sed quia modus is contra sanctum

namque sedit et fraudulentus, nimirumque
religiosus et furiosus fuit.

Ex utraque ista expositione plenior ea for-
san erit, quis dixerit, primò quidem hic maxi-
mè spectari et laudari, quod in clade ista
divinus fuit: Nam et orationis hoc scopus,
quem supra vidimus, indicat, et loquendi mo-
dus: *Dedit illi gladium in defensionem alieni-
genarum; dedit mulieres illorum in pradam;*
et in Græco: *Dedit principes eorum in cadem,*
et *vulnere ipsorum in sanguinem, et percussit*
terram cum dynastiis, et dynastis ipse in thronis
suis; statimque magnitudo sceleris, quod gla-
dio vincendi voluit Deus, aspicitur. Ad hoc,
in sequenti exemplo de Ægyptiorum mersione
nilhil humani, sed tantummodò, quod divi-
num erat, prædicatur; quia id solam com-
memorata opportunè jam erat, Deum eos,
qui malo quopiam infidelitas affectissent, olim
punxisse, fidesque rogari eum, ut eisdem mo-
dò faciat. Deinde verò videtur factum istud,
quantis à Simeone et Levi existit, aliquo
modo laudari, quia Simeon et Levi dicuntur
servi Dei, neque simpliciter, sed qui *seculum*
solent Dei: Nam *seculum Dei* scire in latido
ponitur, 1 Machab. 2, 54 et 55. Et Græce ad-
ditur: *Sanguinis aut potestatis abominati sunt;*
et se ex adversum innotuerunt. Atque sic, non
interim negatur eos peccasse, impertinè, ex-
istè nimirum forenter et rabide in fœderat-
os irruisse: In uno eodemque opere, quod
alioqui malum est, unoque modo agitur. po-
tens interdum tamen tunc quidpiam dignum
aspici. Testis ille, qui furacem fraudulentum-
que villam insipientis laudat, quæ prædixit
fecit, Lucæ 16, vers. 8.

Obicit tamen Carthusianus, armis eos po-
nam inferre non debuisse; quia etiam Hemôr
esset, majori tamen regi parebat, coram quo
de injuriis potuit accusari. Nam Josue 11,
Asor antiquitas inter omnia regna hanc principa-
tem tenebat. Verum potuit Asor principatûm
tenere, sive inter omnia emittens, ut regna ei
tamen illa non subessent. Et, ut subessent,
quomodo advenit et peregrini homines, in re,
que magnum apud barbaros istos flagitium
non videbatur, iustas exigere pœnas potuis-
sent?

Obicit fortè alius, totum, etiam quoad
Simeonis animum, et modum, factum hoc
videri hoc Deo laudari, quis dicitur Deus illi
gladium dedisse. At quæ tales iustior, quæ
excedendi animus et modus æquior, quàm ubi
gladium porrigit, pœnas quem summa omnium

vitz ac necis potestas? Quomodo delinquant,
qui Dei aliqui in re servi sunt, in eoque solum
ipsius zelant? Jam dixi, et usu receptum, et
uno quopiam respectu sit aliquid æquum,
alio iniquum; accipiat quis à Deo potestatem
aliquam, neque ei tamen, quemadmodum par
esset, bene utatur. Nonne Nabuchodonoso-
rem, qui Hierosolimam cepit, templum ever-
tit, populum adduxit, vocat Deus verum suum,
Jerem. 25, vers. 27? Nonne ad Eschielum ait
Dominus cap. 20, vers. 22: *Ecce hominis, Na-
buchodonosor rex Babylonis servit fecit exerci-
tum suum servitute magis adperat Tyrum.*
*Omne caput decolatum, et omne humerus de-
pilatus est; et merces non est reddita ei, neque*
*exercitus ejus de Tyro, pro servitute, quæ servi-
vit mihi adperat eam.* Judith ergo potissimum
quæ Dei sunt in Simeonis irruptione celebrat;
quæ Simeonis verò sunt, non nisi modicè et
quædamtenta.

QUESTIUNCULA II.

Quæ labia charitatis vers. 13, et quæ illustriora
hujus capitis, vel sententia, vel documenta?

Labia charitatis vocantur, à quibus verba-
rum xpi quedam, sive jucunda orationis
gratia existit. Unde et qui auribus aliquid
dant, aliisque gratis proferunt, ii apud Athē-
næm *χαρισματούχοι*, ab aliis quibusdam
arealogi vocantur. Quia verò ejusmodi ora-
tionis mella graviter sæpè auditorem fallunt,
sicut et Holofernem infallerunt, idcirco in
Græco dicuntur *χρῆς ἀδολοί*, labia fraudis,
sive, ut in Psalmis 11, 10, 50, labia dolose.
Quomodo hujusmodi à Deo petat Judith,
alio capite, cum aliis quibusdam, disquiretur
commodiò.

Inter sententias verò prima est, quæ Dei
potentiam extollit vers. 4, dicit et penam,
quæ salacibus illis Sichemitis illata erat, cum
arbitratu suo fecisse ait, et alia omnia tam,
quæ unquam antè facta sunt; vel, deinceps
unquam fient. Hæc enim sententia hujus vis
passè in Græcis aptior est: *Fecisti ea quæ*
illis priora sunt, et quæ deinceps, et quæ nunc,
et quæ ventura intellexisti; et facta sunt quæ
cogitasti; et præsentia fuerunt quæ deliberasti;
et dixerant: Ecce advenit. Omnes enim vitz
tue pœnat; et iustitiam tuam in probatione,
id est, provisa et præmeditata est.

Alterâ sententiâ est vers. 10: *Deus noster*
centeris bella ab initio, et Dominum nomen est
et. Pro isto, Dominus, Hebræicum casu solet

1777; estque totum hoc explicatum Exodi cap. 3, v. 14; cap. 6, v. 3, sicut et quod iam subditur vers. 15. *Erit hoc memoriale nobis etc.* Explicatur hic ipse locus à Petro Fabro lib. Dodecament, cap. 5. Alia Dei nomina sunt vers. 17, ubi et promittere in bonam partem sumitur, uti supra expositum cap. 6, vers. 15. In Græco etiam suavissima hæc: *Humilium Deus, inferorum adiutor, carator infirmorum, deploratorum protector, desperatorum saluator.*

Tertia vers. 18, cuiusmodi in Scripturis complures, sed pulcherrima illa Hierosolymitani regis Asæ; dum contra Ethiopum regem Zariam, qui decies centena hominum milia, trecentosque alatos currus duxerat, pergeret, 2 Paralip. 14, vers. 11: *Domine, ait, non est apud te uia salutis, acrima in peccatis aspersa, et in malis. Adjura nos, Domine Deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes aduersari, vestimus contra hanc multitudinem.* Hæc pater Judith nostre vocem Begino comiti, cui militie regule præscribat; laudat Carthaginiensis diaconus Ferrandus S. Fulgentii discipulus: *Si, ait in prima regala, parvus exercitus contra hostium multitudines innumerabiles educendus sit, orante Judith protinus confortabitur, concessa oratione; dum gemitibus exclamans: Non in multitudine est fortitudo tua; neque virtus tua in potentibus, sed in humilium est Deus.* Atque id etiam agnoscit gentilis apud Hierodotum lib. 7 Artabanus: *Ingens exercitus ab exiguo prodigatur, quod fides Deus ille, quibus invidet (sive potius) quos deestator, ubi metum aut terrorem iniecit.*

Documentorum verò istæ non parum suppediant sententiæ, possunt tamen adjungi et alia: primum, quæ sese ad magna quædam

CAPUT X.

1. Factum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco in quo jacerat prostrata (1) ad Dominum.

2. Vocavitque abram suam, et descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, et exiit se vestimentis viduitatis suæ.

3. Et lavit corpus suum, et unxit se myro optimo (2), et discriminavit crinem

(1) *Idem dicitur etiam, à terra in quam, Deum invocantem, se abiecerat, postea se eroptissimèque animi fiducia ad pulcherrimum*

opéra comparandi ratio sit, videlicet ad Deum semper advertere, ipsiusque majestatem precari. *Omnia rerum magnarum primordia à Deo, inquit, nascuntur.* Alterum, unius quæ nexum, quanta sapientia in rebus publicis mala? et ea neque fortuita, neque à solis hominibus inventa, sed, quia punire illam vult, etiam à Deo ipso immissa. Non est Diana quidem Helena; suam tamen habet et ipsa Hædem, ut in Genesi et hoc loco vides. Tertium, cum extremum hic virginis dedecus per femorum deducationem significetur, quid de Lacenis illis, quæ, parum velata, in adolescentium sese conspectum dabant, et quæpiti vocabantur, sentiendum? Quartum eum tanta Dei et potentia et providentia sit, quanta hic describitur vers. 4 et 5, cur nos ei totos non committamus? Quintum, in armis, hominumque operibus, apud hominum nostrum collocomus. Quid Assyris ista profuerunt, qui in acro, gesto, sagitta et fundi confidebant, et habet textus Græcus, itemque in illis, ut Latine vers. 9. *Omnia clausula, et quæ agimus, cogitamus, precamur, ad Dei unius gloriam tandem aliquando colliment.* Vult Judith decipi Holofernem, vult Assyrios deleri, vult obsidione urbem liberari, vult se corroborari. Sed omnia tamen hæc tendunt, ut Dei domus sanctificatio permaneat, religio vigeat, catholica Ecclesia non opprimatur, Deus verus vero sincerique cultus ab omnibus cognoscatur, colatur et deprecetur, quia non est alius præter eum, sive, ut ait Græcus, non est præter ipsam pro genere Israel, omnipotentem, alius, inquam, Ecclesie catholice conservator, protector, et servator non est, cui gloria nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

CHAPITRE X.

1. Judith ayant cessé de crier au Seigneur, se leva du lieu où elle était prostrée contre terre devant le Seigneur;

2. Et, ayant appelé sa suivante, elle descendit dans sa maison, ôta son cilice, et quitta ses habits de veuve;

3. Elle se lava le corps, se l'ignifia d'un parfum précieux, arrangea ses cheveux, et se mit

facilement edendum se contulit. (Vatablus.) (2) Latine myron idem est ac myron græcum, designatque unguentum genericum, vel

capitis sui (1), et imposuit mitram super caput suum (2), et induit se vestimentis inmunditatis suae (3), induitque sandalia pedibus suis (4), assumpsitque dextraliola (5), et lilia (6), et insures, et annulos (7), et omnibus ornamentis suis ornavit se.

4. Cui etiam Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat (8); et ideo Dominus hanc in illam

oleum fragrans, quo corpus ungebatur. Graecus legit: *unguentum pingue*, ut oppositum oleo *insensibili*, quod liquidum erat, et guttatim distillabatur. Codices quidam ante Romanam correctionem legunt: *myrta optima*; sed gentium lectionem hodie tenemus: quamquam enim oleum vel unguentum ex myrto notum erat, est tamen à re praesenti alienum. Neque hic de myrrha agitur, cujus erat olim usus in unguentis. Exhibet Plinius unguentum *myrsolamum*, quod faciliè cum praesenti congruit. In ea Arabiae parit, quae Iudaeam inter et Aegyptum jacet, proveniebat, exprimebaturque ex nucis vel glande quidam, unde nomen *myrsolamum*; est enim *myrsolamum* unguentum, et balsamum glans. Glans erat viridis et tenuis, pingui cortice. Ut crassius redderetur oleum, more unguenti, plura admixcerantur, uti discimus ex eodem Plinio, libro 13, cap. 1.

(Calmet.)

(1) Latine admodum: nam inde et discriminale in Latino Isaac et Isidoro. Ovidius: *Colligere incertos et in ordine ponere crines Dactyl.*

Et alibi:

Ponendis in mille modis profecta capillis.

(Grotius.)

(2) Est hic mitra capitis ornatu, Virgilius: *Caput Graec redimita mita.* (Grotius.)

(3) Quae opposita vestimentis lugubribus.

(Grotius.)

(4) Ex melinis pellibus; haec enim mos erat diebus istis. (Grotius.)

Id est, induta calecos distissimos; sandalia erant calcei genus distissimum et matronale. Narrant profani, Herculem saepe ab Omphale sandalio ictum fuisse. Sandalia plerumque pretiosissima erant, et interdum aurea. Intra arcus servabantur, ac servis ferenda tradebantur. Proprie genus erant crepidarum, quibus matronae domi utebantur. (Calmet.)

(5) In Graeco distincte *χρυσός* et *λίαν*, ut et in Graeco Isaia 3, 19. *Χρυσόν* generale est nomen metalli, sed specialiter de lis dicitur monilibus quae erant circa brachia. Itaque 2 Samuel 1, 10, ubi *χρυσός* habent alii, *χρυσόχρυσον*, brachiale, posuit Aquila. Et Athenaeus ex veteri poeta citat *χρυσόχρυσον ἀπὸ τῆς χρύσεας*, brachiale circa brachia. *Χρυσός* notum est esse armillas, quae sunt *ἐπὶ τοῖς ἀγκυρῶν*, circa puncturas manuum. (Grotius.)

(6) Haec de collo videntur pendisse. (Grotius.)

(7) De *insures* feminarum Orientis vido

une coiffure magnifique sur la tête, se revêtit des habits de sa joie, prit une chaussure très-riche, des bracelets, des lis, des pendants d'oreilles, des bagues, se para enfin de tous ses ornements.

4. Dieu même lui ajouta encore un nouvel éclat, parce que tout cet ajustement n'avait pour principe aucun mauvais désir, mais la vertu; ainsi le Seigneur, lui augmenta encore

Exodi 32, 25, Osee 5, 15, de annulis Isaia 3, 21.

(Grotius.)

(8) Queritur, quomodo hoc verum sit, cum cap. praec. Judith orans, de Holoferne sic loquatur: *Captus fagus amoris meum?* Respondet: non peccavit Judith in hac parte, quia illud malum, quod Holoferne exarsit in ejus concupiscentiam, non fuit ipsius Judith, neque tenebatur illud impedire, propter majus illud bonum, quod ipsa, Deo disponente, consecuturam confidebat, nempe populi Dei liberationem. Et hoc significat in eodem oratione Deum alioquin his verbis: *Et percastis eam ex labiis charitatis meae.* Tu scilicet, Deus, illum percastis. Deinde, ipsa non procuravit peccatum illud alienum, quia pulchritudo, aut ornatu feminae non proprie causa illiciti amoris, sed corrupta hominis natura, et concupiscentia latens. (Estius.)

Erat utique Judith eximie probitatis et sapientiae mulier, cujus animus summo religionis patriaeque studio restabat. Hujus virtuti et merito insigne testimonium Scriptura et Patres reddunt. Quicumque hic gressi, ea suscipiunt studium templi ac hostium injuriis protegendis, gentisque suae ab oppressione et discrimine impit cultus liberandae. Pura adeo et sublimis Judithae mens id ab auctore naturae promerebatur, ut felix facinori exitus etiam prodigio conciliaretur. Haec tamen prodigia infirmiora sunt, quam ut ineluctabili argumento demonstrent, hoc Judithae facinus rectissimum fuisse, ac undequaque probandum. Vim suam exerit interdum Deus, non merito illius, quem ministrum adhibet, sed gloriae suae causâ, ejusque beneficio, ob quem agit. Moyses et Aaron peccarunt, teste Scriptura, eo ipso tempore quo aqua è silice Cades educabant, prodigiosum robur à Samson ne tunc quidem recessit, cum is lapsus est in crimen. Judaei à ceteris Apostolis non distinguit Evangelium, cum narrat prodigia Jesu Christi nomine ab illis patrata; et superni judicii die plures rejiciet Jesus renuntians: *Non nosi vos*; plures, inquam, qui ejus nomine doctrinam ejecere, ac miracula clauerunt. Nunquam non in Ecclesiâ pravi, non secus ac probi ministri in sacramentorum administratione gratiam conferunt, ac peccata dimittunt. Igitur Deus venustatem Judithae augere miraculo potuit. Merito autem Patres et ecclesiastici scriptores illustri elogio celebrant virtutem et sapientiam Judithae, quamquam re gesta, quae numeros omnes probitatis non ita implebat ut undique Deo grata efficeretur. In-

pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret.

5. Imposuit itaque abra sue ascooperam vini (1), et vas olei, et polentam (2), et palathas (3), et panes, et caseum (4), et profecta est.

6. Cumque venissent ad portam civitatis, invenerunt expectantem Oziam et presbyteros civitatis.

7. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem ejus.

8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, et omne consilium tui cordis suâ virtute corroboret, ut gloriatur super te Jerusalem, et sit nomen tuum in numero sanctorum et iustorum.

9. Et dixerunt hi qui illuc erant, omnes unâ voce: Fiat, fiat.

10. Judith verò orans Dominum, transivit per portas, ipsa et abra ejus.

11. Factum est autem (5), cum descenderet montem circa ortum diei (6), occurrerunt ei exploratores Assyriorum (7), et tenuerunt eam, dicentes: Unde venis, aut quò vadis?

12. Quæ respondit: Filia sum Hebræo-

gens illud et commendandum consilium patriam liberandi, menti Judithæ summus Israelis Dominus insinaverat: omnes tamen illud implendi rationes divinitus edoctam fuisse, nullo argumento discimus. In his deligendis privato animi sui consilio obsecundare poterat, ac decipi errore planè humano, ac veniè dignissimo. (Calmet.)

(1) Vox *Ascoopera* sonat propriè utrem vel saccum ascortum, cujus vellus interius lasee, ac pice oblitur probè, ut aptus sit continendis liquoribus, vino, oleo, etc. Græcum *Ascopytine* est vas ad vini continendi usum. Arthonam sibi paravit, ne cogeretur cibos accipere à gentibus, quæ immundas sanctione legis suæ habebat.

(2) Græcus: *Peram impleti farinâ*. Vox *polentæ*, et Græca *σπίστης* significant propriè *farinam* ex hordeo contuso, arido, et igne tosto: usurpatur etiam de farinâ à frumento, vel fabis. Mola hæc vel farina veteribus erat familiarissima, quæ comestum parato facilem, et ponderis non incommode, iter facturi sumebant. Ut in cibum pararetur, nihil majorem exigebat operam, quam ut humectaretur aquâ, vel infuso oleo irrigaretur.

(3) Scribit S. Hieronymus in Osee 1, de palathâ: « Est massa pinguium caricarum, quæ in morem laterum figerantur, ut diu illas permanent, calcant atque impin-

sa beatè, sicut quæ parit aux yeux de tous avec un lustre incomparable.

5. Elle donna à sa suivante à porter une outre de vin, un vase d'huile, de la farine, des figues sèches, du pain et du fromage, et partit ainsi.

6. Quand elles arrivèrent à la porte de la ville, elles trouvèrent Ozias et les anciens de la ville qui l'attendaient.

7. Ils furent étonnés en la voyant, et ils admirèrent beaucoup sa beauté.

8. Cependant ils la laissèrent passer sans lui faire aucune demande, disant: Que le Dieu de nos pères vous donne sa grâce; et qu'il affermissé par sa force toutes les résolutions de votre cœur, afin que Jérusalem soit glorifiée en vous, et que votre nom soit au nombre des saints et des justes.

9. Et ceux qui étaient présents répondirent tous d'une commune voix: Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

10. Cependant Judith, priant Dieu, passa les portes, elle et sa suivante.

11. Or il arriva que vers le point du jour, comme elle descendait de la montagne, les coureurs des Assyriens la rencontrèrent, et l'arrêtèrent, en lui disant: D'où venez-vous? et où allez-vous?

12. Elle répondit: Je suis une fille des Hé-

breux. » Appellatur interdum in Scripturâ *Massa caricarum*.

(4) Similem annonam ad fratres suos in exercitu Sathis militantes David tulit. Græcus legit ferendos tradidisse panes munda, fortè infermentatos; vel panes in usum suum, quos munda appellat, ut oppositis panibus profanorum, Judithæ immundis; vel denique panes candidos. Syrus congruit Vulgata: *Pase et caseo*, id quod sensum facit meliorem. Græcus et vetus Italica versio addunt: *Duplicavit omnia vasa sua, et cetera*, id est, obvolvit, complicit omnia quæ secum ferebat. (Calmet.)

(5) Ille consequenter se tradit manibus hostium, cum dicitur: *factum est autem*, etc. Bethulie.

(6) Ut videretur fugere populo civitatis ignorante. Nam illi horâ vigiles vadunt ad dormiendum, et sic fugientes habent tempus magis opportunum.

(7) Qui erant in circuitu civitatis. Ne aliquis exiens posset effugere manus eorum.

(Lycanus.) Græcus et Syrus ferunt, absente cives ex urbe oculis persecutos esse, donec monte descendit; subductam tamen ex eorum oculis, cum subjectam vallem attingit. Provenior erat igitur dies, ut longè prospectus daretur. Animadvertere juvat, in hoc libro nupiam occur-

rum (1); idcirco ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod dentur vobis in depredationem (2), pro eo quod contemnentes vos, poluerunt ultro tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in conspectu vestro.

13. Hæc de causâ cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis (3), ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quæ aditus possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exercitu ejus (4).

14. Et cum audissent viri illi verba

reæ horæ diurnas, neque nocturnas. Nox in vigiliis semper, uti olim ante captivitatem mox erat, distribuitur.

(1) Questio antiqua est, an Judith in his et alius quæ sequuntur non sit mentita, et peccaverit? Quidam eam excusare conantur, dicentes verba ejus sub conditione intelligenda. Scilicet, quod sciret Judæos in manus Holofernis tradendos, nisi agerent penitentiam. Sed id dici non potest, quoniam Judith c. v. 1, non tantum affirmat secretum quod tradentur, sed etiam quod jam multa impie proposuerint contra legem Dei sui, facere, scilicet sanguinem bibere, sacrificia contingere, etc. Alii itaque dicunt verba Judith esse prophetica, etque intelligenda de eversione populi istius, quæ postea per Titum et Vespasianum facta est; sed manifestum est esse verba historica, et de rebus presentibus eam loqui: itaque fatendum, eam non omnino excusari à mendacio, sed mendacium fuisse officiosum, et maximum bonum per illud illam intendisse. (Estius.)

(2) Lyrans, Abulensis, sanctus Thomas, Emmanuel 84, Mariana, et quidam alii putant Judith in hoc historiae hujus scriptis mentem esse, sed officiosè et in bonum patriæ. Quod, teste S. Augustino, nulli veterum, etiam post Christum passim, secuti Platonem putarunt sine peccato licuisse. Sed hoc merito refutat S. Augustinus toto libro quem de Mendacio conscripsit: ubi et hec mentem fuisse Judith, et negant idem Rabanus, Glossæ, Carthusianus, Hugo et Serapion. Et cerè, cum ex v. 4 hujus capituli constet, dicta hæc Judith, et omnem compositionem ipsius, utique non solum vestium, sed et totius tragædiæ, quam mensibus habebat, ex virtute pendisse; et idcirco speciali Dei favore, et ope ampliatam fuisse ac promotam; ob id rursus ipsa c. 15, v. 20, dicere affirmat quod sit pollutione peccati consociata fuerit; et c. 14, v. 16; hæc ipsa quæ exponit Holoferni, fatetur sibi dicta per providentiam Dei; et v. 4, promittit, se sibi fidei committaturam: et præsertim omnia quæcumque dixit sano et vero sensu quantum est ex mente loquentis, exponit; et certum sit, ipsam jus habuisse, et non adeo simpliciter et aperte cum Asyriis agere, sed veritatem prudenter ipsos cavere, non video quid ratione placidatque ab omni matrona merito possit (absit, debeat!)

breux; je m'en suis enfuie d'avec eux, ayant reconnu qu'ils vous seroient livrés en pillage, parce qu'ils vous ont méprisés, et qu'ils n'ont pas voulu se rendre à vous volontairement, afin que vous leur fassiez miséricorde.

13. C'est pourquoi j'ai dit en moi-même: Je m'en irai vers le prince Holoferne, pour lui découvrir leurs secrets; et pour lui donner un moyen de les prendre sans qu'il tombe un seul homme de son armée.

14. Ayant entendu ces paroles, ils consi-

derent, et dirent: Voilà tout mendaciorum res constituit. Ego quod primo loco hic dicit, et fugias, ab Hebræis, idem est, atque cederet ab eis abscessisse vel fugientis insar ad Assyrios transisse. Secundò addit: Fatum agnosce quod dentur vobis in depredationem, scilicet viâ naturali et ordinariâ et nisi præter communem rerum ordinem Deus quasi à machinâ succurrat, et malum istud præcipiat. Tertio: Vadam ut indicem secreta illorum, nempe de extremis suis et sine Bethulensium, et aliis quæ seq. c. exponit Holoferni. (Tirinus.)

Multa sunt à Judith, et dicuntur, quæ ad simulationem et mendacium pertinere videntur. Dicendum hæc: cum hostibus studio uti et stratagematibus, et equivocatione in mente retentâ, orationem illius à mendacio vindicant potius. (Henschius.)

(1) Ita enim reserâ futurum erat, si humanam rationem et providentiam spectes; nec enim humilitas humanâque quibus Hebræi poterant Assyriis resistere; sed Judith altioris cunctis consilio et otiosis, scilicet id non futurum nisi per consilium Dei providentiam et correctionem. (Corn. à Lap.)

(2) Mentem istam dissimulat hic Judith, scilicet consilium offendet mendacio tegi; sed officiosum hoc mendacium, est tamen, nullaque ratione illud excusare cogimus. Nos rei incusamus, nec prosper à Deo eventus prohibitum rei pessimis argumentis demonstrant. Difficillatè verò non committunt nos cum illis interpretationibus quibus Judith verba leniuntur. Præterea, si testemur, antea limitationes ab hominibus commereio arceat, tamquam nihilominus quibus mendacium ipsam perniciem, aut licentiam hæc recipitur Judith causâ, ejus virtutem Scripserunt quidem laudat, sed immunitatem peccati non asserunt? Quæ ironicum hic aliquid rei propheticum agerent, scilicet, adhuc non evasit. Hoc est enim cor, inquit irrisorem vel ironiam nemo videt. Nec propheta asserit mysterium prohibens, quin factum aliquid mendax simul et propheticum pariter ac mysticum, esse possit. (Calaneo.)

(3) In Græco: καὶ ὁ ἀσσυρίων τις ὁ βασιλεὺς ἐξ ἡμῶν ἐξέλεξε, non desiderabitur de vobis, ejus care illa, id est, non desiderabitur, quomodo dicitur apud Hellenistas sumi diximus, ex Exodi 24, 11. (Grotius.)

ejus, considerabant faciem ejus, et erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis (1).

15. Et dixerunt ad eam: Conservasti animam tuam, eo quod tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum.

16. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu ejus, bene tibi faciet (2), et eris gratissima (3) in corde ejus. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.

17. Cumque intrasset ante faciem ejus, statim captus est in suis oculis Holofernes (4).

18. Dixeruntque ad eum satellites ejus: Quis contemnat populum Hebraeorum,

(1) Tota ergo mentis eorum intentio abripiebatur et absorbebatur in contemenda, et admiranda eximia ejus pulchritudine: adeo ut aliud videre vel cogitare non possent. Hoc sciebat Judith, ideoque tantum ornatum assumpsit, ut oculos mentesque eorum caperet, captasque falleret, et Holofernem trucidaret, itaque ejus castra disparet.

Audi S. Aug. (vel potius S. Amb. aut certe Maximus; multi enim sermones S. Amb. ad verbum inveniuntur in S. maximo Taurinensi episcopo; nam utriusque stylus persimilis est), serm. 225 de Temp., qui est de Judith, « in qua » femina insidiosa pulchritudinis, sapientiae et hostilis exercitus vehementer expavit, « ut » in ejus obsequia vires amitterent, arma projicerent, et colla curvarent. Deducitur ad praetorium subjectis ordinibus fraus Holofernis, et lugentis victoria civitatis. »

Moraliter discas hic qualem feminarum aspectus periculosus sit et perniciolosus; ejus rei exempla sunt Simeon, David, Salomon, et mille alii. Verò Eccl. cap. 24, 14: Mellior, inquit, est impulsus viri, quam mulier benefaciens, et mulier confidens in opprobrio.

(2) Graecus fusiore scriptura enim reddit 16, 17, 18: Si steteris coram eo, ne timeas, corde tuo, sed amantia secundum verba tua, et bene faciet. Et elegemur ex se ipse utroque, et adjuverunt ei, et ancilla ejus, et adduxerunt eam ad tabernaculum Holofernis. Et factus est concubitus in omni diebus; peremerunt autem in tabernaculo praesentia ejus, et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Holofernis, donec amantissimum ei de eo, et mirabantur super pulchritudinem ejus, et mirabantur filii Israel ex eo. Et dixit unusquisque ad proximum suum: Quis contemnat populum hunc, qui habet in se mulieres tales? Non bonum est removere de eis iram nostram (Vetus Vulgata aliter omnia legis: fert, relinquendum esse superstitas ad genus mulierum, fore enim ut nascantur ex his filii, totum orbem possidentes), quoniam haec feminis poterant decipere omnem

déraient son visage; et leurs yeux étaient tout surpris, tant ils admiraient sa beauté.

15. Et ils lui dirent: Vous avez sauvé votre vie, en prenant cette résolution de descendre vers notre prince.

16. Et vous devez vous assurer que lorsque vous parâtes devant lui, il vous traitera bien, et que vous lui gagnerez le cœur. Ils la menèrent donc à la tente d'Holoferne, et l'annoncèrent.

17. Quand elle fut entrée en la présence d'Holoferne, il fut aussitôt pris par ses yeux.

18. Ses officiers lui dirent: Qui méprisera le peuple des Hébreux, qui ont des femmes si

terram. Et extensus qui dormiebat juxta Holofernem, et circa ministrum ejus, et intraverunt eam in tabernaculum. Et erat Holofernes regalis aures super lectum suum in aegypto, quod erat ex purpura, et auro, et smaragdo, et lapidibus preciosis intextis. Et amantissimum ei de eo: et exivit in procectum (ante tentorium), et lampades argentae praecedentes eam. De autem venit ad faciem ejus Judith, etc.: Consequendum ex vulgata videtur, Judithem intra Holofernis tentorium venisse, qui illam audire sub tentorio magnifico, mox descripto, sedens.

(3) Sciebat enim quod erat luxuriosus (Menochius).

(4) Id est, accessus immoderatus concupiscentiae ejus. Verumtamen si concupiscit eam pro concubitu fornicario tantum, vel conjugali secundum intentionem Judith, non habetur elare: nam littera sequens aliquando pro uno sensu, aliquando pro altero videtur sonare, prout in sequentibus apparet. Quicquid tamen fuerit ex parte Holofernis, intentio Judith in orando, et se ornando fuit bona: ut dictum est super, exultando enim a peccato maritali. In mendacis vero sequentibus non oportet eam excusare a peccato veniali, sicut si aliquis querit placere mulieri propter bonum, et illa exardeat in ejus concupiscentiam, non propter hoc ejus bona intentio deterioratur; pro quibus tamen non commendatur in Scriptura, sed pro affectione bona ad populi sui liberationem, et adversarii divini castis dejectionem, multum in Scriptura commendatur.

Audi S. Aug. serm. 278: « Quam cum videret Holofernes, solitus est sensibus, animam cum capite perditurus. Pseuit enim et dedecus juvenum mulieris, sicut captivum, sicut mulieri examare juvenes, et debellare victores; sollicitum defendere civitatem et barbarum subvertere bellatorem. Deceperit sincera corruptam, fecerit casta pollutam, pudica perimit adulterum, sobria jugulas ebriosam. Illa enim tam barbaros animos

qui tam decoras mulieres habent (1), ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus (2)?

19. Videns itaque Judith Holofernem sedentem in conopeo (3) quod erat ex purpurâ, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intextum:

20. Et cum faciem ejus intendisset, adoravit eum (4), prosternens se super terram. Et elevarunt eam servi Holofernis, jubente domino suo.

« Insidiosus sui vultus fraude confederat, ut eum ligaret multarum arte fabularum, ut redderet inter exercitus victum, et inter arma captivum. » Et paulò inferiùs: « Quamvis ille bellator armorum tam castissimæ feminæ malesanus attenderet vultum, illa tamen, quare venerat de ejus capite cogitabat, quo sublato defecis civibus subveniret, et multa capita tueretur, defenderet, vindicaret. » (Corn. à Lap.)

(1) Sic Græci apud Homerum, conspectâ Helenâ:

Non mirum est Phryges et proceræ corpore Achivos

Pro tali formâ longas perferre dolores:

Nintrum similis facies fuit illa deorum.

Addebat hic in Græco: Οὐ δὲ τὸν δούλον αὐτῶν πλάσσειν οὐδὲν τὸν γῆν, οὐδὲ τὸν περὶ τὴν αὐτῶν οὐρανὸν ἐκτείναντες. Per tam speciosas feminas, qualis est Judith. Ecce verum dicunt, sed insiti, ipsimet eam decepti, ab Hebræis

(2) Græci addunt: Quosdam nos est bonam remanere ex eis utramque, qui dimissi poterunt decipere omnes terram. Per tam speciosas feminas, qualis est Judith. Ecce verum dicunt, sed insiti, ipsimet eam decepti, ab Hebræis

belles? Ne méritent-elles pas bien que, pour les avoir, nous leur fassions la guerre?

19. Et Judith voyant Holoferne assis sous son pavillon, qui était de pourpre en broderie d'or relevé d'émeraudes et de pierres précieuses,

20. Après avoir jeté les yeux sur son visage, elle se prosterna en terre, et l'adora; et les gens d'Holoferne la relevèrent, par le commandement de leur maître.

per Judith cæsi, fugatique fuere. (Corn. à Lap.)

(3) Ita vocatur cortina sursum in eorum acutum desinens, et inferiùs in rotundum expansa ad arcendum culices. Ita Lyran: αἰσώφ' ἐνὶ οὐλῇ, talesque cortinæ lectis circumtrensibus et portasilibus circumdari solent. Unde Græci habent Holofernem sedisse super lectam suam in conopeo. Itali et Galli vocant Padiglione. (Corn. à Lap.)

Et τὸν νομῶν. Horatius:

Interque signa (turpe!) militaria

Sol aspexit conopeum.

Alexandrinus maxime eo uti ait ibi Scholiastes.

(Grotius.)

(4) Adoratione dulci, propter reverentiam magnitudinis, et potestatis quæ à Deo erat, quamvis Holofernes edabatur, sicut homines mali communiter abutuntur gratis à Domino sibi datis. (Lyranus.)

Se inclinans prosternensque se, ei honorem reverentiamque exhibuit, hoc enim significat προσκύων. Adoratio illa quam strato humi corpore impendit Holoferni Juditha, non fuit divina, sed civilis, quam si omisisset, inurbana videretur et rustica, et Assyrie majestatis contemptrix. (Vatablus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et factum est, ut cessavit clamans ad Deum Israel, et consummavit omnia verba hæc, — 2. Et surrexit à dejectione, — et vocavit ancillam suam, et descendit in domum, in qua versabatur in eâ in diebus sabbatorum, et in festivitibus suis. — 3. Et circum abstulit saccum, quem induerat, et exiit vestimenta viduitatis suæ, — et circumlavit corpus aquâ, et unxit unguento pinguî, et discriminavit capillos capitis sui, et imposuit mître super illud, et induit vestimenta lætitiæ suæ, in quibus amiciebatur in diebus vite viri sui Manasse. — 4. Et sumpsit sandalia in pedes suos, et circumposuit monilia, et armillas, et annulos, et inaurēs, et omnem ornatum suum. — Et ornata est valde in occursum oculorum hominum, quicumque viderint eam. — 5. Et dedit ancillæ suæ ascoperam vini, et campacem olei, et peram implevit farinis, et palathâ, et panibus mundis, et circumduplicavit omnia vasa sua, et imposuit super eam. — 6. Et exiit ad portam civitatis Betyla, et invenerunt insistentes super eam Oziam, et seniores civitatis, Chabrin, et Charbin. — 7. Ut autem viderunt eam (et erat mutata facies ejus) et stolam mutam ejus, et mirati sunt super pulchritudine ejus quamplurimum valde. — Et dixerunt ei: — 8. Deus, Deus patrum nostrorum, des te in gratiam, et perficere adinventiones tuas in gloria, yonem filiorum Israel, et exaltationem Hierusalem. — 9. Et adoravit Deum, et dixit ad eos: Præcipite, aperite mihi portam civitatis, et exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum. Et præcepit juvenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic. — 10. Et exiit Judith ipsa, et ancilla ejus cum eâ. Prospectabant autem eam viri civitatis, quoadusque descendit montem, donec transiit vallem et non ultra aspicebant eam. — 11. Et ibant in valle in rectum: et occurrerunt ei exploratores Assyriorum. — 12. Et ceperunt eam et interrogaverunt.

Quorum es, et unde venis, et quo vadis? — Et dixit: Filia sum Hebræorum, et aufugio à facie eorum, quoniam dandi sunt vobis in devorationem. — 13. Et ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis vestræ ad annuntiandum verba veritatis, et ostendam ante faciem ejus viam, per quam ibit, et dominabitur universæ montana: et non disgregabit de viris ejus caro una, neque spiritus vitæ. — 14. Ut autem audiverunt viri verba ejus, et contemplati sunt faciem ejus, et erat ante eos admirabilis pulchritudine valde, — et dixerunt ad eam: — 15. Salvat animam tuam, festinans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus, et ex nobis præmittent te, donec tradent te in manus ejus. — 16. Si autem steteris coram eo, ne timeas corde tuo, sed annuntia secundum verba tua, et bene tibi faciet. — 17. Et elegerunt à seipsis viros centum, et adjunxerunt ei, et ancillæ ejus, et duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. — 18. Et factus est concursus in omnibus castris. Personaverat enim in tabernaculis præsentia ejus. Et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annuntiaverunt ei de eâ. — 19. Et mirabantur super pulchritudine ejus: et mirabantur filios Israel ex eâ. — Et dixit unusquisque ad proximum suum: Quis continet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniam non bonum est remanere ex eis virum unum: qui dimissi poterunt decipere omnem terram. — 20. Et exierunt, qui dormiebant juxta Olophernem, et omnes ministri ejus, et introduxerunt eam in tabernaculum. — 21. Et erat Olophernis requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpurâ, et auro, et amaragdo, et lapidibus pretiosis intextis. — 22. Et annuntiaverunt ei de eâ: et exivit in proscenium, et lampades argenteæ præcedentes eum. — 23. Ut autem venit ad faciem ejus Judith, et ministrorum ejus, mirati sunt omnes super pulchritudine faciei ejus. Et precipiens in faciem adoravit eum: et excreverunt eam servi ejus.

COMMENTARIUM.

Extremum, quod ante liberationem apud Israelitas agit Judith, proponitur capite hoc, itemque principium eorum quæ apud Assyrios. In extremo illo est finis longæ, demissæ, ardentissimæque hætenus institutæ præcis; deinde præparatio ad iter, tandemque ipse ex urbe abitus. Præparatio, quia cum hoste corporeo et in corporeis hisce rebus toto defixo negotium futurum est; corporea item est, eaque duplex, nam et vario cultu corpus exornat, vers. 2, 3, 4, et cibis, quibus apud gentiles vesci velis, accipit. In ipso ex urbe abitu, est ipsius admiratio, et triplex precatio, ipsorum scilicet principum, aliorum circumstantium, et ipsius Judith. Additur Græcæ portarum apertio, jussu illorum facta.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quæ Abre, toties isto libro commemorata?

Supra, cap. 8, vers. 32: Ego exeam cum abré meâ. Hic vers. 2: Vocavit abram suam. Vers. 5: Imposuit abre suæ, et deinceps sapientis. Putant plerique nomen esse proprium unius à Judith gynecæo ancillæ. Commune tamen nomen est, quod ancillam significat: non tamen quancumque, sed, ut apud Eustathium ait Pansanias, quæ ad manum hære præstet ait, quæque ad obsequia honestiora solet adhiberi. Suidas exponit: Quæ diu et admodum domi versata est uxor, puella,

et honorata, sive domi nata sit, sive non, et affert ex Menandri Pseudocle, et Sicyoniâ, quam et Stobæus, serm. 51, citat, itemque ex Jamblichæ testimonia. Sed à nostris alia libris afferri possunt. Genes. 24, vers. 61: Surgens Rebecca, et ancillæ ipsius ascenderunt camelis, ubi ab Aquilâ vociferans, à Symonacho notata ponuntur. Exodi 2, vers. 5: Descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine, et ancillæ ipsius gradiebantur juxta fluvium. Et ibidem, cum misisset ancillam, abstitit. Idemque nobis postea occurrit in Esther, cap. 2, 4 et 5, apud Eusebium lib. 9 præter Evangel. Ezechielus poëta Moysen illa quæ in Exodi principio sunt, narrante inducens, ait: Nata regis cum suis pedissæquis descendit. Idemque versus apud Clementem Stromate primo legitur, sed pro ἀπὸ: ibi parum rectè substituit doctus interpretæ ἄνω, et vertit: Natâ regis, quæ cærebat liberis venit, licet, ut in Exodo tradidit, verum sit, veterum quosdam huic liberis negasse. Erat verò hæbra ista, uti nobis Græcus cap. 5, vers. 9, aiebat: præfecta omnibus ipsius Judith facultatibus, ideoque, ut ait Suidas, famula precibus honorata. Quia verò mirantur interdum nonnulli, cur in Latinis Romanis abra sit, in aliis quibusdam hæbra, sciendum aspiratè leniterque id nomen, apud Græcos, scribi: et in Græcis quidem Romanis aspiratè semper, sicuti contra de

Olophernē dictum est cap. 2, quæst. 1, quod nomen sicuti spiritus varium est, ita et declinatio, prout ē superioribus notari jam potuit, et tamen quod moneret, dignum putavi Salas. Addo, quia in Græcia quibusdam, expositionis causâ, scriptum erat ὁλοφῆρ, sicutum ē quibusdam ē duobus nominibus unum quoddam nominis monstrum Abradul. Ubi verò habet infra cap. 10, vers. 10, sēra, Græcis est ὁλοφῆρ, fassula.

QUESTIO IV. II.

Quæ. Ait, in calce et siccis, Romano recte correxit editio, et quid tam ex quā alia similis sit?

Legebatur antea, vers. 5: Unxit se myrto optimo, et in Rabani manuscripto, myrro. Cæpigit Romano editio myro optimo. Est autem myram, μύρον, unguentum. Et ea vox in Græco est ὑγιεινὸν ὁπὸν ὑγιῆ, unxit unguento pingui vel crasso. Et quia id apud Plinium lib. 13, cap. 1, 2 et 3, admodum delectabat, valdeque præstans habebatur, ideo ait poster optimam, nisi optimam quis vellet. Myrtum tamen siccum et oleum ad unguenta fuisse adhibitum docet ibidem Plinius. Legebatur vers. 5, αἰσops. In eodem Romano correctione jam editur αἰσops, quæ siccum utriusque et coriaceum significat. In Græco est ἀσπερσίον, quæ à Polluce inter vinaria vas recensetur. Fuit etiam apud Suetonium in Nerone cap. 45, αἰσops; sed Turnebus lib. 25 cap. 2 acronem in genere feminino repositus, quemadmodum et apud Vitruvium lib. 9, cap. 5, acronem legimus. Habebant etiam libris antea vers. 5, ἀσπερσίον, dicuntque Rabanus et glossæ fuisse ebum ex oleis confectum. Sed syllabam esse transpositionem ostendit Romanus liber, legendasque palathas. Nam Græcè est παλάθη, ὑποπόδιον διαπόδων καὶ παλάθη. Penam implevit palatē et palathē. Est nam palatē florem; pinguisque caricarum, massæ, quarum magnus illis in partibus usus. Syria enim sapet, inquit Plinius lib. 15, cap. 5, in ficorum genere caricæ, et minores ejus generis, quæ collana vocantur. Abigali David ferebat, 1 Reg. 25, vers. 18, succentus massæ caricarum. Egyptio invento dederunt Davidis comites 1 Reg. 30, vers. 12, fragmen massæ caricarum. David ferebat Siba, 2 Regum 16, vers. 1, centum massas palatharum, et vers. 2, massas palatharum ad vescendum. David afferebat, Hebronem, 4 Paralip. 12, vers. 40, formam, palathas, unam passum.

Mitram porro interpretatur vers. 3, Lyranus cucupham. At cucupha est apud Horapollinem lib. 1, cap. 55, avis miræ in parentes pietatis, quam aliqui esse putant ciconiam, cum tamen idem Horapollis lib. 2, cap. 58, distinguere videatur. Verum vocavit Lyranus barbarè, mulieris capitis operculum, quod Gallicè dicitur une caiffe, Italicè caffa et scaglia da donna, et fortè scripserat ille calpham vel casam. Barbaro tamen omisso nomine, melior interpret D. Hieronymus est in Isai. 3, esse capitis ornamentum.

Dextraliola, ibidem sunt armillæ. Lilia verò quavis manuum aut colli ornamenta. Nam Græcè sunt ἀγλάρια; καὶ τὰ φάλαρα, vel ut Romanus habet φάλαρα, pro quo putat in nostro textu non nemo esse lilia quasi pædia, cum tamen etiam certum sit, in vestibus flores quandoque intertextos fuisse, ut ostendit lib. 7, cap. 15, Pollux.

Sandalia ibidem erant calcamenta non qualiacumque, sed pulchra et elaborata, divitumque mulierum propria, ut probat lib. 14 Var. lect. cap. 15. Victorius testimonio Cæphi, soderi Comici, qui in Trophonio suo induxit mulierem olim divitem, jam pauperem ita fortunas suas conquerentem: οὐδὲν αὖτε λιννοῦς, ἀλλ' ἐν τῷ γυμνῷ τοῦτο ἔσπετο δέμας· οὐδ' ἐν δὲ δόμῳ ἐ κατέκρινε τὸν ὑπὸ δέμας. Quæ namque antea sumptuoso genere calcamenti usa fuerat, postea se tanquam ancilla, peribatilibus uti ait. Unde mandrunt feminarum illi, quos supra ex D. Hieronymo ad Salvianum protuli, aurei assci, et ex Clemente lib. 2 Pædag. cap. 11, hæc: « In calcamentis quæ quæ superbiæ arrogantisque feminæ magnam ostendunt molitiem. Verè ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria, » sique hoc loco, sandaliorum vox sumenda. Non tamen alibi semper, ut patet Marc. 6, vers. 9, ubi Dominus, vult Apostolos sandaliis calcantes, Actor. 12, vers. 8, dùm S. Petro ait Angelus; ἰσθῆναι οὐδὲν ἑοῦ. Noster pro sandaliis, calces te caligas suas. Nam vel ex inferiores tantum plantas ab itinere offensionibus defendebant, ut ex D. Augustino lib. 2, de consensu Evangelistar. cap. 29 et 30, recitabam libello de Apostolis, num. 15, vel communes ceriæ calcei, erant quæ et ὀρθόπερα dicuntur. Ita enim et sandalia à Challico Thargum appellantur Genes. 14, Isai. 11 Cantile. 7, vers. 4 et alibi, prout in suo Thibii monet Elias, ubi et monet exinde vocatum Rabbinum quendam Hanaadetar, id est, cal-

quo, sed hoc propriè non est vasa duplicare; et etiamsi esset, quid exprimere attinisset? Observandum non esse hic simpliciter *ἀπλῶς* sed *εὐπρόσπικτον*, quod aliquando est *composere*, *circumspicere*, ita ut vascula et sacculos bene compositos et convolutos abram imposuerit, sique ad urbis portam contendit.

QUESTIONCULA IV.

Qui ex isto Judith apparatu ad nos fructus?

Principio, ut ad Assyrios debellandos Judith accedat, eam ad prisinum ornatum redire vides, ut intelligas, ad animæ tuæ divinæque religionis et gloriæ hostes devincendos sive lucrificandos, quosdam interdum quæ jampeidem dimiseras, repetendū; et invito etiam toleranda. Velles otium, quietem, meramque tranquillitatem consecrari. At cum his diu multumque magnā cum molestiā congregandū, loquendū, disserendū. Velles in aliquam te solitudinem abdere, tibi, Deoque soli vacare. At, nisi hæreticis obsistas, eorum consilia dissipēs, eorum tabernacula et cotus in eas, Bethulie salutis agitur. Velles solos divinarum litterarum libros, sanctosque Patres et Christianæ pietatis magistros legere, profanos omnes etiam è memoriā protul abjicere, nihil cum his omnino commercii habere. At ætas ista literas, doctrinasque istas externas postulat; incultam orationem aspernatur; salutaria, nisi et palato ipsorum grata, omnes expost. Quid agas? Quæ propter Deum quodam posthabueras non mala, ea propter Deum jam remuenda; et cum res ipsa postulat, omni vel dignitatis vel ætatis deposita gravitate, cō tuam, aliorumque salutem refingi, recoqui, penitusque repuerascere oportet. Vide D. Hieronymum ad Lætam, D. Gregorium lib. 4, epist. 5. Jam Judith ornatus fuit duplex, adherens et inherens. Ille corporis lotionem et unctionem, varique generis à capite ad calcem vestes continet; iste pulchritudinem ac venustatem, eamque duplicem, nativam et divinitus jamjam appositam. Nos quoque, quicumque Assyriorum copias delere, tartarorum Holofernem jugulare optamus, animos ipsi nostros exomologesi et lacrymis etiam; suavissimis religionis et sanctimoniz unguentis oblinamus: nuptialibus charitatis vestibus exornemus; omnes omnino actiones et gestus, interiores et exteriores, à vertice ad plantam usque decore omni componamus et continemus. Adit, quidquid adesse potest naturalis venustatis et elegantiz, quam à

morum litterarumque magistris didicimus, ex poetarum, rhetorum, philosophorumque oīum studiis collegimus; sed omnium maxime, ut sacræ nos theologia, divinæque gratiæ donatus è cœlo splendor venustet, à Deo maximeperè precandū, quoniam *omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendet.* De quibus verbis alio in capite postea.

Tertio loco, Judith ipsius cibos intueri, quales et quantos. Nullas secum carnes et mensarum cupidias fert; sed cibos omnino, iis in locis, plebeios et vulgares, imò et, præter solas caricas, apud nos etiam vulgatissimos. Quis adeo tenuis rusticus, qui è farinā quāpiam pulvis aliquid, panem et caseum non habeat? non venienti etiam ad se, quilibet heri, hospitii proponat? Vini verò et olei aliquid sumptu erat, ut domine nomen tueretur, et solriè corpus rediret. Cibi porrò ipsi quā pauci sunt! quā non numerosa fercula! Præter polentam et panem, quæ in ferculis jam haud numerantur, caseoli et caricarum modicum quid fuit. Et nonne vel egentissimis agricolis, pro caricis, pyra, poma, nuces et similia complura sunt? Neque verò etsi numero pauci, mole tamen ipsa multi magnique cibi isti fuerunt, quos, etiam in dierum aliquot annonam, cum cœnophoro et lecytho, ferre ancilla una potuit, et vetula fortassis erat, Euryclææ Homerica instar. Disces hinc ergo temperantiam et frugalitatem.

Quarto, quando in Assyriorum castra, ut ipsos vel ipsorum potiùs impietatem et vitia deleamus, progredi statuitur, cavendum, ne abque ciborum necessario in dies aliquot viatico progrediamur. Sunt autem cibi isti sacrosancta Eucharistia, quotidiana divinarum rerum meditatio, crebra conscientiz discussio, virtutum variarum, charitatis præsertim et humilitatis, exercitatio et soliditas. Notat verò Rabanus, eo ipso, quod abram onera hæc Judith imposuerit, significari, debere viros spirituales, spiritualibus occupationibus distractos aliorum mīnis occupatorum, minasque spiritualium et doctorem operā uti ad munia magis corporalia, vitæque hujus sarcinas.

Quinto, à primoribus istis reverentiam erga sanctos homines discamus. Cum enim tantis ornamentis, tantæque pulchritudine, præter morem, tam subitò, tam mirabili metamorphosē fulgentem Judith conspicerent, stupuerunt ipsi quidem, et valde mirati sunt vers. 7, nihil tamen omnino eam interrogaverunt, sicuti et de Domini discipulis scripsit discipulus.

quem ille diligebat, cap. 4, vers. 27 : *Mirantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit : Quid queris, aut quid loqueris cum ea?* Ipsum etiam silentium venerationis genus quoddam est, Job. 21, vers. 5, cap. 29, v. 9, et in *Æneid.* 1, quidam virum gravem dum conspexere, silent.

Postremo, pietas omnium, et religio bene hic spectanda. Primores orant vers. 8, circumstantes populus orat etiam, et respondet : Amen, Amen, vers. 9 ; ipsa denique Judith orat, vers. 10. Pietatis omnia plena sunt, et hodie in catholicarum urbium primo statim ingressu, veteris pietatis signa existant, crucis Domini, sanctorumque effigies, ut qui egrediuntur aut ingrediuntur mentes semper sint precum ubique fundendarum, earum saltem, quas *brevisimas, et raptim quodammodò faculatas* vocat D. Augustinus epist. 121, cap. 10. Tales enim et istæ principum, excubantium juvenum (vocat enim Græci *νυκτοφυλάκας*), et Judith ipsius fuerant, earumque usum valde commendat D. Chrysostomus homilia de Anna, Cassianus collat. 9, cap. 36. In Græco primorum ita oratio expellitur : *Deus, Deus patrum nostrorum des te in gratiam* (id est, ut ille, ad quos abis, grata sis, sive gratiam coram ille invenias), *deique tibi cogitata tua perficere, ad gloriationem filiorum Israel, et exaltationem ipsius Hierusalem.* Judith vero *ἱπποκρίνατο* *ἐπὶ θεῷ*, Deum adoravit. Complutensis de omnibus simul ait : *ἱπποκρίνατο* *ἐπὶ θεῷ*, adoravit Deum. Et tandem post tot vota, preces et adorationes *transiit per portas, ipsa et abra ejus*. Ecce, inquit in D. Augustini sermonibus ducentismus et duodevicesimus, Judith post precem et saccum, et post cinerem ad cultus puellares redit. Spes omnium populorum procedit ; sollicitos populos redditura securos suâ sapientiâ consolatur, quæ promittens victoriam, quam omnis natio miraretur, portam sibi, paululum remotis obicibus, postulat aperiri. Prodit secuta, unus puellæ comitatu contenta, et hostium securis gressibus properavit in castra. E quibus verbis, quasi aliud agens

CAPUT XI.

1. Tunc Holofernes dixit ei : *Æquo animo esto* (1), et noli pavere in corde

(1) Animadvertit Holofernes, Juditham timorem et pavorem, tam quod femina solitudini assueta inter tot milia virorum armatorum et hostium consisteret, tam quod conscientia tanti facinoris ejus animum metu

et illud nota, si D. Augustini sermo iste non esset, boni tamen et antiqui auctoris esse, uti monent proleg. 4. Nam non D. Hieronymi hoc in libro versionem, sed Græcorum sequitur, è capite scilicet 8, vers. 30, et ex isto, vers. 9, ubi *ἐκάλειε δούλῃα με τὴν πόλιν, jubete mihi aperiri portam.*

Quæ apud Assyrios gessit Judith?

Incipiunt ea hic à versu 11, et omnium primum est, simulatum transfugium vers. 12, ipsius captio, pulchritudinis admiratio vers. 14, 16, 17, ad Holofernem deductio vers. 16, hujusque adoratio vers. 20 ; sunt porro è Græcis notanda hæc, cum Judith ad Holofernem veniret, noctem adhuc fuisse, idcirco et capite sequenti dicitur his *ἐν τῇ νυκτί* *νύκτε*, jacuisse illum adhuc in lecto ; significatum illi fuisse de Hebrææ femina adventu ; interim, ipsius pulchritudinis famâ, totis è castris ad eam videndam concurrisse quàmplurimos, eosque miratos non ipsam tantum, sed, ipsius etiam causâ, omnes Israelitas, quos nondum tamen viderant, tuncque proximo suo quemlibet dixisse, id quod vers. 18 scribitur, ubi tamen non inter se tantum, sed ipsi etiam Holoferni hoc ejus stipitatoris locutus apparet. In Græco tamen additur : *Non est bonum, vel virum unum ex Hebræis resistam fieri, quin si qui dimittantur, poterant universam terram κατασπίνουσαν, decipere, sive, tam illecebrosâ feminarum suarum formâ in fraudem ac perniciem totum terrarum orbem pellicere.* Antequam verò è lecto et interiori cubiculo prodiret Holofernes, exierunt qui apud ipsam dormiebant et omnes famuli ejus. Tandem et ipse sic *τὴν προέστηεν, ἐν προαίματι*, sive *tentorii vestibulum venit*, *καὶ λαμπράς ἀργύρας προέστηεν* *ἀντὶ*, et argentem lampadas ipsam præcedebat. Quanta magnificentiâ ! Et conspectum erat ex purpura, et auro, et emeraldo, et lapidibus pretiosis intextum. Incidit comopæ hujus iterum mentio cap. 13, vers. 10 et 13, eratque propriè velum, ad volitantes culices arcendos, licet ad splendorem tantummodò aspè adhiberetur. De Judith adoratione, infra, capite alio.

CHAPITRE XI.

1. Alors Holoferne lui dit : *Ayez bon courage ; bannissez de votre cœur toute crainte,*

pulsabat, ne fortè non succederet, sed rem proderetur, et ipsa capitis periculum adiret. Est enim, Deo illam animante, spiritus ejus esset intrepidus, caro tamen erat infirma, ac partem mentis inferiorem infirmabat. Equid

tuo : quoniam ego nunquam nocui viro (1)
qui voluit servire Nabuchodonosor regi.

2. Populus autem tuus si non contempsisset me, non levâssem lanceam meam super eum.

3. Nunc autem dic mihi quā ex causā recessisti ab illis, et placuit tibi ut venires ad nos?

4. Et dixit illi Judith : Sume verba ancillae tuae : quoniam si secutus fueris verba ancillae tuae (2), perfectam rem faciet Dominus tecum (3).

5. Vivit enim Nabuchodonosor (4) rex terrae, et vivit virtus ejus (5), quae est in te ad correctionem (6) omnium animarum errantium: quoniam non solum homines serviunt illi per te, sed et bestiae agri obtemperant illi.

6. Nuntiatur enim animi tui industria
universis gentibus, et indicatum est omni
seculo (7), quoniam tu solus bonus (8) es

mirum? cum Christus fortissimus passionem aggressurus de se dixerit: Scitis quidem percutus ero, etiam autem infirma, Matth.

(1) Multo minus mulieri. Mentitur, nam ut dicitur in c. 3, civitates eorum, qui se militum se pro offerebant, destruxit, incolas excidit.

(a) In Graeco additur: *Αναλαμβάνει δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἐξέρχονται εἰς τὴν πόλιν, ἵνα πωλήσῃ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ τὰς ἀπορίας αὐτῶν*

(3) *Admiror in Graeco*: Καὶ οὐκ ἀνεκρίθη
 ὁ Κρίστης πρὸς τὸν ἰεροδιδάσκον αὐτοῦ, καὶ ἀνέκρι-
 σεν αὐτὸν ὡς πρότερον αὐτὸς, καὶ ἀνέκριτο· ὡς
 αὐτὸς· ἀποκρίσας αὐτὸν ἰσχυρῶς τοῖς λόγοις.

PROSPERAE VIXEN FACIET DOMINUS REGEM. Scilicet
perfectum deus dabit victoriam, non tibi
et tu potius, o Holofornes, nos mihi et Iudaeis
de te. Est stratagemata bellicum, quo Iudaei
Holofornem ambagibus verborum ludit ac
efficit, itaque in fraudem et lapsum nece
seducit. Nam, ut ait Poeta: *Deus an virtus
quis in Asiae regibus? Sic Apollo Delphico
ludat Pyrrho, cum de victoria contra Roma
sacrosanctissimè dicere:*

• **Aio te, Alcidi, Romanos vincere posse.**

Quod perperam sibi applicuit Pyrrhus, quasi ipse Romanos esset victurus, cum Apollo intelligeret de Romanis, quod ipsi vincerent Pyrrhum, ut ceteris videretur.

(4) Id est, si est verum est, quod Nabucho
donosor viri, et ut similiter, ita vera sunt
quae sequuntur: nec est hoc iuramentum, u-
dicant aliqui, quia non excusaretur Iudith
iuramento falso, quod est peccatum mortale
sed est simplex assertio falsi, ad fallendum
falsum. (Lycanus.)

⁷² **Jurandi formula**: sic Eliseus alloquens di-

parce que je n'ai jamais fait de mal à qui que ce soit, qui a voulu servir le roi Nabuchodon-

3. Si votre peuple ne m'avait point méprisé, je n'aurais pas tourné mes armes contre lui.

3. Mais dites-moi d'où vient que vous les avez quittés, et que vous vous êtes résolus de venir vers nous ?

4. Judith lui répondit: Accueillez les paroles de votre servante, parce que, si vous suivez les avis que votre servante a à vous donner, Dieu achèvera d'accomplir à votre égard ce qu'il a résolu.

3. Vire Nabuchodonosor, roi de la terre, et sa puissance qui est en vous, pour châtier toutes les âmes qui se sont égarées en la rébellion ; car non seulement vous lui asservissez les hommes, mais les bêtes même des champs lui sont asservies.

6. La sagesse de votre esprit est célèbre dans toutes les nations; tout le monde public que vous êtes le seul dont la puissance et la gloire soient sans fin. *Veni Dominus, et alit anima tua, 4 Reg. 2, v. 4; nec Judith jurans per Holofornis, aut Nabuchodonosor magis peccat, quam Joseph jurans per salutem Pharaonis, Gen. 42, 16 et 18; non enim tanquam per deos alienos, sed per eos jurabat, in quibus aliquid divinum resplendebat, auctoritas scilicet, et potentia. Nec falso jurat Judith, cum constet quam plurimos homines et bestias regi Nabuchodonosor operâ Holofornis servivisse.* (Menochius).

Vivat Nabuchodonosor, seu per vitam Nabuchodonosoris. Usitata iurandi formula apud Orientales, iururandum auctupantes per vitam seu regem seu virorem dignitate vel merito suum vulgariunt. Anna mater Samue- lis iurat per vitam Belli summi sacerdotis; Eliseus per vitam Elii praepositi sui; Abi- gal per vitam Davidis, cum venientem illum in exilium familiae Nababz placavit; Abner per vitam Sedai, Joseph per vitam Pharaonis. Nihil hic superstitionis aut impietatis obsequium cuius erat mercedis publicum, vel, si- mile, genus erat tributum civilem erga prin- cipem, qui testis dictorum invocabatur. Quem- admodum verum est, Nabuchodonosorem vi- vere, ita et verissime affirmo, defendens fore a se Iudaeos.

(5) *Potentia ejus.* (Menochius.)

(6) Verè dictum, nam promittit Deus mortales malis atteri à tyrannis, quae tamen eo dirigantur, ut errata vitæ corrigant, aut peccata patrata afflictione illa luant.

(7) Presenti, id est, toti mundo. Ita Græca.

(8) *Benignus et beneficus*, juxta *Mod Christi*, Lucae 22, 25: *Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, benefeci* (principes) *vocantur*. Hinc praesidium epitheton erat optimus, ut optime Felix, optime Feste.

potens es in omni regno ejus, et disciplina
in omnibus provinciis predicatur.

7. Nec hoc latet quod locutus est Achior,
nec illud ignoratur quod ei jussu er-
e-nit (1).

8. Constat enim Deum nostrum sic
peccatis offensum, ut mandaverit per pro-
phetas suos ad populum (2), quod traderet
eum pro peccatis suis.

9. Et quoniam sciunt se offendisse Deum
suum filii Israel, tremor tuus super ipsos
est.

10. Insuper etiam fames invasit eos (3),
et ab ariditate aquarum jam inter mortuos
computantur.

11. Denique hoc ordinant (4), ut inter-
ficiant pecora sua, et bibant sanguinem
eorum (5).

Sensus ergo est, q. d. Tu solus es verus,
magnusque princeps in regno Nabuchodonosor,
utpote benignus et liberalis aequè ac po-
tens, ideoque Nabuchodonosor sua omnia tibi
commisit. Aliqui verò exponunt (1).

(Corn. à Lap.)

(1) Discrepat Græcus versibus 7, 8 et 9:
Et nunc sermo quem locutus est Achior, in con-
suetudine sua, sustinens verba ejus, quoniam ser-
monem suum sibi Bethulæ, et amantissimæ ei
omnia quæcumque elocutus erat apud te. Quare,
dilectior domini, ne transgredieris verbum
ejus, sed deponere filium in corde tuo, quoniam ve-
ræ est; non enim similis iudicia de genere
natio, non privaret placidam aduersam eam, nisi
peremerit in Deum suum. Et nunc ne fiat do-
minus meus exiens, et re infecta denotens; et
calet terra super faciem eorum, et occupati eos
peccata in quo irasciuntur Deum suum. Placide
oppositi sunt hæc verba Iudithæ ad epilama-
tes Bethulæ: Non minus sacra peccata pa-
trium nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum,
et adoraverunt deos alienos, pro quo sociere
dant tui in gladium, et in rapinam, et in con-
fusionem iunxitis suis. (Calmet.)

(2) Frustra queris, quis è prophetis hæc
dixerit, et quâ occasione. Ex ipso Iudithæ
testimonio constat Hebræos tunc nullam
hinc minis occasionem præbuisse. Officium
mendacis procusa sunt ad faciendum Holofer-
nem. Refecti non possunt ad pristina vete-
rum prophetarum oracula, nisi secretis
mentis limitatione, quæ tam multum menda-
cio lavet, quam sinceritas parum. (Menochius.)

(3) Quia ubi laboratur siti, ibi et fame;
ejus enim sine potu à sitiendi humectari et
contendi nequit. (Corn. à Lap.)

Supra sitis tantum mentio facta est, sed
verum scribit etiam fame laborasse, sed magis
sit, quoniam ne in ciborum quidem copiam
concedere possunt, qui siti marantur; enim ci-
bus nec humectari possit, nec deglutiri. (Menochius.)

(4) Nota quod non sequitur hic ut videatur

capacitè éclatant dans tout son son royaume,
et on ne parle dans tous les pays que de votre
habileté dans la guerre.

7. On sait aussi ce qu'a dit Achior, et on
n'ignore pas de quelle manière vous avez
commandé qu'il fût traité.

8. Car il est certain que notre Dieu est tel-
lement irrité par les péchés de son peuple,
qu'il lui a fait dire par ses prophètes qu'il le
livrerait à cause de ses péchés.

9. Et parce que les Israélites savent qu'ils
ont offensé leur Dieu, la terreur de vos armées
les a saisis.

10. Ils sont de plus déolés par la famine;
et ils sont déjà au nombre des morts par la soif
dont ils sont brülés.

11. Ils ont même résolu entre eux de tuer
leurs bestiaux, pour boire leur sang.

quod dicit, quia per sanguinem et sanctorum
pollutionem intellexit divinitus traditionem
quam conceperant priori die complere, et
sic quantum in eis erat, sanguinem bibissent
occisorum, et sanctis polluerent, quia ipsi
falsis et rapulatis, qui sunt impudenter cum
omni actio ejus ex virtute pendebat, qui
non dicit falsum vel facit, sed veritatem
egales falsorum verbis, ut per sententiam ver-
itatis intrinsecam gloriatur, et ut in verita-
tem considerent. Et sic videtur hic metapho-
rica vel rhetorica loqui quod patet. Quomodo
enim posset homo sanguinem bibere, quia si
credens sumeret, noceret, et adhuc non
videbitur posse extinguere vitam; et de cogita-
ret, non valeret potationi. Sed adverte-
re, ut dixi, in multis verbis non sunt
decepti, eo quod non considerabant hujusmodi
impossibilitatem, etc. Ex superioribus quæ vides
considerare, forte invenies quod nullum ve-
rum quantumcumque minimam fecerit, vel
in aliquo defectu non posset iudicari. Hoc videri
etiam esse falsum; quia bibere sanguinem
erat eis maxime prohibitum. (Cornet.)

(5) Pro aqua, quæ caret ad restituendum
extremam sitim; sanguinis autem eorum et
potus erat Iudithæ à Deo victus sub terra
mortis, ut patet Levit. 17. (Corn. à Lap.)

Hoc (ut etiam quod seq. versiculo videtur)
per amplificationem explicandum est, ut scilicet
hæc possit, et credibile sit Iudithæ ad tanta
siti et fame compellente adductos firi, non
autem quod reipsa jam hujusmodi debilita-
tionem suscepissent, jumentorum sanguinem
absumere vehementer veritatem. (Menochius.)

Siti cogente, decreverunt bibere sanguinem
pecorum sacrum, lege h' expressè vetitum.
In Græco additur, etiam velitis lege carnalis
aliquæ cibus ut decerneret Bethulenses, et
super hæc re Ierusalymam miras, qui hujus rei
licentiam à senatibus sperant. Nam Ierusalyma
residebant qui Sacerdotes, seu magnum Syn-
edrium, constituunt; à quibus, si quæ certis
causis necessaria viderentur, legum qua-

12. Et sancta Domini Dei sui (1), quas præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, oleo, hæc cogitaverunt impendere, et volunt consumere quas nec manibus deberent contingere : ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur (2).

13. Quod ego ancilla tua cognosces, fugi ab illis, et misit me Dominus (3) hæc ipsa nuntiare tibi (4).

14. Ego enim ancilla tua Deum cole, etiam nunc apud te; et exiet ancilla tua (5), et orabo Deum,

15. Et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum : et veniens nuntiabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Jerusalem (6), et habebis omnem populum Israel, sicut oves quibus non est pastor, et non latrabit vel unus canis contra te (7) :

randam solutiones, sive dispensationes potest debent, ut monet apud Josephum ipse legislator Moyses.

(Tirinus.)
De potu sanguinis nihil in Græco, in quo legitur : Deliberaverunt injicere maxum jumentis suis, et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreverunt insuamere. Hic laudat censet Grotius, decrevisse obsecras, ut mactarentur jumenta indiscriminatum, ipsa etiam vitula et immunda, et in cibos adhiberentur. Sanguinis esum vetitum fuisse Judæis, vel ante legem conditam, nemo ignorat.

(Corn. à Lap.)
(1) Non vocantur hic sancta, vasa consecrata ad sacrificandum Domino, seu oblationes, et sacrificia, ut dicunt aliqui; nam talia non erant nec fiebant extra Jerusalem. Sed sancta dicuntur hic primitiæ et decimæ quæ debebantur sacerdotibus et Levitis; in necessitate tamen poterant comedi ab aliis, sicut David, et viri ejus comederunt panes propositionis, et de voluntate summi sacerdotis, ut habetur 1 Reg. 21. Et ideo Judith videtur hic simpliciter falsum dixisse cum subditur : Et volunt consumere quod nec manibus deberent contingere. Et si sancta intelligantur hic vasa sacra, similiter falsum dicit, quia non erant in Bethulia.

(Lyræus.)
Ea sunt quæ Deo sanctificata, id est, dicata et consecrata sunt. Hæc cogitaverunt impendere, ad extremam sitim, famemque suam levandum.

(Corn. à Lap.)
Græcus esse potest loco commentarii in hunc locum : Primitiis frumenti, et decimis vini et olei, quas servaverant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Jerusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quas neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Jerusalem quoniam et qui ibi habitabant, facerant hæc eos qui transportarent ipsi remissionem à senatu. Et

12. Et ils ont résolu de dépenser en froment, en vin et en huile les choses saintes auxquelles Dieu a défendu de toucher; ils veulent consommer ainsi des choses auxquelles il ne leur est pas même permis de porter la main. Puis donc qu'ils se conduisent de cette sorte, il est certain qu'ils seront livrés à la ruine.

13. Ce que moi, votre servante, connaissant, je me suis enfui d'avec eux; et le Seigneur m'a envoyé vous annoncer toutes ces choses.

14. Car moi, votre servante, j'adore Dieu, même à présent, auprès de vous; et je sortirai et je prierai le Seigneur;

15. Et il me dira quand il doit leur rendre la peine de leurs péchés; et je viendrai vous le dire. Je vous mènerai alors au milieu de Jérusalem; et vous aurez tout le peuple d'Israël comme des brebis qui sont sans-pasteur; et il n'y aura pas un chien qui aboie contre vous.

erit, simul ac remissionem ipsis fuerit, et fecerint, dabuntur tibi in perditionem in die illi. Duo proponit hic Judith Holoferni. 1^o populum ad extremam sitim et famem angustiam redactum esse; 2^o à religioso legum suarum studio recessisse.

(Calmet.)
(2) Certum est, si causas naturales et cursum rerum ordinatum spectes : famem enim et sitim cogent esse ad interitum. Idem facient peccata eorum, quibus iram et vindictam Dei meruerunt, nisi quis sanctus iram Dei mitiget, uti ego cum meis precibus me mitigaturam spero.

(Corn. à Lap.)
(3) Hinc jam rem ita disposuit prudentissima et solertissima femina, ut caput religionis opinione aditum habeat magis expeditum ad id quod tacite mente conceperat, ut facultatem obtineret exiendi à castris ad orationem : suam in Deum pietatem commendat, ut per Assyrios sibi liceat orare. Deum more Israelitico, extra alienæ religionis commercia; quod ut facilius obtineat, indicat se, dum orationi studet et illam inire cupit ritu legitimo, pro Assyriorum commodis laborare.

(Vatthius.)
(4) Miserat enim Deus Judith ad Holofernem, ut hæc ei nuntiande gratiam ejus sibi conciliaret, quæ habita cum incausè per pium delum occideret.

(Corn. à Lap.)
(5) E castris in vallem, Domino supplicatura per noctem, ait Græcus; mihiq; Dominus revelabit tempus, quo id criminalis perpetrarent. Tunc regrediar, ubique renuntiabo, et tu adversus illos proficisceris, etc.

(Calmet.)
(6) Græcus et Syrus : Ducam te per mediam Judæam, usque ad veniendam contra Jerusalem; et ponam sedem tuam in medio ejus, et apes eas tanquam oves, quibus non est pastor, et non latrabit canis lingua ad coram te. Postrema hæc verba proverbii loco sunt, deducta ab Exodo 11, 7.

(Calmet.)
(7) Multi censent Judith hic non posse ex-

16. Quoniam hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei (1).

17. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi.

18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, et coram pueris ejus, et mirabantur sapientiam ejus, et dicebant alter ad alterum (2):

19. Non est talis mulier (3) super terram in aspectu, in pulchritudine, et in sensu verborum.

20. Et dixit ad illam Holoferne: Benefecit Deus, qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostris (4):

21. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit et Deus meus (5), et tu in domo Nabuchodonosor magna eris, et nomen tuum nominabitur in universa terrâ.

cusari à mendaciis. Verum excuso eam duplici modo et titulo. Prior est, quod ipsa loquitur secundum causas naturales et communem naturæ cursum, quo Judæis ad extrema redactis, et in offensâ iræque Dei constitutis, necessariò erat pereundum, nisi Deus supernaturali vel extraordinario quodam modo eis succurreret. Sic Klissus Hasseli roganti de salute Benadad regis degrotantis, respondit eum sanandum, sed tamen moriturum, quia scilicet quantum erat ex vi morbi, is non erat letalis; quare ex eo sanandus erat, sed tamen moriturus, quia suffocandus ab Hasseli, 4 Reg. 8, 10.

Sic hic Judith asserit ab Holoferne perendos Hebræos ob peccata sua, quia humanis viribus ejus manus evadere non poterant: erant tamen evasuri per preces Judith et sacerdotum, quibus opem Dei cœlestem poscebant et impetrabant.

Sensus ergo est, q. d.: Hebræi, si causas naturales species, planè sunt perendi, et à te subjugandi ob peccata sua.

Posterior modus excusandi Judith à mendacio est, dicendo quod ipsa ambigua verbis usa sit, quæ sibi Holoferne attribuebat, cum ea Judith sibi et Judith ascribebat. Alit ergo: Quid dicit, et docet mihi quando eis reddat precatorem suum, si nimirum eos pro meritis, ut videtur, punire decreverit. Seio autem ex Dei revelatione, quod hoc tempore eos non puniet; sed hoc nunc mihi silendum est, nec tibi indicare queo, mox tamen veniens nuntiabo tibi Dei voluntatem et decretum de differenda castigatione peccati Judæorum, et acceleranda castigatione tux tyrannidis. Judæos injustè invadentis; hoc enim nuntiabo tibi non verbo, sed facto, cum tibi letale vulnus inflixerim, ait S. August., et assercam te, non vincentem et triumphantem, ut tu pœas, sed victum, occisum, et triumphatum, cum caput tuum truncatum adducam in Bethuliam. (Corn. à Lap.)

S. S. III.

16. Parce que tout ceci m'a été révélé par la providence de Dieu,

17. Et parce que Dieu est en colère contre eux, je suis envoyée vers vous pour vous annoncer ces choses.

18. Or tout ce discours plut à Holoferne et à ses gens; ils admiraient la sagesse de Judith, et se disaient l'un à l'autre:

19. Il n'y a point dans toute la terre une femme semblable à celle-ci, soit pour l'air et la beauté du visage, ou pour la sagesse des paroles.

20. Et Holoferne lui dit: Dieu nous a favorisés, de vous envoyer devant notre nation, pour nous la livrer entre les mains.

21. Et parce que vos promesses sont très-avantageuses, si votre Dieu fait cela pour moi, il sera aussi mon Dieu; vous serez grande dans la maison de Nabuchodonosor, et votre nom deviendra illustre dans toute la terre.

(1) Græcus et Syrus: Quoniam hæc dicta sunt mihi secundum præcognitionem meam. Futura hæc prævidi insit mihi et usu acquisitæ rerum futurarum conjecturæ. Assentatur Holoferne, id illi persuadere satagens, ejus conservationi Deum advigilare, quippe qui ad illum miserit feminam scientiâ præditam et vatem. (Calmet.)

In Græco est, secundum præcognitionem meam. Utriusque est hæc providentia, seu prævidendi, et prænoscenti facultas; Dei tanquam donantis, Judith tanquam accipientis et habentis. (Menochius.)

(2) Mirantes ejus pulchritudinem et sapientiam. (Lyranus.)

Pœas, id est, servis, amicus.

(Menochius.)

(3) Ex hoc videbantur innere, quod esset aptissima conjungi suo principi vinculo matrimonii, et hoc idem videntur sonare verba Holofernis, quæ sequuntur. (Lyranus.)

(4) Græcus et Syrus: Ut fiat in manibus nostris potentia (Syrus, notum auxilium), in eis autem qui suspenderunt dominum meum, perditio. (Calmet.)

(5) Per hoc quod consentiebat colere Deum Judith, videtur quod eam cogitabat accipere in conjugem. (Lyranus.)

Serò id locutus Holoferne vix creditur, nisi forte ignoraverit Deum Israelis socium non admittere. Nimis enim fortune illius nocuisset viri conversio. Adhuc tamen faciliè voluit Judithæ, quam piæ et religiosæ esse intelligebat, blandi illius amorem et gratiam accipere; ut enim notat Scriptura capite 10, 16: Cum intrasset ante faciem ejus (Judithæ), statim captus est in suis oculis Holoferne. Romerit collidit obstaculum, quod amoris suo impedimento futurum nòrat, testatus discrimen religionis non obfuturum quominus alter altero potiretur: præstò se esse ad amplectendum Judaismum, statim ac promissum ejus veritas impletur. (Calmet.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et dixit ad eam Olophernes : Confide, mulier : ne timeas corde tuo : quoniam ego non malefaciam homini, quisquid elegerit servire regi Nabuchodonosor omnis terræ. — 2. Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non elevassem hastam meam super eos ; sed ipsi sibi fecerunt hæc. — 3. Et nunc dic mihi, ejus gratiã aufugisti ab eis, et venisti ad nos ? venis enim ad salutem. Confide ; in nocte hæc vives et in reliquum. — 4. Non enim est qui tibi injuriam illaturus sit, sed bene tibi faciet, sicut fit servis domini mei regis Nabuchodonosor. — 5. Et dixit ad eam Judith : Suscipe verba servæ tuæ, et loquatur ancilla tua ad faciem tuam, et non annuntiabo mendacium domino meo in nocte hæc. — 6. Et si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectè negotium faciet tecum Deus, et non decidet dominus meus à studiis suis. — 7. Vivit enim rex Nabuchodonosor universæ terræ, et vivit imperium ejus, qui misit te ad correctionem omnis animæ, quia non solum homines propter te servient ei, sed etiam bestia agri, et pecora, et volatilia cœli propter fortitudinem tuam vivant super Nabuchodonosor, et omnem domum ejus. — 8. Audivimus enim sapientiam tuam, et calliditatem animæ tuæ ; et annuntiatum est omni terræ quia tu solus bonus in omni regno, et potens in scientiâ, et mirabilis in expeditionibus belli. — 9. Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu tuo, audivimus verba ejus, quoniam servaverunt cum viri Betylus, et annuntiavit eis omnia quæcumque eloquutus erat apud te. — 10. Quare, dominator domine, ne transgrediaris verbum ejus, sed deponere illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non prævalet gladius adversus eos, nisi peccaverint in Deum suum. — 11. Et nunc ut non fiat dominus meus ejectus, et re infectâ desistens, et eadet mors super faciem eorum, et occupavit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quodcumque fecerint absurditatem. — 12. Quoniam enim defecerunt eos escæ, et rarefacta est omnis aqua, deliberaverunt injicere manum jumentis suis, — et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreverunt insimulare. — 13. Et primitias frumenti, et decimas vini, et olei quæ servaverant sacrificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. — 14. Et miserunt in Hierusalem (quoniam qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos qui transportarent ipsis remissionem à senatu. — 15. Et erit simul ac renuntiatum ipsis fuerit, et fecerint, dabuntur tibi in perditionem in die illâ. — 16. Unde ego serva tuæ cognosceas hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negotia, super quibus stupebit universa terra, quicumque audierint ea. — 17. Quoniam serva tuæ Dei cultrix est, et ministrans nocte et die Deo cœli. Et nunc maneo apud te, domine mi ; et exhibet serva tuæ per noctem in vallem, et deprecabor ad Deum. — 18. Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua, et veniens deferam tibi, egredieris cum omni virtute tuâ, et non est qui resistet tibi ex eis. — 19. Et ducam te per medium Judææ usque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio ejus, et agēs eos tanquam oves, quibus non est pastor : et non latrabit canis linguâ suâ coram te : — Quoniam hæc dicta sunt mihi secundum præcognitionem meam, et annuntiata sunt mihi, — et missa sum annuntiare tibi. — 20. Et placuerunt verba ejus coram Olopherne, et coram omnibus ministris ejus ; et mirati sunt super sapientiâ ejus, et dixerunt : — 21. Non est talis mulier à summo usque ad summum terræ, pulchra specie, et intellectu verborum. — 22. Et dixit ad eam Olophernes : Bene fecit Deus mittens te ante populum, ut fiat in manibus nostris potentia : in his autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio. — 23. Et nunc venusta es tu in specie tuâ, — et bona in verbis tuis. Quare si feceris, sicut locuta es, Deus tuus erit meus Deus, et tu in domo regis Nabuchodonosor sedebis, et eris nominata apud omnem terram.

COMMENTARIUM.

Ab Olopherne jubetur Judith animo esse bono, vers. 1, 2; interrogatur de adventus causâ, vers. 3; respondet copiosè, vers. 4 et sequentibus; laudatur à sapientiâ et pulchritudine, vers. 18 et 19; variis denique promissis ornatur, vers. 21. In ipsâ verò ejus responsione, questionis non parùm est, satijn

verè ac rectè ipsa responderit. Sed omnium istorum quæ peccasse Judith videtur, coacta postmodum erit disquisitio, idèque responsionis tantùm summa hic præciperenda. Promittit ergo ipsa Olopherni certam de Israeliticâ victoriam, idque probat maximè sexuplicitèr. Primò, ab ipsius Olophernis personâ,

quia est ipse à potentissimo rege, cum potentissimo exercitu missus, ita ut per eum non homines tantum, sed et agrestes feræ domandæ, illiusque imperio subigendæ sint, vers. 5; est præterea summa ipsius ejusdem industria, prudentia, bonitas, robur, sapientia, relique militaris peritia et disciplina, jamque hæc apud universas gentes, in provinciis omnibus, illustri fani celebrantur et prædicantur, vers. 6. Bellorum verò pleraque solâ etiam sanè confici et stare non malè dixit apud Curtium lib. 3, quispiam. Deinde, ab his quæ distruxerat, cap. 5, Achior, vers. 7. Quando in Deum peccarunt Hebræi, vincuntur. At jam peccarant, vers. 8. Tertio, ab ipsorum Hebræorum pavore, quia suorum sibi peccatorum consilii sunt, vers. 9. Quarto, ab extremâ, quâ jam laborant, fame ac siti, vers. 10. Quinto, ab impio ipsorum consilio, quo divinam in se iram magis comitabant. Duo enim instituerunt; jumentorum scilicet sanguinem ebibere, vers. 11 quod divinâ lege ipsis vehementer vetitum, Levitici 17, vers. 10 et sequentibus, Deuteronomio 15, vers. 23, et ea ipsa, quæ Deo consecrata sunt, devorare, vers. 12, primitias frugum et decimas, quarum rerum tanta sanctitas est, ut eas laici ne manibus quidem contingere deberent, multo minus edendo consumere in loco istiusmodi profano, Deuteronomio 12, vers. 6, 7, 17, 18. Sexto, denique, à seipsis, quæ divino hæc afflatu prænovit omnia, et ut ea ipsi Holoferni præsumeret, à Deo missa est, vers. 13, et deinceps ab eodem de futuris prædicitur, quæ et præsignificet omnia, vers. 14, 15, 16. In responsione hujus principio, vers. 4, adjicit Genesis: *Et loquatur puella tua in conspectu tuo, et non amentabo mendaciam domino meo hæc ipsa nocte.* Ibidem pro, *perfectam rem faciet Dominus tecum*, est, *perfectò rem sive omnino negotium tecum efficiet Dominus.* Neque excidet dominus meus ab illis quæ cogitasti et instituit. Jurabat antea, cap. 1, vers. 12, Nabuchodonosor, per thronum suum; nunc jurat Judith, vers. 5, per Nabuchodonosorem, et ipsius Holofernis potentiam. Vetus enim hæc jurandi formula, cujus sensus est: Tam verè quàm vivit Nabuchodonosor, tuque viget vis et potentia, tam verà quàm jam loquor. Et sic 1 Reg. 1, v. 26, dixit Eli Anna: *Ostendo, mi domine, vivit anima tua, ego sum illa mulier*, cap. 17, vers. 23. Scilicet Abner: *Vivit anima tua, rex, si novi*, cap. 25, vers. 56, Davidi Abigail: *Vivit*

Dominus, et vivit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in sanguinem; et 2 Reg. 15, vers. 24, 4 Reg. 2, Eliu Eliseus vers. 2: *Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquas te*, iterumque vers. 4 et 6, et hic infra, cap. 12, vers. 4. Tribuit verò ipsi sapientiam, collida consilia invenendi et exequendi facilitatem, scientiam vim, et similia, quæ antè dicta. Explicatur et in Græco de Achior plura vers. 7: *Dominator domos, ne præterea illius orationem, sed eam in cor tuum demitte, quia vera est. Non enim punitur genus nostrum, neque præcædet contra ipsas gladias, nisi in Deum suum peccerint.* In vers. 11, significat etiam Græcè Judith eos non sanguine tantum bibendo, sed et carnibus cibisque aliis vetitis edendis divinas leges violaturos. Quia verò scelerum istorum Hierosolymitanos etiam esse participes asserit. *Miserunt Bethsallenses Hierosolymam, quia et qui ibi habitant, eandem aliquando fecerunt, certos homines qui hujus rei faciendæ licentiam à senatu offerrent.* Eandem enim sententia est, sive perussioverat cum Romano exemplari, sive perussioverat cum libris aliis, quos idem exemplar citat, ubi tamen fortè rectius perussioverat et perussioverat; legerimus, quia non-dum redierant, cum subdatur: *Et ait eis annuntiationis ista fuerit, quid scilicet Hierosolymitanus senatus concedat, et tum faciet.* In Complutensi aliter quidem est, non alio tamen sensu: *Qui illic habitant, fecerant eandem cum illis qui illinc licentiam offerbant.* Ille verò inter alia magni Hierosolymorum synedrion officia fuisse significatur, ut in his quæ ad religionem spectarent, ab urbis aliarum senatibus et principibus consuleretur, de dubiis interrogaretur, ab eo si quæ necessariæ viderentur, legum quarundam solutiones, sive dispensationes peterentur, ut etiam monet lib. 4, cap. ult., apud Josephum, Moyses. De se plura etiam narrat vers. 13: *Misit me Dominus tecum eas res facere, super quibus expectat omnis terra, quosque eas audierint.* Religiosa enim est ancilla tua, et dies atque noctes colens Deum casti. Et nunc maneo apud te, domine mi, et erit ancilla tua nocte in vallem, et præcedat Deum, et dicet mihi, quando fecerint peccata mea, pro quo noster poenam illis conjunctam, eodem sensu, dicit: *Quando eis reddat peccatum suum.* Ad significandum magnam res tantas gerendi facultatem absque ullo penitus detrimento aut periculo proverbium adhibet, vers. 15: *Non latrabit vel natus canis contra te (cuius opus alius tibi quædam alius)*

animam eam, ne linguâ quidem adhuc hâcere auderet eorum se). Quo etiam modo Moyses Exodi 11, vers. 7: *Apud omnes filios Israel non nâzier casus ab homine, neque al. pecus. Quod providentiam Dei v. 16, ait noster, id Græcus*

CAPUT XII.

1. Tunc jussit eam introire ubi repositi erant thesauri ejus (1), et jussit illie manere eam, et constituit quid daretur illi de convivio suo (2).

2. Cui respondit Judith, et dixit: Nunc non potero manducare (3) ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio (4): ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

3. Cui Holofernes ait: Si defecerint (5) tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

4. Et dixit Judith: Vivat anima tua (6), domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu meâ nâc quæ cogitavi. Et induxerunt illam servi ejus in tabernaculum quod præceperat.

5. Et petiit, cum introiret, ut daretur ei copia nocte (7), et ante lucem, egrediendi foras ad orationem, et deprecandi Dominum.

6. Et præcepit cubiculariis suis, ut sicut

(1) Græcè est ἀποθήκη, vasa et supellex argentea. Italicè dicitur, largestaria.

(2) Hoc fiebat honoris causâ, et ut haberetur formæ cura. Sic Danielis cap. 1, tribus pueris cibis regis constitutus est.

(Menochius.)

(3) Simile est quod de Daniele narratur Danielis primo: *Preparavit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensâ regis, etc.* Sed quaeritur, quare de cibis Assyriorum Judith solaverit comedere, ne quidem etiam postea, cum convivio Holofernis interfuit, ut sequitur hoc eodem capite, versu decimo nono, quandoquidem verisimile sit, in tanto apparatu ciborum, nonnulla saltem fuisse quæ non erant lege prohibita? Quidam dicunt quod cibi gentiliû, maxime in solemnibus convivis, erant omnes oblati prius idolis, et proinde contaminati. Potest etiam aliter responderi, multos Judæos ex piâ consuetudine abstinentie non solum à cibis lege prohibitis, verum etiam ab aliis cibis lautioribus, ut patet de Daniele et sociis, qui passi sunt leguminibus. Rechabites etiam abstinebant à vino. Sed hæc solutio non multum præsentis loco quadrat. Nam Judith, ut narratur capite decimo, secum attulerat ex Bethulâ asceperam, seu utrem vini ad potum suum. Igitur dicendum puto omnes Judæos solitos esse

eporicos ipsius Judith ait. At utriusque est ista providentia, seu providendi et prænoscerendi facultas, Dei tanquam donantis, Judith tanquam accipientis et habentis. Omnia bona dotesque nostræ similiter Dei sunt.

CHAPITRE XII.

1. Alors il commanda qu'on la fit entrer au lieu où étoient ses trésors, et qu'elle y demeurât; et il ordonna ce qu'on lui donnerait de sa table.

2. Judith lui répondit: Je ne pourrai pas manger maintenant des choses que vous commandez qu'on me donne, de peur que le péché ne tombe sur moi; mais je mangerai de ce que j'ai apporté avec moi.

3. Holoferne lui repartit: Si ce que vous avez apporté avec vous vient à vous manquer, que pourrions-nous vous faire?

4. Judith lui répondit: Je jure par votre salut, mon seigneur, qu'avant que votre servante ait consommé tout ce qu'elle a apporté, Dieu fera par ma main ce que j'ai imaginé. Et ses serviteurs la firent entrer dans la tente qu'il lui avait assignée.

5. Elle demanda, en y entrant, qu'on lui donnât la liberté de sortir la nuit et avant le jour, pour aller faire sa prière, et invoquer le Seigneur.

6. Et Holoferne commanda aux huissiers de

simpliciter abstinere à conviviis gentiliû, propter periculum contaminationis, sicut è contra constat ex Genesis 43. *Ægyptos quæ existimasse illicitum sibi esse convivium inire cum Hebræis. Inque ut vitarent illicita, etiam abstinebant à licitis.* (Estius.)

(4) Græcè σκάνδαλον; sive, peccatum si comedam cibos, quos vector comedere religione Dei mei. (Menochius.)

Id est, ne dum vescar cibis lege meâ vetitis, offendiculum seu peccatum aliquod ex eo eam suscipiam, atque ita impediam ne per me possit confici quod Deus in publicam bonum per me facere decrevit. (Tirinus.)

(5) Ex hac enim sollicitudine circa victum Judith, apparet amor incensus ad eam.

(Menochius.)

(6) Id est, per vitam tuam. (Menochius.) Id est, sicut verum est quod tu vivis, ita verum est quod ego non consumam hæc cibaria, antequam fecerit Deus quæ cogitavi. Et in hoc verum dixit: nam prius interfectus fuit Holofernes per eam, quod facere cogitavit. Holofernes autem intellexit de traditione civitatis in manus suas, referens dictum Judith ejus verba superiora. (Lyranus.)

(7) Ut devotius Deum exoraret extra indideliû castra. (Menochius.)

placere illi, exiret et introiret ad adorandum Deum suum per triduum.

7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliam, et baptizabat se in fonte aquæ (1).

8. Et ut ascenderat, orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam ejus ad liberationem populi sui.

9. Et (2) introiens, munda manebat in tabernaculo, usque dum acciperet escam suam in vespere (3).

10. Et factum est in quarto die Holofernes fecit cenam servis suis (4), et dixit ad Vago eunuchum suum: Vade, et suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare tecum.

11. Fœdum est enim apud Assyrios, si

(1) Nempe ante orationem corpus abluerebat aqua. Nam baptizare ibi non est aliud quam abluere, quo sensu et Eccl. 34, dicitur: *Qui baptizatur à mortuo* (id est, lavat se post contactum mortui), et *terribis tangit eum, quid proficit lotio illius?* Cadavera scilicet immunda erant apud Judæos. Porro lavit se Judith ante orationem, vel quod putaret, seu metueret immunditiam aliquam legalem se forte contraxisse ex consortio gentiliū, vel quia hoc habebat traditio Judæica, ut ante orationem corpus lavarent. (Etius.)

BAPTIZABAT SE IN FONTE AQUÆ, purificans se si forte aliquam legalem labem contraxisset ex eo quod cum infidelibus versata esset. Sic Marci capite septimo, numero quarto, Judæi à foro baptizabantur, id est, à foro domum reversi, ut labes consuetudine infidelium contractas abstergerent. (Menochius.)

BAPTIZABAT SE IN FONTE, qui erat in valle Bethulie, cujus aquarum seu canalem cap. 7, versu 6, præciderat Holofernes, et Bethulienibus aquam subtraxerat. In hoc fonte ritu Judæico manus pedesque abluerebat Judith, ut mundaretur à profanatione seu immunditia, si quam forsitan ex consortio gentiliū contraxisset. Nam Judæis omnibus solenne erat baptizari, teste sancto Marco, cum vel à foro, vel ex alio loco publico, ad quem gentiles etiam conveniebant, domum redirent, ut eā lotione purgarentur ab immunditia, si quam forte ex contactu alicujus gentilis contraxissent. Judith verò jam in medio gentiliū morabatur, ideoque noctu, si quam forte labem incurrisset, alibi volebat: saltem honestum hunc Judæicæ religionis ritum prætexit, ut absque suspitione posset nocturnis horis foras extra tentorium ad fontem, quoties vellet, prorepere, et liberè per castra transire. (Tirinus.)

(2) Ex (à fonte regressa, in tentorium suum) introiens (munda à consortio et convictu gentiliū) manebat (jejuna et orationi intentio) in tabernaculo suo usque ad vespere. Nam operes illa Assyriorum castra, disciplinamque militarem, adeoque et Holofer-

sa chambre de la laisser entrer et sortir selon qu'elle le voudrait, durant trois jours, pour adorer son Dieu.

7. Elle sortit donc durant les nuits, dans la vallée de Béthulie; et elle se plongeait dans une fontaine.

8. Et en remontant, elle priait le Seigneur Dieu d'Israël, afin qu'il la conduisît dans le dessein qu'elle avoit prémédité pour la délivrance de son peuple.

9. Puis reentrant dans sa tente, elle y demeura pure jusqu'à ce qu'elle prît sa nourriture vers le soir.

10. Et il arriva que, quatre jours après, Holoferne fit un festin à ceux de sa maison, et dit à Vago, son eunuque: Allez et persuadez à cette femme du peuple hébreu, qu'elle consente d'elle-même à venir habiter avec moi;

11. Car les Assyriens croient qu'il est hon-

nis familiam utcumque probam facisse, in quā talis formæ et elegantie puella (sic enim vocabant Juditham) toto quadriduo, etiam noctis horis illæsa et intacta vagari quocumque vellet liberè posset; neque esset vel ex gregariis militibus, vel ex principibus, qui formam tam excellentem apud se, usque in potestate positam vim aliquam pararet; vel ex noctu saltem ad preces et baptismata exeuntem insidiosè captaret. Sed neque Holofernes, cujus dominatus omnia subjacebant, voluit aliā viā, quam procum et blanditiarum, ipsam sibi demereri. (Tirinus.)

(3) Itaque jejunabat illa in castris, ut Dei opem promereretur. (Calmet.)

(4) Quasi pro nuptiis Judith, cui intendebat sequenti nocte copulari, idè subditur:

Vade, et suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare tecum, per concubitum carnalem. (Lytanus.)

Græcus fert excepisse illum cominus serenos suos oculos, et non vacavit ad ministerium quæquam ex illa, qui ad eum; majoris nempe libertatis gratiā, remotis testibus licentiæ et libidinis suæ.

UT SPONTE CONSENTIAT HABITARE TECUM, venire scilicet ad me; vel potius libidini meæ satisfacere. Sed Græcus et Syrus legunt: *Venire ad nos, et comedere et bibere nobiscum.* Nomen Vago, seu potius Bagoas, commune est, et pro euncho quocumque usurpatur: id nomen eunuchis fuisse apud Babylonios, Plinius affirmat. Nomina plurium ex his eunuchis, vel Bagois posteritati commendavit historia. Porro huic nomini idem accidit; quod euncho apud Græcos; sæpè enim usurpabatur pro præfecto apud principem: plerumque tamen matronarum erant custodes: *Quem pater est dominam servanti cura, Bagoas.*

Græcus et Syrus ferunt Bagoam hunc Holofernis primum fuisse regiarum ædium præfectum, et in ejus tentorium excepisse fuisse Juditham. In Hebræo Estheris eunuchus appellatur Bagoas, et in Græco Assan nomine Bagoas distinguitur. (Calmet.)

femina irrideat virum, agendo ut immunis ab eo transeat (1).

12. Tunc introivit Vago ad Judith, et dixit: Non vereatur bona puella introire ad domum meam, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet cum eo, et bibat vinum in jucunditate (?).

13. Cui Judith respondit: Quae ego sum, ut contra dicam domino meo?

14. Omne quod erit ante oculos ejus bonum et optimum, faciam (8): quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vite meae.

15. Et surrexit, et ornavit se vestimento suo, et ingressa stetit ante faciem ejus (4).

(1) Vide hic corruptissimos et impurissimos Assyriorum et Persarum mores, quibus libido adeo erat honesta, ut per omnes feminas grassaretur, adeo ut apud eos pedum haberetur aliquam intactam relinqui. O tempora! Audi Anian. Marcell. lib. 25 de Persis: « Efflu-
« sids, inquit, plerique soliti solvi in Venerem,
« aegreque contenti multitudine pellicum pue-
« riliu stuprorum, expertes proopibus quis-
« que socioscere matrimonia plura, vel pauca.
« Ilud apud eos per libidines varias charitas
« dispersa torpescit. » Idem tradit Strabo lib.
15, ad finem, et Cicero actione 5 in Verrem.
Audi scelerata magis fœda. Theod. q. 24 in
Levit.: « Persae, ait, in hanc usque diem non
« sororibus solum, sed etiam matribus ac filia-
« bus, nuptiarum lege permiscetur. » Idem
de Modis, India et Aethiopia tradit S. Hier.
lib. 2 contra Jovin. Unde Euripides in Andro-
mede:

Tate, ait, est omne barbarorum genus:
Pater cum filia, filius cum matre
Miscetur, soror cum fratre.

Nunc ergo non est quid Persae plures ha-
berint uxores, ideoque Judith Holoferni hanc
formosam conjugem objecerit, qui eum ut
piscem hamo suo caperet et necaret.

(Goen. à Lap.)

(2) Graecus: Bibere sodicam in letitia vi-
vum, et fieri in die hoc sicut filia una Aflorum
Azar, quae assistat in domo Nabuchodonosor.
Turpissimus hic eunuchus satis pervasit latens
domini sui consilium. Invitat Judith ad com-
potationem, apertissimam castitatis hostem.

Persae in convivio, magis quam reliqui
Orientales, libidini et licentiae indulgebant.
Nunquam enim ab Orientalibus feminae in
convivium vocabantur: seorsum feminae vesce-
bantur; atque ex Esther discimus, quam
constanter regina Vashti recusaverit eam ve-
nire, ubi Assuerus convivio cum optimatibus
assistebat. Apud historicos tum Hebraeorum
tum Egyptiorum nunquam legantur in com-
potatione solennibus; nunquam apud veteres

teux à un homme qu'une femme se moque de
lui, et qu'elle trouve moyen de se tirer d'avec
lui, sans consentir à ses desirs.

12. Alors Vago entra chez Judith, et dit:
Que cette bonne fille ne craigne point d'en-
trer chez mon seigneur, pour être honorée
de lui, pour manger avec lui, pour boire du
vin dans la joie.

13. Judith lui répondit: Qui suis-je, moi,
pour m'opposer à la volonté de mon seigneur?

14. Et feignant de ne prendre que pour une
pure civilité ce qu'on lui disait de la part d'Holo-
ferne, elle repartit avec la même civilité: Je
ferai tout ce qu'il trouvera bon, et qui lui
paraîtra le meilleur; car ce qui lui sera agréa-
ble, sera aussi pour moi ce qu'il y a de mieux
en toute ma vie.

15. Elle se leva ensuite, et elle se para de
son vêtement; et étant entrée dans la tente
d'Holoferne, elle parut devant lui.

Graecus; nunquam denique adhaec nostrâ aetate
apud Orientales. Liberior in convivio lege
utabantur Persae, teste Herodoto, cum apud
illos non adhaec modò femina interdum
conviviis, sed eò accesserentur prostibula; et
maius mulierum esset, quàm noctem canendo
choreasque agendo ante regiarum adium fores
ducerent, quibus quandoque rex turpissimè
abutebatur. Id faciliè innuere voluit Bagoes,
Juditham invitans ut veniret, sicut filia Assy-
riorum, quae assistunt in domo Nabuchodonosor.
Scio equidem, alios fuisse reges Assyriae ac
reges Persidis, et duas hasce gentes moribus
fuisse inter se nonnihil dissimiles; sed libido
universi populi erga feminas planè simulabatur
libidinem alterius; id quod legentibus Sar-
danapali gesta abundè constabit. (Calmet.)

(3) Hoc sine admiratione non legitur. Quid?
Ergo Judithae sincerè polliceri licuit, con-
sensuram se libidini Holofernis? An Bagoes
sermonem non percepit? Numquid non eunu-
chus mentem suam satis disertè expresserat?
Reputandum est Juditham quodam verborum
officio ista dixisse. Ejusmodi porrò sponsones
vel oblationes, quibus alter alteri sese officiosè
subdit; verba obsequii et demissionis, quae
extidunt colloquentibus, strictè accipienda
non sunt, nec severam eorum executionem
quis unquam exegit, continentique semper oc-
cultum quendam sensum et conditionem. Omnia
implorò, quae optat Holofernes, ut patior
officium meum, pudicitia, religio. Pravam im-
peratoris mentem non ignorabat Judith; sed
illam à se percipi, significare non tenebatur.
Se ignorare simulavit; quam in ejus mente
perspiciebat, multum neglexit, ut verba ejus
minus quàm fieri posset interpretaretur. Nulla
lege jubemur mentem eorum quae nō alloquun-
tur detegere atque nudare; si duplicem sen-
sum verba illorum habent, probum alterum,
et alterum improbum, optimum teneri cha-
pius jubet: hanc igitur legi Judith obsecuta
est. (Calmet.)

(4) Addit Graecus, post ingressum Juditham

16. Cor autem Holofernis concussum est (1): erat enim ardens in concupiscentia ejus.

17. Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, et accumbe in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me (2).

18. Et dixit Judith: Bibam, domine (3), quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

19. Et accepit, et manducavit, et bibit coram ipso, ea quæ paraverat illi ancilla ejus.

20. Et jucundus factus est (4) Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis (5), quantum nunquam biberat in vita sua (6).

accessitque servam ejus, et strasse ei ante Holofernem humi pelles arctice cum vellere, quas acceperat à Bagoà ad quotidianum usum suum, et manducaret accumbens super eas; additque: Ingressa recubuit Judith. Vellera hæc, ut in illis dormiret, data fuisse legit Syrus. Apud Homerum, veteres humi cubabant super stratos arctice pelles. Galli olim et Hispani rescebantur et cubabant humi, uti adhuc Turci lectis editis ab humo carent; culant enim super stratum humi lectum, quem mane remonent. Iidem dapas parant super pelles, atque rescutur in tapetibus sedentes. In Targum Escheris 1, legimus, centum illos septem ac vicinos reges, quos celebri convivio socios adhibuit Assuerus, venisse coronatos, cibosque cepisse super arctice pelles accumbentes. Moris hujus quæ sit vetustas, ex hoc Judithæ loco discimus. Animadvertere etiam juvat, eidem cum Holoferne mensæ illam non accubuisse, sed seorsum et humi, ex veteri Persarum consuetudine. Cum rex aliquem ad convivium vocat, ait Heracles Cynanus, seorsum rex vescitur sedens in lecto aureis pedibus fultus; sed conviva humi sedentes edunt, neque nisi probè mero madidi abeunt. Intemperantiam et ebrietatem illi gentibus antiquitas frequenter exprobravit: quas accusationes immeritis affectas non fuisse, exemplum Holofernis probat. (Calmet.)

(1) Id est nimio ardore libidinis commotum est: nam etsi volebat eam cognoscere tanquam uxorem, non tamen movebatur ad hoc amore proli, sed ardore libidinis. (Lyræus.)

(2) Ex hoc videtur quod reputabat eam quasi sponsam sibi gratissimam. (Lyræus.)

(3) Ex vino non tuo, sed meo, quod mecum ex Bethullâ hæc de causâ tuli, ne vino ciboque gentiliū polluerer. Unde sequitur: Manducavit et bibit coram ipso ea quæ paraverat illi ancilla ejus. Unde videtur Judith in aliâ mensâ accubuisse, quæ vicina esset mensæ Holofernis, ita ut coram ipso manducaret et biberet; non enim decebat ipsam in mensâ tanti principis cum eo accumbere. Unde Græca habent: *Et accepit ancilla ejus, et strasse ei ante Holofernum humi pelles, quas acceperat à Bagoà, ad quotidianum usum suum,*

16. Holoferne en la voyant, fut frappé au cœur, parce qu'il brûlait de passion pour elle.

17. Et il lui dit: Buvez maintenant et mangez avec joie, parce que vous avez trouvé grâce devant moi.

18. Judith lui répliqua: Je boirai, mon seigneur, parce que mon âme reçoit aujourd'hui la plus grande gloire qu'elle ait reçue dans toute sa vie.

19. Elle prit ensuite ce que sa servante lui avait préparé, et elle mangea et but devant lui.

20. Et Holoferne fut transporté de joie auprès d'elle, et il but du vin plus qu'il n'en avait bu dans toute sa vie.

ut manducaret, accumbens super eas. Sic etiam nonnullæ gentes, ac asper Mulcasses rex Tusetanus coram Carolo V humi sedens prædebat. Bibit ergo coram Holoferne Judith, ut omnem credis et odii suspicionem Holoferni eximeret, utque cum ad largius bibendum provocaret, itaque ex potu semina consopitum trucidaret, atque ut ex vino spiritus et animos, viresque hauriret ad aggrediendum tam arduum facinus. Erat enim jejuna, et ex jejuniis debilis et languida. (Corn. à Lap.)

(4) Credens ejus frui amplexibus. (Menochius.)

(5) Ex ardore namque libidinis jam amiserat discretionem cavendi sibi ab excessu vini. (Lyræus.)

BIBERAT. In Græco est: *Die aind, id est, eandem unâ.* (Menochius.)

(6) Græcè ex quo satis erat. Dei providentiâ id factum, ut sopitus vino Juditham non tangeret, sed illa sobria et casta manens eum perimeret. Vide hæc quàm gaudis vicina sint tristitia, quàmque convivia et crapula in funus mortemque desinant, ac extrema gaudii ætate occipere. En tibi Holofernis deliciis adipsas, vino immersus, musicorum harmoniâ exultans, amoribus ebrius, mox à Judith truncatur, et ad inferos, ubi suam crapulam æternâ ejus in flammis perennantibus digerat, destruitur. Audi S. Ambr. lib. de Eliâ et Jejunio: *« Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui « Holoferni principi militiæ regis Assyriorum « se tradere gesticbant; sed non bibebat femina « Judith jejuna omnibus diebus viduitatis « suæ, præter festorum dierum solemnitates. « His armis munus processit, et omnem As- « syriorum circumvenit exercitum. Sobrii vi- « gore consilii abstulit Holofernis caput; ser- « vavit podicicam, victoriam reportavit. Hæc « enim succinea jejuniis, in castris præter- « debat alienis: ille vino sepultus jacebat ut « ictum vulneris sentire non posset, itaque « unius mulieris jejuniis, innumeris stravit « exercitus Assyriorum. »* Præclare S. Basil. hom. 14 de Ebrietate: *« Ebrietas, ait, demon « est voluntarius ex voluptate animalis nostris « inditus. Ebrietas malitiæ mater est, virtutis « inimica. Sortem virum reddidit ignavum, ex « temperato facit lascivum, justitiam ignem, « prudentiam extinguit. »* (Corn. à Lap.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

29. Videns autem Achior caput Holofernis, angustatus (1) præ pavore, cecidit in faciem suam super terram (2), et astuavit anima ejus (3).

30. Postea verò quàm resumpto spirita (4) recreatus est, procidit ad pedes ejus, et adoravit eam (5), et dixit :

31. Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo (6) Jacob : quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel (7).

(1) Id est, præ nimia admiratione de tanto facto per manum feminæ. (Lyrannus.)

(2) Passiones enim vehementes et subitæ faciunt magnam transmutationem in corpore, et sic frequenter faciunt cadere. (Lyrannus.)

(3) Id est, passa fuit extinctionem. (Lyrannus.)

ANGUSTIATUS PRÆ PAVORE, super modum admirans et stupens.

ASTUAVIT ANIMA EJUS. Deliquit passus est variis perturbationibus et motibus concurrentibus in cor ejus. (Menochius.)

ASTUAVIT ANIMA EJUS. Græcè defectit, seu exstinctus est spiritus, id est, deliquit animi passus est Achior, max. ut vidit caput festum Holofernis. Quomodo enim credidisset id fieri posse, præsertim feminæ manu?

(Tirinus.)

(4) Transcunte dictâ passione.

(5) Et reverentiam exhibendo. (Lyrannus.)

Les mouvements extraordinaires que produisit dans le cœur et dans l'esprit d'Achior la vue de la tête toute sanglante de celui qui lui avait fait de si terribles menaces, la surprise d'un événement si inespéré, et la joie de se

voir ainsi délivré en un instant de la mort cruelle qu'il devait attendre, si Bêthulie avait été prise, lui causèrent un renversement général dans tout son corps, et le firent évanouir. Telle devrait être la surprise et l'admiration continuelle des âmes, qui ayant été destinées à la mort, et à une mort éternelle, envisagent cet excès d'amour et ce coup de la toute-puissance d'un Dieu, par lequel il a enlevé à notre ennemi toute l'espérance qu'il avait conçue de nous perdre, et nous a donné à nous-mêmes la joie de nous voir sauvés contre par la main d'une femme, lorsqu'en remplissant Marie de son Esprit-Saint, il l'a rendue l'instrument de notre salut en la personne de son Fils notre Seigneur Jésus-Christ, lequel a véritablement coupé la tête au chef des Assyriens, et a défait toutes ses troupes, non en les tuant, mais en mourant lui-même pour ceux qu'il voulait sauver. (Sacy.)

29. Achior voyant la tête d'Holoferne, et saisi d'effroi, tomba le visage contre terre, et ses sens furent dans une grande agitation.

30. Etant ensuite revenu à lui, il se jeta aux pieds de Judith, et l'adora en lui disant :

31. Vous êtes bénie de votre Dieu dans tout le tabernacle de Jacob, parce que le Dieu d'Israël sera glorifié en vous, parmi tous les peuples qui entendront parler de votre nom.

voir ainsi délivré en un instant de la mort cruelle qu'il devait attendre, si Bêthulie avait été prise, lui causèrent un renversement général dans tout son corps, et le firent évanouir. Telle devrait être la surprise et l'admiration continuelle des âmes, qui ayant été destinées à la mort, et à une mort éternelle, envisagent cet excès d'amour et ce coup de la toute-puissance d'un Dieu, par lequel il a enlevé à notre ennemi toute l'espérance qu'il avait conçue de nous perdre, et nous a donné à nous-mêmes la joie de nous voir sauvés contre par la main d'une femme, lorsqu'en remplissant Marie de son Esprit-Saint, il l'a rendue l'instrument de notre salut en la personne de son Fils notre Seigneur Jésus-Christ, lequel a véritablement coupé la tête au chef des Assyriens, et a défait toutes ses troupes, non en les tuant, mais en mourant lui-même pour ceux qu'il voulait sauver. (Sacy.)

(6) Ab omnibus habitantibus in tabernaculo Hebræorum, et à Jacob descendunt.

(Lyrannus.)

(7) Rebus à te gestis commemoratis.

(Menochius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Ut autem serò factum est, festinarunt servi illius divertere; et Bagas conclusit tabernaculum deforis; et exclusit assistentes à facie domini sui; et abierunt ad cubilia sua. — Erant enim omnes defatigati, eo quod plurimum productum esset convivium. — 2. Remansit autem Judith sola in tabernaculo, — et Olophernes jacens super lectum suum: orat enim circumfusus ei vinum. — 3. Et dixit Judith servæ suæ stare extra cubiculum ipsius, et observare exitum ejus, sicut quotidie. Exire enim dixit ad orationem suam. Et Bagas locuta est juxta verba hæc, — 4. Et abierunt omnes à facie; et memo remansit in cubiculo à parvo usque ad magnum. — Et stans Judith apud lectum illius, — dixit in corde suo: Domine Deus omnis virtutis, respice in horis hæc super opera manuum mearum in exaltationem Hierusalem; — 5. Quoniam ausculta suscepere hereditatem tuam, et facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. — 6. Et accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput Olophernis, deposuit acinacem ejus ab eo. — 7. Et appropinquans lecto apprehendit comam capitis ejus, et dixit: Confirma me, Deus Israel, in die hæc. — Et percussit in cervicem ejus bis in fortitudine suâ, et abstulit caput ejus ab eo. — 8. Et revolvit corpus ejus à strato, et abstulit conopæum à columinis. — Et post paucum exivit, et tradidit ancillæ suæ caput Olophernis. — 10. Et iniecit in peram ciborum suorum: — et exierunt amici simul secundum consuetudinem suam. Et trans

nissent ea quæ ἄγρια postmodum dicuntur,
sustentabant illa baculis et lignis quæ ἀσπίδες
dicebantur, ut in Iliad. 8 explicat Eustathius,
Hesychius, Magnum Etymol. et Boetius. Ligna
item ea quibus catapultarum navium ta-
bulæ incumbant, vocatur ἀσπίδες καὶ ἐνδοπι-
δαί, inquit Pollux lib. 1, capite 9. Holoferna-
num ergo lectum sustentabant in tentorio ligna
quædam, quorum ad pedes aliqua, et ad capi-
alla quæ ἀσπίδες vel columenæ è Chaldeo re-
vocantur. Ad eorum quæ ad caput erant,
unam accessit Judith. Fieri tamen potest ut
duæ tantum fuerint, una quæ inferiori lecti
parti ad pedes, altera quæ superiori ad caput
statuta esset, rursusque, ut non è ligno quam-
vis pretioso, sed ex ære vel argento et lapide
pretioso essent. Tota enim Assyriorum tam
regum quàm satraparum, uti etiam postea
Persarum, suppellex, non urbana modò et do-
mestica, sed et cœnensis, opulentia luxurie
omnigeno affluēbat, ut ex Teribasio taber-
naculo apud Xenophontem lib. 4 Anabases,
Mardoniano apud Herodotum lib. 9, Alcibi-
diadem apud Athenæum lib. 2, oratione in Alci-
biadem, cognoscitur. Hinc verò pugionem Ho-
lofernis, qui in cotinudâ illâ fistula pendebat,
excoëlit. Pugio ille non, sicuti hominè apud nos
vocatur, fuit, sed gladius Persicus. Nam in
Græco est ἀσπίς τοῦ δαμάσκου, ἀσπίς αἰνισμένη.
Ait verò Herodotus l. 7 : Περσικὸν γὰρ τοῦ δα-
μάσκου ἀσπίδων, Περσικὸν εὖθεν vocant αἰνισμένον.
Pugionem verò idem dicit Chaldeus, et ex eo
notetur, quia breviores erant istius modi Persarum
gladij, cum et sæpi ὀψιπρότερον, παραμυ-
χρότερον, πρότερον nuncupentur, ut docet in Ar-
taxerxæ Ptolearchus, in Eclogâ Mœscopatus,
lib. ult. Antiquit., cap. 7, Josephus, ubi sic-
ciorum γράβιον, gladiolos, longitudine similes
ait fuisse Persarum acinaces, curvitate Ro-
manorum sicis. Quia et ipse Darius, apud
Curtium lib. 5, Diodorum lib. 17, cum se
priori prælio ab Alexandro victum putaret,
quid brevioribus sui gladijs uteretur, longio-
res fieri curavit. Hunc igitur acinacem è va-
ginâ quam et ipsam pretiosissimam fuisse
constat, fortassis è gemmâ quâpiam, ut illa
Darii apud Curtium, lib. 5, eduxit, et levâ
manu capitis ejus comam, quam ferè promissa-
m Orientales gerere et in lacu detondere so-
lent, apprehendit, rursusque ipso in opere,
in tanti momentis articulo, à Deo breviculâ
ei, ut ex D. Augustino ante dixi, jactatâ orati-
unculâ, sese roborari et confirmari precatur.

Confirma me, Domine Deus in hoc crî: con-

verò per diem generalim tempus intelligatur, et non illud tantum quod solari luce constat, sed totum *αὐγὰς ἡμέρας*, est tamen emphaticum illud, in *ἥδε ἡμέρα*, quod etiam posuit antea, vers. 7, non Latinus tantum, sed et ipse Græcus. O miser Holofernes, ô infelix, quid jaces? quid tam altè dormis, tam profundè stertis? Ecce jam securis ad radicem arboris posita est! ecce jam lethalis letus, ut in æternum excisus ignem devolare, impendet! O somnum æternum! O crapulam nunquam edormiendam! Et perexasit Judith *his in cervicem ejus*, et quidem utres ipsa, etsi non addatur, docet, additur tamen in Græco *τοῦ σώματος* *ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτῇ*; in robore suo, letus infelix qualem posuit vehementissimè, et *ἀνέκλιτ* caput ejus. Vale, anima ebria, vale, adultera, vale, detestabilis, impii, etorque quaterque infelix. Te flamma expectabat æterna. Te repanda Tartari jam fauces accipiunt. Te inferarum forum claustra in æternum jam coercunt, ustulant, excruciant. Sed ad superiores rodamus. Nam Deū justitiam paululum tantummodò hîc laudare libuit. Erant circa lectum, paululum ab eo distantes columellæ alie, quæ conopæum sustentabant, et hoc secundum Latinum textum, aliud ab eo, quod supra, cap. 10, vers. 19, positum est. Nam in proscenio illud fuisse videtur, vel certè in tabernaculi eo loco, ubi Holofernis solium erat, ut præ magnificentia sedens, quospiam audiret. Hoc verò cubiculare et circa lectum fuit, secundum Græcum tamen, unum et idem erat, quia cap. illo 10, ejus tantum mentio fit, quærens circa jacentis Holofernis lectum erat. Conopæum istud pretiosissimum de columellis revasit Judith et complicit, truncum verò illius *corpus*, è strato ipso in cubuli pavementum *επέσθι*, *ἀνέκλιτ*. Et post paululum *ἐκλίτ*, non statim isto exso, sed paululum respiravit, si quid adhærescebat cruoris, detergit, et quod non ambigo, esse omnium primò in proces iterum dedit, magno lætoque animo ingentes ipsi Deo, cujus gratiæ et vi tantum jam opus perfecisset, gratias egit; quodque unum restabat, ut securè illinc exiret, observavit. Expectabat primò, ut opinor, vel secundæ vigiliæ nocturnæ finem, quòd iis aliis exire temporibus consuevisset. Tradidit expectanti abràx suæ funestum quidem, sed gratum jam caput, et ita dominæ jussu, *μίσθ* in peram, quâ, ut cap. 10, vers. 5, dixit Græcus

et hic repetit, cibos attulerat, *et cetera* etc. Novus enim et inauditus iste Assyrii capitis cibus, mirum Israelitis epulum futurus erat, atque sic, solito veluti more orbata jam capite castra exierunt, Bethuliamque reverterunt. Qui tamen in valle ipsa fons est nequaquam jam praetercundus. Sed si quid è castris illis vel cerneris, vel inquamatorum aliorum adhaesisset, executionum hic et eludendum.

QUESTIUNCULA PRIMA.

De his quae apud Assyrios peccasse Judith videtur, et primo, an ab ea transfugii simulatio probè facta?

Quae apud Assyrios videri queat Judith peccasse, duplicia sunt; vel enim ea in factis quibusdam posita sunt, vel in verbis. In factis sunt potissimum quinque, horumque primum est, quod transfugium simulavit, cap. 10, vers. 12 et sequentibus. An decuit, quod non esset, quod non ageret, simulare? Respondent Rabanus, Glossa et Hugo, transfugio isto significatum Christianorum ex Hierosolymitana urbe, antequam à Romanis obsideretur et caperetur, in urbem Pellam discessum, cujus semel atque iterum meministi, lib. 1, S. Epiphanius. Quia tamen actio non bonè potest interdum bona significari, questionem nondum satisfactam, ideoque dicendam non omnem simulationem cum vilo esse conjunctam, uti docuit magnus Magister, qui quasi peregrinus cum discipulis duobus Emmaussem ivit, et finxit se longius ire, Luc. 24, vers. 28. Et Laëus l. *Hec edicto, ff. de Dolo malo*: « Potest, ait, sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, sicuti faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserunt et tuerentur vel sua vel aliena. » Neque in bellis, alioqui iustis, insidias reprehendendas ostendit, qui Josue cap. 8, v. 2, dicit: *Pone insidias urbi Hai post aur*: « Cum iustam, ait D. Augustinus quest. 10 super Josue, bellum (homo iustus) suscepit, utrum sporta pugnà, utrum insidias vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella deliniri solent, quo elidantur injurias, si qua gens, vel civitas, qua bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per injurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustum est, quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, et novit quid cuique fieri debeat. In quo bello exercitas, vel ipse populus non

« tam victor belli, quam minister iudicandus est. » Vide S. Thomam, 2-2, quest. 40, art. 3, q. 11, art. 1. Ad hoc verò insidiarum genus pertinere fugae simulationem, ibidem adjungitur. Suis enim ait Josue vers. 5: *Cum exieritis contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, et terga vertemus, donec persequentes ab urbe longius pertrahantur*. Putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus, et illis persequentibus, consurgetis de insidiis, et custoditis civitatem. Si fugam licet interdum simulare, cur et transfugii simulatio non concessa? prorsus cum transfugere isod non necessario falsae rei significationem habeat adjunctam, sed actus per se sit adinaphorus, et huiusmodi qui ad hostium consilia, vires et custodias explorandas, circa culpe illius periculum suscipi possit.

QUESTIUNCULA II.

An errando se peccavit Judith?

Quod in Judith factis omni carere culpa non videatur, alterius est, quod se tantopere ornarit, c. 10, v. 2 et 3, c. 12, v. 15. Quam enim multae et graves muliebrium istiusmodi ornamentorum reprehensiones in Scripturis Isaie 3, Osee 2, 1 Timoth. 2, 1 Pet. 5, et apud Patres. D. Hieronymum praesertim in Epistolis, Cyprianum libro de Habitu Virginitatis, Basilium homil. 7, ad eos qui tenenter studio dotescenti, Nazianzenum in Carmine adversus mulieres se ornantes, Chrysostomum homil. 28 in Hebr., c. 12, Tertullianum libro de Ornatu mul., Clementem lib. 2 Pædag., c. 12, lib. 3, c. 2 et 11, imò et apud gentiles, Livium initio lib. 34, alios quos affert loco citato Clemens? Sunt igitur de Judith ornatu opiniones apud Lyranum tres: prima, peccasse Judith, et falsae bonae quidem in ea liberandae patriae affectionem, malum tamen affectionem, istam loco isto minime laudari, sed illam tantum, prout de obsecrationum mendacio, Exod. 1, à quibusdam etiam asseritur. Altera, non peccasse, quia omni hac consuecutionum more, non M spectavit, ut peccaret Holfernes, sed ut occideretur. Occiso verò hac iusta erat, cum qua illius peccati non appetitio, sed provisio tantum fuerit. Tertia, eodem ornatus lenocinio ad unum quersisse, ut ab Holferne amaretur, non amore flagitioso, sed honesto, ut ab eo uxor duceretur, ab eaque sic tandem interimeretur.

Notandum primò anem ipsi Judith fuisse divinam religionem, eaque sancitissimam

templum et cultorem populum tueri, atque tanto è periculo eripere; deinde variis modis, ut finem hunc Judith assoqueretur, fieri potuisse. Sed erat omnium optimus et promptissimus, si ut à bello illo desisteret, ipsa perliceret. Perficere autem poterat, si eò eum adduceret, ut vel spontè, vel coactè hinc abiret. Spontè quidem, si re quipiam flexas et emollitas, vel in Assyriam redires, vel alias ad gentes totam belli hujus molem transferret. Coactè, si è medio ipse tolleretur. Nam ut vi depelleretur, fieri jam non posse constabat. Ad spontaneum verò vel coactum istiusmodi abitum pervenire poterat, si familiaris ad eum aditus, et intimo eum eo consuetudo haberi posset. Tum enim per familiaritatis et consuetudinis hujus occasionem, capto tempore, vel ab armis discessio ei suaderi, vel mors inferri poterat. Discessio ab armis, cum Israelitis tam infestis, Nabuchodonosori deo suo tam devotus esset, suaderi et posset, vehementissimo efficacissimoque argumenti genere opus erat. Quod verò vehementius et efficacius, quàm si ut Heberam ille uxorem duceret, verumque Dei cultum susceperet, commoveretur? Utrumque verò vel alterutrum corè, quomodo, prout rerum status jam erat, efficeretur? Affici verò quomodo poterat, nisi una illa inveniretur, eaque ad eum proficisceretur, quæ illis omnibus et corpore et animi dotibus, quibus tali tempore talis dux capi possèt, esset quàm præstantissima? Sunt verò dotes istas pulcherrima facies; resistentissimi oculi, eximia corporis totius forma, loquendi venustas, agendi dexteritas, morum elegantia, ingenui vigor, animi sapientia. Etiam ad hoc unguentorum fragrantia, ornamentorumque splendor et dignitas accederet, si quodam è divino quopiam munere, verbè canth, è divinis familiaritate, rerumque occultissimarum oculis delapsa cognitione, admiratio existeret, quàm esses facile ad illius benevolentiam aditus, quàm ad familiaritatem intimamque consuetudinem porta patens!

Nunc igitur ista statuo, primò, in hoc Judith culta et ornata peccati nihil fuisse. Is enim ex se ipso vitiosus esse non solet, nisi aut finem aliquem habeat vitiosum, aut certè modum quem cujusque status et conditio, reipublice, lex aut mos prescribit, violet, ut explicat D. Thomas, 2-2, quest. 169, art. 2, et subtilissimas harum rerum interpretes in eum locum Cajetanus. Naturalis enim pulchritudo culpam nullam habet, quomodo, si quæ dixi

vitia destruantur, habent artificiosa. Quamvis enim natura dat, corporis summis, quibus peccato nullo inquinatur, facit et arte ipsam quoque conciliare, conservare et augere liceat. Naturam siquidem ars imitatur. Quomodo igitur, cum pulchritudo à naturâ insita delicti omnis verna sit, pulchritudinem, cultus vestitusque artificio, querere, tueri et amplificare in crimen vocetur? Judith verò sese ornanti finis erat, ut audiret, minime vitiosus, ejus status et conditio mundum insignem ferre poterant. Nam quòd vitiosum erat, non effiebat quin, posteaquam virum eluxisset, viduas vestes mutare, solumque querere maritum posset. Neque quis, sponte quidam sit, solo viduitatis vestitu contenta erat, idè vitiosum fuit, si vel festis diebus, vel aliis, cum res ususque postularet, cultus ornatusque processisset. Opes verò ejus erant, ut c. 8 vidimus, amplissimo, quæ sumptuosissima etiam insignia tolerarent. Divina lex, et civitatis patriæque mos præter hos, quas dixi, aut finis aut modi vitiositates, aliud nihil resecabat, cisi, quia feminarum genus præterquam super modum est, atque in munditiarum mundique studio nimio delinquens, Scriptura interdum et Patres, id etiam, quod per se alloqui liceret, insocientur. At, inquit, ad lasciviam cultus iste præstat. Non nego, sed et ipsa naturalis corporum species, an idcirco in culpâ? Rursùm tamen angelis istam provocationem voluisse Judith, ad eamque in Holofernè concitandum, ita se ipsam lavisse, unxisse, calamistrasse. Asserit enim hoc textus Græcus: ἐκδιδύμενη ὁμοίως εἰς ἀνδρῶν ἀφαιδέτου ὁμοίως, hoc est Holoferni, unxit se componeret ad deceptionem eirerum, quicunque eam aspicerent. Neque hoc inficitur, sed illud, nullam id genus provocationem culpâ vacare. Sufficim autem excitare volebat, ut Holofernis familiaritatem colligeret, ut ab eo uxor deposceretur, ut enim vel vero Dei cultu imbueret, vel è Judith et vitia efficeret. Quorum utrumque accusandum? Sed etiam si ratio nobis nulla suppeteret, à vitio tamen ornatum hunc omnem longè positum fieri oporteret, quia, cap. 10, vers. 4, textus huius ipsi accusationi directissime obviam it, et ait: Omnis ista composuit, non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Præterea verò, eundem finem, qui ipsi Judith propositus erat, fecit ad præstam ejus, quæ tamen excellens admodum fuit, speciem, non parum accessione donatus. Sequitur enim eodem illo, c. 10, vers. 4: *Et idè Dominus*

hanc in illa pulchritudinem ampliare, ut incomparabili decore omnibus appareret.

Deinde verò non modò non fuit ornatus iste cum vitio, sed virtutis etiam laudisque plenus fuit. Cum enim quidpiam ex se malum non est, et bonum ad finem beneque modo fit, id jam bonum est, et tantò melius, quantò finis ille melior et utilior. At Judithæ finis quàm excellenti bonitate præstabat! Quot virtutis in se numeros complectebatur! Justitiæ, fortitudinis, pietatis ac religionis fuit, patrium veri Numinis cultum propagare, civibusque suis omnibus salutem afferre. Idcirco, capite 10, textus noster quæsitam istam extrinsecus venustatem non à peccato solum excusat, et à libidine profectam negat, sed laudat, etiam, et à virtute pendisse affirmat. Unde libro 2 de Virginitatibus sanctus Ambrosius: « Judith se, ut adultero placeret, ornavit, quæ tamen quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram judicavit. » Unus hic tantum Alexandrinus Clemens obloqui videtur, cum libro 3 Pædagog., cap. 2, ait: « Solum Esther justè invenimus ornata; mysticè ornabatur mulier regi suo, sed ejus pulchritudo invenitur pretium, quo libera-tus fuit populus, qui interdicebatur. » Si sola Esther justè ornata fuit, ergo injustè Judith, aut certe in sanctis mulieribus, de quibus inibi agit, non habitam à Clemente Judith condendum. At de his mulieribus loquitur, quæ quotidianè hujuscemodi cultu assidue utebantur. Sanctæ verò Judithæ quotidiana erat, uti cap. 8 expositum est, vestis vidua et lugubris, pilosumque circa lumbos cilicium. Et verò quàm præclarum inter sanctas mulieres locum idem Clemens dederit, manifestum infra fiet ex Stromate 4, c. 5, ubi eam inter illas consummatam vocat.

QUESTIUNCULA III.

Holofernem an rectè adferat Judith?

Amanem adorare nullo unquam pacto voluit Mardocheus, etiamsi extremum sibi et populo universo periculum crearet. Et nonne scriptum est Deuter. 6, vers. 10: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies? Cùm Catholicorum quispiam flexis genibus, aut aliquà corporis inflexione sacri quidpiam veneratur, verbè causâ, Christi Jesu Domini nostri crucem, Sanctorum reliquias et imagines, ipsum pontificem maximum, illicò hæc in hereticorum manibus tela, quæ tamen non tam excutiantur, quàm sponte suâ decident,

si advertamus adorationem esse duplicem, politicam et religiosam: prior est veneratio, quæ, eos qui magistratum gerunt, aut aliquà hujuscemodi re ceteris antecellunt, prosequi solemus. Posterior sacra est, et propter divinum quidpiam tribuitur. Illam Holoferni adhibuit Judith, eo scilicet modo quo Ephronem adoravit Abraham Genes. 23, ipsum Esau Jacob, hujusque conjuges et filii, Genes. 33, Josephum Judas, ceterique fratres ibidem, c. 42, 43, 44, et alios alii, ipsamque adeò Judith postea bonus Achior, c. 13, v. 30. Sacra verò vel summa est, quæ usitatè *latria* dicitur, et soli Deo debetur, eique soli à Catholicis omnibus deferatur. Infra summam altera est, quæ ceteris reliquis, pontifici aliisque creaturis, propter divinum quidpiam à Deo ipsi donatum, tribuitur. Cæterum de Mardocheo, et de totâ istâ adferendi ratione non paulò plus in Esther: « Quod verò Judith Holofernem adorât, inquit Rahabius, non est perturbatio timoris, sed consensio ordinis, quia videlicet maximè in dignitate ac principatu constitutus is erat. » Reddite, ait Apostolus ad Roman. 13, v. 7, omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.

QUESTIUNCULA IV.

An rita castitatisque periculum rectè adferat?

Qui omni periculum, peribit in eo, Ecclesiastici 3, v. 27. In Assyriorum castra vadit sola, inermis, mulier. Quid si prima eam custodia sagittis à monte descendente conflixisset? Quid si iratus Holofernes, ut exploratricem et proditricem occidisset? Quid si, cùm lethallem huic plagam inflixit, aliquo vel clamore, vel strepitu in flagranti deprehensa facinorosa fuisset? Quid si, cùm exiret, alere ipsius peram excussissent custodes? De castitatis tamen periculo impeditur questio est. In tot juvenum, tam libidinosorum, adeò mulieribus omnibus adhiñentium oculos, feminam tam excellenti formâ, tamque incomitatum venire, quis certissimum pudicitie naufragium non sentiat? Si quis in talium tabernaculo eam manere vel juberet vel hortaretur, non audiret:

Accipitri stultas credis, farisee, columbas,
Plenas montano credis ovile lupo!

Terrere nonne debuit Dine ipsam constupratio? cùm non in virorum sese cœtus dedisset, sed regionis illius mulieres tantum videre voluisset, Genes. 34, vers. 1. Et supra

Idcirco, qui domesticam tantum et cubiculam viduis puellisque latebram suaderent, Patres audivimus, ne in castimonie dedecus aliquod illis impingerent; adeo quidem, ut etiam raritas à juveniculis adiri templa, eam ob causam, eorum interdum præciperent D. Ambrosius in Exhortatione ad Virgines: « Nullus » ait, sit tuus sine matre progressus, quæ sit » anxia tui custos pudoris. Ipsa quoque ad Ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis. » D. Hieronymus ad Eustochium: « Rarus sit, » ait, egressus in publicum. Martyres tibi querantur in cubiculo tuo. »

De vitæ periculo facilis et expedita responsio est, plurimas esse causas ob quas illud recedat possit adire quispiam. Inter eas verò excellit illa maximè, quando pro Dei gloriâ, religionum sacrarum defensione, patriæ incolumitate mors oppetitur, vel in mortis certè discrimen incurritur.

In castitatis verò periculum sese dare neque ullus, neque ulla debet, nisi vel casto modo castitas minuenda esset, ut graves justæque rationes ostenderent periculum illud vitari posse; et licet quandoque difficulter posset, posset tamen, et ejuscemodi essent tempora, ut in solem et pulverem prodeundum foret, vel denique nisi castitate non animi, sed corporis, majus aliquid admittendum esset, verbi causâ, Christi fides et religio. Casto autem modo minueretur castitas, si ad legitimum quod præscripsit Deus, conjugium perveniretur. Nunc verò Judith potuit sperare futurum ut ab Holoferne uxor duceretur, quemadmodum supra dictum est. Quamvis verò sit nubio viduatus præstantior, eo tamen relicto, non solum licet nuptias habere, sed foret hoc ipsum quandoque melius, si ob commune bonum, ob Dei et religionis honorem fieret. Ideoque, magnâ cum laude potuisset Judith vidua Holoferni isto quidem scopo et proposito nubere.

Potuit etiam bonis justisque rationibus animum inducere ut crederet posse se, Dei cum gratiâ ex auxilio, quod tot jam precibus, lacrymis, jeuniis et sociis implorârat, et porro adhuc in ipsis etiam hostium castris implorata erat, pervincere, ne pudicitia jacturam ullam faceret. Cum enim corporis animique illecebras tot et tam præclara haberet, futurum credebat ut suâ in potestate Holofernem totum teneret; à militum omnium injuriâ, ipsius acerbis præceptis, defenderetur; ab ipsomet verò etiam facile impetraret ut vim

nullam adhiberet, non nisi precibus et blanditiis ad noctem invitaret; sed antequam nocte ullâ inquinaretur, anteverteret omnia, et illius complexum quoque tandem modo effugeret, omnium tamen maximè illum occidendo, idque vel in ipso primo cubuli aditu, lethalem in ejus viscera cultrum aliquem adigendo, vel in cubili manibus eum ambobus strangulando et offocando, vel denique eo ipso modo quo negotium tandem perfectum est, somni morique plenam propriis armis obruendo. Quid si horum, contra quam certissimè speraret, nihil omnino posset, obnoxium se quidem corporis injuriæ futuram, animo tamen castissimo semper mansurum confidebat. Ex posteriore istum totum, præ illo de nuptiis, modum in Judith spectasse et probasse, videri potest S. Ambrosius, dum lib. 2 de Virginitate, Antiochenam formosissimam virginem, quam aut diis sacrificare, aut lupanari prostitui jusserant gentiles, ita secum ipsam dissertantem describit: « Quid agimus? Hodie » aut martyr aut virgo; altera nobis invidetur » corona, sed nec virginis nomen agnoscebat, » ubi virginis auctor negatur. Nam quem » admodum virgo, si meretricem colas? quem » admodum virgo, si adulteros diligas? quem » admodum virgo, si amorem petas? Tolerabilius est enim mentem virginem, quam » carnem habere. Utrumque bonum si liceat; » et si non liceat, saltem non homini casto, sed » Deo simus. Et Raab meretrix fuit; sed postquam Deo credidit, salutem invenit. Et Judith se ut adultero placeret, ornavit: quæ » tamen, quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram judicavit: bene » successit exemplum. Nam si illa, quæ se » commisit religioni, et pudorem servavit et » patriam; fortassis et nos servando religionem, servabimus etiam castitatem. Quod si » Judith pudicitiam religioni præferre voluisset, perdidit patriam, etiam pudicitiam perdidisset. » Et addit ipse S. Ambrosius: « Ita » quæ talibus infirmata exemplis, simul animo » tenens verba Domini, quibus ait: Quicumque » perdidit animam suam propter me, inveniet » eam, fleuit, tacuit, ne eam vel loquentem » ad alter audiret; nec pudoris elegit injuriam; » sed Christi recusavit. » Quin et eundem modum textus noster, c. 12, v. 7, duobus verbis subaperit, dum Deum promississe ait Judith, fore ut Jerusalem civitatem erigeret, se verò idipsum credidisse, quasi diceret, sibi revelationem quandam divinitus factam, quæ pro-

mitteretur Hierosolymitani templi et urbis, adeoque sacrorum omnium per manum suam liberatio; huiusque revelationi et promissioni fidem se adhibuisse, sique tam arduum et periculosum opus aggressam esse; in eoque, ad illud usque temporis punctum, feliciter hactenus progressam. *Confirma me*, ait, *Domine Deus Israel, et respice in hoc horâ ad opera manuum mearum, et sicut promissisti, Jerusalem, civitatem meam, erigas; et hoc quod credens per te posse fieri, cogitavi, perficiam.*

Si dicas, certam igitur eam fuisse, fore ut neque vite, neque castitatis detrimentum ullum perpeteretur, sique de fortitudinis ejus et magnanimitatis laude non parum dederit, respondeo hujus tantum certam videri fuisse, futurum ut sua operâ Israelitæ tempestatem hanc evaderent; modum tamen et rationem perspectam non omnino habuisse, quemadmodum etiam propheta Isaias, Jeremias, alii certissima quædam habebant, aliorum, quæ ad ipsos spectabant, ignari erant. Et S. Paulus Actorum, 20, v. 22: *Ecce affligatur ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ad ventura sunt mihi ignota, nisi quid Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam viscera et tribulationes Hierosolymis me movent. Certa igitur periculi à gente sua depellendi erat; sed incerta eorum quæ sibi exortura essent, magnopere tamen confidebat se ab hominibus etiam calamitatibus eruemam, praesertim verò ab omni pudoris luctu et graviore ullo peccato. Quomodo enim tam piam salique cultus observantem feminam, tot et tam inflammatis diurnarum nocturnarumque precum postulationibus, tot inediis, et vigiliis, et sacerdotibus unum hoc impetrare sineret Deus optimus maximus, ut salutem illis, sibi ipsi eternam (Peccati enim aspectum avertit, Rom. 6, vers 25) animi perniciem afferret? Maxima igitur, ut dixi, fiducia erat, se ab omni penitus vel à graviore saltem prolepsione omni defendendam et conservandam. Sed ut in adeundo periculo, fortis magnique animi huius ei præmiumque magnum esset, incommodorum quibus afflicta esset, nihil novit, etiam bene de his quoque speraret. Unde colligendum, omnibus esse in Judith, excohiberi, virilis heroicæ animi, ad omnes pro religionis et patriæ dignitate difficultates, excipandas, propositum exemplar; nulli tamen emulato virgini, videlicet, mulieri, ut in illam sese pudoris discrimen sponte conjiciat, autam præberi. Si tamen, quæ vix nunquam out*

rarissime jam accidit, necessitas aliqua incidere, posse ipsas, cum sanctissimâ illâ D. Ambrosii virgine Antiochenâ, hoc eodem Judith exemplo sese confirmare ac erigere. Sanè insignem et planè admirabilem fortitudinem loculentis admodum verbis effert SS. Patres et D. Ambrosius, 3 Offic., cap. 13 et 14, libro de Viduis, Clemens, lib. 4 Strom., cap. 7, Origenes, homil. 9 in Judices. Eorum tamen et aliorum verba commodè sibi reddentur, cum quibus Ocius pulcherrimum illud encomium infra, vers. 24 et 25, copulandum, et breviculum hoc è tertii de Officiis libri D. Ambrosii cap. 14: *« Liqueat id quod decorum est, semper esse utile. Nam et Judith sancta decore contenta, propterea salutis solvit obsidionis periculum, et publicam honestatem propriâ acquisivit utilitatem. »*

QUESTIUNCULA V.

An Holofernem abriam interficiendo, ab eadem Judith peccatum affligit?

Ehrus erat vino admodum Holofernes, sed libidine, propter quam vini tantum hauserat, multò magis; idèoque tali cum momento interficere, quid aliud erat, quàm ad sempiternos eum ignes amandare, corpus et animam simul occidere? Hoc verò grave nimium, et vix absque peccato fieri posse, videtur fortè alieni. Sed falli se intelliget, si advertat, primò peccatores istiusmodi omnes posse omni momento justissime à Deo sempiternis addici suppliciis. Horum enim isti rei sunt, et ille summus omnium iudex et Dominus. Deinde, cum justum bellum divinisque legibus consentaneum est, licere hostem; ubi et quando sese offert occasio, necare, tunc quisquis necat, divini iustitiæ ministrum esse, quemadmodum ex disputationibus de bello apud D. Thomam, 2-2, quest. 40, Bellarminum, lib. 3 de Sacris, cap. 14 et 15, perspicuum. Hicque breviter ita D. Augustinus, lib. 1 de Civit., c. 24: *« Nequaquam contra hoc preceptum fecerant, quod dictum est: Non occides. Qui deo motore bella gesserant, aut per vim nam gerentes publicæ potestatis secundum ejus leges, hoc est justissime rationis imperium, sceleratos morte punierant. »* Tertio denum, quòd hostis illo, vel ebrietate, vel alio ullo peccato astrietus morietur, sic in æternâ gehennæ tormenta miser abeat, hoc ad ipsas, non ad ejus qui eum dum interficit, jure suo vitæ culpam pertinere. Quem aliqui Turcam et infidelm in acie ferire

quem impium, et praefractum latronem extremo afflicto supplicio liberet? Quin verò ex repentinis huiusmodi funeribus intelligi datur, quanto studio ab omni semper scelerè abstinentum, quantumque curà providendum sit, ne vino madidos, libidine flagrantes, crimine alio quocumque contaminatos, repentinus quispiam eas occupet. Hoc enim est, quod Marci 13, vers. 35 et seq., tam seriò monuit Dominus: *Videte, vigilate, et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Vigilate. Nescitis enim quando dominus domus veniat, aut, qui nescit nocte, an galli cantet, an sune, ne cum venerit repens, inveniat vos dormientes.* Quod autem nobis dico, omnibus dico: *Vigilate.* Et Luc 21, vers. 34: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis saepe sitis, et aspernentur in vos repentina dies illae. Tanquam laqueus enim supererit in omnes qui sedent super faciem ovis terra. At Holofernes non vigilavit, in crapula et ebrietate obdormivit; supervenit ultimè horre laqueus, eumque constrictum in gehennae chaos precipitem egit, cuius culpa?*

QUESTIUNCULA VI.

An, cum Deo loquendo, deliquerit Judith quidpiam?

Judith haecenas facta eluimus. Sunt et in eundem fontem, quæ locuta est, mergendæ. Quendam enim ex iis quæ partim cum Deo, partim cum Assyriis locuta est, quasi minus recta existimari possunt. Quid enim illud quod cap. 9, vers. 12, à Deo petit? Capitur Ispice oculorum suorum in me, percipies illuc ex labiis charitatis meae, quod valet: *Da mihi Ispice charitatis, sive, ut in Græco ille haberi solet, labia dolosa et fallacia, ut ille decipiat, deceptusque miser tandem pereat.* At labia istiusmodi sunt hominum impiorum, eaque odit Dominus, Psalm. 50, vers. 19, Psalm. 108, vers. 4, et Psalm. 119, vers. 3, Proverb. 15, vers. 15, Sophon. 5, vers. 13. Et David, Psalm. 11, cum sanctos defecisse veritatesque à filiis hominum dimittas disiectas, subiungit: *Yana locuti sunt unusquisque ad proximum suum; labia dolosa, in corde et corde locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa.* Itemque Psalm. 5, v. 7: *Virum sanguinem et dolorem abominabitur Dominus.* Quæ igitur prudentia, quæ in oratione pietas, petere à Deo quod delinquat Deus, quod peccatum esset? Sed bona verba: *Nullum à Deo peccatum nisi quod iniquum illi et ingratum sit, obsecrat.*

Duo enim in iis quæ obijciuntur verbis peccata, vultus nimirum pulchritudinem et orationis venustatem ac suavitatem. Utrumque quidem, ut ea ille capi et oblectari possit non ad peccandum, sed ad ea bene utendum, si velit. Quando enim pulchra quadam oculis species obijciuntur, in potentate nostra est, ut ea vel ad honestum, vel flagitiosum amorem utamur. Quando similiter venustum suave, quæ alicujus sermonem audimus, ad ejus amorem invitamur; sed ut hic amor aut bonus aut malus sit, per nos ipse stat. Quomodo namque verò tam formæ quam orationis elegantia et pulchritudo à Deo donatur, ita et eam ab eo precari fas est. Nam, prout super de oratione dicebam, naturam inhiis potest ars, potest etiam Deum donantem humiliter petere. Labia verò dolosa bifariam vocantur. Vel enim sunt, quæ naturæ quiddam et insitæ vi ejusmodi sunt, ut decipere possint scilicet, vel quæ studio datæque operâ hoc reipsâ jam referuntur, ut decipiant. In priore genere, verius fecundè; gratè suavitèque loquendi facultas, quam vel ab orta vel postea indidit natura parens Deus, continetur. Est enim facultas libè illæ admittenda, et quodam vultu suavis, quæ in hominum animos facillimè, qui eam acceperunt, influunt. Ad posterius genus pertinet omnis locutio quæ idcirco fit, ut decipiat alius, sive à prioris generis labiis, sive ab aliis ea dimanet. Rursum verò dolus duplex est, bonus et malus. De illo Paulus 2 Corinth. 12, v. 40: *Cum essem astutus, dolo vos cepi.* De isto D. Thomas, 2-2, quest. 85, artic. 4; de utroque jurisconsultus cum aliis, tunc maxime in d. 4, tit. 3; de dolo malo, post doli mali Servianam Labeanam definitionem, subditur: *Non facit contentus præter dolum dicere, sed adjecti et malum, quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant; et pro solentia hoc nomen accipiebatur, maxime si adversus hostem latronem, ve, quis machinaretur.* Dolosa ergo labia quæ sibi à Deo precescunt Judith, erant prioris illius generis, et cum ad usum ea bonum conferrant, erant dolo tantum bono dolosa. Et ideo etiam modo Augustinus, serm. 227, vocat Judith vultum insidiosum, et ipsammet, *Holofernis fraudem.*

QUESTIUNCULA VII.

An per Nabuchodonosorem et Holofernis animam jurare potuerit?

Inter ea quæ cum hominibus tantè prudentiorque minus locuta videtur, est hoc jus-

randum c. 11, vers. 5 : *Vivit Nabuchodonosor rex terræ*; et cap. 12, vers. 4 : *Vive anima tua, Domine*. Primum enim non nisi per Deum concipi debet iurandum, Isaiæ 19, vers. 18, cap. 65, vers. 16, Jerem. 12, v. 16, et quidem non nisi per Deum verum, ab homine præsertim ejus cognitione ac fide imbuto, Exodi 23, Deuteronom. 6. Multo igitur minus, per hominem mortalem Deique hostem et impium. Domini hæc apud Jeremiam cap. 5, vers. 7, querela est : *Filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt Dñi. Jurare sumpsit, ait sub finem libri de Atheniensium gloriâ Ptolearchus, est cum Deum facere*. Unde et apud Strabonem libro 17, *Æthiopes idcirco per mortuos jurasse, quia Deos ipsos putarent*. Volebat verò Deus haberi Nabuchodonosor, ut supra vidimus. Quomodo ergo per eum jurat Judith? quomodo per Holofernis animam? Sed esto, liceat per homines etiam sceleratos, jurare, num falsò licet? At quo se cap. 11 Judith obstringebat, falsum sacramentum fuisse.

Responsio hic triplex est : prima Lyranæ, hisce verbis : « Non est hoc juramentum, ut dicant aliqui, quia non excusaretur Judith à juramento falso, quod est peccatum mortale, sed est simplex assertio falsi ad fallendum » fallacem. » Altera Lorichii Hadamarii ita scribentis : « Judith causè iurandum simulavit. Simile habemus apud Epigrammaticum, lib. 5 :

*« Quid sentis, inquit, de nostris, Mance, libellis?
« Hoc me sollicitus, Pontice, serpe regas.
« Admiror, stупeo, nihil est perfectius illis,
« Ipse tuo cedit Regulus ingenio.
« Hoc sentis, inquit? faciat bene sic illi Cæsar,
« Sic Capitolinus Juppiter inò tibi. »*

Hæc ille. Tertia Carthusiani, jurasse, et ex animo. Atque huic ego subscribo, primò, quia hæc asserendi ratio : *Vivit hic, vivit ille*, sacramenti formulam continet, ut eo loco è Scripturis pluribus monstravi. Sicut enim qui ait : *Vivit Dominus*; jurat, 1 Reg. 14, v. 39 et 45, cap. 19, vers. 6, cap. 20, vers. 3 et scipissimè aliàs, nominatim verò infra, cap. 13, vers. 20, ita et qui affirmatione hæc utitur : *Vivit Nabuchodonosor, vivit anima tua*, adeò quidem ut utraque interdum formula simul jungatur, 1 Reg. 23, v. 26, et 4 Reg. 2, scriptis : *Vivit Deus, et vivit anima tua*. Deinde, quia potest divina veritas duobus modis in testimonium adhiberi, directè scilicet, quando per seipsam ipsa invocatur, et indirectè,

quando ejus attestatio contentis petitur, quatenus in creaturis ipsis implicatur et effulget, prout edisserit D. Thom., 2-2, q. 89, art. 6. Tertio, quia sacramenta istiusmodi exstant in Scripturis non pauca, et quidem à viris bonis et prudentibus adhibita, Josepho Genes. 42, v. 15 et 16. *Per salutem Pharaonis non egrediens hinc, donec veniat frater vester minimus. Alloqui per salutem Pharaonis exploratores vos estis*; Eliazus 4 Reg. 2 : *Vivit Dominus et anima tua*, prout supra jam citavi. Quarto, quia hunc per creaturas iurandi morem jam olim viguisse ostendit Dominus; neque eum tollit, sed eadem tantum cautione, quia alterum illud per Deum iurandum obsepi, ne in vanum videlicet omnino etiam suscipiatur. Hoc enim inculcant illa Matth. 5, vers. 34, 35 : *Ego dico vobis non jurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolimam, quia est civitas magni Regis; neque per caput tante juraveris, quia non potest unum capillum album facere, aut nigrum*. Quatò, quia primis Ecclesie christianæ seculis per imperatorum genios jurare Christianis haud licuit; bene tamen per eorundem salutem, quia mendacissimos demones in veritatis testimonium vocare turpe, non verò imperatorum salutem, quia, etiam si gentiles et impii sint, hæc tamen eorum salus, et quorumcumque hominum anima à Deo est, in eaque Dei etiam veritas splendescit. Tertulliani enim Apologeticus cap. 32, ait : « Sed et juramus, sicuti non per genios Cursumus, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus genis. Nescitis genios demones dici, et inde diminutivè voce demonia? Nos iudicium Dei suscipimus in imperatoribus, qui gentibus illos perfecit; id in eis scimus esse, quod Deus voluit, ideòque et salvum volumus esse quod Deus voluit, et pro magno id juramento habemus. Ceterum demones, id est, genios adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus. » Hoc igitur est, quòd in Scripturis vetamur, per illos aut falsos deos, qui demones erant, aut per creaturas, tanquam deos, jurare, uti gentiliū quidam fecerant, non autem per creaturas, quatenus ipse Deus, sed ipsius Dei sunt. Quòd detestabilior Calvini lib. 2 Institut., cap. 8, § 26, calumnia, dùm hoc ipsum fateatur, et tamen per sanctos et per angelos juramentum fieri posse inficiatur. Quid?

An hi minis ipsius Dei sunt, quàm creature aliæ? An in iis Dei veritas operatur et latet? Ceterum Lyranus rectè respondet Carthusianus, in Judith iurando falsi nihil fuisse. Certum enim, Holofernis operâ, mortalium quàmplurimos Nabuchodonosori obediisse, itemque bestiis, eo modo quo de Nabuchodonosore altero dicit per Jeremiam, cap. 27, v. 6, Dominus: *Ego dedi omnes terras istas in manum Nabuchodonosori regis Babilonis servi mei; insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi. Cum verò et sic jurare liceret, et verè potuerit, cur ab Hadamario iuratio tantum simulatio, non iuratio vera hinc fuisse dicatur?*

QUESTIUNCULA VIII.

An se Judith, quidquid Holoferni percussisset, factum rectè apoponderit, cap. 12, vers. 14?

Quomodo rectè potuit quidquid homini flagitioso et salaci percussisset, spondere? An dici queat, spem ipsi fuisse, futuram ut ille nihil nisi pulicem et honestum peteret? At jam quæ Holofernis voluntas esset, ipsi Judith enuntiârat Bagoas, ut ad illum rediret introiret. Hoc autem *introire* vel *ingrediendi* verbo sæpè, phrasi Hebraicâ significatur, pro creationis actio, ut Genes. 38, vers. 2, 8, 9, 16; ibid. c. 46, v. 2, c. 39, v. 14; Ruth. 4, v. 7; 2 Reg. 5, v. 7, 8; in titulo Psal. 50, et crebrè alibi. Accedit quòd in Græco illicita eam Bagoas ut fuit Assyriorum puellarum instar, quæ in Nabuchodonosoris domo versabantur. Hæ verò ab illius libetum, ejus libidini serviebant, erantque iis similes, quæ hodiè in Turcici Sultani gynæceo stabulantur. Respondet verò Judith, non tantum se, quidquid illi collibisset facturam, sed etiam properanter ac perlibenter.

Responsum ad ista esse potest duplex: Unum, falsò hæc à Judith esse dicta omnia. Sed cum verbis veritas inesse possit, mentem cur dicamus, nisi quia delictum, ita mentiri, quàm libidini annuere, minus est. Quia tamen secuturâ questione de mendacio agitur, responsum esto; alterum, verè quidem locutam Judith; sed ut rectè simul etiam locuta sit, explicari tripliciter. Primò, ut non ad Holofernis vel Bagoas mentem responderit, sed ad eam quam animo verè informârat, cogitationem. Dominum enim suum intelligit Deus suum, de eoque respondet: *Quæ ego aus, ut contradicam domui meæ?* et quæ sequuntur, *Alia omnia. Iia Rabanus*: *Sunt ea, inquit,*

et respectu cœlestis imperii, ad quod se parat, tan diu elat, intelligenda. et videtur idem velle Lyranus, dum ait dixisse ipsam: *Hoc erit mihi optimum, quia videbat appropinquare tempus opportunum ad interficiendum ipsum.* Iterumque postea, vers. 18: *Ma- gnificata est anima mea, quia videbatur appropinquare hora liberationis populi sui.* Deinde, nonne usu et in Scripturis, et in familiari omnium sermone receptum, ut hujusmodi generales propositiones dicantur, sed semper certis cum clausulis intelligantur? verbi causâ, modò Deo et honestati adversum nisi sit, amicitia tantum ad aras usque valeat, nisi aliter Deus constituent; et si qua similia. Cum enim ait Dominus: *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, an conditionum nihil subaudiendum?* Cum scribit amico amicus: *Tuus ex arte, tuus opus est videri, quæ sit cuique re gratificari potero, faciam, an urbanitatis nunciatque consuetudinis cautio nulla tacite apponenda?* *Libertas* ait, ut ille, agendi quocumque reffia, modò tamen intelligatur ut legibus illud contrarium non sit. Hujusmodi quid à Cajetano in 2-2, quest. 111, art. 1, notatum invenias. Hæc ergo moderationis lymphâ dum Judith verbis aspergitur; quid in iis non purum, castum et candidum? Tertiò tamen dici potest, in Bagoas verbis duplicem quoddam sententiam inclusam fuisse: Una erat simplex, clara, et proxima; altera verò insidiosa, tectior et remotior. Illa tantum ad cœnam, familiaritatem et hilaritatem invitabat; hæc ad ea quæ hinc omnibus erant posteriora, et à Bagoâ quidem de Holoferne spectabantur, non nisi tamen secundariò et quasi velatè proponebantur. Nam *introire* vel *ingredi*, cœsi quandoque significationem habet venerem, multò tamen scopiùs non habet, adeò ut id exemplis probare possim, ut Tobie cap. 7, jam tetigi. Apertè verò pulicem hinc introitum significari, declarat non solum pulicem verbi ejusdem jamjam usurpatio dum dicitur v. 12: *Introitu Vagoas ad Judith, sed id quòd, quasi subsequens, huic introitui adjungitur, manducare et bibere cum illo, et multò adhuc apertius in Græco, ubi ne ipse quidem Holofernes eunucho suo, vers. 10, præscribit, ut *habitudo* verbo, quod ut 2 Machab. 4, v. 14, dicatur, aliquid interdum turpitudinis importat, utatur, sed ait: *ἔλθετε ἡμεῖς καὶ τὰς κατὰ τοὺς νόμους ἡμετέρας, venire ad nos, et edere ac bibere nobiscum.* Quæ verò in Nabuchodonosoris palatio erant ipsiusque thalamum in*

hant Assyrie poelle, partim uxores erant, partim non erant. Et hæ ad uxorem consuetudinem, pluribus quâdoque mensibus et annis, preparabantur, prout in Esther hic Orientis mox explicabitur. Omnes verò istæ apud istos reges gratiâ plurimùm pollebant. Quod ergo Bago et Holoferni in cenâ et ante cenam annuit Judith, est, venire ad apparatus convivii, cibum potumque cum eo sumere, ipsius gratiam colligere, ipsi placere, sed eo modo et fine quem superioribus questionibus exposui. Si tamen huic ejus annuit, et cautiones antea positæ, et illa etiam interior de vero Domino cogitatio, ipsumque de opportuni temporis appropinquatione gaudium et letitia, quæ instantem jam liberationem presentiebant, adjungantur, ut adjungi sanè possunt, quid in sponsione ipsius totum erit non purgissimum?

QUESTIUNCULA IX.

An in omnibus istis mendaciis et aliis impingit possit?

Non unum, sed plura quæ impingi meritis possunt, occurrunt. Nam primò, cap. 10, v. 12, idem, ait, fugi à facie eorum, quasiæ futurum agnosci quid datur vobis in deprecationem, et similia c. 11, v. 43. Idemque in Græco: *Nou excidet Domjns ab iis que cogitant, sive, non frustrabitur spe aut.* Atque neque fugiet, neque futurum erat, ut prædixit hosti darentur, idque, ut supra dictum, ipsa prænotat, et ne darentur idem veniebat. Secundò, ibid., vers. 43: *Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum et ostendam illi quo adiu possit obtinere eos.* Tertiò, cap. 11, vers. 4: *Si secutus fueris verba ancille tue, perfectum rem faciet dominus tecum.* Quartò, vers. 16: *Tu solus bonus et potens es in cunctis regibus ejus.* Quintò, vers. 8, Denique Israelitis valde iratum ait, ipsosque gravissimè contra illum deliquisse, et Hierosolymitanos; et cap. 8, v. 18: *Nox annus, ait, securi peccata patris nostri.* Sextò, ad veterum peccatorum cumulum nova Israelitis adhuc moliri, per sanguinis potionem, sacrorumque et vitiorum eduliorum profanationem narrat vers. 11 et 12. Septimò, fumem in urbe dicit, vers. 10, invaluisse, cum sitis eos tantum vexaret. Octavò se idem à Domino missam ait, vers. 13 et 15, ut hæc ei nuntiaret. Nonò, se promittit vers. 15, quæ divinitus cognovisset, ipsi potestatem, ipsamque per medium Hierusalem deducturam.

Deo de hisce tam multis existant opinionum

capita: Unum est, ut eas fiteamur mentitam, mendaciis tamen levibus minimèque perniciosis, sed officiosis, valdeque utilis. Ita hoc loco Lyranus, Abulensis in 1 Exodi, quest. 6, D. Thomas, 2-2, q. 110, art. 3 ad 3: « Qui-
dam, ait, commendatur in Scripturâ, hoc
propter perfectam virtutem, sed propter
quandam virtutis indolem, scilicet quia ap-
parebat in eis laudabilis aliquis effectus, ex
quo movebantur ad quendam indolem fa-
cienda. Et hoc modo Judith laudatur, non
quia mentita est Holoferni, sed propter affe-
ctum quem habuit ad salutem populi; pro
quo periculis se exposuit. » Alterum, non
esse mentitam, et trifaria istorum omnium
datur expositio. Primb à Corbutione intelli-
genda esse per ironiam dicta, quemadmodum
2 Reg. 22, v. 15, à Michâ ipsi Achab re-
sponsum: *Accende et vade prosperè, et tradet
Dominus in manus regis.* Altera à Babano,
Glossâ et Hugone, mysticam et quasi propheticam totam istam Judith, et actionem, de qua
supra, et orationem fuisse. Hic enim prædixisse
gravissimas illas miserationum procellas, quas
Israeliticis populo, Vespasianus et Titus in-
vexerunt; idque ob gravissima, quibus Deum
irritant, facinora. Et hanc isti expositionem
videtur à D. Augustino sumpsisse, cujus lib. de
Mendacio, cap. 5, hæc regula est: « Credendum
est illis homines, qui prophetici temporis-
bus dignâ auctoritate fuisse commemorantur
omnia quæ scripta sunt de illis, prophetici
genialis atque diuine. » Quin et Alexius
Alexander, part. 3, q. 57, membro 6, cum de
mendacio ageret: « Ad ultimum, ait, quod ob-
jiciatur de Judith responsio est in Glos. super
Judith cap. 11, ubi dicitur, apud Holofer-
nem quidquid de adventu suo et Judæorum
futuro judicio loquitur, non dicit adulatoriè
mentiendi, sed futura prophetici prædi-
cendo. » D. Thomas, loco indicato, subiungit:
« Quamvis etiam dici possit quod verba
ejus veritatem habent, secundum aliquem
mysticum intellectum. » Tertia est, tacitam
in hisce omnibus subintelligendam conditio-
nem verbi causâ, nisi Deus providerit, si Deus
ita visum fuerit, si absque culpâ fieri hoc potue-
rit, ut supra jam dictum, quest. 8. Verè si-
quidem cum in locum Judæorum res adductas
tum fuisse, ut humano de his modo loquendo,
perditam jam essent, victor Judæis totâ volita-
ret Holofernes, Judæis ad sanguinis haustum,
cibosque sacros deveniendum esset. Malim
verò aliorum sententias enumerare, ad easque

semper accedere, quam ab his vel tamillū fieri si posset, discedere. Sed quoquo modo vestiganda veritas.

Præ caput, ut mentiam Judith potem, non libenter concedo. Esi enim bonis etiam operibus aliquis aliquando vitiosi alicujus et peccati natus adesse possit; neque tamen ut illa bona esse desinant, efficiat, minus tamen perfecta et coram Deo præstantia, minusque coram ipsis etiam hominibus laudata efficit. Nunc verò quam præclarum, quam omni laude cumulatam Judith factum istud à libello isto et à Patribus deprecatur! Deinde, in sui cum Holoferne sermonis principio, ipsa quid pollicetur? *Quia dixerat quibus ego cupio fieri, non eximio domino meo falsi quidquam, ad perpetuam mendaciam orationem contexere, et se mendacium nullum allaturum profiteri, non mendacium æquo mendacis? Tertiò, aliud est unum aliquid alicui quandoque mendacium vel improprium et incogitanti, vel periculo aliquid subitanti excidere, aliud ita meditate, tam varia, toties, de suo etiam populo tam illaudata mendari. Quartò, cum, ut supra ostensum, tam fixam à Deo de futura liberatione spem conceperit, imò et confesse ipsi oraculum fuisse sit, cur ad finem optimum non nisi viam tam distortam pravèque tetendisset? Cur pia et religiosa femina, tot assidue Deum precibus consulens, tantà, tot, tamque insignium mendaciorum colluvie, præclarissimum Dei miraculum contaminasset? Quintò, Deum, ejusque angelum infra, vers. 30, laudari, quòd eorum ope ad suam, sive peccati pollutionem reverterit. Et quamvis luxuriam potissimum innuit, est tamen quædam etiam peccati pollutio, mendacium; et Dei angelique laus major, si ab hujus etiam peccati maculâ puram immaculatamque custodierint. Sextò, postulat ratio ut in magnorum sanctorumque hominum verbis veritas inveniri ulla si potest, neque si ullius à Scripturâ mendacii accusantur, à nobis etiam nullo modo accusentur; sed Di. Augustini anteposita regula, ejusque explicandi modus, vel certè non dissimilis alius tenetur. At in Judith verba potest veritas inveniri, uti potest per allatas alias expositiones, et ipsa magna sanctæque mulier est; neque à Scripturâ mendacii ullius accusatur, quin ubique potius laudatur. Ergo.*

In posterioribus tamen capitulis expositionibus, nulla per se sola omnibus quæ objecta sunt satis commodè satisfacit, et primò quidem ironia in historica veluti narratione locum ha-

beret nullum solet, ejuſmodi tamen est Judith de sua fugâ, de quo urbis et populi sui statu narratio; sed vel in dictis et quasi locosis narrationibus, vel certè in eorum qui veritatis indaganda, ut hominis alicujus reprehendendi causâ, disputant, altercationibus versantur. Ejuſmodi enim aliqui sunt apud Platonem Socraticis disputationes, quem loquitur, Olym. 1. Tellos, in omni ratione stimulatorem, sive, ut nominaverunt Græci *stomachos* fuisse, accepimus. Deinde, ironia si non ab uno, ab alio ferè statim notatur, et, ut ait 8 lib., Quintill., « aut pronuntiatione intelligitur, aut personâ aut rei naturâ. » Nam si quæ earum verbis dissentit, apparet diversam esse orationi voluntatem. Unde et Michæa ironice loquens confesum dixit Achab rex: *Iterum atque iterum adjuro te, ut non loquaris mihi, nisi quod verum est.* Denique in Judith nonnullis de se et populo suo verbis ironia illa videretur, quam 2.2, q. 113, mendacii speciem constituit D. Thomas. Prophetia similiter, in eorum, quæ mendacii præ se speciem quandam ferunt, primò, 2. 5 et 4, supra enumeratis, quænam est? An Vespasianus et Titus Assyrii fuerunt, vel ad eos Christiani, antequam excideretur Hierosolyma, transierunt? Quomodo vel Judith vel Ecclesia ortem dicit Holoferni populi Dei arcana, et quo eum aditu obtineret? Conditiones porro, quas explicatio tertia suggereret, promissionibus quidam et narrationibus pluribus adhiberi possunt, sed quemadmodum possint omnibus pondum perspicio. Nam verbi causâ, primum illud fugit à facie eorum, quâ subaudita conditione verum?

QUESTIUNCULA X.

Quomodo quæ locuta Judith, abique mendacio intelligenda?

In eam venio sententiam, ut allaturum expositionum trium singulas, per se, ut dixi, solas, non omnem eximere scrupulum existimem, omnes tamen simul, cum nonnullis ad hoc aliis vel expositionibus vel declarationibus, ipsam à mendacio Judith satis vindicare. In primâ siquidem expositione, ironia sumi potest pro quocumque amphibologica oratione, quæ sententiam aliquam simulat, cum alias is qui loquitur animo teneat. In secundâ verò prophetia posset accipi pro futurarum rerum valde adhuc occultarum predicatione, sive jamjam futura sint, sive multis post seculis. Tertiâ expositio potest similiter ad modos illos omnes dilatari, quibus posse interdum

bonè, absque mendacio ullo, veritatem occultari, docent è scholasticis nonnulli, quorum sententia copiosè apud Michaelèm Saloniùm, lib. de Justitià in 2-2, D. Thom., q. 62, art. 2, contrav. 15, et q. 69, art. 2, contrav. 11. Gregoriùm nostrum de Valentia in 22, disput. 5, q. 13, de Reo, puncto 2, explicatur et probatur; breviter verò ita forsan astringi queat: *Veritas rectè interdum, absque mendacio, tegi potest dupliciter, tacendo nimirum et loquendo.* Tegitur loquendo rursùm dupliciter; vel enim plena et integra oratio, quam cogitamus, voce ipsà offerri potest, vel ejus tantùm pars, ut pars altera in animo continetur. Quando plena et integra oratio offertur, iterùm bifariam occuli potest veritas. Nam ea oratio vel sensus plures habet ex communi et usitato sermonis instituto, vel partim ex hoc, partim ex proprio, quo qui loquitur, propriam quamdam, arbitrata suo, significationem illis subjicit. Utrouque siquidem modo, è pluribus istis sensibus unum arripit, qui audit; alterum, eumque verum mente suà repositum tenebit, qui loquitur. Quandò verò pars tantùm pronuntiabitur, veram ejus sententiam accipiet auditor, sed pars altera ipsè vera in animo inclusa latebit, licet huic ipsi, quæ exterius funditur, particula, posset etiam superior plene orationis caligo duplex offundi. Denique, circa sermonis veritatem et apertam simplicitatem duo potissimum præcepta versantur, negans unum: *Non mentieris*; affirmans alterum: *Simpliciter et candidè loqueris*.

Concludo igitur primò Judith in hisce omnibus mentiam non esse, quia contra mentem nunquàm locuta est. Nam semper in animo veram sententiam, cui verba, modorum expositorum aliquo, responderet, habuit. Primò enim ut quæ superiore quaestione opponebantur, singula jam explicem, fugit à facie orator, id est, celeriter discessit, vel fugientis instar sese habuit, atque Bethulid exiit, quoniam agnoscebat se depredationes dandos nisi suo ipsa consilio miseriam tantam occuparet. Deusque opem ferret. Non frustrabitur Holofernes spe suà, non quidem quoad Bethulæ occupationem, sed quoad alia nonnulla, verbi causà, quoad ea quæ hodiè vel cras cogitat, vel non frustrabitur Dominus meus, Deus, inquam, meus. Secundò: *Vado*, ut indicem illi secrets efforare, ut instar indicantis me apud eum habeam, et aditum per altum et firmem ostendens, vel etiam ut verè quendam indicem, prout indicavit de situ. Licet enim

eò veniendi finis primarius hic non esset, erat tamen secundarius. Tertio: *Si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Amphibologia erat, et eam arripit sententiam Holofernes, fore ut bellum brevi conficeret. Sed vera in Judith mente sententia erat, futurum ut cum Holoferne omnia brevi expediret Deus, eum vitæ privando. Quartum, totum simpliciter verum esse potuit, quia de bonitate agitur inimici corporis, militie, et similitum. Quintò, etiam simpliciter verum, Deum Israelitis iratum esse, quia idcirco magna in captivitatem pars abducta jam erat, ut c. 1, q. 2, patuit, et ratione residuorum adhuc Judæorum non quidem omnium, aliquorum tamen, aliqua Dei irascentem quoad penas quasdam intelligendas semper existit, 4 Reg., 17, v. 18, 19, c. 21, v. 13. Sextò, potuerunt etiam Bethulenses deliberationem instituisse, et secum et cum Hierosolymitanis, de sanguine et cibis aliis vetitis, tali necessitate sumendis, potuitque fieri ut hoc à Hierosolymitanis factum aliquando antea fuisset, in Sennacherib maxime obsidione, aut verò Judæorum quidam tacitè, et quasi apud se mormurando ista fecerant, aut si facta non sunt, rerum cursus eò, ut florent, fiebat, nisi opem tulisset Excelsus. Septimò, utrumque malum fuit; sed magis torquebat sitis, et ferè ista junguntur. Etsi enim ciborum adult copia, edere tamen non possunt, quibus aride sūt fauces. Unde et quandoque pro siti fames etiam nominatur, ut apud Joseph., lib. 3 Captiv., Lucan., l. 4, et de eadem infra citabitur D. Ambros., lib. de Viduis, Augustin., serm. 228. Octavum ut secundum, intelligendum. Novum, quod in promissione versatur, aliter quidem ab Holoferne intellectum, re tamen ipsà nonne perfectum; nonne lectu ipso lethali, ei, quæ nuntiasset Dominus indicavit? nonne ipsum in curru per Hierosolymam deduxit, quando de ipso Hierosolymæ, et in Judæâ totâ triumphatum, ipsiusque fortè caput circumvectum? Nonne, quia ipsis etiam solam significat, Holofernis, in Hierosolymitanâ urbe, solum collocatum, quando et manibus eò allatum? Nonne factum ut ei nemo unus resisteret, cum omnibus desit esse molestus? Nonne tanquàm oves quibus pastor non esset, Judæos egit, cum ad fugientes balantesque Assyrios hinc illuc isti decurrerent, ex eorumque castris prædam efferrent? Hi autem expositionum modi sunt, eo quo dixi modo, ironici, amphibologici,

prophetici, licet ad Hierosolymitanum excidium non male quidam referri possint; non tamen, ut verborum constet veritas, referri eò debent necessariò. Eos verò similesque modos innuit August. serm. 229, cum ait: « Non deuit pudicam mentiri, non intelligi-
gentibus dixit, perfectit actibus quod promissit. Regi alto sermone, imaginariis verbis blandita est. » Et Græcus interdum textus clarè ad eos vocat, præcipue dùm ait: *Μὴτ' ἐγὼ θεὸς φέρω σε καὶ τὰς ἐκείνην ὁδοὺς ὅτις ἐκείνην ὁδοὺς ἐκείνην* (non il tantum qui præsentibus aderunt, oculisque suis videbunt, sed qui, procul etiam positi, eas usquam audiri sunt. Quid alioquin tam magnum, invisum, inauditamque eò quod stupere mundus totus deberet, fuisset, si mulieris unius vel indicio, vel prodicione, unam tunc urbem, tametsi munita, regionisque veluti claustrum esset, non amplissimam tamen, et siti jam vehementissimè totam elanguidam quotidianis suorum funeribus attonitam, omni penè humani auxilii spe destitutam tantè, tam instructè, tam innumerabiles copias cepissent? Sed unam mulierem omnes istas copias, tali rerum articulo, delasse, ipsorum duces suis ipsam manibus in satellitum castrorumque suorum medio iugulasse, id verò planè est mundi totius eorum qui præsentibus fuerunt, et qui usquam, vel tunc vel postea, sive audiendo sive legendo, cognoverunt, admiratio et stupor maximus, quemadmodum infra dicitur v. 25, et ad v. 31, Græcè.

Concludo secundò, Judith non quidem simpliciter et apertè cum Holoferne, ipseque Assyriis semper locutam; ius tamen celandæ ipsos veritatis habuisse, idèque contra præceptum illud aliens, nihil commississe. Prima pars ex his quæ hactenus dicta, liquet abundè. Secunda probatur quia Holoferne hostis erat immanissimus; neque ei modum, quo ipse immanitatem vellet depellere, aperire tenebatur Judith, quin potius, ut factorum insidias operire licebat, quemadmodum supra dictum est, ita etiam et verborum. An enim ut vitam vel famam reus quispiam tueatur, si à iudice non legitimo, vel ipso quidem legitimo, sed non legitime interrogetur, veritatem illum celare, verborumque ambagibus è quibus ipsam ille sententiam hauriat, uti licebit, et coram hoste iniquissimo, à quo ius et fas impetrari non potest, communis boni causà, nullum, veris alioquin, animorum nostrorum sententia velam obtendere liceat?

Tertia pars è præceptorum alientium naturà fuit. Ea enim neque semper, neque ubique obligare solent, et istud de simplici apertoque sermone adhibendo tum non obligat, cum ius habet quispiam reticendæ velandæque veritatis. Idèque neque Judith mendacium ullum admisit, neque à simplici orationis usu, absque iustà gravique causà, recessit. Elata igitur sincero jam fonte omnia, non quæ aderant, sed quæ adesse videri potuissent, sordida et commaculata.

QUESTIUNCULA XI.

Quomodo ad mores Bethuliam, Assyriorum victrix, Israelitarum salvatrix redierit?

Vallem cum alrè suà circumfuit, et eminus acclamare cepit Judith, ut citò portas aperirent, v. 13. Iidem ergo principes, qui urbis clavium custodes erant, vocati sunt, statimque eà ipsà noctis horà ad eam omnes undique lectorum somnique obiti, confluerunt, non magis tantum et seniores, sed juniores etiam et minimi, quoniam sperabant eam jam non esse venturam. Sperare de bonis ferè lætisque rebus dicitur, interdum tamen etiam de malis tristibusque valet quasi *timere*, ut apud Virgil. *Æneid.* 4: *Tantum sperare deferens*; apud Herodianum lib. 8, *ἀντιπρόσθετος ὄντων*, hostes venturos sperabant; apud Sophoclem *ἄντι* *ἐλπίς*, *aperat ferre, pro timet*. Nam et *ἐλπίς* etiam sine adjectione quandoque metum significat apud Thucydidem et alios. Unde illud etiam iactatum. Minus et supplicii spes hominem ad id quod iustum est, non admonuit. Isto igitur loco, *sperabant*, est, *timebant*. In Græco *ἐλπίσας* *ἔτι* *ἀντιπρόσθετος*. Inopinatum ipsis erat, eam venire. Accenderunt luminaria, Græcè ignem, sed exprimitur finis quam c. 7 dicebam, *ἡ* *πᾶσι*, ad illuminationem. Eam verò circumfuit omnes circumdederunt, v. 16, et silentium cum imperasset, orationem ad eos habuit. Silentium fieri solebat ab eo qui dicturus erat, mandis elatione et agitatione quidam, Actor. 21, v. 4, et apud Niceph. 1. 11, c. 1, interdum ab aliis, Nehem. 8, v. 7. Oratio tota laeta, et ad laudes gratesque Deo agendas excitatoria est. Hinc enim incipit v. 17, hic desinit v. 21, utens Psalmis illis 104, 135, quorum maximus apud Israelitas usus fuit, 1 Paral. 16, v. 8, 2 Paral. 30, v. 21. Ut autem excitentur magis, non auditu tantum, sed ipso etiam visu, Holoferneum è

perit caput promit, omnibusque spectandum cum concupis dat v. 19. Laudat Galaad Ortigientis uxorem Chionam Plutarch. lib. de Virtut. mulier, c. 31, quod Romani, à quo vitata erat, tribuni, ad maritum caput auterit. Sed quantum Judith laudabilior? Nam et illius illa libidini obsecuta erat, et datam illi à marito fidem violarat, neque ullam ulli eandem illa utilitatem affereret. Omnia in Judith nostra secta, quæ ut major Deo laus et gloria sit, de se ipsa cum jurjurando, v. 20, commemorat, quotidie ab ipsius Dei angelo ad Assyriorum castra iens, inibi commorans, indidem rediens custodiata sit, quoad corpus et animam, absque ullo utriusque incommodo, injuriæ et peccato.

QUESTIUNCULA .II.

Quis angelus, qui ad Assyrios euntem Judith, apud eos commorantem, ab eis redeuntem, custodivit.

Fortè angelus proprius ejus custos fuit; quemadmodum et ille de quo Jacob, Gen. 48, v. 16: Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Cum enim custodienda Judith cura proprio illi commissæ esset, alium eum textus non exprimat, quæ potius? Quia tamen magni hoc loco momenti res agebatur, à superioribus angelis aliquem opinari licet et quidem eum ipsum, qui fidus itinerum dux et comes Tobie fuit S. Raphael, de quo illic plura, maxime capp. 5 et 12. Vel certe quia res ista non magna tantum, sed et publica erat, in qua Dei sacra, religiones et templum, totusque adeo israelitarum populus vertebatur, S. Gabriel, uti Dan. 9, vel S. Michael, existimare quid prohibeat? Hic enim princeps illius Ecclesie

CAPUT XIV.

1. Dixit autem Judith ad omnem populum: Audite me, fratres: suspendite caput hoc super muros (1) nostros.

2. Et erit, cum exierit (2) sol, accipiat unusquisque arma sua, et exite cum impetu, non ut descendatis deorsum (3), quasi impetum facientes (4).

(1) Ut Assyrii videntes ducem suum cæsum, percellantur et fugiant. (Cora. à Lap.)

(2) Ortus fuerit. (Cora. à Lap.)

(3) Ad verum et serium cum Assyriis inagè potentioribus prælium. (Cora. à Lap.)

(4) Id est, quasi impressionem agentes in proximam hostium stationem, q. d.: Nolite plenè acie configere, utpote pauci contra innumeros, sed simulacris vos velis configere, ut scilicet Assyrii confugiant ad Holofernem, u-

dux et conservator non à Rabbis tantum traditur apud Franciscum Greg., tom. 1, sect. 5, probl. 343, tom. 6, probl. 366, sed à nostris etiam, D. Hieron. in Dan. 10, Theodoro lib. 4. auctore Imperf., homil. 48. Hinc verò et angelica hominum custodia præclare perspicitur, et angelorum erga pietatis, jejuniarum, ceterarumque virtutum cultores amor et beneficentia. De eo tamen potissimum Judith prædicat, quod per eum ab omni coinquinatione, quam tamen conviviis, blanditiis et vino studiosissimè Holofernes moliebatur, Dei jussa, defensa et conservata sit. Valeriano conjugii adhuc ethnico dicebat, ut eum ad Christi Domini fidem sanctamque castitatem traduceret S. Cecilia: « Necum habeo custodiam corporis mei angelum Domini, et nimis zelo custodit corpus meum. » Neque vanè id ab eà dictum; suis illo ipsiusque frater Tiburtius oculis probaverat et crediderat. Idem quoque litteris præditum de S. Juliano devigiliis sanorum adoleverat, qui angelico insigni favore, non virginalem tantum puritatem custodivit, sed et ad eandem, S. Basilissam, quæ ipsi conjux futura erat, aliosque discipulos innumerales, permoveit. Iaspice, si videtur, etiam Casarium, lib. 8, c. 42.

Adjunguntur jucundissimi letantium omnium plausus, gratulationes et Dei laudationes, tam in seipso quam in sancta Judith, et primò de universo populo narratur v. 22 et 23, tum de Ozai v. 23, 24, 25, postremò de Achior vocato v. 27. Sed quæ de eo ad capitis finem ab isto versu narratur, omnia in Græcis ad sequens caput transferantur. Quos imitabor, ut quæ de illo restant, colligantur simul omnia.

CHAPITRE XIV.

1. Alors Judith a dit à tout le peuple: Ecoutez-moi, mes frères; suspendez cette tête au haut de nos murailles.

2. Et aussitôt que le soleil sera levé, que chacun prenne ses armes, et sortez tous avec grand bruit, non pour descendre jusqu'aux ennemis, mais comme vous disposant à les attaquer.

aciem instruat, ac videntes eum cæsum consternerent et fugiant. Nolebat enim Judith Assyrios invadi, antequam mors Holofernis percelleret; et Assyrios inopes animi et conciliis reddisset; sed eo facio jussit ut illic in pavidos et fugientes irruerent. Si enim tempus dedissent Assyrii, potuissent ipsi communi consilio alium ducem sibi deligere, qui obsidionem Bethulie pressequeretur, ita-

3. Tunc exploratores (1) necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4. Cumque duces eorum (2) concurrerint ad tabernaculum Holofernis, et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor (3).

5. Cum cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret illos sub pedibus vestris.

6. Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu (4), credidit Deo, et circumcidit carnem praeputii sui, et appositus est ad populum Israel (5), et omnis successio

que urbem fame sitique confectam caperet. Sed Judith prudenter id providens jussit ut morte Holofernis vulgata, subito in percussis totis viribus et agnibus involerent. Quo facto hostes suspecti fugientes ab Heberis victi castrisque fuere. Vide ergo hic profectionem et solertiam bellicam Judithae, quae copiam victoriam ad finem usque prosecuta est; quare praedictor fuit Annibale, qui cum Romanos in Cannensi pugna plane concidisset, suadetque Maharbal praefectus equitum, ut illico Romanos pergeret; sine dubio enim eam percussam occupantem, se die quinto in Capitolio cognaturum, dum tardaret Annibal, dicereque maturius hinc de re cogitandum, subiunxit Maharbal: Vincere scis, Annibal, sed victoriis necis vis. Ita Livius lib. 22. Audi S. Amb. lib. de Viduis: «Nec dextera tantum hoc opus, sed majora trophaea sapientiae. Nam manus solum Holofernem vicit, consilio autem quoniam hostium vici exercitum. Suspenso enim Holofernis capite, quod virorum non potuit excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit; suus pudore excitans, hostes quoque terrore percutiens, eoque caesi sunt et fugati. Ita unius viduae tempestantia atque sobrietas, non solum naturam suam vicit, sed, quod est amplius, fecit viros etiam fortiores.»

Simili modo David, amputato capite Goliath, eoque Philisthaeo ostenso, ipsos percussit, et in fugam egit, 1 Reg. 17. Idem fecit Judas Machabeus resecto et ex arce Sion suspensio capite Nicanoris 2 Mach: 15, 35. Sic et M. Livius et Claud. Nero consules Romani, caeso Asdrubale cum 56 millibus Carthaginiensibus, capiteque ejus ex insuperato ante castra Annibalis fratris projecto, eum ita percusserunt, ut diceret actum esse de fortuna Carthaginiensium, atque illico fugiens in angulum Italiae ad Brutus se receperit, teste Livio in fine l. 26.

(Corn. à Lap.)

(1) EXPLORATORES, quos Graecus vocat *κατασκοπευσις*, solent enim scutari ante castra, et satis ab illis procul excubare, qui minimos hostium motus illico significant. (Menochius.)

(2) Qui praesunt distinctis aciebus.

(Lyranus.)

Sine cujus voluntate exercitus non debet

3. Alors il faudra nécessairement que les coureurs fuient, et s'en aillent éveiller leur général pour le combat.

4. Et lorsque leurs chefs auront couru à la tente d'Holoferne, et qu'ils n'y auront trouvé qu'un corps sans tête nageant dans son sang, la frayeur les saisira.

5. Et lorsque vous les verrez fuir, allez hardiment après eux, parce que le Seigneur les foulera sous vos pieds.

6. Alors Achior, voyant ce que la toute-puissance de Dieu avait fait en faveur d'Israël, abandonna le culte du paganisme, crut en Dieu, se circoncit, et fut incorporé au peuple

bellum committere. Nam, sicut dicitur lib. de Judaico Belle, non solum bellare, sed etiam vincere sine duce apud Romanos erat vituperabile. (Lyranus.)

(5) Ex casu principis inopinato, et etiam immissus à Deo, unde videtur hic saltem quantum ad aliquid prophetice loqui.

(Lyranus.)

(4) Queritur quomodo Achior hic primum dicatur credidisse Deo, cum supra, cap. 5, longa oratione coram Holoferno confessus et testatus sit virtutem et potentiam Dei Israel? Respondeo: Dicitur Achior nunc primum occasione tam illustris facinoris et beneficii credidisse, nempe, quia nunc primum plene et perfecte credidit, et, ut hic additur, relicto prorsus gentilitatis ritu, omnia omnia quae erant populo Israelitico divinitus revelata, firmo assensu recepit. Deinde potest hoc referri non tam ad fidem internam quam ad externam fidei professionem per circumcisionem, de qua sequitur. Nam et olim in Ecclesiis Catechumeni, etiam si omnia credenda firmiter tenebant, tamen non vocabantur proprie fideles, nisi cum essent baptizati. (Estius.)

Tunc Achior videns virtutem (potentiam et fortitudinem, scilicet tam fortem, prodigiosam et divinam victoriam de caeso Holoferne) quam fecit Deus Israel (Græce Israelis, id est, populi Israelitici), relicto gentilitatis ritu (idolatriâ et gentilismo), crederet Deo, et circumcidit (non suâ, sed Levitæ alicujus manu) carnem praeputii sui, factus proselytus et Judæus; licet enim Amonitæ, Arabes, Phoenices, Egyptii, Æthiopes, circumcisionem jam olim ab Abraham et Judæis accepissent, tamen acceperant eam ut liberam, non ut obligantem, uti eam à Deo jubente acceperant Hebræi. Unde multi se non circumcidebant ob pudorem et dolorem circumcisionis; quare paulatim circumcisio apud eos quasi evanuit. Achior ergo, licet Amonitæ, fuit indircumcissus, sed hoc facto Judith conversus ad Judæismum, se circumcidit. Circumcisio enim erat professio Judæismi et legis Moisaicæ; sicut baptismus jam est professio Christianismi et legis Evangelicæ. (Corn. à Lap.)

(5) Ut quasi civis Israelitarum jus civicum haberet ad omnia eorum privilegia, jura, dignitates etiam et magistratus. Licet enim Deus vetuisset, Deut. 23, 3, Amonitæ et

generis ejus usque in hodiernum diem.

7. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, acceperunt unusquisque vir arma sua, et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu.

8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis concurrerunt.

9. Porro hi qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi perstreptantes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes evigilaret.

10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis (1) Assyriorum pulsando aut intrando aperire.

11. Sed cum venissent ejus duces (2) ac tribuni (3), et universi majores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis (4):

12. Intrate et excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis (5) ausi sunt provocare nos ad prælium.

13. Tunc ingressus Vagao cubiculum ejus, stetit ante cortinam (6), et plausum

Noahitas admitti in castrum Israel, tamen in hac lege permittit dispensari ob insignia aliquas in Israelitum merita, qualia fuerant Achior, qui coram Holoferne Dei erga Israelitum providentiam et protectionem publicè erat professus, et dignis encomiis celebrabat. Sic Ruth Moabitissa admissa fuit in castrum Israel, nuptusque Booz, facta est avia Davidis indeque Christi. Hanc enim esse Dei mentem responderunt legisperiti vel prophete, vel pontifices consulentes Deum per Urim et Tummim, de quibus dixi Exodi 28, 29.

(Corn. à Lap.)

ET APPONITUR EST AD POPULUM ISRAEL. Non dubium, quin hoc sanctè et piè ab Achior factum sit. Sed quaerit aliquis, utrùm hoc fuerit ei ad salutem necessarium, ut circumcideretur, et incorporaretur populo Israelitico? Respondeo videri quòd non, et colligitur ex capite sexto hujus libri, in quo leguntur seniores filiorum Israel dixisse ad Achior: Si Deus tecum in medio nostris, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis oculis converseris nobiscum. Ubi ex eo quod dicitur, sicut placuerit tibi, colligitur, non fuisse necessarium ad salutem ipsum circumcidi. Certè Naaman Syrus acceptè fide unius Dei, non est circumcissus, quod haud dubiè ipsi prescripserunt Eliseus, si fuisset necessarium ad salutem. Ratio autem hujus est, quia circumcisio soli populo Israelitico imperata fuit, et ad eos solos pertinebat, sicut et Apostolus ait ad Rom. 5: Scimus, quoniam quæcumque lex loquitur, ita qui in

d'Israël, et toute la suite de sa race jusqu'à ce jour.

7. Aussitôt donc que le jour parut, ceux de Béthulie suspendirent au haut de leurs murs la tête d'Holoferne; et chacun ayant pris ses armes, ils sortirent tous, en faisant un grand bruit et jetant de grands cris.

8. Les coureurs voyant cela coururent à la tente d'Holoferne.

9. Ceux qui étaient dans la tente vinrent à la porte de sa chambre; et ils tâchaient, en y faisant quelque bruit, d'interrompre son sommeil, afin qu'Holoferne fût plutôt éveillé par ce bruit confus qu'il entendrait, que par quelqu'un de ses gens.

10. Car nul n'osait, ni frapper à la porte, ni entrer dans la chambre du général des Assyriens.

11. Mais les chefs, les capitaines et les principaux officiers de l'armée d'Assyrie étant venus à sa tente, dirent aux officiers de sa chambre:

12. Entrez, et éveillez-le, parce que ces rats sont sortis de leurs trous, et ont osé nous défier au combat.

13. Alors Vagao étant entré dans sa chambre, se tint devant le rideau, et il frappa des

legs sans se lever. Interim poterant et alii circumcidi, scilicet qui vellent illi populo incorporari, et proselyti dicebantur, sed non tenebantur, et talis fuit Achior. Si quaeras ulterius: Quomodo ergo potuissent gentiles sine circumcissione salutem consequi? Dico eodem modo, quo omnes pii veteris Testamenti salvati sunt ante institutum circumcissionem. Nempe vel soli fide mediatoris, vel etiam per aliquod simul externum sacrificium, vel sacramentum nobis ignotum. (Estius.)

(1) Id est, potentie et majestatis Assyriorum; ita vocant Holofernem eorum ducem et principem, sicut nos regem vel principem vocamus regiam majestatem, suam celsitudinem, suam excellentiam. (Corn. à Lap.)

(2) Præsidentes aciebus. (Lyræus.)

(3) Qui in unâ acie præsent mille bellatores. (Lyræus.)

(4) Qui familiaritè possunt ingredi cubicula magnorum. (Lyræus.)

(5) Ita ex contemptu vocant etiam Judeos, quasi inertes et imbelles, sed mures hosce mox experti sunt crassiss leones, qui elephantes eorum prosterperunt. (Corn. à Lap.)

(6) Adeo enim principes Assyriorum et Persarum servabant suam gravitatem et majestatem, ut non nisi per cortinam loquerentur, darentque responsa, ut etiamnum faciunt reges Sinarum. Unde Athenæus, lib. 4, cap. 6, ex Heracleide tradit, principes invitatos à rege Persarum ad convivium, in eodem cubiculo cum eo comàsse, sed interjecto velo, ita ut ab

fecit manibus suis (1) : suspensatur enim illum cum Judith dormire.

14. Sed cum nullum motum jacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam (2), et elevans eam, vidensque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum jacere super terram (3), exclamavit voce magna cum fletu (4), et scidit vestimenta sua.

15. Et ingressus tabernaculum Judith, non invenit eam; et exiit foras ad populum (5).

16. Et dixit : Una mulier Hebraea fecit confusionem (6) in domo regis Nabuchodonosor : ecce enim Holofernes jacet in terra, et caput ejus non est in illo.

17. Quod cum audissent principes virtutis (7) Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos, et turbati sunt (8) animi eorum valde.

18. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

eis videri non posset, cum ipse eos facile videret. (Corn. à Lap.)

(1) Ad excitandum Holofernem, non audens sive tactu, sive facto in auribus clamore illum excitare. Apud Homerum (Odyss. 2, legimus ancillas Penelopen excitatas, cubiculum ingressas instrepuisse vocibus. (Calmet.)

(2) Foribus tabernaculi introitum obducatum; non enim agitur de supposito lecto, quod Judith abstulerat. Scilicet Vagan accessit sedato atque suspensio gradu, et astitit adnotis auribus, ut eo modo aut sermonem caperet colloquendum, aut dormientium removers; sed cum nihil aurium sensu caperet, velum elevavit, viditque cadaver Holofernis, quod ex lecto Juditha devolverat, et in terram aliecerat, ut subitus aspectus clamorem extorqueret, et turbarentur castra, priusquam ullum sumi posset pro rerum opportunitate consilium. (Vatablus.)

(3) Græca, super lectum, vel lectus hic erat terra propè lectum, ut habent Græci, v. 16. (Corn. à Lap.)

(4) Pro Domini sui interitu. (Lyranus.)

(5) Expectantem Holofernis mandatum. (Lyranus.)

(6) Interficiendo militie principem. Unde et Abimelech vulneratus à muliere, fecit se interficere per armigerum suum, ne diceretur in ejus opprobrium quod mulier interfecisset eum, Judith. 9. (Lyranus.)

UNA MULIER HEBRAEA FECIT CONFUSIONEM IN

maius, s'imaginant qu'il dormait avec Judith.

14. Mais prêtant l'oreille, et n'entendant aucun mouvement d'un homme qui dort, il s'approcha plus près du rideau; et le levant, il vit le corps mort d'Holoferne étendu par terre, sans tête, et tout couvert de son sang. Aussitôt il jeta un grand cri avec larmes, et déchira ses vêtements.

15. Puis étant allé à la tente de Judith, et ne l'ayant point trouvée, il sortit devant le peuple, et dit :

16. Une seule femme du peuple hébreu a mis la confusion dans la maison du roi Nabuchodonosor, car voici Holoferne étendu par terre, et sa tête n'est plus avec son corps.

17. Les chefs de l'armée des Assyriens, ayant entendu ces paroles, déchirèrent tous leurs vêtements; ils furent surpris d'une crainte et d'une frayeur extrêmes; le trouble saisit leurs esprits :

18. Et tout le camp ressentit de cris effroyables.

osmo necis, dum principem occidendo tota castra confudit, percussit, turbavit. Vide hic prudentiam Judith, quæ caput ducis petiit : eo enim sublato castra tota sustulit. Castra enim sine duce, idem sunt, quod populus sine rege, oves sine pastore, discipuli sine magistro, filii sine patre, civis sine consule. Unde Tarquinius rex Romanus capita papaverum in hortio demetens, hoc ipso filio, qui fide ad Gabinos transfugerat, per nuntium significavit, capita principum Galbatorum esse tollenda : quo facto Gabini quasi accepti se dedidit Tarquinio, teste Livio. Hanc guemomen mysticè doctores applicant D. Virgini, quæ caput draconis infernalis conterens, tota ejus infernallum spirituum agmina pessumedit. (Corn. à Lap.)

In Græco et Syro ante hæc verba legitur : *Prævaricati sunt servi : fecit confusionem una mulier Hebraea in domo regis.* Nomine servorum designantur Israelitæ, quemadmodum et vers. 12, ubi Vulgata legit : *Mares egressi sunt de cavernis suis;* Græci vero : *Ani sunt servi descendere super vos.* Innotuit his verbis Bagoas, perfidos servos, structis in dominum insidiis, illum manu femina interfecisse. Fortè etiam statim suspicatus est eunucho, Juditham fores reclusisse Judæo sicuti, qui dormientem Holofernem necaverit. (Calmet.)

(7) Id est, exercitus. (Menochius.)

(8) Propter quod non providerunt sibi de aliquâ defensione, nam turbati minus prævident, ut dicitur in Ezechielis. (Lyranus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et dixit ad eos Judith : Audite nunc me, fratres : et tollentes caput hoc, suspendite illud super pinaculum muri vestri. — 2. Et eris, cum illuxerit aurora, et exiverit sol super terram, umetis unusquisque vasa bellica vestra, et exhibitis omnia via fortis extra civitatem, et dabilis

principem in eos, tanquam descendentes in campum ad exenbias filiorum Assur: et non descenderetis. — 3. Et sumentes isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, et excitabunt duces virtutis Assur, — et concurrent ad tabernaculum Olophernis et non invenient eum, et irruet super eos timor, et fugient à facie vestrà. — 4. Et insecuti vos, et omnes habitantes omnem terminum Israël, presternite eos in viis eorum. — 5. Prinsquam verò faciatis hæc, vocate miki Achior Armenitum; ut videns agnoscat eum, qui vilipendebat domum Israël, et ipsum tanquam ad mortem miserat ad nos. — 6. Et vocaverunt Achior, è domo Ozire. — Ut autem venit, et vidit caput Olophernis in manu viri unius de ecclesià populi, cecidit in faciem, et exsultans est spiritus ejus. — 7. Ut autem recrearent eum, procidit ad pedes Judith, et adoravit faciem ejus, et dixit: — Benedicta tu in omni tabernaculo Judà, et in omni gente; qui quidem audientes omen tuum turbabuntur. — 8. Et nunc annuntia mihi quæcumque fecisti in diebus his. Et annuntiavit ei Judith in medio populi omnia quæcumque fecerat faciens, ex quâ die exiit, usque domum loquebatur eis. — 9. Ut autem cessavit loquens, jolèbavit populus voce magnâ, et dedit vocem letam in civitate suâ: — 10. Videns autem Achior omnia quæcumque fecerat Deus Israël, credidit Deo valdè, et circumcidit carnem præputii sui, et appositus est ad domum Israël usque in diem hæc. — 11. Postquam verò aurora ascendit, et suspenderunt caput Olophernis è muro, et sumpsit omnis vir Israël arma sua, et exiverunt per spiras ad ascensiones montis. — 12. Filii autem Assur, ut viderunt eos, miserunt ad præfectos suos. Illi autem venerunt ad duces, et ad chiliarchos, et ad omnem principem suum. — 13. Et adveserunt ad tabernaculum Olophernis, et dixerunt ei, qui super omnia illis: — Excita nunc dominum nostrum, quoniam ausi sunt servi descendere super nos ad prælium; ut exterminetur in finem. — 14. Et intravit Bagras, et pulsavit animum tabernaculi: suspicabatur enim dormire illum cum Judith. — 15. Ut autem nemo exaudivit, disjiciens intravit in cubiculum, et invenit eum super stratum projectum mortuum, et caput ejus ablatum erat ab eo. — 16. Et clamavit voce magnâ cum ploratu, et fletu, et clamore forti, et discidit vestimenta sua. — 17. Et intravit in tabernaculum, ubi fuit Judith divertens, et non invenit eam. Et presiliit ad populum — vociferans: — 18. Prævariculi sunt servi: fecit confusionem una mulier Hebræorum in domum regis Nabuchodonosor; quoniam ecce Olophernes huius, et caput non est super eum. — 19. Ut autem audiverunt verba hæc principes virtutis Assur, tunicas suas disciderunt, et turbata est anima eorum valdè: — et facta est eorum vociferatio, et clamor magnus valdè in medio castrorum.

COMMENTARIUM.

Primo consilium dat Judith suspendendi è muro capitis Holofernii, et in hostes erumpendi. Eruptionis verò prescribit etiam diligenter tempus, modum, et causam usque ad v. 6. Pro, exiit cum impetu, Græci legunt *ἐκ τῆς πόλεως* etc. etc., quod Complutenses vertunt, dabitis principem super eos, id est, priores irruentis, principem impetum dabit, facietis ut vestram quilibet primus, et quasi lux sit. Exploratores vocat noster *κατασκοπεύοντες*, quæ etiam supra, c. 10, v. 11, similiter vertebatur, ejusmodi hominibus ante castra et intra interdum procul solent excurrere nonnulli, qui minimos hostium motus illico significant.

Deinde, quemadmodum ad veram Dei religionem accesserit Achior, explicatur v. 6. Græci, ut supra dixi, hoc loco interserunt quoniam in Latino erant à v. 27, in superiore cap., non quod velint nunc primo vocatum Achiozem, sed quod totam de eo narrationem simul edere voluerint. Vocatum Achiozem ex Ozire domo. Ibi enim, ut dixi c. 6, commo-

rabatur. Videtur verò Judith ipsius jussu, quæ ipsius conversionem, animique salutem percutiebat, vocatus, unde, et ad eum finem, ipsa eum prior suavissimè alloquitur v. 27, cap. superiori, eique caput ostendit, quod, ut Græci addunt, erat, in manu viri unius ejusdem in populi Ecclesiæ, de quâ cap. 6 Achior verò ista ut vidit, quinque facit, primo incredibili stupore corrui, penèque tum exanimatus est. Quis enim fieri hoc unquam posse credidisset? *Esturris animus ejus. Expulsa est spiritus ejus.* Deinde ubi eum qui aderant, crexerunt et refocillarent, seque ipse collegit, ad Judith sese pedes algerit, eamque adoravit eâ politè scilicet adoratione, de quâ cap. 15, quest. 3. Tertiò, maximis eandem effert laudibus, v. 31, in quibus paululum quid habent dissonantia Latine et Græce; sententiâ tamen ambo consonant. Esi enim Græcus non habet, quoniam, neque, magnificabitur Deus, neutrum tamen ab eo negatur, et inulta pro et vocis olim *ἐν* fuisse: *Benedicta tu in omni*

tabernaculo Juda, et in omni gente, quicumque
(et cetera) audierint nomen tuum conuertebuntur,
admiratione scilicet ac stupore. Sed quarto,
in Graecis adjunguntur, quemadmodum à Ju-
dith petierit, enarrari, quidnam illis aliquot
diebus apud Assyrios egisset. Et enarravit ipsi
Judith in medio populi omnia quae fecisset ab eo
die, quo extiterat usque ad hoc tempus, quo ipse dis-
cesserat. Tum verò passim voce magis populus,
et in urbe iudeorum clamorem dedit: De afuigno,
cujus hoc loco meminit Graecus, multa Lipsius
de Mithra lib. 4, dist. 11. Quotid, esse ad ve-
ram Dei religionem conuertit, et Latinus hoc
loco, v. 6, breviter quicque illa indicat, quae
dum Christi Jesu Domini et Salvatoris nostri
fidei homines aditū suspiciunt, notare solent
theologi. Primum est quid extrinseca tales
ad fidem moveat: Achior videns virtutem quam
fecit Deus Israel. Alterum est, terminus à quo
ad fidem venimus. Varia siquidem impietatis
genera sunt, sed duorum maxime, gentili-
mus sive idololatria et haeresis. Achior itaque
relictis gentilitatis ritibus venit. Tertium, terminus
ad quem. Credidit Deo, et quia sunt quidam
fidei gradus, cum magna et modica in Scriptu-
ris quandoque legatur, Mat. 15, v. 28, b. 46,
v. 8; Marc. 9, v. 24; Idem in Graeco, hujus fidei
actus ab intentione commendatur: Credidit
Deo valde. Quartum est initiatio, ut ceteris
videlicet caeremoniis et sacramentis initiatur.
Hodie baptizatus est; tum circumcisio. Achior
ergo circumcisus carne praeputii sui. Quintum
est communio sanctorum, sive usus et fructus
honorum, quae in tali Dei Ecclesia et societate
sunt. Hicque ipse appositus est ad populum
Israel, et omnis successio generis ejus, usque in
hodiernum diem, ubi duae quaestiones.

PRIOR QUÆSTIUNCULA.

An ad Judaicum populum aggregari poterit
Achior?

Ammonitis erat esp. 3, v. 5. Scriptum verò
est Deuter. 23, 3, Ammonites et Moabites etiam
post decimam generationem non intrabunt Ec-
clesiam Domini in aeternum. Abulensis cum in
loco, tripliciter accipit Ecclesiam nomen ait:
primo, pro ipsa populi multitudine et cetera,
prout apud Aristoteliem 2 Politicorum accipitur;
deinde pro loco sancto; tertio, pro multitu-
dine, ut ordinem ad rectores habet. Sicque dic-
tur, ait, aliquis intrare Ecclesiam, cum in multitu-
dine datur et aliquod officium vel principatus. Et
postremo isto modo non poterant Ammonites ac
Moabites ad Ecclesiam aggregari, licet circumci-

sione initiari, tabernaculi atrium subire, in eo
victimis offerre ac edere, Israelitarum instar,
possent. Potuit igitur ad Judaicum populum
Achior aggregari, licet magistratum in eo genere
nullum posset. D. Thomas 1-2, quest. 105,
art. 5, nullam ait gentem à Dei cultu et his quae
ad animae salutem spectant, exclusam; sed
eos, ne primo quidem modo in Ecclesiam, qui
ex Ammonitarum et Moabitarum gentibus es-
sent, ita videlicet, ut cives forent civisque
commodis et beneficiis uterentur, ordinari
lege admitti potuisse censet, verum extraordina-
ria tantum et privilegio aliquo: sicque Achio-
rem admissum. Ita enim ad primum, et in tempo-
ralibus quantum ad ea, quae pertinebant ad
communitatem populi, non statim quilibet
admittebatur; sed quidam in tertia genera-
tione, scilicet Aegypti et Idumaei. Alii verò
perpetuo excluderentur in desertationem
culpa praeterita; sicut Moabites et Amme-
nites et Amalecites. Sicut enim puniuntur
unus homo propter peccatum quod commi-
sit, ut alii videntes timeant, et peccare de-
sistant; ita etiam propter aliquod pecca-
tum gens vel civitas potest puniri, ut alii à
simili peccato absterneant. Poterat tamen
dispensative aliquis in collegium populi ad-
mitti, propter aliquem virtutis actum, sicut
Judith 14, dicitur, quod Achior dux illi-
rum Ammon appositus est ad populum Israel,
et omnis successio generis ejus. Et similiter
Ruth Moabit, quae mulier virtutis erat,
licet possit dici, quod illa prohibitio exten-
debat ad viros, non ad mulieres, quibus
non competit simpliciter esse cives. Et
sanè hoc privilegium non est tantum porri-
gendum, ut è vulgari civium numero esset,
verum etiam ut omnes populi honores gerere
posset. Qui enim Ammonitarum dux tam po-
tens, honoratus et magnus, ut dictum c. 5,
fasset, qui de Judaeis, in Hierosolymae om-
niumque ipsius principum conspectu, tam
honorifice amplique dixisset, ipsorum Deo
illustre adeo splendidumque testimonium de-
disset, cap. 15, vers. 27, quomodo à Judaeis
tam despiceretur, ut omnis et ad omnem
dignitatem aditus praecederetur? Si prius ei
lex, quoad hoc, ut civis fieret, dari potuit,
cur non etiam, ut civis honoratus? Idemque
sive Abulensem, sive Aquinatem sequamur,
privilegio convenientissime semper locus est.
Calvius in Exodum commentans, in prae-
cepti primi explicatione, neutrum illud sequi
voluit; sed ita ut more suo nihil afferet;

melius. Per ecclesiam enim, vult intelligi sacra populi comestas, ita ut in tabernaculum, templum et synagogas, tam quidem populus convenisset, neque sacrificiorum, neque precum faciendarum, neque demum legis audientiae causâ, introire possent. At qui viris bonis sacri fuisset? Quid quâm gentilis plus penè, in templo vel synagoga, loci habuissent? Et tamen, etiamsi res ita fuisset, ne principuâ quâdam conditione foret Achior, privilegioque ornaretur, nihil obstabat.

POSTERIOR QUESTIUNCULA.

An apud Judæos manserit Achior, et quid nos doceat?

Fieri potuisset, ut Judæico cultu et circumcissione initiaretur; posteaquâm tamen debellatum esset, non gentilitatem sed in Ammonitidem reverteretur, idemque viri boni officio fungeretur. Textus tamen apud Judæos mansisse satis docet, quando non id tantum ait, quod Græcus asserit, oppositum enim ad populum Israel; sed omnem etiam gentem successissem. Indicator enim vel priorum ad se uxorem vocasse, vel apud Judæos aliam duxisse, ex eâque liberos, qui sacra eadem secuti sint, procreasse, idque non uno vel altero anno, sed pluribus. Nam vel ipse libelli hujus auctor, vel alius postea quispiam, ut prolegom. altero monitum, eam ob causam adiecit, usque in hodiernum diem. Atque hic vides, quâm verè Achioris nomen, quod, ut cap. 5 dixi, est lucis frater, acceperit. Verâ enim lux ei jam oborta, depulsa omnibus gentilitatis tenebris. Judæus ex Abraham progenitus erat: Ammonita ex Loth. Ille in luce, imò et lux quidam erat; isto in tenebris, et quidam tenebræ. Ad illum se iste contulit, lucisque veram fraternitatem adit, figuram gerens eorum, qui ad Ecclesiam Christianam accedunt, Gentilium. Sumus enim omnes homines fratres, quoad carnem, sed non quoad lucem. Ac verum è falso cultum qui transeunt, Achiores sunt, lucis fratres, imò et summæ lucis, quæ Deus est, filii, eandem cum aliis omnibus hæreditatem adituri. Sunt verò in eodem Achiore duo notanda. Unum, tanta ejus et tam incensa fides, ut unum hoc ubi miraculum vidit, illico superstitiones pristinas omnes abiecerit. Neque eum remorata est pristinarum opum dignitatis cupiditas? inferior, quam veluti alienigena, in alio populo, subibat conditio. Etsi enim civitatis et capessendorum magistratum privilegium ei concessum, ejus

tamen dum nocte hæc, veram proficere fidem cepit, incertus erat. Alterum, quod in suscepto fide constans deinceps fuerit; in eâ proles ipse suas educavit et instituit, et quidem ita, ut ipse deinceps eandem semper, quod quidem constet fidem retinuerint. Adjiciam et illud, miram esse hic Dei considerandam benignitatem, qui parvas, inchoatas et adumbratas quasdam hominum virtutes, suâ ipse gratiâ magnas, perfectas et veras tandem efficit, qui, quæ homines veluti mala summa nobis vel inferebant, vel minabantur, ea in æternam animarum nostrorum salutem convertit. Quantum Achioris capiti periculum erat, dum ex Assyriorum castris, Bethuliam, in funestissimum veluti carcerem, ubi ad necem tantisper custodiretur, ejectus et contritus est? Sed hoc totum sempiternam ipsius animo lucem, immortalis regni hæreditatem verissimam felicitatem attulit. Hæc peccatoribus, non paucis, hæreticis, et idololatris ad penitentiam, respicientiam, Christianique Domini doctrinam compendiarie sæpè via existit. Legatur de Burgundionibus ad Christum venientibus Socrates lib. 7, c. 50, de Clodoveo Francorum rege Gregorius Turon. l. 2, c. 30 et 31, apud Bedam S. Vedasti historia, de Adado Ætiopum rege, Paulus diaconus l. 16, de Heduino Northanbrorum rege, vide Bedam lib. 2 Histor. cap. 6, et sequent. de Cedula Gevisorum rege; idem Bedam lib. 5, cap. 7, de Olhâ Bogoris Bulgarorum regis sorore Zomaras et Cedren. Nam et ea, cùm Constantinopoli capta teneretur, fonte sacro lustrata est, tandemque domum revera, plurimis, et quidem suo ipsius fratri, religionis ejusdem amplectendæ auctor fuit. Quid et duodecim illi adolescentes, qui nobilissimum Saxonum filii, cùm obsides Carolo Magno dati essent, per eam occasionem celestium honorum, à se Burchardo Herbipolensi episcopo, pignore donati sunt? ut quidem etiam, Catholicis valde iniquis, scribit Centuria 15, cap. 57, Balzus.

Tertium est executio ejus, quod Judith dederat, consilii. Suspensum nefarium illud caput est, et cur armis, foras eo tempore et modo eruptum, quod illa præscripserat. Ideoque et effectus ex animi placè sententiâ consecutus. Nam primò, qui facto contra erumpentes Judæos opus esset, Holofernem interrogaturi ad ejus tentorium Assyriorum duces venerunt, et quidem suæ ipsorum calamitatis ignari, per irrisum et contemptum

maximum : *Egressi, aiebant, mures de cavernis suis*, prorsus ut illi olim Philistini, 1 Reg. 14, v. 11 : *En Hebraei egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant*. At isti mures vobis, ô Assyrii, non ita multo post, leones erunt. Vos magni vastique Nabuchodonosoriana superbia elephantis, mures istos haud feretis. Græcus aliud etiam extremæ despicientis vocabulum posuit : *Aut sunt servi ad nos descendere*, et quidem, *ad bellum ut amittantur*, videlicet perituri. Cur verò in Holofernis, exemplo, cubiculum non intrârent, causa redditur, vers. 10, quod cum in locum, ubi stratus Assyriorum, id est, rex vel ab eo summus dux cubaret, ingredi nemo auderet. In Sardanapalo pulcherrè id exponit lib. 2 Diodorus, idemque suis postea moribus probârunt Medi, ut in Dejece ait lib. 1 Herodotus, et Persæ apud eundem lib. 5. Postea, qui à cubiculo

CAPUT XV.

1. Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens (1) et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati, fugæ præsidium sumunt (2).

2. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo (3), sed inclinato capite, re-

(1) *ἔκταρα*, quasi *extra se fuisse ex admiratione*. Frequens vox apud interpretes veteris Testamenti, et in novo, ut Matth. 15, 23, Marc. 2, 12, 5, 42, 8, et alibi. (Grotius.)

(2) Il ne faut pas regarder cette frayeur comme si elle n'avait été que naturelle. Il est vrai que la surprise où ils furent, en voyant leur général mort et sans tête, était capable de les étourdir d'abord. Mais pour peu qu'ils eussent fait de réflexion sur l'état où se trouvait Bétulie, ils auraient pu, en suivant les ordres du principal commandant, prendre aisément cette ville, qui selon la nécessité présente se serait rendue au bout de deux jours. Il paraît donc que ce fut Dieu même qui leur ôta tout d'un coup et l'esprit et le conseil, en sorte qu'ils se trouvèrent hors d'état de délibérer sur ce qu'ils avaient à faire, et qui imprima au fond de leurs cœurs un saisissement et une terreur panique, qui les fit fuir comme des moutons devant les Hébreux. Ainsi ce fut une chose vraiment étonnante de voir une armée si redoutable de barbares, poursuivie et taillée en pièces par un petit nombre de gens affaiblis par la faim et par la soif, qu'ils traitaient un moment auparavant avec le dernier mépris, en les appelant des rats qui étaient sortis de leurs trous, et qui avaient eu la hardiesse de les appeler au combat.

Si ces exemples ne sont pas capables d'abaisser l'élevéement des hommes superbes et des puissants de la terre, et s'ils ne leur donnent l'idée véritable qu'ils doivent avoir, tant de la grandeur de Dieu, que de la faiblesse et du néant de tous les hommes, il faut

ipsi Holoferni erat, summusque rerum ipsius omnium præfectus, *Bagoas stetit ante cortinam, et plissam fecit manibus suis, ut illum exciteret*. Complutenses legunt, *ἔπλεον τὴν αἰὲν τῆς αἰῶν*, et vertunt, *palsavit aulam tabernaculi*; alius, *palsavit atrium tabernaculi*. Romanus codex, *τὴν αἰῶν* habet, ut peristromata videlicet, variosque tapetes, quibus circumquaque septum et exornatum cubiculum erat, concussit, et ante lecti cortinas steterit, manibusque comploserit. Nam in Exodi Græco textu, *supra tabernaculi αἰῶν*; legere est. Tandem suo in sanguine jacens truncum cadaver vidit, horrendumque contra Judith vociferari, et Holofernem suum lamentari cepit, vers. 14, 15, subdūque fuit vestium scissio, de quo in Esther, et immanis

Ubique

Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

CHAPITRE XV.

1. La nouvelle qu'Holoferne avait eu la tête coupée, s'étant répandue dans toute l'armée, ils se trouvèrent tous consternés, sans savoir quel conseil prendre; et poussés par la seule frayeur dont ils étaient saisis, ils ne pensèrent qu'à chercher leur salut dans la fuite;

2. De sorte que nul ne parlait à son camarade que c'est un effet presque inconcevable de l'aveuglement que produit en eux ce même orgueil. Mais si ces mêmes exemples n'ont pas la force de soutenir la faiblesse des peuples dans l'extrémité des plus grands périls, c'est une preuve qu'ils ont sans comparaison moins de foi et moins de courage qu'une femme, et qu'ils mettent leur confiance, non en Dieu, mais dans eux-mêmes.

Que nul homme ne s'assure donc présomptueusement sur ses forces, lorsqu'il considère que cet Holoferne, qui s'était vanté de faire connaître à Achior qu'il n'y avait point d'autre dieu dans toute la terre que Nabuchodonosor, et d'exterminer tous les Juifs comme un seul homme, fut tué par une femme, et que la multitude innombrable de ses troupes fuyait elle-même comme un seul homme de devant la face de ces mêmes Juifs. Mais que nul homme ne s'abatte aussi et ne tombe dans le découragement à la vue de ses ennemis, quelque redoutables qu'ils lui paraissent, lorsqu'il envisage ce secours inespéré et miraculeux que la main faible de Judith, affermie divinement par le bras du Tout-Puissant, procura à tout son peuple. L'orgueil des uns et la défiance des autres blessent presque également le pouvoir et la majesté de Dieu. Et si nous est pas plus permis de lui dérober par nos débauches ce pouvoir suprême qu'il a de nous délivrer de la puissance de nos ennemis, que de nous attribuer à nous-mêmes un pouvoir qui n'appartient qu'à lui seul. (Sacy.)

(3) Græcus : *Nos fait homo manens ad faciem præcinct ultra, sed effusi ananiter fugie-*

attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus et jumentis, et universis mobilibus eorum, ut à minime usque ad maximum omnes divites fierent de predationibus eorum.

9. Joacim autem, summus pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis (1), ut videret Judith (2).

10. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt (3) eam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri:

11. Quia fecisti viriliter (4), et confortatum est cor tuum, ob quod castitatem

menèrent avec eux tout ce qui avait été aux Assyriens, les troupeaux, les bestiaux, et toutes les richesses de leur bagage et de leur équipage, qui étaient sans nombre, en sorte que tous s'enrichirent, depuis le plus petit jusqu'au plus grand.

9. Or Joacim, grand pontife, vint de Jérusalem à Béthulie avec tous les anciens, pour voir Judith.

10. Laquelle sortit au devant de lui. Et ils la bénirent tout d'une voix, en disant: Vous êtes la gloire de Jérusalem, vous êtes la joie d'Israël, vous êtes l'honneur de notre peuple;

11. Car vous avez agi avec un courage mâle; et votre cœur s'est affermi, parce que

huliz totam colligere castrorum prædam non potuerunt, relictis quæ repererant illis qui è caude revertebantur. (Calmet.)

(1) Græcus: Et senatus filiorum Israel. Indicari hæc videtur celobæ Hierosolymæ sanhedrium, de quo ab aliquibus exponitur textus. Sed alibi demonstravimus, senatum hunc posteriorem esse captivitate Babylonicæ; adeoque hic locus de primis Hierosolymæ iudicibus, vel de senioribus populi, qui tunc in metropoli considerant, vel denique de viris inter Sacerdotes principibus accipiendus est. (Calmet.)

(2) Græcus editionis Romanæ: Ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israel, ad videndam Judith, et loquendum cum eâ pacem, vel ad illam salutandam. Editio Complutensis: Veniant ad fundenda dona quæ fecerat Dominus Israel, etc. Syrus prætoris legit: Veniant ad salutandam Judith. Lectio editionis Romanæ equivoce videtur. (Calmet.)

Cum præsertim, id est, cum senatu Hierosolymitano. Id enim vox Græca significat *synagoga*. Manifestum est autem ex hoc loco historiam hanc contingisse tempore Joacim, summi sacerdotis. Quis autem fuerit iste Joacim, non satis convenit inter interpretes. Qui enim putant accidisse hanc historiam tempore Cambyſis filii Cyri regis Persarum, et per consequens tempore Josue filii Josedece sacerdotis magni, bifariam seculi exponunt de Joacim. Alii dicunt filium fuisse ad tempus in summo sacerdotio patris vicarium, patre videlicet absente propter negotia publica: Sed contra facit, quod nullâ consuetudine receptum sit ut vicarius regis aut summi pontificis vocetur rex aut summus pontifex, hic autem Joacim non semel, sed sæpius summus pontifex vocatur. Alii igitur dicunt, Josue alio nomine etiam dictum fuisse Joacim. Sed et hoc Joacim, qui e. 4. v. 11. *Eliachim successit pontifici, cum universis presbyteris, æquæ senioribus*, fortè qui de Sanhedrim erant, nam Græcus dicit: Cum Hierosolymitano senatu venit ut videret Judith, similique ei de victoria gratularetur: ipsam etiam Hierosolymam dedicaret ad publicas in sacratissimo Israelis loco gratias Deo agendas, ut dicitur

e. seq. v. 22, nempe post collecta divisaque Assyriorum spolia, quæ cum plurima essent, utpote ex plurimè diuissimarum urbium, imò provinciarum et regnorum opibus, in unum corrasa, totas triginta dies occupantur Judææ. Quibus exactis, Hierosolymam itum est eo apparatu et pompâ quam noster v. ult. breviter perstringit, sed Græcus fusiùs exponit: *Concurrerunt, inquit, omnes senatus Judææ, et fecerunt ipsi Judithæ, seu in honorem Judithæ, choros triumphales, coronantes tam ipsam quam atrum ejus, coronis oleagineis; reliquæ verò matronæ et puellæ cum thyræis in manibus, præcedentem Juditham sequentes ducebant choros cum organis et citharis, et sequebantur omnes viri armati, ceteris redimitti, equos concincentes, etc.* Ubi figuram habes processionum à Christianis institui solitarum, cum aliquæ etiam vestium, florum, odororum, musica, ceterorum, subinde et armorum et chorearum pompæ. Debeat enim Creatori laudando creaturæ omnes, quoquo modo fieri potest, subservire De oleagineis coronis multa Petrus Faber. De thyræis Josephus: « Apud Judæos lex est quemlibet in synagoga, thyræos (seu ramos) ex palmis et cithris habere. » Et horum meminit lib. 9. Esd. c. 8, v. 16. Et Baccho consecrati erant à gentilibus, teste Virgilio, Dionysio et aliis; et inde proverbium: *Thyræigeri nulli, Bacchi pasci.*

Nota solemnem hanc et festivam processionem Judithæ Hierosolymam cum celebri tum mulierum, tum virorum comitatu, non hæc solâ vice, sed quotannis deinceps, imò sæpius quotannis, iterari consuevisse, ut dicitur cap. seq. v. 27. (Tirinus.)

(3) Imprecantes sibi bona spiritalia, pro virtutis suæ tantæ. Ideo subditur:

Tu gloria. Nam divinum cultum qui erat in Jerusalem, de quo summè gloriantur Judæi, conservaverat, interdicendo Holofernem, qui ipsum destruere intendebat, ut patet ex supra dictis, e. 3 et 4.

Tu lætitia Israel, effectivè.

Tu honorificentia, similiter: nam interficiendo Holofernem, dedorat populo Israel honoris et lætitiæ materiam. (Lyrurus.)

(4) Quasi virago, et femina super feminas, imò quasi vir viros omnes superans. (Corn. à Lap.)

amaveris (1), et post virum tuum alterum nescieris : idem et manus Domini confortavit te, et idem eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus : Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum (2) à populo Israel.

14. Porro autem universa quæ Holofernis pecuniaria fuisse probata sunt, dederunt Judith (3) in auro et argento, et

(1) Castitas ergo fuit causa fortitudinis Judith, idque primò quia castitas roborat corpus et animum. Unde olim athletæ in olympicis certantur castos planè se servabant, ut integras ad palæstram vires afferrent, 4 Cor. 9, 24. Luxuria enim spiritus nobilissimos, idèque robur et vires effundit et exhaurit. Secundo, quia Deus hoc præmium fortitudinis dare solet castis, ac omnino dedit Judith, fortitudinem, inquam, tum corporis, tum animi ad magna audendum : Deus enim qui spiritus est purissimus, singulariter amat puritatem et castitatem, ac puros et castos, quasi sibi similes, ad magna destinat. Audi sanctum Hieronymum, præfatione in Judith : « Accipite Judith viduam castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis tam præconis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remunerator, virtutum ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret. » Tertio, quia decebat luxuriosum Holofernem à castà Judith superari ut castitas de luxuriâ triumpharet. Unde Prudentius in Psychomachia pudicitiam cum libidine duellantem eleganter per Judith de Holoferne triumphanti ita depingit :

*Assyrium postquam thalamum, cervisque Holofernis
Cens, cupidines madefactum sanguine lavit ;
Gemmatumque thorum marci dæcis aspera Judith
Serenit, et incertis compescuit ante furas :
Fumosam mulier referens ex hante trophæum
Non trepidante manu, vindex mea castitatis audax.*

Porro eximia fuit castitas Judith, idèque eximium hoc meruit præmium et trophæum. Ipsa enim erat in flore juventutis vidua opulenta, carens liberis, ut patet cap. sequent. v. 28, speciosa, honorata, gloriosa ob tantam victoriam ; quare omnes etiam duces et principes eam ambiebant sponsam : verum ipsa castitatis amans hæc omnia despexit, mansitque cælebs usque ad mortem ; quare nobilitas et gloriositas de carne et mundo, quàm de Holoferne triumphavit. Audi S. Ambr. lib. de Viduis : « Nec his tamen elata succubibus, cui atque gaudere et exultare licebat, jure victoris viduitatis reliquit officium ; sed contempsit omnia quæ ejus nuptias ambiebant, vestem jucunditatis deposuit, viduitatis resumpsit ; nec triumphorum suorum amavit ornatus illos existimans esse meliores quibus vita corporis, quàm quibus hostium arma vincuntur. »

(Corn. à Lap.)

vous avez aimé la chasteté, et qu'après votre mari, vous n'en avez point connu d'autre. C'est pour cela que la main du Seigneur vous a fortifiée, et que vous serez bénie éternellement.

12. Tout le peuple répondit : Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

13. Trente jours suffirent à peine au peuple d'Israël pour recueillir toutes les dépouilles des Assyriens.

14. Et tout ce qu'on put reconnaître qu'Holoferne avait possédé en or, en argent, en

En quod castitatem amaveris, etc. De sunt hæc verba in Græco et Syro. Quamquam viduitas et caelibatus in pretio per se non erant apud Hebræos, castitas tamen et continentia eò pluriæstimabantur, quò erant rariiores. Nunquam non laudabile fuit viduam continere se, ne leviter nimis ad secundas nuptias transiret. Apud Romanos, virginis par habebatur vidua quæ marito, post prioris viri obitum, abstinebat. (Calmet.)

Duo occurrunt hic notanda : primum, quòd factum tam egregium et virile Judithæ tribuit summus sacerdos merito castitatis ejus (intelligit autem castitatem vidualem). Unde patet, non solum virginalem castitatem, sed etiam vidualem esse magni meriti apud Deum, licet minoris meriti sit quàm castitas virginalis. Alterum verò, quòd hinc discimus, est, ut observemus Judith quoque ex eo laudari, quòd post primum virum suum, alterum nescierit. Ex quo patet, non solum tempore novi Testamenti commendari viduas quæ ad secundas nuptias non transeunt, verum etiam tales fuisse commendabiles tempore veteris Testamenti. Unde nullo modo recipiendum videtur apocryphum illud de sancta Anna matre Delphe virginis, in quo traditur eam tribus maritis vicissim fuisse copulatam, sed potius id esse rejiciendum, tanquam tam sanctæ mulieri indignum. (Estius.)

(2) Minus credibilia ferre Græci videntur : Spoliis omnis populus castra per dies triginta. Credibile est, castra quidem minori dierum spatio direpta fuisse ; sed integro mense non defuisse aliquid surripiendum ex iis quæ diligentiam priorum effugerant. Syrus pro triginta legit tres. Castra Assyriorum vastissima erant, et variè per loca plura distributa : copiarum pars obsederat montes ; alie per agrum insederant ; vix enim tantos exercitus aliter subsistere potuissent. Quæ primi venerant ad prædium, in tumultu et festinanter collegerant. Festinantibus autem multa negligentur, separantur plura, quæ sedulo colliguntur cum minor est spoliis copia et festinatio. Integro mense dilata fuit prædæ distributio. Omnia interim conferebantur Bethuliam, aquis portionibus in populum distribuenda, juxta latus belli leges. (Calmet.)

(3) Dederunt Judithæ, ait Græcus, tabernaculum Holofernis, et omnem argentum suppellectilem, et lectus, et pelvem, et omne vasarium ejus. Et accipiens ipsa, imposuit super malum suum, et jussit plaustra sua, et concurrebant ea super illa. Et concurrerunt omnes mulier Israel ad videndam eam, et benedixerunt eam, et fecerunt

vestibus et gemmis, et omni suppellectili, et tradita sunt omnia illi à populo.

15. Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus et virginibus et juvenibus (1), in organis et citharis (2).

i choram ex se. Judith sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronatæ sunt olivæ, ipsas et quæ cum ipsâ. Et præiit cunctam populum in chored, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir israel armati cum coronis et hymnis in ore suo. Is fuit triumphus et præmius Judithæ. Syrus fert, datum fuisse Judithæ tabernaculum, lectum, amiserunt instrumentum, et fumenta Halasteria. Addit, selectam à Judithâ manum mulierum coactisque cantatricum chored, tradidisse illam singulis ramos virides, quos manibus gestarent, et ramos oleæ, quibus corollas sibi texerent. (Calmet.)

(1) Hic versiculus in Græco deest, in quo nihil de adolescentibus et puellis; ad celebritatem coactis, nec de musicis instrumentis, quæ pulsabantur. Textus apertè horum meminit capite sequenti, v. 2; scimus autem, nunquam hæc in ejusmodi gaudii significationibus defuisse. Rami virentes non secus recurrant in Scripturâ. Solemni ritu gerebantur; geruntque adhuc Judæi in synagogis, festum tabernaculorum celebrantes. Agit Plutarchus de hujusmodi Judæorum festis, quibus templum suum ingrediuntur, frondosos ramos manibus fentes. Purgato per Judam Machabæum templo, quod ministri Antiochi Epiphanis polluerant, illi plaudens populus obviam venit, thyrsos ramosque palmarum, cæterarumque arborum virentium ferens. Pari lætitiæ significatione Jesus Christus veniens Hierosolymam exceptus est. Agens de Judæis Tacitus: « Liberum patrem, ait, coli domito: rem Orientis quidam suspicant sunt, quia sacerdotes eorum tibi tympanisque concinebant, hederâ vinebantur. » Thyrsos nempe hederâ indutos gerebant. Græcus hic utitur voce *thyrsos*. Est autem thyrsus virga, hederâ vel foliis ornata. Usus tympanorum, musicorum instrumentorum, choreæ cantusque, cum læta quedam festa celebrarentur, nunquam non se offert in Scripturâ. Sed licentiam et scurrilitatem, quæ profanas choreas vitiant, nunquam non vehementer utramque Testamentum reprehendit.

Coronæ, ex ramis oleæ præsertim, et pro feminis, raræ sunt adæ, ut unicuique hoc illarum exemplum apud Hebræos legatur. Triumpho tamen Judithæ nulla erat aptior coronæ,

habillément, en pierreries, et en toute sorte de meubles, fut donné à Judith par le peuple.

15. Et tous les hommes, les femmes, les jeunes filles, et les jeunes gens étaient dans des transports de joie qu'ils témoignaient par le son des harpes et des autres instruments de musique.

utpote ex arbore fausti omnis, cujus erat usus diebus lætis:

..... *Ramo felicitæ olive;*
ubi Servius: *Olive arboris festæ. Nec aberat olim à triumphis. In ludo quodam Græcorum, in quo femina cursu sese exercebant, oleæ coronæ præmius erat victicis.* (Calmet.)

(2) Græca uberius habent: *Et concurrens cunctis mulier israel ad videndam eam, et fecerunt ei choram ex se; et sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronatæ sunt olivæ, ipsas et quæ cum ipsâ. Et præiit cunctam populum in chored, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir israel armati cum coronis et hymnis in ore suo. Pro coronatæ met, Complutenses habent, coronant eam coronæ olive, id est, oleaginæ. Thyrsi sunt rami palmarum, citriorum, etc. Audi Joseph. 45 Antiq. cap. 21: « Apud Judæos lex est: quemlibet in scenopregiâ thyrsos (ramos) ex palmis et citris gestare. » Gentiles thyrsos dicebant Baccho. Erat autem apud eos *thyrsos* hasta frondibus, præsertim ex vine vestita; quam quæstiebant in sacris Bacchi, vel coronæ ex eisdem. Unde Virgil. Eclog. 5:*

*Insistit Daphnis thyrsos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere molibus hastas;*
ibi per lentas hastas intelligit thyrsos. Unde Proverbiū:

Mator thyrsigeros, pascos est cernere Bacchos.
Bacchos enim erat thyrsigerus. Hinc et Tacitus: « Messalini, inquit, crine fluxu thyrsium quætiens; » Et Diodorus scribit, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Macrobius quoque ait Liberum patrem (Bacchum) tenere thyrsium, quod est latens telum, vel hasta aculeata, cujus mucro hederâ lambente protegitur. Hoc rectè adaptes Judithæ, quæ acinacem Holoterni in ipsammet distrinxit, itaque eum ebrum quasi Bacchum occidit, ac de ebrietate et ebriis triumphavit. Coronam ergo thyrsiam meretur, meritamque gestabat, quæ eandem Baccho, id est, Holoterni ebrio eripuit.

Nota hanc solemnem triumphum processionem et pompam Judithæ quotannis datum et renovatam fuisse cum ingenti virorum et mulierum comitatu, ut patet c. seq. v. 27.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut audiverunt, qui erant in tabernaculis, obstupuerunt super factum: — Et irruit super eos timor et tremor: — 2. et non fuit homo manens ad faciem proximi ultra: sed effusi unanimiter fugiebant super omnem viam campi et montanæ. — 3. Et qui castrametati erant in montem in circuitu Bethylæ, et versi sunt in fugam. — Et tunc filii israel, omnis vir bellator ex eis, effuderunt se super eos. — 4. Et misit Oziæ in Bethomasthem et Chobai, et ad omnem terminum israel, qui annuntiarent super his quæ confecta fuerant, et ut omnes superfunderentur hostibus ad perditionem eorum. — 5. Et ut audiverunt filii israel, omnes unanimiter irruerunt super eos, et cedebant eos usque Choba. Similiter autem et qui de Hierusalem advenierant, et ex omni montanâ. Annuntiaverunt enim eis quæ facta erant castris inimicorum suorum. Et

qui in Galaad, et qui in Galileæ, dissipaverunt eos plagâ magnâ, quoadusque preterierunt Damascus fines ejus. — 6. Ceteri autem, qui habitabant Betylia, irruerunt in castra Assur, et proditi sunt eos, et ditati sunt valdè. — 7. Filii autem Israel revertentes à cæde, dominati sunt reliquorum: et pagi, et villæ in montanâ, et campestri obtinuerunt multa spolia: erat enim multitudo plurima valdè. — 8. Et Joacim sacerdos magnus, et seniores filiorum Israel habitantes in Hierusalem venerunt ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israeli, et ad videndum Judith et loquendum cum eâ pacem. — 9. Ut autem intrerunt ad eam, benedixerunt eam unanimes eam dixerunt ad eam: Tu sublimitas Israel, tu exultatio magna Israel; tu gloriatio magna generis nostri. — 10. Fecisti omnia hæc in manu tuâ, fecisti bona cum Israel: et benè sentias super eis Deus. Benedicta esto apud omnipotentem Dominum in æternum tempus. — Et dixit omnis populus: Fiat. — 11. Et spoliavit omnis populus castra per dies triginta: et dederunt Judith tabernaculum Opheraia, et omnem argenteam suppellectilem, et lectos, et pelvim, et omne vasarium ejus. Et accipiens ipsa imposuit super mulam suam, et junxit plectra sua, et conseravit ea super illa. — 12. Et concurrebat omnis mulier Israel ad videndam eam, et benedixerat eam: et fecerunt ei chorum ex se; et symphonizabant thyrros in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum. — 13. Et coronatæ sunt olivâ, ipsa, et quæ cum ipsâ: et prævit omnem populum in choro, dicens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis, et hymnis ab ore suo.

COMMENTARIUM.

Israelitarum liberationis extrema hic perfectio traditur usque ad vers. 9, deinde, quæ hanc secuta sunt, orditur libri pars tertia et ultima. In fugam sese conjiciunt Assyrii rei novitate attoniti, metu exanimati, facientes, capita demittentes, castra, gazas, impedimenta omnia relinquentes. Eorum tergis instant, eosque passim sterunt, mactantque omni jam periculo et motu liberati Judæi, tam ii qui Bethuliâ exierant, quàm illi ab Ozâ vocati, v. 5, et 6. Et adjicit Græcus nonnulla quæ luculentioris narrationem efficiunt. Ait enim: Misit Ozâ in Ramothaim, et Chobai, et Chola, et in omnem terminum Israel, qui de civitatibus quæ gesta essent, existerent, et ut omnes ad hostium autem internecionem effunderentur. Ut verò audierunt filii Israel, nos citius irruerunt omnes in ipsos, et eos Choba usque ceciderunt. Similiter et qui Hierosolymitani erant, adfuerunt, et ex montanâ regione loca. Ipsis enim nuntiâvit quæ hostium castra essent, et qui in Galaad, et qui in Galileæ, ipsos plagâ magnâ, quibuscumque velati coratibus impetendo, affecerunt, quoadusque Damascus et in ejus fines pervenerunt. Secuta castrorum direptio tam per eos qui Bethulæ remanserant, quàm per alios ex hostium cæde reversos, vers. 7, et 8. De hac tamen postea.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quid obactum Holofernis caput et tunc efficit, et jam efficit?

Percutit Assyrios ingenti pavore caput hoc abactum, eumque pavorem excitavit auditio cap. 14, vers. 16, cap. 15, versiculi 4, et vi-

sio. Factum enim non rarè, ut eorum quos maximi faciebant hostes, visa vel in muris, vel in pilis, aliove modo, capita, trepidationis plurimum gignerent. Apud Livium l. 25 extremo, est quemadmodum Romanorum consensu victor, victi Asdrubalis caput ante ipsius fratris Annibalis stationes projici jussit, tantoque simul publico, familiarique letu luctu, agnoscere se Carthaginiæ fortunam dixerit. Apud poetam, l. 9: *Turcas in arma viros, armis circumdatus ipse Suscit, ætatisque ætes in prælie cogit; Quisque suos, variisque agitant rursusibus iras. Quin ipsa arrectis, vultu miserabile, in hostis Præfixit capita, et multo clamore sequuntur Euryali et Nisi.*

Quamobrem, Aeneas duri *Stant murati: simul ora virum præfixa videbant, Nota nimis visæ atroxque fluentia luto.* Annis ferè abhinc duodeciginta, in nobilissimâ illâ christiana classis, ad Neapoletum, victoriâ, quantum numerosissimis Turcarum navibus terroris incussit Hælia Bassæ desertum, maloque præfixum caput! Et hoc fine, voluerat Judith è muro caput istud suspendi. De ipso tamen viso nihil in textu, quia neque ad illud Assyrii, priusquam cædem audissent, attenderunt, neque viderunt omnes, sed tantummodò qui urbem propius stationes habebant. E pavore isto eorum fuga et strages, de quâ dictum, secuta. Sed, apud nos, jam quid efficit? Etiamne pavorem adhuc et fugam? Sanè verò, si sapiamus: sed pavorem et fugam eorum, quæ Holoferni mentem, vitam, et caput abstulerant, vitiorum. Ea duo potius

simul fuerunt, libido et ebrietas, propter quæ merito cum proprio prave sue voluntatis et nequitie gladio feriretur. Ducibus à Judith ictibus feriri debuit cap. 13, v. 10, licet in Augustiniano sermone 227, per memoriam aut scripturam mendum, ictus quoque feritæ legatur. Ictus unus, ob vitium, quod primariè tanquam scopum spectabat, intelligitur; alter verò, ob illud quo, tanquam medio, prioris illius compas fieri satagebat. Nam et idè, hinc in cenà, tanto, quantum nusquam dixerat in suis aut, cap. 12, vers. 20, sese jam vino ingurgitavit, quia quàm sobrietatem adhuc videbat, vino dissolvi, liberaliùs hilarari, potè secum licentiùs confabulari et lascivire optabat. Hinc enim ad pocula verbis invitabat c. 12, v. 17: *Bibe nunc, et occide in jactantia.* Sed quia magis movent facta quàm verba, exemplo ipse ultro præstat ei, aliisque crebriùs propinabat, suos itidem servos, concinatores, et compotatores idem faciliare jubebat, donec in sobrie Judith conspectu, seipsos vino mergerent ac sepelirent omnes. Unde factum ut neque quam volebat, libidinem expleret, et una cum vitâ caput amiserit. *Ece*, ait Bagoas cap. 14, v. 16, *Holofernes facit in terra, et caput ejus non est in illo.* Venite, libidinosi, venite, ebriosi, et videte, quod decem tantum traxerit libido et ebrietas. *Mox ut ortus est dies, suspenderunt Israelitæ super muros caput Holofernis*, eodem cap. vers. 7. Hoc, nisi caligant adhuc oculi mero, aspiciat, et quod illi heri, ne hodie vobis accidat, provideto. Examine quidem et mutum est hoc caput, suo tamen adhuc stillante mero et talio suo, insigni et immortali dedecore et infamia clamat, monet, hortatur, ut oculos castè custodiamus, Veneris illecebras studiòse caveamus, temulentia vehementer abhorreamus. Et Ephes. 5, v. 17. Apostolus: *Propterea, inquit, nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

QUESTIUNCULA II.

Quæ ab Holoferne nos ebrietas merito abducant?

Holofernes, uti supra expositum, ad lectum non sit, sed in lectum corruat. Est igitur ebrietas primò contra hominis dignitatem, adeò ut diceret Amacharis, qui indecores ebriorum mores aspiceret, fore ut ineptus homineque indignus judicaret. Unde et Laceres, ut liberos ab ebrietas avocarent, hoc unum agebant,

ut servorum vilissimis, quos *Helotes* vocabant, vini quantum liberet, potandum darent: sic quò jam ebrios in illorum aspectum adducerent, quò ineptis eorum perspectis, à vitio tanto abstererent. Nos ad imaginem suam, rationis compotes, corpore celsos et erectos creavit Deus, sed illam eripit ebrietas, corporis membra omnia in terram abjicit. Qui ebriorum oculi? quæ voces? qui pedes? Non homines, sed pecudes ebrios quis non dicat? aut si homines, certè insanos et phreneticos, ut ostendit in Psal. 53 et 103, D. Augustinus. Quid, ait libro de Vita Missonis, quem etiam profert, serm. 47, Siohæus, *judicis quæ ut homo bravi animalis imago sit?*

Deinde, honestas hominis functiones, quas nobis aut voluntas aut respublica, Deusve imposuit, vehementissimè impedit ebrietas. Dux exercitus erat Holofernes: non totam cum in poculis et somno noctem traducere decebat? Num tam profundo demergi sopore, ut circumtorum, exercituumque rationem nullam diceret? Quid si, eo vespere, sub canam in ejus castra irruissent Israelitæ? quid si primò vel secundà vigilià? Certò ut in vivis maxime fuisset, officio ipse suo fungi haudquaquam potuisset. Quid igitur principes, iudices, aliæque magistratus? Sed omnium maxime sacerdotum munus efficit vinum immoderatum. Quomodo ad agram aliquem sacramentis juvandum, infansatum baptismo lustrandum, status pro populo preces fundendas, vino madidus accedat sacerdos? Columella lib. 12, capite 1, patremfamilias sœvi et rei administrativum esse jubet. Apud Laertium lib. 4, Solon, principem qui temulentias deprehenderetur, morte muliandum lege sœvit. Quomodo magis Dei sacerdotes decet sobrietas? Fuit olim Leontichydus interrogatus, cur vino modicè adeò uterentur Lacedæmonii, ei respondit, ne pro nobis consulere alii, sed pro aliis nas. Non et sacerdos multò magis dicere oportet, sibi pro aliis consultandum, Dei verbum legendum, in ipsis lege meditandum, ipsum assidue precandum? Et exteris quidem vino altius consopitis, urbem obibat Epaminondas dicens, sibi, ut pro aliis vigilare posset, sobriè vivendum, ut libro de Doctrinâ principum refert Plutarchus. Quam hoc in sacerdotes aptè conveniat? Dixit, Levit. 10, Dominus ad Aaron: *vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intraveris in tabernaculum testimonii, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.*

Eius verò sacerdotibus nostris vini usum concedit, qui Timotheo episcopo concessit, 1 Timoth. 5, vers. 23, id medicum tamen esse vult, etiam in diaconis, eodem Epist. cap. 3, v. 8. Semper enim Domini tabernaculum, non ut thymiana tantum adoleant, lucernas accendant, propositionis panes collocent, eos ingredi oportet, sed ut nobilissimum immaculatissimi Agni terque quaterque venerandum sacrificium offerant. Apud Romanos, Plutarcho narratore problem. 112, non poterat flamen Dialis ea iter facere ubi arbutivæ desuper vites prominere, ut significaretur, sacerdoti ebrium fieri nefas esse. Neque verò illo tantum intemperioris haustus die vel nocte, sed crebrè etiam postridiano et perendino demandata nobis munera, capula stomachique doloribus, plurimam impedit ebrietas. Si evigilasset Holofernes, nescio an postero die, quæ ductis sunt, exequi potuisset. « Postera die, inquit libro 14, cap. 22, Plinius, ex ore halitus foetidi, ac ferè rerum omnium obliquo, morsque memoriz. »

Tertio, attulit Holoferni mortem ebrietas, et quam multis affert quotidie! Quot cruditates, dysmachias, cephalalgias, podagras, epilepsias, aliaque morborum plurium genera procreant! Quot et quam tristes à gradibus, vel in aquas casus! Quot et quam terribiles repentinas mortes! Testis Judæorum Holofernes hic, testis Christianorum Holofernes alius, ille, inquam, qui se Dei flagellum dicebat, Attila. Est verò in repentinâ ebriorum mortem unum quidpiam, quod vix in alio ullo peccati genere invenitur, tristissimum, maximèque formidabile, ut extremo illo tempore sese ad Deum rectè per unum aliquem contritionis poenitentiaæ actum convertere nequeant. Etiam enim ad hoc ipsam vel perextigua temporis portuicula, imò et momentum quandoque unicuique satis esse possit, ut quest. 13 in Levitici cap. 10, disserit Abulensis, et passim scholastici, quia tamen sumpsit isti sponte rationis sibi usum ademerunt, humanum piumque actum edere nullum possunt, idèque neque veram præteritarum culparum detestationem instituere, neque quo par esset modo veniam Deum rogare. *Vix pro talibus, in ebrietatibus percipitis, Ecclesia permittit orare, inquit capitulum Audacius, de Reliq.* Quam miserum igitur et detestabile hoc peccati genus!

Quarto, non corpori tantum, sed et animo exitium infert sempiternum. Holofernes pro-

pter idololatriam, æternis quidem addicendus erat suppliciis; etsi tamen non fuisset, ob tantum istud vinolentie tam plenæ peccatum, in eâ dejectus compactusque fuisset; nunc verò ea ipsi maximum et insolerandum poenarum cusulam adjungit. Quis, si vel rationis minimum habeat, eam non exhorrescat? Quis in levibus delictis recenseat affluentius potare, vinisque sese deponere ac inebriari? Unum tantum vel alterum, cui obisti non possit, testem citabo. D. Paulus 1 Corinth. 6, vers. 9: *Nolite, ait, errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque iracundi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Ecce cum qualium criminum turba ebrietatem copulat Apostolus, et qualem ipsi effectum tribuit, à Dei scilicet regno excludere, idemque iteratò inculcat Galat. 5, vers. 21. D. Augustinus serm. 231: *Quicumque, ait, ebriosus poenitentiam de ipsâ non egerit, sed usque ad mortem suam in ipsâ ebrietate permanserit, in æternam profectò peribit; quia non mentitur Spiritus sanctus per Apostolum dicens: Neque ebrii regnum Dei possidebunt.* Et iterum: *Ebrietas quasi inferni puteus, quocumque susceperit, nisi diuita subvenierit, et emendatio fuerit subsequuta, ita fortiter sibi vindicat, ut eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis vel sobrietatis lucem redire sine poenitentia non permittat.* Et: *Tolerabilior erat in carne mori, quàm in animâ per ebrietatem interdici.* Sequente verò rursus sermone: *Qui credit ebrietatem esse parvum peccatum, si se non emendaverit, et de ipsâ ebrietate poenitentiam non egerit, cum adulteris et homicidis æterna, sine remedio, illum tora cruciabit.*

Quinto, non seipsum modò, sed et tantas equitum peditumque copias vino perdidit Holofernes. Quoties verò autem ipsum factum legimus, audivimus! Non opus vetera illa de Nini, Sardanapalli, Scytharumque maximis exercitiis ex Diodoro, Herod. referre, non illos iem exire qui apud poetam lib. 2, iuvantem ardent, assensu rursusque sepultam; ipsi nostrâ memoriâ non dissimilia vidimus. Captos à milite nostro non paucos dicitur Soliman suo Sinan Bassa per ludibrium et ebrietatis opprobrium, Constantinopoli, cum vitris, aleis et chartis, obtulisse. Sub secundi sæculi libri de Legibus extremum: *Multò, ait Plato,*

«magis quàm Cretensium Lacedæmoniorum-
«que usum, Carthaginiensium legum proba-
«rém ut nunquàm in castris quisquam gustare
«vinum audeat, sed toto illo tempore aqua
«bibatur, et in civitate nunquàm vini usum
«servo vel servæ concederem; sed nec ma-
«gistratibus toto eo tempore quo magistratu
«funguntur. Gubernatores etiam atque iudices
«munus suum subituros à vino penitès pro-
«hiberem. Deliberaturos quoque de rebus non
«omnibz negligendis. Ac nulli penitès inter-
«dictū vinum concederem, nisi exercitationis
«corporeæ, morborumque causâ, hoc potu
«opus fuerit; neque etiam nocte viro vel
«mulieri, quando liberis operam dare volunt.»
Libet verò tam egregiorum militum pugnas,
victorias et trophæa D. Ambrosii panicillo de-
picta intueri: «Spectaculum, ait lib. de Eliâ
«cap. 13, triste Christianorum oculis, et mise-
«rabili species. Carnas juvenes terribiles
«visu hostibus, de convivio portari foras, et
«inde ad convivium reportari; repleri ut ex-
«hauriant, et exhausti ut bibant. Si quis ve-
«recundior fuerit, ut erubescat surgere, cum
«jam immoderatos potus tenere non possit,
«anhelare vehementius, sudare, gemere, signis
«proferre, quod pudet confiteri. Illi unusquis-
«que pugnas enarrat suas, ibi fortis facta
«prædicat, narrat trophæa. Vino madidi et
«somnolenti, nesciunt mente quid lingua
«proferat. Unusquisque stertit et potat, dor-
«mit et dimicat; et si quando consurrectum
«fuerit, viri præliatores stare non possunt,
«egressu vacillant. Rident servi dominorum
«opprobria, manibus suis portant militem
«bellatorem, imponunt equo. Itaque hæc atque
«illuc tanquàm navigia sine gubernatore flu-
«ctant, et tanquàm vulnere lecti, in terram
«defluunt, nisi excipiantur à servis. Alii
«referuntur in sentis, sit pompæ ludibrii. Quos
«manè insignes armis spectaveras, vultu mî-
«naces, eodem vespere carnas etiam à pu-
«erulis rideri, sine ferro vulneratos, sine
«pugnâ interfectos, sine hoste turbatos, sine
«senectute tremulos, in ipso juventutis flore
«arentes.»

Sensò, ad aliud quod concupierat, indipi-
scendum, abuti vino voluit Holofernes; neque
illud tamen indeptus est. Quàm verò sæpè sit,
ut ex abundantiori potu, à quibusdam sanitas,
hilaritas, amicitia quærat, et eorum ne hi-
lum quidem obtineatur, sed agritudo, tristi-
tia, rixæ, odia et inimicitia? Hominum illò
sapientissimus Prov. 25, v. 29 : *Cui, ait, ex?*

*cuius patri est? cui vita? cui fovea? cui, sine
causâ vulnera? cui suffragio cœterum? nonne hi
qui commorantur in vino, et student calicibus
epotandis? Quin et liberorum eam procrea-
tioni obesse, docet initio libri de liberorum
Educatione Plutarchus, Hippocrates libro de
sterilibus, et jam ex Pistone audimus, repe-
titque idipsum Galenus lib. Quod animi mores.
Et ferè, quicum procreantur, multis et magnis
corporum animorumque vitiiis vexantur et
deformantur. Unde amentiori cuidam ado-
lescenti dicebat apud eundem, eodem loco
Plutarchum, philosophorum quidam : «Te
proseminasti pater ebrius.»*

Septimò, quantam dedecoris et infamie
sempiternæ Holoferni notam eadem inesset
ebrietas? ubi tantam cladem, cladisque cau-
sam rex Nabuchodonosor, ubi Assyria tota
percepit, quàm cum execratione omnes? et quanta
quantove stomacho in mortuum, in familiam,
cognitionemque totam convicia jecerunt?
Urbatenim amissorum parentum, maritorum,
et charorum dolor omnes, ipsa etiam imperii
sui tanta calamitas, tanque insigne dedecus.
Et hodiè, quid Holofernis nomine detestabi-
lus? Ignominia utique maxima est, coram
Dei angelis et hominibus insitam Dei in seipso
effigiem turpescere, voluptarià insanità furere,
ad officii sui partes obeundas ineptum sese
ultrò efficere, corporis valetudinem vitamque
ipsam abruptum, in ætera sese picis et sul-
phuris stagna demergere, publicis commodis
officere, per vitium vel ad ea etiam, quæ per
se mala non sunt, tendere. Et multis quidem
contra vitii huius foeditatem scripsisse olim
et philosophi et sancti Patres, ut Augustinus
locis citatis, D. Chrysostomus hom. 4 ad pop.,
D. Ambrosius de Eliâ cap. 5, 12 et sequenti-
bus, alii; sed plurimarum rerum unam veluti
summulam epistolâ 84, lib. 12, illegavit Se-
neca, è quo pauca hæc : «Certè erant omne
«vitium ebrietas, et incendit, et detegit, ob-
«stantem malis conatibus verècundiam. Plures
«enim pudore peccandi, quàm bonâ voluntate
«prohibitis abinent. Ubi possedit animum
«nimia vis vini, quidquid mali latebat, emer-
«git. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit;
«tunc libidinosus ne cubiculum quidem ex-
«spectat, sed cupiditatibus suis, quantum pe-
«tierint, sine dilatione permittit; tunc impu-
«dicum morbum proficitur ac publicat; tunc
«petulant non linguam, non manum continet.
«Crescit insolenti superbia, crudelitas sævo
«malignitas livido, omne vitium desegitur et

prodit. Adjice illam ignorantem sui, dubia
et parum explanata verba, incertos oculos,
gradum errantem, vertiginem capitis, tecta
ipsa mobilia, velut aliquo turbine circum-
agente totam domum: stomachi tormenta,
cùm effervescit merum, ac viscera ipsa di-
stendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est,
cùm isti vis sua est. Quid cùm somno vi-
tiatur, et quæ ebrietas fuit, creditas facta
est? Cogita quas clades ediderit publica
ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosas:
que hostibus tradidit, hæc multorum anno-
rum perituri bello defensa monia patefecit,
hæc contumacissimos et jugum recusantes
in alienum egit arbitrium, hæc invictas acies
mero domuit.

QUESTIUNCULA III.

Quæ in comediis nos cum sanctæ Judith sobrietas
teneant?

Foret quidem optimum, symposia omnia et
eas in quibus à largiore potu periculum est,
mensas, uti S. Chrysostomus, alique sancti
plures fecerunt, imò et apud Plinarchum Ari-
stides, cui *Iustus* cognomen, defugere. Quando
tamen recta quæpiam ratio ad eas nos im-
pellit, uti sanctam hanc Judith, religionis
populique totius amor, Christum Dominum
nuptiarum honestas Joannis 2, alique aliis
causæ, possunt, ut intra modum bibamus, è
plurimis aliis, adjumenta dari viginti quatuor.

Primum, ipse sobrietatis habitus et exerci-
tatio: propositum saltem, et præmeditatio.
Judith nostræ temperantiam supra vidimus.
Sed nihil ambigendum, quin Holofernis ini-
tura convivium, diligenter, quemadmodum
moderatus cibo et potu contenta esse vellet,
illius meracum et delicias non admittere præ-
meditata sit. Disserebant olim apud Stoicorum
serm. 42. Persarum reges, ante prælium de
fortitudine, ante potum de temperantiâ; quidni
nobiscum idem agamus? Alterum. Precatio
eandem ad rem quin à Judith adhibita fuerit,
nihil etiam dubito. Et ad hoc valere vult S.
Chrysostomus hom. 4 de Annâ, precos, quæ
ante et post cibum, contemplantur sunt. Per-
curre usitatas mensæ benedictionum et gra-
tularum actionum formulas; et videbis tempe-
rantiam omnes suadere, ipsaque à Deo pe-
tere. Tertium, ad sobrietatis proposita firmius
retinenda, valeant quædam interdum vota, non
plus scilicet bibere velle, quàm quod tibi
præscribitur. Præscribit autem, quod citra me-
tam est. Quartum, non cedere eorum verbis

et blanditiis, qui ad pocula semper invitant,
crebrius propinant, æquales haustus exigunt.
Namquid, quoties Holofernes dicebat: *Bibe
muse, bibebat Judith?* vel si bibebat, non po-
tissando potius quàm hauriendo? Dicebat qui-
dem: *Bibam, Domine*, scilicet, quantùm et
quando rectum commodumque fuerit, atque
comedi et bibe coram ipso.

Quintum, petere antequàm prandium ulli,
cœnamve condicas, tibi fieri liberam, quod
velis, edendi bibendique facultatem. Et quis
vel te amicè invitans, vel tibi amicus esse, aut
videri cupiens, negabit? Pesit hoc ab Holo-
ferne Judith, ut supra dictum, et magnus
quidam princeps catholicus, cùm ab alio
principe, cui per novorem dogmatum licen-
tiam, carnum et vini quantùm libuit, licebat,
invitatus fuisset. Sextum, vinum diluere, ne ta-
voluptas decipiat, et illorum vis prosterneat.
Ita hodiè temperantiæ studiosi, non singuli
tantum, sed et integri populi. Quid Arrago-
num rex Alphonsius apud Panormitanum
lib. 2? Quid Fridericus III? Cyclopis, in quâ-
dam apud Aristum tragodiâ, vox est: *Vinum
corruptis, optum si infundis*. Contra verò, phi-
losophi et quidem summi præceptum, ut lym-
phis temulentus Deus temperetur, de quo in
Anthologiâ Meleager. Sanè apud Locrenses
Zaleuci lex erat, « nemeracum cuiquam, otium
« agrotis, nisi præscriberet medicus, concess-
« sum esset, » ut ait lib. 5, cap. 11, Athenæus.
Septimum, abstinere à non necessariis edulis,
et his præsertim quæ stimulant, ejusmodi
ferè sunt aridiora et salsiora omnia, maximè
cùm mensis jam remotis, bibendi tantum et co-
messandi causâ, proponuntur. Detestatur pro-
fecto eas itis irritamenta lib. 14, cap. ult., Plinius.

Octavum, sibi ipsi penam imponere, si
moderatam, quam statutam habet, bibendi
mensuram, quoquo modo, excesserit. Illa esse
potest pro delicti quantitate, major aut minor,
verbi causâ diebus aliquot jejungere, seipsum
flagellare, aquam bibere, optimi et generosis-
simi vini, quod domi habet, amphoras aliquot
pauperioribus civibus vel ægrotis donare, in
hospitale domum cum aliquâ etiam pecuniâ
vel cilarâ stipe mittere, sistere illic sese sa-
cro Dei tribunali, et de temulentia illi confi-
teri, pro eoque lacrymarum nunc scyphulum
aliquem fundere. Vidi, qui non lautiliter vel
ad menses, vel annos aliquot, imò et quoad
viverent, voverent à vino abstinentiam, quod
proprio verbo appellabant, *des non verreden*.
Atque hoc spectat illud quod Tobia: cap. 5,

ex D. Augustino citatum : « Si quis vino nimium est deditus, sobrietatem perdet. »

Novum, cogitare omnia ebrietatis mala, quorum aliqua superius ostensa, et verè nocent corpori, animo, fortunæ et famæ. Unde D. Augustinus serm. 232, ait, sacer *homo* in die iudicii rationem redditurus, « si quanta mala de ebrietate nascentur, assidue nolu-erint predicare. » In quæ verò scelera ebrii quidam irruunt, quæ vehementissimè, exhortuissent? *Vinum et mulieres faciunt apostatari sapientes, Ecclesiastici 19, vers. 2; oculi tui (ò vinose) videbant extraneas, et cor tuum loquebatur perversa, Prov. 23, 33.*

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas, Vitis super eas necit amicos vitæ.

Decimum, animo expendere, quàm gravi, molestâ retorridâque siti apud inferos plectatur ebrietas. Ille sanè, qui *epulabatur quotidie splendide*, licet ebrius fuisse potius conjiciatur quàm legatur, adeo tamen ærentibus visceribus, ardentique pulmone cruciatur, ut miserandâ horribilique voce, et frustra tamen, clamaret : *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.* Non petit ut affuso puteo flammæ illæ restinguatur; non ut unâ vel alterâ duntaxat simul conspergatur et refrigeretur; non ut uno vel altero frigida aquæ calice, vel etiam cochleari refocilletur; at horum nihil petit: boni tantum in tantâ illâ miserâ optare non aude; sed tantum ut intingat in aquam Lazarus non manum totam, non duos tresve digitos, sed unum tantum, neque hunc totum, vel dimidium, sed ejus tantummodò extremum, ut una vel altera super linguam, pumice aridiorè, candenteque ferro simillimam guttula stillare possit. O sitim! ô incendium! Et præ corporis partibus aliis, proponit miser linguam, quia multo hæc olim vino natæ, per eam nobilium vinorum genera dijudicare, in mensâ profusius loquitarî angarique solebat. *Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus, Isaïa 65, vers. 45, ecce servi mei comedent, et vos esuriatis; ecce servi mei bibent, et vos sitietis.*

Undecimum, animo item expendere, potum quandoque apud inferos porrigendum, non qui sitim levet, sed qui accendat et cruciet, quemadmodum si quia admodum jam sitiens muriam bibere cogatur. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Jer. 25, v. 27, bibite et ebriamini et vomite, et cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. Cum-*

que voluerint accipere calicem de manu tuâ ut bibant, dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum : Bibentes bibetis; similia Ezech. 23, v. 35. Refert sancti Thomæ condiscipulus Thomas Cantuariensis lib. 1, cap. 2, num. 5, Germaniz archiepiscopum quendam, eum ex hac luce abiret, sanctissimo cuidam viro visum esse; ipsique in gehennam ingredienti poculum à catodæmone statim oblatum, quod cum ebibere coactus esset, illic per aures, inquit, et oculos, os et nares, sulphurea flammâ surrexit; et sic æternis incendiis est addictus. De Ludovico illo Landgravio, qui Calvinianam prædestinationem ex eodem, è quo postea Calvinus craterè hauserat, multisque sese idè flagitiis obstrinxerat, uti refert lib. 1, c. 27 et 34, Casarius, quid tandem? « Anima ejus, inquit idem scriptor lib. 12, c. 2, cum educta fuisset de corpore, principi demoniorum præsentata est, sicuti cuidam manifestè revelatum est; sedente eodem tartarico super puteum, et scyphum manu tenente, hujusmodi verbis Landgravium salutavit : Benè venit dilectus amicus noster, ostendite illi triclinia nostra, apothecas nostras, sicque eum hæc reducte. Deducto misero ad loca pœnarum, in quibus nihil aliud erat, nisi planetæ, fletus et stridor dentium, et reducto, sic princeps principem affatur : Bibe, amice, de scypho meo. Ille valde reluctans, cum nihil proficeret, imò coactus biberet, flammâ sulphurea de oculis naribusque ejus erexit. » Post hoc sic inquit : « Modò considerabis puteum meum, cujus profunditas sine fundo est, amotoque operimento, eum in illum misisti. » Jam verò, medicamine unquam potionem sumpisti? Nunc in memoriam tibi, queso, revoca, quàm ingrata ea fuerit. At quot partibus sulphurata illæ inferorum potiones ingratiore? Imò et in hac vitâ, ut quod è convivis in te redundas, extirpatur, quot et quàm amaris, vel nimis certè dulcitudine molestis potionibus utendum?

Duodecimum, apud se reputare quàm se dedecet ebrietas, primò quidem quia homo, ut supra dictum, deinde quia talis vel talis ordinis, ætatis, sexûs. Si princeps, si in magistratu et publico aliquo munere sit, dictum antes, itemque si sacerdos, de quo queritur et Isaïas cap. 28, vers. 7. Haud satis potest hujus in sacerdote feditas explicari. Eodem enim ore, quo sacrosanctum Domini corpus et sanguinem conficis et accipis, tantum hæ-

rias, ut vinum redolet, ructes, evomas? Quin et hoc in Christianis omnibus autem coelesti cibo et potu participantibus turpe adeo est, ut D. Paulum ad illa de indignè manducantibus et bibentibus, 1 Corinth. 11, scribenda compulerit. *Alius enim, inquit, exurit; alius autem ebrius est.* Inspice libro de Temulentia Philonem, D. Hieronymum ad Nepotianum, Origenem in Levit. hom. 7, Augustinum q. 33, Theodor. quest. 40. Si paterfamilias, huic « ebrioso, » inquit loco citato Columella, cura officii cum « memoriâ subtrahitur. » Si nata minor, quid de hujusmodi senserunt veteres? Persae ne diebus quidem festis vinum pueros gustare concedebant, ut apud Xenophontem est lib. 4, Romani veteres, nec ante annum tricesimum, alii non ante conjugium, ut etiam notavit 2 part. Relect. de Matrim. num. 7, Covarruvias. « Si, ait ad Nepotianum D. Hieronymus, absque vino ardeo adolescentiâ, et inflammor calore sanguinis, et succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. » Si femina, non licebat olim « vinum feminis Romæ bibere, » inquit lib. 44, cap. 43, Plinius, adeo ut propinquos feminis oculum dare juberet, ut scirent an temetum olerent. *Mulier ebriosa, inquit Ecclesiasticus 26, vers. 11, ira magna; et contumelia et turpitudine illas non tegitur.* Vide S. Ambrosium cap. 18, libro de Eliâ: « Vino, præcipue olim utrum ferunt, plurimè infestantur, dissolvuntur, si biberint, atque debilitantur, » inquit lib. 7 de Hist. animal. cap. 5, Philosophus.

QUESTIUNCULA IV.

Quænam sita ebrietatis administratio?

Ex his quatuor et viginti, quæ ad sobrietatem in convivio tuendam adminiculari, uti dicebam, possunt, est hoc decimum tertium, amare honestas occupationes, quas impedire solet, ut dixi, ebrietas. Si enim, verbi gratia, politicas, quibus tuus te status addicit, functiones amas; si ecclesiasticas ecclesiasticus, si theologicas theologus, literarias omnes literarum studiosus, cur à Baccho inserturbari te permittas?

Decimum quartam, diuturnas in convivio sessiones odiasse. Unde apud Plutarchum libro 4, quest. conviv. 6, putant Alexandrum Magnum quidam, ex eo potius ebrietate, quæ mortem ipsi attulit quandoque occupatum fuisse, quod distius accumbere, quam quod largè biberet. Dùm enim ita diu epulis accumbat, semper aliquid editur et bibitur. Solent

autem et diuturnæ irrotationes mædificere.

Decimum quintum, suscipere aliquam Christi Jesu sitis cogitationem, dùm in cruce clamabat: *Sitio.* Sitit Dominus meus, et ego vinome saturrem? Borsum etiam valebit cogitata sanctorum quorundam sitis, cum quibus si asteris aliquando præmissis aveo perfrui, cur ebrios Nabales, Balthasares et Holofernas, quam illos, si non sitiens, sobrius tamen, imitari malo? Gentium magister 2 Corinth. 11, v. 27, est in labore et aramâ, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis; et 1 Cor. 4, v. 11: *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus.* Quid apud Socratem lib. 4, cap. 18, cuiusdam S. Macarii dicebat? In recentibus Anglicanorum martyrum historiis, in carcere tantâ quidam siti confligatur, ut per fenestellas clathra, pileo cavâque manu pluvias stillas capteret, ego absque siti ullâ potem, vinoque me totum prolium? Decimum sextum. Tantum sanguinis pro meis peccatis effundere debuit unigenitus Dei Filius, et ego in ventris mei cloacam, plenis crateribus, mercissimum uxæ sanguinem profundam?

Decimum sextum, ecce, quidquid ultra modum jam bibo, si seponerem, et pauperibus largirer, quanta mihi ab eo merces foret, qui Matthæi 10, vers. 42, dixit: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Et ego, si meam in gulam infudero, non modò mercedem nullam, sed et gravissimum supplicium accipiam. Cur amens et stultus adeo sim? D. Augustinus serm. 231: « Quod in ebrietate, ait, peritum erat, in pauperum refectorem proficiat. » Et serm. 232: « Mellius, quidquid nimio potu perditum erat gula, pauperibus daretur in eleemosynam, ut et caro rationaliter bibendo reficeretur, et per misericordiam pauperum animæ redemptio præpararetur. » Videbitur fortè alicui quod loquar paradoxum, verissimum tamen est; præstaret in terram vinum effundere, quam eo immodicè sese complere. Tunc enim illud tantum periret; nunc verò et idem ipsum perit, et homini, quoad corpus et animam, nocet plurimum. O quot possim languere pauperes, qui si vel unum ejus, quod paulò post vomituros es, vini als te scyphum haberent, et revalescerent ipsi, et ex astra à ipsum siti eriperent.

Decimum octavum, Judith nostram ista etiam in convivio comitabatur angelus, de quo

supra. Comitatur et nos angeli tutelares nostri; debentur et temulentia; hortantur, ut abnegantes impletatem, et secularia desideria, sobriè et justè et piè vivamus in hoc saeculo, ad Titum 2, v. 12. Eorum et presentiam et monita num contemnemus? Certe spectatorum istorum, et earum etiam, quas dñm christiano baptismo tingeremur, fecimus promissionum memoriam, sic nos ad sobrietatem invitat D. Ambrosius lib. de Elià cap. 21: « Tu dedisti nomen tuum ad agnitionem Christi, subscripsisti ad competitionem coronæ, meditare, exerce, ungere oleo salutis, unguento exornato, Cibus tuus cibis sobrietatis sit, nihil habeat intemperantiae, nihil luxuriae. Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat; custodi corporis castimoniam, ut possis esse habilis ad coronam, ne existimatio tua ostendat spectatoris affectum, ne te fautores tui negligentem videant, et deserant. Spectant te archangeli, et potestates, et dominationes, et illa angelorum decem millia millium; sub tantis spectatoribus erubescere, consideranda quam dedecorosa sit. Ingressus stadium, pulvere rigorem animæ tuæ excita, laertes excute. » Decimum nonum, cum ebriam aliquando enam adieris, in eaque sobrius tamen manseris, licebit, postero die, his aliisque similibus cogitationibus, ad sobrietatis amorem te magis magisque accendere. Si ebrius heri fuisses, quid hoc tibi jam prodesset? Imò quam obesset? Narrat ex Aristote philosopho Victorius lib. 18 variarum Lectionum cap. 3, quemadmodum Polemo eos, qui ad convivia lreant, monebat, ut censem, postero etiam die, jucundam redderent. Hoc verò unico temperantiae condimento efficitur, eaque sola inmensos illos ἀρλεγεῖντες, phlegmatem expertes, extrahit, quas in sanitatis præceptis laudat Plutarchus.

Vicesimum, in promptu habere nonnulla, quæ his, qui ad redundantiores haustus provocant, majoribusque culleis urgent, aptè utiliterque respondeant. Ea, pro personarum, temporum et locorum varietate, varia sunt, quæ sanctorum potius prudentia, quam doctrina suggerat: exempli tamen causâ denotabo paucula. Primum est, excusare se, ob vini præstantiam, valetudinis infirmitatem, occupationum necessariè adhuc perficiendarum importunitatem, et similia. Alterum, dicere, sibi satis perspectum esse, bono sibi animo propinari, benevolentique magnæ gratiæ, idèque se et illud scire, propinquantem

ipsum nolle, ut animo, valetudini ausque negotiis ipsemet et noceat. Tertium, si amicus est, rogare ne se petas facere quod nec ipse, nec alii utile, sibi verò valde perniciosum. Quartum, visne, ô amice, me sitire? et amabo te, cur non vis? Quis mihi sitis ingrata et molesta foret? At, præter voluntatem, bibere, æquè ingratum et molestum est. Vel brevius, meminisse te dixeris Sophoclem ejusdam sententia, ab Athenæo laudatæ: *Ut bibere, ut sitire, malum æquale*. Quintum, Cæsarei te juris, et Germanus cum sis vel quamvis Gallus, Belgæ, Italus, aliusve sis, Germanicarum tamen legum amantem esse. Eæ verò in Augustanis Comitibus anno 1548, rursumque anno 1551 et 1559, propinationes et æquillum id genus poculorum certamina prohibent. Sextum, memento te Francicarum legum potnam, è quibus una hæc apud Rhenanum Beatum refertur lib. Rerum Germanicarum: « Nemo militis socium, aut quilibet alium ad potandum invitato. Quid si quis ebrius repertus fuerit, ejectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibito. » Septimum, de Glareano, erudito sanè viro, audi, cum in convivio se ab uberiore potu honestè jam excusasset, instarentque tamen alii, canem forè saturum in triclinio jacentem aspexisse, et: Nam, ait, iste canis insipienterem me mitis? Ille paulò ante nobis omnibus, cibum petendo, llando, latrando, in gressu et ipsam penè mensam insillendo, molestus erat. Jam satur desistit, et ego satis jam cum bibentem, non desietam? Est verò ita, ne verberibus quidem, ut plus aut comedant aut bibant cogi possunt bestiae, prout non Musonius tantum loca antea indicato, sed nostri etiam Patres admonent, D. Basilus oratione contra ebrietatem, D. Ambrosius de Elià c. 17, D. August. serm. 251, D. Chrysostomus hom. 17: « Quantò, ait, ebrius sis melior asinus et canis? » Vide cetera. Octavum, Lacon apud Plutarch. in Laconicis, cum quosdam alicubi ab bibendum cogi audisset: « Nam etiam, aiebat, ad edendum? » Et verò quendam novè, de quo mihi affirmatum, eum indictam epotandi vini pugnam, certamine sicci panis edendi oblato retudisse. Nonum, homo adolescens, sed literatus et honestus, cum à principe quodam per honoris, qui illis in locis magnus, speciem, ad æquò plus epotandum urgeretur: « Veniam, aiebat, clementissime princeps, peto. A bestia parum absum. Vultne clementia tua totum me bestiam fieri? » Decimum, licetne mihi, ad pocu-

lum hoc ebibendum, Christum Dominum as-
ciscere secum? Omnino licet, inquit Christia-
nus. Bibas ergo, infert ille, qui ante januam
mendicus est. Undecimum, gratissima sitienti
Davidi erat aqua Bethlehemitica. Quod cum
ei ille fecit, mihine cum hoc vino facere fas?
At ille noluit bibere, sed libavit eam Domino, 2
Reg. 23, vers. 16. Duodecimum, Callisthenes,
cum ab Alexandro ei Magno propinatum esset,
jamque Herculaneus ille scyphus porrigeretur,
recusavit, quod se Æsculapum habere nolle
diceret. Dixeris et tu igitur, tibi, quam medico
des, pecuniam non esse, vel ei, in usum alium,
opus esse. Et hæc quidem hactenus urbanè,
suaviter, et hodiernis hominum moribus con-
venienter, cum apud omnes, omnium excusa-
tionum, facetiarum et chilarum instar, una
et sola hæc lex meritissimo esse deberet.

Vicesimum primum. Quia verborum quæ-
dam illecebræ, ut intemperantiùs biba-
tur, adhiberi solent, ad eas firmato esse
animo convenit. Nam modò hilaritas modò
amicitiæ renovatio, aut confirmatio, modò
principis alicujus sanitas et honor, interdum
etiam sancti alicujus veneratio præcenditur:
suntque hæc jam antiqua ebrietatis artificia, à
Patribus notata et damnata, ut videre est apud
S. Hieronymum in epist. ad Titum cap. 4;
D. Augustinum epist. 64, et serm. 251, 232.
D. Ambrosium de Eliâ cap. 17, cujus verba
hæc: «Bibamus, inquit, pro salute impera-
torum; et qui non biberit, sit reus in devo-
tione. Videtur non amare imperatorem, qui
pro ejus salute non biberit. O pia devotionis
obsequium. Bibamus pro salute exercituum,
pro comitum virtute, pro filiorum salute.»
Plus à Deo sanitatis et honoris imperatori et
principibus impetrabis, illum, per ebrietatem,
non offendendo, quam vini dolia integra ex-
sorbandò. Namquid, aiebas jureconsultus qui-
dam, ubi agrotare, me curabit, pro cujus jam
sanitate bibendum? Alius verò, si pro impera-
tore cadendum est, in Turcicis bellis cadere
honestius, quam in mensis, quin verò impera-
toris gratius et utilis, si in genua procidam,
et precem procer dominicam. De sanctorum
porro honoribus, ait loco citato D. Ambro-
sius: «O stultitiam hominum, qui ebrietatem
sacrificium putant; qui æstimant illos ebie-
tate placari, qui jejuniis passiones sustinere
didicerunt.»

Vicesimum secundum. Quidam tamen ille-
cebre tantum verbis hæc contenti, gravia
etiam interdum et minacia proferunt. Contem-

nise aiunt, et inimicitias denunciant. O bone,
non equidem te contemno; sed communem
et Salvatorem contemnere vercoe. Dixit enim,
attenderem, ne fortè cor meum crapulæ et
ebrietate gravaretur. Lucæ 12, vers. 34. Si te
contemptum ægrè ferres, quanto ipse justius?
Minarum verò et inimicitiarum, apud honestos
gravesque Dominos, nihil timendum. Etiam à
gentilibus apud Laetium in eum vindictam,
qui, super Empedoclis, pocula nimia respuen-
tis, caput, vitam effuderat, et Neronis pater
fuit, qui servum, quod ebibere totum nollet,
interferit. Si tamen apud aliquos gentilia hæc
et impia fortè reviviscerent (quid enim, hoc
tempore, portestorum non renascitur?) cogi-
tandum, quid laudatus à Plotarcho Grece
cuidam dixerit. «Satiùs est, tuas me nunc
inimicitias subire, quam valde postea gema-
re;» vel potius, quod innotuit S. Chrysosto-
mus homiliâ 1 ad pop., D. Augustinus serm.
232, martyrii genus quoddam esse, pro tuendâ
sobrietate, perpoti aliquid. «Ille, ait Augusti-
nus, qui ebrietati resistit, si cum Dei adju-
torio perseverare voluerit, et pro ipsâ aliquas
pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus
ad martyrii gloriam reputabit.» Et paulò
ante: «Si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur:
«Aut bibas aut morieris, melius esset, ut caro
tua sceleris occideretur, quam per ebrietatem
anima occideretur.»

Vicesimum tertium. Justum gerenti bellum
licet, stratagematibus et insidiis, hostilem vim
frangere. Quidni et in conviviis locum prudenti-
æ, dolusque bonus habeat? Solent ab aliqui-
bus tamen ipsa etiam paterarum funda exami-
nari; et mensarum ministri si vel tantillum
resideant, illas nolunt recipere, ut vel astutis-
simæ sobrietati nulla evadendi rima sit. Pos-
sunt tamen subinde, famuli ut reticeant, ad-
ducti, et assidentes convivæ, ut conniveant.
Potest illud convivii tempus magna etiam sitis
differrî, quo circumpotatio quædam incipit;
potest à cibo et potu citius aliquanto destitui
quam sit naturæ factum satis, ut, dum ad ei-
hum et potum urgebunt alii, tibi quod adhuc
de-rat, eorum id invitationibus et gratiæ des.

Vicesimum quartum et ultimum. Occurrit
fortè sobrietatis amator culpam cogitatio
iste, meâ causâ, potat largiùs. Ejus etiam
causâ, idem ut faciam, non æquum? Vult me
vino deponere; si ei statim respondeam, bibet
minùs. Non ita sancta Judith. Peccare quod
petit iste velit, in ipsius arbitrio est. Num, ut
seipsum ipse interimet, me ergo interficiam?

AN ad inferos quia ruerit vult, ego cum eo velim corrumpere? Faciat quod libet Holofernes, possidet, roget, urgeat: Judith sobria permanet.

QUESTIUNCULA V.

Quid de eis qui apud Assyrios gessit Judith, Græcorum, Latinarumque Patrum nomen?

Primus esto ille apud Græcos et celeberrimus et vetustissimus Clemens Alexandrinus Strom. 4, cap. 6: « Etiam Judith, quæ consummata fuit in mulieribus, cum esset urbs circumsessa, precepsa seniores ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patriâ, seipsam tradens hostibus in fide Dei: præmia autem fidei mox accipit, cum mulier in hostem fidei se præclarè gesserit, et potius sit capite Holofernis. » Magistram sequitur discipulus, Origenes videlicet, homil. 9, in Iudices: « Quid, ait, ego illam magnificam et omnium feminarum nobilissimam memorem Judith? quæ jam perditis penè rebus non dubitavit sola succurrere, seque summe caput immanissimi Holofernis neci sola subicere, et processit ad bellum non in armis, neque in equis bellicis, aut in subsidio militariibus freta, sed virtute animi, et confidentiâ fidei, consilio simul et audaciâ hostem perimit; et quam viri perdidierant femina reddidit libertatem patriâ. » Inter Latinos verò, Iaculentè D. Ambrosius lib. 3 de Officiis cap. 43: « Ecce tibi Judith se offert mirabilis, quæ formidatum populi virum Holofernem adiit, Assyriorum triumphali septem catervâ. Quæ, primò, formæ gratiâ et vultus decore perculit, dein de sermone circumscriptâ elegantâ. Primus triumphus ejus fuit; quòd integram pudorem de tabernaculo hostis revertis. Secundus, quòd femina de viro reportavit victoriâ, fugavit populos consilio suo. Horriferunt Persæ audaciam ejus. Ulque (quod in illis Pythagoreis duobus miranter) non expavit mortis periculum; sed nec pudoris, quòd est gravior hostis femina: non unius letum carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidavit. Steis inter cuneos bellatorum femina, inter victicia arma, secuta mortis. Quantum ad molem spectat periculi, mortura processit; quantum ad fidem, dimicatura. Honestatè igitur secuta est Judith; et dum eam sequitur, utilitatem invenit. Honestatè enim fuit prohibere, ne populus Dei se profanis dederet, ne ritus patrios et sacramenta pròderet, ne sacras virgines, viduas graves, pudicas matronas barba-

ricè subiceret impuritati, ne obsidionem ditione solveret. Honestatè fuit, se nullo pro omnibus periclitari, ut omnes eximeret periculo. Quanta honestatè auctoritas, ut consilium, de summis rebus femina sibi vindicaret, nec principibus populi committeret? Quanta honestatè auctoritas, ut Deum adiutorem presumeret? quanta gratia, ut inveniret? » Et libro de Eliâ et jejuniis cap. 9: « Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militie regis Assyriorum se tradere gestiebant: sed non bibebat femina Judith, jejuniis omnibus diebus viduitatis sue, præter festorum dierum solemnitates. His armis munita processit, et omnem Assyriorum circumvenit exercitum. Sobrii vigore consilii abstulit Holofernis caput, servavit pudicitiam, victoriam reportavit. Hæc enim, successa jejuniis, in castris præindebat alienis, illè vino impotus jacebat, ut letum vulnèris sentire non posset. Itaque unius mulieris jejuniis, innumeros stravit exercitus ebriorum. » Augustiniani verò ante citati sermonis 229, verba sunt hæc: « Judith bellator animus alienum pectus obedit. Illa abjectâ formidine feminarum, victoriam in periculis querens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidavit. Cùm igitur Bethulie mœnia Holofernes hostili obsidione calcaret, et adveniens tractus æquarum, prima indiceret certamina societatè, Judith, flens, sui conjugis fœdera acerbo disidio rupta, lugubri lamentatione servabat. Quæ ut reperit captivanda civitatis inducias postulat, mox ei privatum dolorem congregavit civitatis communis dolor. Quæ exorata consurgens abluit aquâ corpus suum, imponens sibi ornamentum, pendulas aureas divitias suspendit; et manibus ligillatè circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureis vestis gemmato tollit pectore, casto cultu prius dimicatura, quàm ferrè. Monillum telis pudori semper adversus hostem ferre didicerunt. Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subit, sed de civitate bellatrix procedit sponsa. Nec fuit levitas ornatus, qui ad homicidium tantis capitibus aptabatur. Pergit divino spiritu ducta, et singularis ancilla solatio contenta. Species custodit, quæ blanditur, ne violentè pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, et desiderium inane contemnit: Ego, inquit, ancilla tua, vultu me Dominus facere reus in quâ mirabitur omnis qui auxilium eam, quoniam ancilla tua Deus oculi observat; et nunc illa

per noctem, et ardeat ad Dominum celi: et sum-
mabit michi quando faciet hoc, et ducam te per
mediam Iudaeam, et ponam sedem tuam in mediâ
civitatis, et cavis non mutiet lingua tua contra
te, quoniam michi haec ostensa sunt à Domino. Non
deceit pudicam mentiri, non intelligentibus
dixit, perfecit actibus, quod promisit. Deum
regi alto sermone, imaginariis verbis blandi-
tur, bellator animus lasciviâ solvitur, in amaro
armorum torpent vires innumerabiles militum,
luxu regifico nuptiarum pompa nullo nubente
construitur, cuncti ebrietate solvuntur. Non
delicata matrona pugnavit: 'sopor tibi, quem
ferias præparavit. Constructo thalamo concu-
tatur ad ducem pronum amore, victum somno,
elium virum in strato bellatoris erines impli-
cuit pulchritudine digitorum, post teneritudi-
nem fusi, eheni capulum querit. Mucro ma-
trona non terruit, sed armavit, quæ ita
pugnavit. Coruscus ensis caput abstulit hosti,
persolvit, in patriis montibus victoria sus-
penditur; armis stupentibus cunei densantur,
præpostero ordine triumphant. Sequitur bel-
lum; vino fusi, soluti somno in certamen nec
clamore provocante consurgunt, teguntur
armis coruscantibus montes. Quid alienigena
fremis? quid bella componis? quid sciam parâs
habens quem in cubiculo quæras? Omnem va-
rium furoris impetum retine, tantum vobis reli-
quimus ducem, agnoscendam partem habemus
in portâ pendentem; tantam animus de Deo
suscepit largitatem, quantam crudelitas tibi
poterit vindicare.

TERCIA LIBRI PARS.

De his quæ Israeliticam liberationem secuta.

Quæ Israelitarum factam per Judith libera-
tionem secuta sunt, statui possunt duplicia,
quædam scilicet ante Judith mortem, quædam
post. Illa sunt potissimum octo, è quibus in
hoc 15 cap. à vers 9, sunt quatuor. Insuper au-
tem in eorum singulis plura quæ distinctis
postea exponuntur.

Primum, Joachim cum presbyteris suis, de
victoriâ Deo et ipsi Judith gratulatum venit.
In Græco dicitur, cum ipso Joachim venisse
Hierosolymitanus senatus, cum in Hierosolymi-
tano senatu essent sacerdotes, ut ex 2 Paralip.
19, vers. 8, et ex dictis antea cap. 6, quæst. 3,
patet, ut senatores presbyterosque istos è sa-
cerdotali ordine inficeret, nulla sunt, prout in
Bethuliensibus presbyteris, eadem questione
III, erant argumenta. Ex cum pontifice tanto
amore religioso, quos potius, quam sacerdo-

tes profectos existimemus? Eorum verò adven-
tus causa triplex ponitur. Prima, ut bona quæ
Dominus fecisset viderent. Altera, ut ipsam
Judith intuerentur. Tertia, ut cum eâ pacem
loquerentur, id est, cum salutarerent. Quia enim
Hebræorum salutatio fiebat per pacis prece-
tionem, hinc alicui loqui pacem, vel ad pacem,
est salutare. Unde quòd Genes. 37, v. 4, di-
centur non potuisse fratres loqui Josepho
pacifice, Hebræicè est, loqui ad pacem, ut ne
bonum ei quidem diem, nostro more, optare
possent, non salutem ullam dicere. Est autem
magnus honos tantæ dignitatis viros, tanto
numero, tam longè femineam unam salutatum ve-
nire. Ista porro salutatio continuet etiam ipsius
Judith laudationem, et pro eâ precationem.

Laudatio facta Græcè dicitur, cum ad ipsam
Domini isti intragressi essent, sed Latine, cum
ad Joachimum pontificem ipsa exisset. Vide-
licet utrumque factum est: ipsa pontifici ob-
vium processit; ille, ipsiusque cum eo presby-
teri deinde introierunt, ipsamque tum verbis
amplissimis efferro coperunt, vers. 10, et qui-
dem *ὑποπαδὼν*, uno omnium consensus. *Tu gloria
Hierusalem.* Græcè, *tu altitudo*, vel *exaltatio
Israelis.* *Tu latitudo Israel.* Græcè, *tu exultatio*,
aut *jubilatio magna Israel.* *Tu honorificentia
populi nostri.* Græcè, *gloriantia magna generis
nostri.* Et causæ in Græco ponuntur istæ:
*Quis omnia hæc in manu tua fecisti? fecisti bona
cum Israel, et ut in ipsis bene placitum haberet
Deus, seu, ipsa bene vellet, ipsaque bene face-
ret.* Hæc si quidem importat *τὸ εὐδοκῆσαι ἐν
αὐτοῖς*, et *εὐδοκῆσαι* est ipsa Dei bona erga homi-
nes voluntas, de quâ Luc. 2, v. 14: *Gloria in
altissimis Deo, et in terrâ pax hominibus bonæ
voluntatis*, quemadmodum eo loco monstrat
Maldonatus noster. In Latino autem sunt, etsi
verbis aliis, causæ eadem, et earum causarum
causæ aliæ duplices. Unæ sunt meriti ejusdem
instar, et quæ à Deo tantam animi magnitudi-
nem conciliaverint, castitas videlicet insignis,
et iteratarum nuptiarum aspernatio, v. 11,
et, ait, *quid castitatem amaveris, et post virum
nam alteram nescieris.* Altera causa, vi et ne-
cessitate sua omnino princeps est: *Maus Do-
mini confortavit te.* Ordine tamen temporis et
meriti, posterior significatur, dum dicitur,
ideò, etc. Tametsi enim gratiam primam no-
strum nemo mereatur, ejus tamen incremen-
tum, et auxilia quædam divina mereri licet.

Præcatio porro est bipartita: Una eorum-
dem sacerdotum vers. 12: *Et ideò eris benedi-
cta in æternum.* Est autem istud, *eris*, accipien-

dum pro *sis*, eo modo quo apud Latinos dici solet: *valetis*, pro *salve*. Nam in Græco est: *Benedicta sis*, seu *benedicta esto* ab omnipotente Domino in æternum tempus. Et quia *ἀποψία* est *benedicti* et *laudari*, simul in Græco monstratur unde vera benedictio et laudatio expectanda sit, i Deo scilicet, rursumque qualis, non fluxa, inconstans et brevis, sed solida, constans, in omnem permanens æternitatem. Altera precatio est ipsius populi totius, dicentis: *Fiat, fiat*, quod jam supra semel iterumque occurrit e. 10, v. 9, c. 13, v. 26, *ῥίπτε*, quo Hebræum *Amen* declaratur; de quo Num. 5, cap. 22, Deuter. 32, 16, Psal. 40, vers. ult. 1 Corinth. 14. Dices malè videri ab interprete Latino id verum, cum, in altercatione cum Proscutio epistolâ 178, dicat Augustinus. « Sciendum est, Amen et Alleluia, quod nec Latino, nec Barbare licet in suam linguam transferre Hebræo cunctas gentes vocabulo decantare. » Respondet D. Augustinus tantum asserere, in his Ecclesiæ carminibus et precibus, de quibus etiam D. Hieronymus præfat. lib. 2 in Epistolam Galaticam, quæ voces istas retinuerunt, fas privato nulli esse pro his Latinis aut vernaculis quascunque substituere. Illud potius notetur in Hebræorum libro, qui *Mascheth saca* inscribitur, tradi solitum apud Judæos, quoties populo Amen respondendum esset, signum edere archisynagogum sudario circumactis; rursumque duplex esse, Amen, legitimum et illegitimum. Atque hoc triplex, populum, surreptitium, sectile, quorum primum est, cum ea quibus respondetur, Amen, non intellecta sunt; secundum, cum antequam finiantur, præposterâ festinatione, Amen pronuntiatur, et illorum veluti finis surripitur; tertium, cum aliud mens agit, ut dissecta ipsa sit, et, mediâ veluti ex parte tantum, quæ dicuntur, admittat. Est alioquin etiam interdum Amen approbationis, vel affirmationis formula, quæ ab Aquilâ *ἡμετέριον* fideliter, vertitur, aut *ἀληθὲς* verum, aut *ῥῆμα*, ut ait Isaiæ 65 D. Hieronymus, et Epist. ad Sophronium quæ incipit, *Solo*, et ad Marcellam, Epistolâ Nuper.

Alterum, ex his octo quæ ante Judith mortem preposita sunt, est spoliolum collectio, quæ toto mense facta dicitur, partim quidem, quia hostium opulentissima castra erant, plurimumque urbium et provinciarum opibus onustissima; partim, quia varias per partes et longè insecuti sunt Israelitæ illos fugientes, Damascus usque, ut antea dictum est. Dùm

igitur Assyriorum strages editur, eorum spolia unum in locum, ut dividantur, ex hisque optima quæque ipsi Judith dentur, cœtervantur, mensis labitur. Multæ et insignes partim antea, partim postea victoriæ fuerunt, sed earum ferè præda, non dierum quibus collecta est numero, sed pretio ipso rerumque captarum numero indicatur, ut hic supra, vers. 8, et 1 Paralip. 5, vers. 21, et lib. 2, cap. 14, vers. 14, 15, et apud Herodotum lib. 6, Plinium lib. 53, cap. 3, Diodorum lib. 13 et 17, Josephum lib. 17, c. 13; Livium decad. 3, lib. 2 et 3, Guillelmum Tyrium lib. 6 de Bello sacro, cap. 22. In illâ tamen contra Saracenos coleberrimâ victoriâ, quam anno Domini 1242, in Hispaniâ Christiani obtinuerunt, tanta telorum hastarumque multitudo exstitit, ut lignis toto biduo, ad coquendos cibos, aliis nullis opus fuerit, ut refert lib. 11, cap. 24, Mariana. Mira verò apud Ezechielem cap. 39, vers. 9 et 10, victoriæ contra Magog descriptio: *Egredientur habitatores de civitatibus Israel, et succedent, et comburent arma, clipeum, hastas, arcum et sagittas, et baculos, manus et cantes, et succedent ea igni septem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus, quoniam arma succedent igni.* Licet enim ista, cum D. Hieronymo, de vincendis ab Ecclesiâ catholicâ hæresibus, exponantur, quàm præclara tamen victoriæ hypotyposis!

Tertium, præmiâ ipsi Judith dante, omnia quæ Holofernis fuerant, vers. 14, et enumerantur in Latino, quoad materiam, omnia scilicet aurea, argentea, et quoad formam, vestes, gemmæ, supellex universa, in quâ Græcè tabernaculum, et strata etiam ponuntur, et cap. 16, vers. 23, nominatim recensetur memorabile illud corosperum, quod cap. 15, vers. 10, sustulerat. Græchi caput afferenti dedit Opimius consul auri tantum, quantum capiti illius pondus erat; et quod gravius id esset, extraxit Septimuleius percussor cerebrum, ejusque in locum plumbum suffudit, ut narrat Plutarchus, Appianus, Valerius, D. Augustinus lib. 5 Civit. 24. Nuncientior in Holofernis caput afferentem Juditham, populus, quia et ipsa multò præmiis omnibus dignior, et ea, quam pepererat multò erat salus illustrior. Refert Strabo, lib. 15, fuisse apud Indos moris, ut quæ mulier ebrium regem interficere potuisset, præmiâ hoc haberet, ut successorî nuberet. Quid ergo Judith, quæ hostem et hostem adeò truculentum ebrium jugulavit? Græcè subditur, *ἵπποκρίνα ἵπποκρίνα ἵπποκρίνα* in mu-

am amam, junctis curvis ossa, coarctasse in
ta omnia. Suprà verò in Scripturis invenies
juventutem singularem numerum pro plurali
posui, ut hic per mulam, mula significatur,
nisi fortè intelligamus mulam, quâ veheretur,
ipsi fuisse, et accipiorum donorum ei partem
inposuisse; cetera omnia curribus mandasse,
ut videtur concertatio illa importare.

Quartum ex iis quæ octo proposita, et in
hoc cap. ultimum, est gaudium ingens omnium,
qui aliis etiam ex locis confluerunt, Israelita-
rum vers. 15, et mulierum et virginum, et ju-
ventum in organo et citharis. Græcè uberius
omnia, sic: *Et cucurrit cunctis femina Israelis,*
ut ipsam videret, et benedixerunt ipsam, modo
scilicet simili quo supra benedixerunt eam
presbyteri, et fecerunt ipsi Judith, seu, in ejus
honorem, choram ex seipuis, et ipsa suis in ma-
nibus thyrsos sumpsit, deditque mulieribus quæ
secum erant, et ceteris ut se singulis coronis,
tam ipsæ quàm eam ipsa illæ. Ipsa autem populum
universum prægrediebatur, in choro feminas om-
nes ducens, et agebatur omnis vir Israelis, ar-

CAPUT XVI.

1. Tunc cantavit canticum hoc (1) Do-
mino Judith, dicens:

2. Incipite Domino in tympanis (2),
cantate Domino in cymbalis: modulamini
illi psalmum novum, exaltate et invocate
nomen ejus.

3. Dominus conterens bella (3): Domi-
nus nomen est illi (4).

(1) Carmen hoc extemporaneum, et divi-
no Spiritu affante exaravit; cecinit autem in
mulierum et puellarum choro, quas in cam-
rem selegens, Græcus, in fine capituli præ-
cedentis, fert Juditham exarasse hunc hym-
num, vel confusionem pro universo Isra-
ele, additque: *Et respondebat cunctis popu-*
lus; vel facili ritu intercalari cæbant, ut
Judith præcipienti statim populus respon-
deret; vel primus cantici versus, postquam
singulos Juditha cœnerat, iterabatur. Ita
servatum legitur in trajecto Erythæo, cum
Moyse carmen cænebatur. Post victoriam
Davidis de Goliath, versus intercalaris erat:
Soul percussit mille, et David decem milia. In
solem pompâ translationis arca; hæc vox
ingeminabatur: Quoniam in æternum misericor-
dia ejus. (Calmet.)

(2) *Ἐκτετατὸν τὸ θυρ.* Nunc denique canen-
dum est; nunc erupendum in hymno, ac-
tionesque gratiarum, Laudes liberatoris no-
stri exordimini. (Calmet.)

IN TYMPANIS, quorum usum apud Judæos
etiam Tacitus observat. (Grotius.)

Varia namque instrumenta musicalia, et
aliæ harmoniæ, mentem excitant ad diversa.
Aliquæ enim harmoniæ excitant ad audaciam,
quibus utuntur homines in bellis, et aliquæ ad

matiam, cum coronis, et hymnis in ore ipsorum.
Intelligendum verò est, post collecta divisaque
spolia, Joachimo pontifici, omnibusque visum
esse, tantâ pro victoriâ, singulares Deo optime
maximo gratias publicè agendas, idque in sa-
cratissimo Israelis loco, in templo scilicet Hiero-
solymitano, in urbe metropoli, prout c. 16,
v. 22, exprimitur. Hinc ergo esse huiusmodi
dederunt, eo apparatu et modo quem è textu
Græco jam audivimus. Ubi præclarum exem-
plum vides gratulationum quæ à nobis interdum
ad Dei gloriam et beneficiorum ejus memo-
riam suscipiuntur, aut peregrinationem,
aut processionem, cum aliquâ etiam vestium,
florum, musicorum, palmarum, cereorum et
armorum pompâ. Debent enim Creatoris laudi
creaturæ omnes, quoquo modo fieri potest,
servire. Thyrsorum verò mentio et lib. 2 E-
dræ 8, vers. 14, lib. 2 Machab. 10; et eos
gentilitas ipsius Bacchi honori consecrâvit, ut
ostendit in Periægesi Dionysius. De oleaginibus
verò coronis multa Petrus Faber lib. 2 Ago-
nist. cap. 22.

CHAPITRE XVI.

1. Alors Judith chanta ce cantique au Sei-
gneur, et dit:

2. Chantez à la gloire du Seigneur au son
des tambours et au bruit des cymbales, chan-
tez avec de saints accords un nouveau can-
tique; glorifiez et invoquez son nom.

3. Le Seigneur met les armées en poudre;
Jéhova est son nom.

Inciviam, quibus utuntur in choreis, et aliquæ
ad devotionem, quibus utuntur in officiis Ec-
clesiasticis; et hoc modo dixit Judith: *Incipite.*
Est autem instrumentum musicum tympanum
quo mulieres utebantur; et hoc modo Maria
soror Moysi sumpsit tympanum ad excitan-
dam eam, et alias mulieres ad Deum laudandum
dicendo: *Cantemus Domino, etc.*, Exod. 5.
MOULAMINI. Propter novam materiam lau-
dandi Deum.

EXULTATE, Cordo.

ET INVOCATE NOMEN EJUS, ore. (Lyranus.)

Canticum Judithæ vocatur in Vulgata,
Psalmus novus, aut quia hoc carminis apud
Hebræos familiare epithetum est, ut deduci
potest ex Psalmis; aut quia ejusmodi est, ut
conveniat nunquam, aut idematur oblivione,
cum ea sit recentis beneficii magnitudo, ut
ejus nunquam debeat excidere memoria. *Nomen*
pro illius etiam et raro interdum usurpatur.
(Vatablus.)

(3) Contra suum populum excitata, ut pa-
tet in Pharaone Exod. 14, et in Amalec Exod.
17, et in regibus Chanaanorum, lib. Jos.,
quasi per totum. (Lyranus.)

CONTERENS BELLA, debellans contra hostes
ipsos, ipsorumque vires conterens, et com-
minuens. (Menochius.)

(4) Et nomini res significata respondet,

4. Qui posuit castra sua (1) in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5. Venit Assur ex montibus ab aquilone (2) in multitudinem fortitudinis suae, cuius multitudo obturavit torrentes (3),

quia verè Dominus est. (Menochius.)

Ut magnitudinem potentiae et maiestatis Dei extollant Hebraei, addunt elogium: Dei exercituum, Dei virtutum, Domini copiarum Israelis, Dei fortis, contentis bellis, Dei subditi, id est, exercituum. Dominus sicut fortis egrediatur, sicut air praedator auarabit aelam. Exhibetur saepe gladio armatus, hostesque prosternens atque trucidans: Multiplicatusque interfecti à Domino. (Calmet.)

Deo statuit in principio cantici nostra psalteria, quae facilia reddunt credita quae deinde sequuntur: alterum, Deum esse potentem, et nihil esse quod illius potestati et imperio non subiat; alterum, illum qui potest, etiam velle populo suo favere. Quasi dux et imperator pro suis dimicet, et contra omnem vim in medio populi sui metatur castra, quae ex adverso directa castris et sigis hostilibus opponat. (Vatablus.)

C'est avec très-grande raison que Jésus-Christ nous a défendu de rechercher à être nommés maîtres, parce qu'il n'y a qu'un seul maître et qu'un seul Seigneur. C'est donc à Dieu qu'appartient ce nom auguste; et il est sans aucune comparaison, et sans aucune exception, le Seigneur, parce que toutes les créatures lui sont également soumises comme au souverain de tout l'univers; et qu'il a le pouvoir de renverser d'un clin d'œil toutes les armées, et de briser toutes les forces dans lesquelles les plus puissants princes mettent leur confiance. (Sacy.)

(1) In Graeco, *de nepheleis de piceis montibus*, id est, Deus populo suo est vice castrorum. Sed videtur Latini interpretis legisse sic, qui posuit. (Grotius.)

Graecus: Quoniam in castris eius, in medio populi, eripuit me de manu persecutorum meorum. Syrus: Castra metaris in medio populi tui, ad liberandum eos. Resdij etiam potest Graecus in hanc sententiam: Ita est Dominus populo suo con agmen, seu vallum, robur et munimentum. (Calmet.)

Castra Dei sunt vel tabernaculum, seu templum, vel sanctorum angelorum cohortes; cum enim obvis habuisset angelus Jacob Gen. 32: Castra, inquit, Dei sunt haec, et Psal. 92: Locustae angelus Domini in circuitu iumentorum eorum, et eripiet eos; seu, ut est in Graeco et in Hebraeo, castra in circuitu iumentorum Deum metatur angelus, ut scilicet illos tueatur. (Menochius.)

Elisée étant autrefois tout environné de la cavalerie, des chariots, et des autres troupes du roi de Syrie qui voulait le perdre, et son serviteur en étant épouvanté, ce saint prophète demanda à Dieu qu'il lui plût d'ouvrir ses yeux pour lui faire voir la montagne où il était, toute pleine de chevaux et de chariots de son qui l'environnaient, et par là il convainquit celui qui tremblait déjà

4. Il a mis son camp au milieu de son peuple, pour nous délivrer de la main de tous nos ennemis.

5. Assur est venu des montagnes, du côté de l'aquilon, avec une multitude et une force extraordinaire; ses troupes sans nombre ont

qu'il y avait plus de gens armés pour eux qu'il n'y en avait contre eux. C'est de ce camp des esprits célestes et des ministres du Seigneur que Judith entend parler en ce lieu, lorsqu'elle déclare: Que Dieu a placé son camp au milieu de son peuple pour le délivrer de ses ennemis. Il paraissait aux yeux des Hébreux une armée innombrable d'Assyriens qui assiégeaient et serraient de près Béthulie. Mais la lumière de la foi avait fait voir à Judith, comme à Elisée, une autre armée sans comparaison plus puissante, qui formait un camp céleste au milieu de cette ville. Et ce furent ces ministres du Seigneur qui imprimèrent tout d'un coup dans l'esprit de ces barbares un saisissement et une terreur panique qui les mit en fuite, et qui délivra en même temps Israël. Le camp de Dieu peut être expliqué encore de son tabernacle et de son saint temple, où il s'était engagé, en parlant à Salomon, d'exaucer son peuple, lorsqu'ils viendraient l'y prier de les délivrer de leurs ennemis.

Que si nous voulons entendre ces paroles de Judith en un sens spirituel et figuré, nous pouvons dire que Dieu a placé son camp au milieu de son peuple pour le délivrer de ses ennemis, lorsqu'étant venu s'établir au milieu de nous par sa sainte humanité, il a formé son Eglise, qui nous est représentée dans le Cantique comme une armée redoutable aux ennemis de notre salut. Que est ista, terribilis ac castrorum acies ordinata? (Sacy.)

(2) Et ad Iudaeam sita, qui aliquid habet à septentrione, aliquid ab ortu. (Grotius.)

Quamquam Assyria, et reliqua trans Euphratem regiones, aquilonares Iudae non erant, designari tamen à prophetis solent nomine regnum ad aquilonem. Id autem idcirco fit, quod gentes trans Euphratem venirent in Iudaeam per fines montium Libani et Hermonis, Iudae septentrionalium. Nec per Arabiam desertam rostitus erat quidem et brevis, sed difficile exercitus, quod careret aquis, lignis, pabulis, urbibus. Assyrium exercitum venisse ait Judith ex montibus, siquidem à montibus Cilicis venerat, descenderatque à collibus Palaestinae à Syria distinguens. (Calmet.)

(3) Familiare est Hebraeis torrentes cum valibus miscere, cum una eademque Hebraea vox *772* et *valis* sit et *torrentis*. Vox Graeca significare videtur obstruissse, vel dolo malo opplevissse torrentes locorum unde transibant ut incolae graecique sibi perirent; seu potius, multitudinem exhaustissse. Gloriatum Sennacherib aese copiarum suarum transitu flumine exhaustissse; idemque de exercitu Xerxis Graeci historici fluxant: *..... Epataque fluvium Neda* *Prudente*.

Ptolemaeus Philopator aggestis humo fontes omnes et rivos aquarum construxit. (Calmet.)

et equi eorum cooperuerunt valles.

6. Dixit se incensurum fines meos, et juvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, et virgines in captivitatem (1).

7. Dominus autem (2) omnipotens novit eum (3), et tradidit eum in manus feminæ, et confodit eum.

8. Non enim cecidit potens eorum à juvenibus (4), nec filii Titan (5) percussus-

(1) Hæc fretus multitudine Holoferne, quasi foret omni virtute fortunæque superior, sibi de victoria, quam spe certissimè deorârât, gratalatus, omnia omnibus minabatur, agris et messibus incendium, juvenibus qui arma tractare poterant, ferrum et exitium, infantibus prædationem, virginibus servitutem, et si quid putabatur servitute molestius.

(Vatablus.)

(2) Cui nullus potest resistere. (Lyranus.)

(3) Occidendo eum per manus feminæ, quod fuit valde confusibile. (Lyranus.)

Noctur enim Græcismus, pro nocet et, id est, delevis, in nihilum redegit. In Græco est *deirei*, est autem *deirei*, loco movet, irritum facio, frustror. (Menochius.)

Noctur enim Græcismus est, pro percussit eum, et sic etiam loquitur Pîntus in Mille, acta 5. Sed quâ manu percussit? (Tirinus.)

Conilia ejus dejecit: Frustratur enim est spe sua. (Calmet.)

(4) Juvenum nomine Hebræi designare solent milites. Græci et Latini libri hujus in terpres, legentes bis nomen gigantum, seu virorum roboris et proceritatis eximie, reddiderunt primò Titanes, quos fabula celebrat, filiorum Coeli et Telluris, qui omnibus viribus coelo pellere Jovem annis sunt, Sepingenta eadem voce Titanus reddiderunt Hebræum Raphaelum, nomen Gigantum apud Scripturam. In Regibus legunt illi: In valle Titanum, pro valle Raphaelum, quod est in Hebræo. Syrus hic reddit: Nec quisquam de filiis potentium percussit, nec viri statim colat aggressi sunt eos. Ut jam animadvertimus, Græci libri hujus interpretes Græcos scriptores fortasse legerat. (Calmet.)

(5) Id est, excelsi gigantes, ut explicans subdit. Quæres qui sint filii Titan, vel, ut Græci est, Titanum? Resp. Titan vel Titanus fingitur à poetis Coeli et Vestæ, id est, terræ filius, ac Titanes eorumdem filii, de quibus Virgil. 6. *Æneid.* :

Hæc gens antiquum terror, Titania pubes,

Fulmine dejecti, fœdo saluante in imo.

« Terra, inquit Servius, primùm Titanas contra Saturnum genuit, gigantes postea contra Jovem. Et ferunt fabula Titanas ab irâ et contra deos terræ, ad ejus ultionem creatos. Unde et Titanes dicti sunt *deî rîc titan*, id est, ab ultione, Jupiter enim dejecit eos in Tartara. Tradunt Titanas sex fratres fuisse, et quinque sorores, à Tîetâ matre dictos, ut auctor est Diodorus: ex quibus unus fuit Japetus, pater Promethei. Hiperionque ex Titanum numero est, qui solis ac lunæ, stellæ-

rempli les torrents; et sa cavalerie couvert les vallées.

6. Il avait juré de brûler mes terres, de passer mes jeunes gens au fil de l'épée, de donner en proie mes petits enfants, et de rendre mes filles captives.

7. Mais le Seigneur tout-puissant l'a frappé; il l'a livré entre les mains d'une femme; et il l'a percé.

8. Car ce ne sont point les jeunes hommes qui ont renversé celui qui était puissant

remque motus observasse atque demonstrasse primus fertur, idèoque solis parens et astorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titania, à poetis dicuntur. Cicero in Arato 7 :

Quem cùm perpetuo vestisit Æmine Titan.

Ovidius 3 Metamorph. 35 :

Dumque ibi periturus solis Titania lymphæ.

Titan ergo est epitheton solis. Sol enim vocatur coeli et terræ filius, quia manet ex terrâ et mari nasci et oriri videtur, idèoque et Jovis filius in coelo quasi domo paternâ refulget. Hinc multi Titan derivant ab Hebr. *טִּיטָן* *tit*, id est, *latum, liens, terra*, ut à *tit* dicta sit Thetis et Tuxa sex Titanum mater. Alii Titan à *titis* deducunt, id quod Titan, id est, sol, quaquaversum radios suos expandat. Porro Titanam esse terram, ex quâ prodierit sol et luna, fabulantur poète. Terra enim variâ habuit nomina. Nam, ut ait M. Varro, apud S. Aug. l. 7. de Civit., terra sive tellus dicta est ope, quod ope et culturâ fiat melior; et mater, quod plurima pariat; et alma, quod cibum parit; et Proserpina, quod ex eâ proserpant fruges; et Vesta, quod vestiatur herbis, vel, ut alii, quod vi sua stet. Unde extat hymnus Titanos apud Orpheum. Hinc secundò per filios Titan posset accipi Phaeton cum suis sobole, quem poète dicunt esse filium solis, qui dùm equos currumque solis incautè regeret, omnia in terris ardore solis combusserit; q. d., Holofernem non percussit sol aut Phaeton, sed femina Judith. Tertio nonnulli per Titanes coeli et terræ filios significari putant spiritus et ventos (item procellas et fulmina) quæ ex coelo, id est, ab ære in terram demissi, in eâ occultantur, à verbo *titis*, id est, *extendo*, id quod venti extendentes manus suas et vi agentes, injuriam faciunt, unde terræ motus exoritur, quo multi pereunt; q. d. : Non venti, non procellæ, non fulmina, non terræ motus, sed unica mulier prostravit Holofernem. Hæc fuit quod Pausan. in Corinth. scribit in Titanis colle apud Siëyonios fuisse aram ventorum positam, in quâ quotannis sacerdos sacrificabat ad mitigandum ventorum feritatem. Primus sensus uti communior, ita congruentior est; Titanes enim erant gigantes robustissimi, quibus nemo resistere poterat. Unde proverbium : *Titanicus aspectus*, id est, torvus, ferus et horrendus. *Titanibus et Cræo* (tempore et Saturno) antiquior Titanus imploratur. Vide Apollodorum initio l. 1. de Origine deorum, Hesiodum in Theogoniâ, Giraldum et alios.

Nota ex S. Hier. in c. 5 Amos v. 8, et S. Greg. 9 Mor. c. 6, interpretes tam Septuag.

runt eum, nec excelsi gigantes, opposuerunt se illi (1), sed Judith filia Merari in specie faciei suae dissolvit eum.

9. Exiit enim se vestimento viduitatis, et induit se vestimento luctus in exultatione filiorum Israel (2).

10. Unxit faciem suam unguento, et colligavit cincinnos suos mitrâ (3) : accepit stolam novam (4) ad decipiendum illum.

11. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus (5) : pulchritudo ejus captivam fecit

quam nostrum subinde Hebraei nomina, quae apud eos aliter appellantur vocabulis fabularum gentium Graecorum et Latinorum in linguam Graecam et Latinam transferre, non quasi fabulae narrent aut probent; sed quia non bene nec plene intelligimus id quod dicitur, nisi per ea vocabula quae usu didicimus, et quasi cum lacte combibimus, ait S. Hier., maxime quando fabulae ex S. Scripturae ortum ducunt, ut hic fit. Fabula enim Titani ex historia gentium. Genes. 6, v. 4, et c. 11, 4, facta et ficta est. Sic Sept. Job. 42, 14, pro cornu scribitur vertunt cornu Amaltheae, quam poetas fingunt esse equestrum quae lacte suo Jovem nutrivit. Sic Thren. 4, 5, noster vertit lamias, cum in Hebr. ait צממון Tammam, quae vox dracones vel hyantes et terribiles monstra significat, quales sunt lamiae. Idem est iudicium de Arcturo, Orione et similibus, ait S. Hier., quorum mentio fit in Job et prophetis; de quibus poeta:

Arcturum, pavorisque Hyadas geminosque Trienes,
Armatusque auro circumspicit Oriona.
Filii ergo Titan vel Titani sunt filii gigantum id est, gigantes vastissimi, fortissimi et robustissimi. (Corn. à Lap.)

(1) Judith voluit relever extrême ment la grandeur et la puissance de Dieu, déclare dans son cantique d'action de grâces, et fait entendre à toute la terre qu'il n'avait point employé le bras des hommes robustes et des géants, pour renverser le superbe qui se glorifiait vainement de son pouvoir et du grand nombre de ses soldats; mais qu'une femme l'avait détruit par l'éclat de sa beauté. Nous ne répéterons point ici ce que nous avons marqué auparavant, pour expliquer comment cette femme si sainte et si chaste put se servir sans pécher de l'éclat de sa beauté pour le surprendre, et pour lui couper la tête. C'était un impie que son orgueil et ses blasphèmes contre le vrai Dieu avaient livré, comme dit saint Paul, au dérèglement de son cœur, et à toute sorte d'impuretés.

Que si Judith trompa Holoferne par la beauté de son visage, et si Dieu même augmenta cette beauté, pour faciliter l'exécution du dessein qu'il lui avait inspiré, Jésus-Christ a pris sans doute une voie bien opposée, pour surprendre et pour vaincre le démon, figuré par Holoferne, puisque le piège qu'il lui a tendu, a été la difformité étonnante de sa passion et de sa croix, qui, ne pouvant être regardée par cet

parmi eux; ce ne sont ni les fils de Titan qui l'ont frappé, ni les géants d'une hauteur démesurée qui se sont opposés à lui; mais c'est Judith, fille de Mérari, qui l'a détruit par la beauté de son visage.

9. Car elle a quitté ses habits de veuve, et s'est parée de ses habits de joie, pour relever les espérances des enfants d'Israël.

10. Elle a mis sur son visage du parfum; elle a arrêté ses cheveux par une élégante coiffure; elle s'est parée d'une robe brillante pour le séduire.

11. L'éclat de sa chaussure l'a ébloui; sa

esprit orgueilleux, que comme disproportionnée et même opposée infiniment à la majesté du Dieu de gloire, lui persuada qu'il n'était qu'un homme simple, et non le Dieu tout-puissant. Ainsi une femme comme Judith parée magnifiquement, et tout éclatante de cette beauté qu'elle décrit elle-même dans ce chapitre avec grand soin, était l'instrument que Dieu jugea propre pour humilier Holoferne dans l'élévation de son orgueil, et pour sauver Israël de l'épée des Assyriens. Mais un Dieu anéanti jusqu'à l'état le plus rabaisé de l'homme, et tout défiguré dans sa sainte humanité par les outrages et les opprobres de sa passion, était l'instrument que Dieu même regarda comme le plus digne de confondre l'orgueil de l'enfer, et de terrasser celui qui, comme Nabuchodonosor, avait entrepris de se faire reconnaître et adorer comme le seul Dieu dans toute la terre. (Sacy.)

(2) Nonne ad felicitatem, vel letitiam illis comparandum. Graecus: In sublimitate laborantium Israel. Syrus: In gloriam dolentium Israelis. (Calmet.)

(3) Mitra proprie est vitta pretiosa, geminis saepe ornata, qua vinciebantur crines, seu integumenta capitis principum hominumque illustrium. Idem quoque nomen usurpator de regio diademate, vel de ornamento capitis mulierum seu virorum, cui vitta haec seu fascia addebatur. Animadvertimus de mitrâ Judithae, integumentum esse capitis pretiosum. Hic non nisi pulchritudinem ejusmodi vittae, vincientis seu adstringentis hoc ornamentum capitis, celebrat. Alterum alteri non opponitur. Syrus fert: Ligavit diademata suas reticendo, nempe integumento instar retis.

(4) Graecus: Vestem, seu stolam, lineam. Erat stola promissa vestis genus, virile pariter et muliere apud orientales. Ex lineo confecti solebat. Veteres Orientales nullis ferunt nisi lineis vestibus utebantur. Linum verò Aegyptium et Judaeum candore et tenuitate maxime laudatur. (Calmet.)

(5) Quia per aspectum intravit concupiscentia ad sinum. (Lycanus.)

Ostendit quibus armis imbellis femina strato Holoferne Assyriorum vires dissipavit et fregerat, scilicet, ut habetur sup. v. 10: Redimitis capillos mitrâ, etc. « Mitra Syriacum, « diadema Graecum, vitta Latine, idem significat in lingua nostra: vinetum. » (Sculig. ad Varr.) Mitra erat proprie fascia pretiosa,

animam ejus : amputavit pugione cervicem ejus.

12. Horruerunt Persæ constantiam ejus (1), et Medi, audaciam ejus.

13. Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

14. Filii puellarum compunxerunt eos (2) : et sicut pueros fugientes occiderunt eos (3) : perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

15. Hymnum cantemus Domino ; hymnum novum cantemus Deo nostro.

16. Adonai Domine, magnus es tu (4), et præclarus in virtute tuâ, et quem superare nemo potest.

17. Tibi serviat omnis creatura tua, quia dixisti, et facta sunt ; misisti spiritum tuum, et creata sunt (5) : et non est qui resistat voci tue.

18. Montes à fundamentis movebuntur cum aquis : petrae, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.

19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia (6).

sapiens ornata gemmis, quæ capilli vel pilea hominum illustrium colligantur. Sape tegumen capitis mitra vocatur. Stola vestis erat adules usque demissa, quæ tum viri, tum femine utebantur. Orientalibus olim semper erat linea, candida, tenuis. Sandalium erat calceamenti genus constans suppamento et ligamentibus obstraguli vice, ita ut pars pedis superior esset conspicua. Ligamina sandaliorum mulierum divitum et bestiarum auro gemmisque fulgebant. (Vatablus.)

(1) Quia nullus erat in eis qui auderet se sibi opposere ad certamen singulare. (Lyranus.)

(2) Id est, homines imbelles atque delicati, viribus non comparandi cum hostibus, eos tamen percosserunt ac sancirunt. Causam subjungit, potentiam Dei, quam amplificat, ex eo quod per instrumenta infirma rem confecerit maximam; prius per feminas interfecit duces, deinde per homines penè confectos siti, et abjectos atque humiles, castra subvertit, usque adeo et armis copiosa, et instructa militibus. (Vatablus.)

sensus; sed ex isto ille oritur. Sensus percipient infelicissima illa capita ignem et vermes, et idcirco ejulabunt, et complorabunt, idque in æternum. Videtur tamen ista varietas ex unica littera, quam Græci addidit librari, exstitisse. Illa enim est *καλοειρα*, ardeant, illis *καλοειραν*, agebant, prout eodem in verbo non absimilis discrepantia occurrit 4 Corinth. 13 : *Si tradidero corpus meum, ut ardeam*, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Legit D. Hieronymus sub finem Commentarii ad Galat. 5 : *Si tradidero corpus meum, ut glorier, et subdit ipse causam* : « Scio, ait, in Latinis codicibus in eo testimonio, quo supra posuimus, *ARDEAM* haberi, pro *GLORIEM*; sed ob similitudinem verbi, quæ apud Græcos *αρεωμαι*, et *αρεωμαι*, id est, *αρεωμαι*, et *αρεωμαι* unâ litteræ parte distinguitur, apud nostros error inolevit. » Mirarer hæc à Lucâ Burgensi suis in notationibus tam illustrem variationem omissam, nisi alias complures, adeoque libros integros, in quibus et isto, ab eo præteritis viderem.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Verumne sit ignis qui altero in sæculo impiorum carnes depopuletur?

Quia huic questioni alius multò magis proprius locus, breviter dico, verum minimèque imaginarium aut metaphoricum illum futurum, quemadmodum docent theologi 4 sentent., distinct. 30, nominatim verò Sotus.

QUESTIUNCULA II.

Verumne vermes eorundem impiorum carnes depopulentur?

Negant plerique, et tam hic quàm Marci 9, Isaie 66, Ecclesiastici 7, v. 19, tratatè vermium nomine ipsos conscientie angores et cruciatus, quibus dies noctesque assidue infelices excruciantur et excarnificantur, intelligunt : vel certè, ut Marci 9 Maldonatus, eandem ipsam penam quam infert ignis. Non video tamen, verborum proprietas retineri cur nequeat. Ab eâ enim nos quid abstrahat? Num quia mixta, post judicium, corpora nulla erunt? At hoc incertissimum, et contrarium fortè probabilius. An quia vermes istos immortales cruciatus oportet? Primò quidem non est absurdum, cum immortalia esse supplicia oporteat, immortalia quoque eorum instrumenta esse. Ominò quemadmodum ignis ille dicitur extingui non posse, sic et vermis non mori, Marci 9; deinde, quid si fœ-

dissimas id genus res fœdissimè, apud inferos, interire cœlique concedamus? Fierent hæc omnia divino nutu, ut in hisce rebus, tanquàm instrumentis justitiæ suæ Deus uteretur. An denique quia fieri non potest, ut in ardentissimis illis flammis vermes maneat, neque consumantur? Sed qui hoc dicit, meminerit idem de damnatorum ipsorum corporibus dici posse. « Si, ut scriperant qui naturas animalium curiosè indagârunt, » inquit Augustinus, lib. 21 Civit., 4, salamandra in ignibus vivit; et quidam ætissimi Siciliæ montes qui tantâ distantia temporis atque vetustate, usque nunc et deinceps flammis æstuant, atque integri perseverant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet, consumi posse; » et cap. 5 : « Non admittit, inquam, ulla ratio, ut caro ardeat, nec assumatur; delectat, neque moriatur. » Ratiocinantes videlicet magis qui de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem. » Et verò cur in eodem verborum nexu ignis propriè, vermis non nisi tropicè sumatur? Cur significandi modo disjungatur, quæ sententia ipsa conjungit? Et nonne, ut igni, sic et vermibus sensibilis effectus, ut supra visum, tribuitur? Jam verò, ejus nullam sententiæ penitent, quæ beatæ, non ad necessitatem, sed ad corporum et sensuum honestam oblectationem, pulcherrima quedam è simplicibus composita corpora statuit, cum magni et sapientes in eâ ipsâ pridem sententiâ fuerint, S. Anselmus in Elucidario, Guillelmus Parisiensis, et apud eum, doctorum faciliè principes, Cartesiano teste in 4 sentent. Quid si, ad aliquam felicitatis accessionem, facit mixtorum quorundam pulchritudo, quidni et æterno inferorum miseriæ quidam veluti cumulus è vermicibus, pice, sulphure, aliisque id genus turpissimis teterimisque rebus, accedat? Et ne opinionis novitatem suspectam quis habeat, D. Hieronymo in Job 24, absurdi nihil videtur, unâ cum ignibus esse in inferno nives frigidissimas, eosque, qui illic torquentur, nunc quasi ignem ardentem sentire, nunc nimium ægeris incendium. » Glossa in Ecclesiast. 7 : « Caro iniquorum, quæ per luxuriam diffuit, igne inferni et vermibus cruciabitur. » Haymo in Isaie verba ultima : « Vermis, ait, et ignis in hoc loco potest intelligi conscientia peccatorum, quæ torquet omnes in supplicio constitutos; quare in præsentî sæculo vilis servientes caruerint bono, pro quo re-

munerentur. Unde quodam loco dicitur
 sic: Tinea comedit vestimentum, et vermis
 corrodit lignum, et ignis devorat ligna: sic
 moror et tristitia exacerbat cor viri. Iste ig-
 nis non exstinguitur, et vermis non morie-
 tur, quia illi aeternaliter in penis manebunt,
 et semper propria conscientia torquebuntur.
 Potest et ita intelligi, ut credatur in inferno
 ignis esse materialis, et vermis similiter,
 qui comedunt et devorant illorum corpora;
 licet quidam falsò dixerint corpus aerium
 esse, post generalem resurrectionem, et in
 teases auras dissolvendum. Idcirco autem
 vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguitur,
 quia esca illorum erant omnes re-
 probi, et ex ipsis reprobis erit materies ignis
 et vermis, qui tandè vivunt quandè ha-
 bent materiam quâ pascantur. Ribera, in
 Apocal., c. 19, cum essetne verum et propriè
 dictum apud inferos sulphur disputaret: « Re-
 spondeo, ait, verum sulphur esse apud in-
 feros, idque haud obscurè ex Scripturâ in-
 telligi. Nam igne et sulphure pluit super
 Sodomam et vicinas civitates: quam penam
 Judas Apostolus aeterni ignis penam esse
 scribit; sicut Sodoma et Gomorra, et fini-
 timae civitates, simili modo exfoecatae et
 abeuntes post carnem alteram, factae sunt
 exemplum, aeterni ignis penam sustinean-
 tes. Et apertius Apocalyp. 14: Et cruciabi-
 tur igne et sulphure in conspectu angelorum
 sanctorum, et ante conspectum Agni; et cap.
 20: Est diabolus qui seducebat eos, missus est
 in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et
 pseudopropheta cruciabuntur. Et cap. 21: Et
 vasa illarum erit in stagno ardenti igne et
 sulphure. Atque haec est communis ferè sen-
 tentia eorum qui hos omnes Apocalypsis lo-
 cos interpretantur, et Alphonsi Abulensis
 episcopi in Math., cap. 23, quoad 500, quam
 eisdem locis comprobatur. Licet in eo apud
 Isaiam, cap. 50, versu 53, metaphora sit,
 quòd status Domini gehennam succendere di-
 catur: « Memini, ait in Marci 9 Maldonatus,
 Chrysostomum et Theophylactum, verum
 esse in damnatis vermem qui eorum ardeat
 corpora, alicubi sentire. » Suarezius verò in
 3 parte tom. 2, disput. 56, sect. 3: « Multi,
 ait, affirmant futuros in inferno vermes,
 sulphur, et alia similia corpora mixta ad
 corpora damnanda crucianda. » Si multi
 hoc affirmant, neque hos alii aptè confutant,
 miretur nemo, si ad Scripturae proprietatem
 adhaerescam libenter. Calvinus quidem, lib. 5

Instit., cap. 15, § 12, meram in hisce verbis
 metaphoram collocat. Sed sanè merito, sibi
 coherentem, quia non Purgatorii modò, sed et
 omnem gehennae ignem verum sustulit, cum
 iste ignis ei aliud nihil ibidem sit quàm Dei
 ipsius indignatio.

QUESTIUNCULA III.

An ad praesens vel futurum aeternum poenae
 hic enumeratae pertineant?

Pertinere ad futurum videntur potius, pri-
 mò, quia cum simpliciter iudicii dies nomina-
 tur, neque aliud quod alium diem suadeat,
 adjungitur, utique magnus ille, quo generale
 iudicium futurum est, dies significatur. Dein-
 de, quia perspicuis verbis Graeco Latineque
 asseritur hasce poenas esse sempiternas. Li-
 cet enim quādoque sempiternum dicatur,
 quod longiori tempore permanet hoc in mun-
 do, quae tamen in unius hominis vitâ sempi-
 ternitas? quid in eo, qui brevissimo vivit tem-
 pore, qui fenum est hodiè, et cras in cibarium
 mittitur, aeternum? Multò verò minis illa ver-
 mibus qui cadaverum sanie pascuntur, aeterni-
 tas aut vitæ longitudo tribui potest. Sanè,
 cum Holofernes omniūque castra cesa et fu-
 gata essent, quae, praeter istam, alia eos om-
 nesque impios poena maneret, explicare voluit;
 et à mundi hujus suppliciis ad ea quae apud
 inferos sunt orationem transtulit, quemad-
 modum et Isaias verbis extremis: Egre-
 diantur, et videbunt cadavera virorum qui perjurati
 sunt in me; vermis eorum non morietur, et ignis
 non exstinguitur. Horum enim verborum quem
 ipso Christo interprete meliorem velimus? At
 ille Marci 9: Bonum est tibi debilem introire in
 vitum, quàm duas manus habentem ire in gahennam,
 in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum
 non morietur, et ignis non exstinguitur. Merùm-
 que et terribè postea vers. 46 et 48. Si libeat,
 in hac expositione numerare liceat Lyrarum,
 Carthusianum, et Glossam interlinearem hic
 Abulensem in Math. 23, q. 553, ad 4.

QUESTIUNCULA IV.

Sintne ignes et vermes isti sola impiorum corpora
 cruciaturi?

Dabit, ait nostra Judith, Dominus ignem et
 vermes in carnes eorum. Solas carnes memorat,
 non animos; et quomodo rem corporis exper-
 tem, corporea natura crucietur? Quae corpora
 in spiritum actio physica? Perpulit physiolo-
 gia haec oñm nonnullos, ut meras ignium ver-
 miumque metaphoras comminarentur; aliq

verò ignem soli cruciando corpori, improprios verò soli animo vermes affingerent. Sed quia disputatio copiosior alterius loci est, videatur loco citato art. 2, Scotus, D. August. lib. 21 Civit. c. 4 et sequentibus; Abulensis loco citato, Otho Frisingensis lib. 8, cap. 23. Carnis verò nomen etsi non rarè pro hominibus ipsius ponitur, ut Paul. 61: *Omnia caro ad te veniet*; Joëlis 3; Actor. 2: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*; quia tamen accuratè dicitur, *in eorum carnes*, propriè has intellige, quæ post magni judicii ultimè diem his etiam tormentis exurendæ, lacerandæ divexandæque sunt. Qui porro textus de carnibus id affirmat, de animis tacet ille quidem, sed non inficiatur, idèque et hi ab illis carnificinam quandam veram et propriam perpensuri sunt; non quasi naturæ vi verum possint animis dolorem extrinsecus inurere corporeæ ullæ res, sed ipsius Dei potestate, cùm justitiæ illæ divinæ instrumenta tantùm sint.

Sextum eorum quæ ante Judith mortem post victoriam facta sunt, est quiddam, ubi Hierosolymam attigissent, confestim egerunt et populus, et Judith, vers. 22, 23. De populo tria recensentur: Primum, in gratiarum actionem, Deum adorant. Nam quod Latinus ait venisse populum adorare Dominum, paulò clarior in Græco est, ut Hierosolymam venerant, Deum adorant. Alterum, purificationem esse populi; ob eades, videlicet bello licet justo, illatas, cadaverumque ipsorum strages et coactas. Ha enim præceperat Dominus Numer. 31, v. 24: *Lavabitis vestimenta vestra die septimo, et purificati postea castra intrabitis*, hæcque consuetudo servabatur, ut ait secundus Machabeorum esp. 12, vers. 50. Tertium, obtulerunt omnes hostiæ, et vota, et reparationes suas. Vota Græcè vocantur *ta tesona*, id est, spontanea, quæ aut scilicet sponte, non ullo legis præcepto quispiam offert, ut in votis fit, quæ non jubentur, sed in ejusque arbitrio sunt. Reparationes verò *ta depra*, id est, dona, quæ spontaneis vel per exegem adiunguntur, vel à spontaneis ita distinguuntur, ut spontaneorum nomine sacrificia servitæ et exigentia continentur; dona verò, quæ simpliciter oblationum nomine importantur, et Deo consecrantur, ut spoliis primitiæ, aurum, argentum, vestes, et similia, cujusmodi paulò post in Judith enumerantur, et legimus Num. 31, Chiliarcharum et Centurionem, ob admirabilem exercitûs incolumitatem, donariæ vers. 50,

52. De Judith ergo subjungitur vers. 25, Duo universa, quæ populus ipsi dederat, nominatim verò illud etiam cenopem, quod ex Holofernis cubiculo attulerat, in anathema oblatum. Istud anathema non est detestatio, vel detestationis signum; sed illustre donum, quod Deo dicabatur, et in templo reponebatur, et ipsa etiam scriptura ab illo differt. Illud enim est *anathema* hoc *anathema*, idèque ex Græco constare videtur, nostro in Latino redundare, oblatum. Nam ad memoriam istud potius valebat, non ad execrationem et nominis oblivionem, ut vel ex Numerorum citato capite v. 54, perspicuum. Nam quod victores illi grati obtulerunt, suscepit Moyses et Eleazar pontifex, suscepitque invulerunt in tabernaculum testamenti, præcedentes tunc illi Isaac, Isaac Kyplos, in monumentum filiorum Israel coram Domino. Quia tamen in correctis Bibliis oblatum ista retinetur, explicandum erit anathema oblatum, id quod contra oblivionem faciat, ab eoque ipsam Judith vindicet. Dicebat Lollio suo Lyricus:

Nam ego te victi
Chartis incensum olebo.
Tate tuos patris labores
Impono, Lolli, corpore livido
Oblationes.

Multò verò minus lisdem oblationibus, te, & sanctissima vides, obnoxiam, ullo quantumvis longissimo spatio, esse patitur ista tua tanta in Dei domum munificentia. Verò, quod ille addit:

Est animus tibi
Rerumque prudens et secunda
Temporibus, dubitque rectus;
Vindex anare fraudis, et abstinent
Ducentis ad se cuncta pecunia.

Si enim pecuniam amares, si quæ ad te cum ducta, te duceret, si domum tuam præ Dei templo ditatam ornatamque malles, non argentum, aurum, vestem, gemmas et alia, quæ tantis è manubiiis ad te meritissimo venerant, illic consecrasses, et quidem anteveras, nullam ut partem vel minimam retineres. Hoc exemplum imitatione dignissimum censuerunt nostri Constantini, Theodossi, Justiniani, Henrici et Caroli, qui tantâ munificentia tot sacras aedes excitarent, locupletarent. Nos verò, quibus res angusta, imò et nulla domi, ad Ecclesiam dignitatem, laborem et ingenia consecramus. Discipulo cuidam suo ingeniosissimo et polioribus reconditiis quæ litteris excolissimè (Licentius vocabatur)

scribat S. Augustinus epistolâ 39 : « Si ca-
« licem aureum invenisses in terrâ, donares
« illum Ecclesie Dei, Accepisti à Deo inge-
« nium spiritaliter aureum, et ministras inde
« libidinibus, et in illo Satane propinas te-
« ipsum ? »

Septimum, ex hisdem octo propositis, quid
deinceps Hierosolymis populus et Judith fe-
cerint, vers. 24, 25 : *Erat populus jucundus re-
caudus faciem sanctorum*, id est : « Latabatur,
« inquit Carthusianus, spiritali lætitiâ, secun-
« dùm apparatus hominum virtuosorum, et
« sicut in faciebus sanctorum virorum, « sed
« ex interiori sinceritate et jucunditate in-
« ternâ, jucunditas quidam forinsecus, et
« claritas reducere, Hoc est gaudium quod in
« Domino vocat S. Paulus Philipp. 3 : *Gaudete
« in Domino semper, iterum dico, gaudete*. » At-
que hoc magnum quidem est, sed nunquam
inane, immoderatum, profusum, cui adsint
comessationes, ebrietates, libidines. Post de-
victum Orientem describit extremo lib. 9 Cur-
tium ingentem Alexandri Macedonumque læti-
tiam. « Ille victos per quos iret (historici
« verbis loquer) floribus coronisque sterni ju-
« bet; liminibus ædium crateras vino reple-
« tos, et alia eximie magnitudinis vasa disponi;
« vehicula deinde conspirata, ut plures capere
« milites possent, in tabernaculorum modum,
« ornari, aliâ candidis velis, aliâ veste pre-
« tiosâ. Primi ibant amici et cohors regia,
« varis redimita floribus coronisque. Alibi
« tubicinium cantus, alibi lyre scintille audie-
« batur. Item in vehiculis, pro copiâ cujusque,
« adornatum adornatis comessabundus exer-
« citus armis, quâ maximè decora erant, cir-
« cumpendentibus, ipsam, convivasque cur-
« rus videbat, crateris aureis, ejusdemque
« materie ingentibus peculis prægravis. Hoc
« modo, per dies septem, « bacchabundum
« agmen incessit. » Non est hoc gaudium in
« Domino, non jucunditas, et lætitiâ secundum
« faciem sanctorum; quin et historico ipsi ea
« ipsa, *militia prætorum* appellatur, additque :
« Si quid victis saltem adversus comessantes
« animi fuisset, mille Hercule viri, modò et
« sobrii, septem dierum crapulâ graves in suo
« triumpho capere potuerunt. » Est verò et
« expositio altera, ut accusatio *faciem sanctorum*
« *eae jucundum*, sit in templi conspectu, ante
« adyta et Sancta ipsa, sacrificia Deo varia, ho-
« locausta et pacifica in gratiarum actionem
« offerre, simulque bibari et epulari. Nam sa-
« cræ, post victimas hostiasque immolatas,

epula jam notæ satia. In conspectu Domini
permasserant olim deprecantes et jejunantes,
c. 4, v. 15, idemque nunc in conspectu Domini,
coram sanctuario letantur. Multò tamen hoc,
quàm Alexandrum illud, gaudium fuit, ut
purius et sanctius, ita etiam constantius et
productius. Nam per tres menses *hujus victoria*
« gaudium celebratum est cum Judith, quia et
« ipsa Hierosolymis per aeris navigationem, cum ip-
« sis manebat. Utroque autem modo lata, se-
« cundum faciem sanctorum, jucunditas acce-
« piatur, ejus præclarum exemplum est in
« famosâ illâ, de quâ in superiori capite, Chri-
« stianorum contra Sarracenos victoriâ, prout
« lib. 11, cap. 21, sub finem, explicat citatus
« Mariana, et c. 25, ipsemet, qui belli caput
« erit, Alphonsus Castellæ rex, in suis ad Inno-
« centium pontificem litteris, ubi vel pauca hæc
« ejus verba indicant : « Nos insequentes eos
« usque ad noctem, plures tamen insequendo
« interfecimus, quàm in bello; et sic bellum
« Domini à solo Domino, et per solum Domi-
« num est feliciter consummatum. Deo autem
« honor et gloria, qui cruci suæ dedit victo-
« riam, per Jesum Christum Dominum po-
« strum. Fuerunt autem milites Sarraceni
« (ut posset verâ relatione didicimus à qui-
« bundam regis Sarracenorum, quos captivos
« cepimus) centum octoginta quinque millia
« equitum. Peditum verò non erat numerus.
« Occubuerunt autem ex parte regis Sarrace-
« norum centum millia armatorum et amplius
« secundum æstimationem Sarracenorum,
« quam postea accepimus. De exercitu autem
« Domini, quod non sine grandi gratiarum
« actione recitandum est, quod incredibile
« est, nisi quia miraculum est, vix viginti
« quinque Christiani, aut triginta de toto exer-
« citu occubuerunt. O quanta lætitiâ ! O quæ
« gratiarum actiones ! nisi de hoc dolendum
« sit, quòd tam pauci martyres de tanto exer-
« citu ad Christum martyrio provenerunt. Ut
« autem magna eorum multitudo credatur,
« cum exercitus noster in castris eorum post
« bellum, hîdum fecerit moram, ad omnia
« incendia quæ necessaria erant in coquendis
« cibis, et pane, et aliis, non combusserunt
« alia ligna, nisi de sagittis et lanceis eorum
« quæ remanserunt, et vix potuerunt combure-
« re medietatem. Cùmque Dei exercitus pro-
« pter longam moram factam in locis eremis
« et in cultis, deficeret in victualibus et aliis;
« ibidem tantum invenerunt tam ciborum
« quàm armorum, necnon etiam dextrariorum

et aliorum jumentorum copiam; quæ accipientes unusquisque ad suam de suis omnibus voluntatem plus ibi dimiserunt ex magnâ abundantia, quàm ceperunt. Et in extremâ litterarum clausulâ: « Hæc, sanctissime Pater, vobis scribenda decernimus, pro auxilio totâ Christianitati impenso, gratias quas possumus exhibentes; et humiliter supplicantes, ut vos, quem Dominus ad summâ sacerdotû gaudium elegit, ei, cum sacrificio laudis, pro salute populi immoletis. » Porro Hierosolymis congregati tanto numero Israelitæ, post dies illas, id est, post trimestre hoc tempus, abierunt, vers. 25, quibet in domum suam, seu, ut Græcus habet, in hereditatem suam, in quo et de Judith hoc ipsum disertè notatur: *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει.*

Octavum tandem et postremum eorum quæ ante Judith mortem dicenda fuerunt, est, eorum quæ reliquo vitæ tempore Judith gesserit, vel olim jam gesserat, quædam velut summa, in quâ ista quinque: Primum vers. 25: *Magna facta est in Bethulâ, et preclarior erat universæ terræ Israel*, ita ut, quod in Græco de totâ terrâ est, Latinus modifcet, ne interpretetur *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει*, scilicet Israelitid. Secundum, vers. 26: *Erat etiam virtuti castitas adjuncta*. Et summa hæc ejus castitas probatur eò quod neque ante factum hoc, neque postea, unquam nubere voluerit. Et multa tamen, quæ ad nuptias invitarent, ei suppeditabant. Sed de his postea. Tertium, vers. 27: *Erat diebus festis procedens cum magnâ gloriâ*. Quoniam verò procedebat? Ex appositione dierum festorum colligere datur, processisse Hierosolymam, quemadmodum Anna Samuelis mater, 1 Reg. 1, beatissima Virgo, Luca 2. Sed gloriâ, quæ illa tam magna? Renovabatur scilicet quodammodò semper prima ejus post victoriam processio. Comitatus aderat maximus; ejus laudatio iterabatur; canticum repetebatur, omnisque ille coronarum, thyrsorum et organorum apparatus. Et processionis nomen fuit veteribus pro itione ad templa et synagagas usitatum, quemadmodum apud Tertull., lib. 2 ad uxorem, libro de Præscript. adversus hæret. cap. 43, D. Ambros. serm. 8, D. August. lib. 22 de Civit. 8. In Græco tamen evanuit festorum dierum notatio, tantumque remansit: *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει.* Quartum, vers. 28:

Mansit in domo viri annos 105. Pro mansit, Græcè ἔμμενε, id est, consensuit. Quintum, ibidem: Dimisit abram suam liberam. Ea libertatis toti Judæorum populo restituenda formula, comes adjunxitque fuerat. Libertate igitur meritò donata, nec dubito quin et opibus et optimis ex Belofernianâ prædâ spoliis. Atque hic observandus gratus dominæ erga ancillam animus, quem etiam natura gentiles ipsos docuit, uti libertarum libertorumque apud Romanos tam varia et nomina et jura ostendunt.

DE HIS QUÆ POST JUDITH MORTEM TRAHIT TEXTUS.

Quæ post Judith mortem contigerint, quætor hic in textu subtexantur, vers. 28 et sequentibus, ejus nimirum sepultura, populi luctus, reipublicæ tranquillitas, Ecclesiæ pietas ac religio.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quoniam ætatis sue anno, mortem Judith obiit?

Tres sunt opiniones: Prima, è vitâ mi grasse ipsam anno ætatis sue quinto supra centesimum; altera, centesimo et vicesimo quinto; tertia, centesimo et quinquagesimo. In Suidâ ita legitur: *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει.* Reversas habens in domo suâ virtutem et exercitationem, mortis est, cum vixisset annos 150. Sed, quæ ordine mihi prima fuit, eadem et veritate primas tenet. Nam Latinus textus, etsi paulò est obscurior, è Græco tamen ei luminis aliquid affundi potest. Sic enim ille vers. 28: *Mansit in domo viri sui annos centum quinque. Videtur tempus describi vel à viri ejus morte, vel etiam à nuptiis cum eo initis, quando in viri domum ducta est.* Græcus tamen ab ipsius Judith ætate tempus hoc ordiendum ostendit. *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει.* Id est, consensuit usque ad annum ætatis quintum et centesimum; non, viro suo mortuo, ejus relinquens domum, sed in eâ deinceps permanens. Sicque ipsius vitæ tempus definierunt Sulpitius in Historiâ, D. Athanasius in Synopsi: « Mortua est, inquit, postquam in viduitate honestè vixisset, ætatis anno centesimo quinto. » Rabanus in hunc locum, Zonaras Annalium tom. 1: *ἡ δὲ Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει, Ἰουδίτῃς ἀπὸ Βηθουλίου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐμενέει.* Domum reverit, et consensuit in castitate, et mortua est, postquam vixisset annos quinque et centum.

Quomodo igitur scribere audeo loco citato Wittakerus: « In capite ultimo legimus Juditham vixisse supra annos 105 »? Nam istud *supra*, ipse textui adjicit. Mansit verò post viri obitum et preciarum suum hoc factum quondam vite sue partem residuam, in viri domo, cum vixisset annos centum quinque. In Suida verò ortè pro *pro*, legendum *pro*.

QUESTIUNCULA II.

Quid ætate ad Holofernem fecit?

« Quando, ait loco citato Wittakerus, Holofernes in Judæa fuit, Judith non exccsserat florem ætatis. Nam et pulchra admodum fuit, et Holoferni placuit, et puella vocatur, cap. 12. » Si florem ætatis certo annorum numero definisset, commodius ei responderi posset. Nam in his quibus vita brevior, est et ætatis flos brevior. Quæ diuturna sunt, eodem etiam corporis viribus et formæ vigere diutius et florere assolent. Sux igitur ætatis anno minimè quadragesimo videtur ad Holofernem fuisse Judith. Tum enim videri adhuc potuit pulcherrima, partim eà quæ ipsi divinitus indita est, c. 10, v. 4, pulchritudine, partim eà quæ ipsi naturalis fuit. Non enim olim tantum, cum ferè esset hominum vita productior, feminarum nonnullæ suam adhuc venustatem retinebant anno ætatis quadragesimo et quinquagesimo, sed etiamnum hodiè, uti, si quidem minis videretur credibile, vivis adhuc et spirantibus exemplis comprobari posset. Atque idcirco illa ipsi tantoperè placuit Holoferni. Puellam vocat, cap. 12, Bagas eunuchus, primò quia ob eximiam pulchritudinis venustatem, tenella etiamnum puella videbatur; deinde solent libenter, qui feminis blandiri, easque ad facias illicere procarique volunt, puellæ nomen dare. Sciebat marito adjectam Holenam Phryx ille adulter, eam tamen affabatur:

*Da mihi te facili, nec dedignare meritum,
Rure Therapnæ nata puella, Phrygem.*

Tertiò ipsamet Judith, cap. 11, vers. 4, sese per demissionem vocat Holofernis ancillam, et sepit eodem capite, et 12, *ancilla*, id est, ancillam. Alludit ergo ad ipsius Judith verba eunuchus, et molliùs illud proponit, et quidem novo cum blandientis lenocinio *ancilla* *pulchra puella*. Hanc enim ex carum numero putabat, de quibus ille:

*Delectant etiam castos præconis formæ;
Virginitas cæcis est gratior forma sua.*

Blandit molles, aureque juvenia verba

Affer, et adventu læta sit ipse tuo.

Juvenem verò eam, loco infra citando, vocavit sanctus Fulgentius, partim ob egregiam formæ speciem, partim ob ipsam etiam ætatem. Nam libro de die Natali, cap. 14, ait Censorinus, à juvendo rempublicam dici juvenem, horumque annos porrigi ad annum 45; Judith verò etiam infra quadragesimum quintum fuisse dici potest, et non maximopere rempublicam tum juvit?

QUESTIUNCULA III.

Quot annos vidua Judith fuerit? et nam ei hæc laudi viduitas?

Si suæ, ut dictum est, ætatis anno quadragesimo, vel præter propter, se ad Holofernem Judith contulit, et ante annos tres et menses sex, ejus vir in vivis esse desiderat, cap. 8, vers. 4, colligitur, cum vidua esse inciperet, annorum fuisse 36, aut circiter, quibus si annos qui ad totam ejus vitæ spatium, quod centum et quinque annis circumscripsit quasi-secula prima, explendum residui sunt, adicias, in viduitate permanserit annos 69, et quod excurrit.

An verò in viduitate istiusmodi permanere laudi dandum sit, respondendum aliter, si Jovinianum hæreticum, adversus quem totis duobus libris pugnavit D. Hieronymus, et si nostri temporis novatores consulamus; aliter, si Evangelistas, Apostolos et sanctos Patres. Viduitatis illi statum vituperant, conjugio, et secundo, et tertio, et si velis, quarto, quinto et quæcumque cuique libebit, excoquant, ab eaque sermonibus, libris, exemplis maximè aveant. Hi verò secus omnia. S. Lucas, c. 2, v. 36, demonstraturus quantæ sanctitatis et auctoritatis Anna illa fuerit, quæ Christo Domino tam illustre testimonium dedit, ab ipso ejus viduitatis commendationem etiam petit: « Hæc, ait, processerunt in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sub. » Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor. » D. Paulus 1 Corinth. 7, vers. 8: *Dico autem non nuptiæ et viduæ: Bonum est illis si sic permanserint sicut et ego.* Et v. 27: *Solutus es ab uxore? Noli querere uxorem; vers. 32: Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; vers. 36: Mulier insupta et virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta, et corpore, et spiritu. Tandem de eà formulâ quæ in matrimonium aliquando venerit, sub capitulis finem, vers. 39 et 40, tria veluti effusa proponit. Primum est, quid vivente ad-*

huc marito, eam facere oporteat. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit.* Alterum, quemadmodum, eo mortuo, bonum sit, possitque illa matrimonium iterare. Quid si dormierit vir ejus, cui vult subat: tantum in Domino. Tertium, quemadmodum eodem mortuo, melius adeoque beatius sit, non iterare matrimonium, sed viduitatem retinere. *Beatior erit, si sic permanserit, secundum meum consilium.* Puto autem quid et ego spiritum Dei habeam. S. Ignatius, Epist. 8 ad Philippenses, et Epist. 10 ad Smyrneneses, maximo in honore istiusmodi viduas habet. D. Ambrosius, libro de Viduis toto, viduitatis elegia canit quam plurima, et quidem post libros de virginibus illum de Viduis librum ita ferè orditur: « Non inhonoras debuimus preterire, et à virginum præconio separare, quas apostolica sententia cum virginibus copulavit. Juxta quod scriptum est: *Et mulier inupta et virgo cogit ut que apud Domini, ut sit sancta corpore et spirite.* Quodammodò enim magisterium virginis, et viduarum valet exemplis. Quæ cum viro castum cubile custodiunt, documento virginibus sunt, integritatem Deo esse servandam. Et propemodum non inferioris virtutis est, eo abstinere conjugio, quod aliquando delectaverit, quam conjugii oblectamenta nescire. In utroque fortes; ut eas et conjugii non possint, cui fidem servant, et conjugalia oblectamenta non allectant, ne videantur, infirmæque sibi adesse non possunt. Divus verò August., libro de Bono viduæ c. 5: « Et bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia viduæ. Hoc ergo melius illius boni submissione honoratur; non illud bonum melioris hujus laude damnatur. » Rursumque c. 4, 7, breviter: *Beata est Ruth; sed Anna beatior.* Illa enim ad nuptias alteras transit; hæc post primas vidua persistit. Summus D. Augustini non tam imitator quam imago S. Fulgentius Epist. 2, c. 6: « A muliere, ait, nupta, mulier inupta et virgo, non parvè gradus dignitate discernitur, quandoquidem nupta cogitationibus mundanis tenetur obstricta; mulier autem inupta et virgo carnalibus tribulationibus non subicitur, quia carnalis matrimonii vinculo non tenetur; ubi certior est corporalis atque spiritalis continentie libertas, quia nulla est ex conjugali servitute necessitas. Utrumque igitur donum Dei est, conjugalis pudicitia, et continentia viduæ. » Et postea: « Beata quæ illicitum con-

cubitus turpitudinis horrore non appetit; sed beatior, quæ licitum majore puritatis amore contemnit. Beata, quæ alligata viro sic vivit, ut soli viro carnis suæ debitum reddat; sed beatior, quæ soluta sic permanset inupta ne debeat. » In eandem sententiam locuti complura sunt, D. Epiphanius in hæresi Apostolicorum, D. Hieronymus l. 4 contra Jovinianum, Epist. ad Principiam, Salviam, Furiam, D. Chrysost. hom. 69 in Joannem, hom. 5 de Pœnit., hom. 6 in 1 Thessal., hom. 10 et 15 in 1 Timoth., hom. 7 in 2 Tim., alii, de quibus l. 3 de Continentia Claudius Espencus. Et sanè, si apud Deum et homines in laude meritò ponitur perpetuam virginitatem tueri, non etiam laudandum, quod huic proximum est tenere, aliosque thalamos declinare? Hoc igitur est quod in Judith nostræ textus laudat, imitandumque proponit vers. 26: *Erat etiam virtutis castitatis adjuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.*

QUESTIUNCULA IV.

Quæ laudatorem Judith viduitatem efficiunt?

Etsi conjugio melior et laudatior viduitas est, in hæc tamen ipsa possunt gradus quidam inesse, ut ostendit libro de Bono viduæ, c. 14, D. Augustinus, et lib. de Viduis D. Ambrosius. Ad summum verò gradum Judith viduitatem erectam penè fuisse docet hæc. Primum univira fuit vidua. Possunt enim cum laude alloqui viduatum suscipere digamæ et trigamæ. Atque hoc textus indicat, dum ait: *Ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.* Alterum, ætas ad nuptias ei adhuc aderat valde habilis, juvenus nimirum, vel certò constans et robusta ætas, uti supra patuit. Tertium, forma insignis. Quartum, facultates amplissimæ. Quintum, honor et gloria, post generosissimum præsertim facinus hoc illustrissima. Sextum, consecuta reipublicæ quies, magna rerum ipsius omnium prosperitas. Septimum, insitus quidam hominibus amor sui et generis et nominis propagandi. Quomodo enim non optaret semper esse quam plurimos qui Judithæ stemma, Merari stirpem, Manassæ nomen tuerentur, et è tam nobili tamque fructuosa radice orti, tantæ victoriæ, tantique decoris apud posteritatem essent non testes modò, sed et hæredes perpetui? Octavum, magna eorum multitudo, qui ipsius ambirent rogarentque conjugium. Etsi

enim id à tam multis quæ jam dicta, quæque amatores et conjuges astrahere solent, manifestum, signatè tamen addidit Græcus textus: *Καὶ τοὺς ἐκείνων αἰετὶς, καὶ οὐκ αὐτὸν δεδιόντων.* Nonum, qualitas eorum qui eam conjugem prehensabant. Neque enim viles aliquos fuisse putandum, sed summos et in Israëlitarum gente principes viros, opulentia fortè superiores, pietate ac religione, quàm ab ipsâ spectari maximè sciebant, præstantissimos. Decimum: illo tempore, quemadmodum virginitatis perpetuæ vix ullum, ita custodiendæ ad vix finem viduitatis rarum erat exemplum. Nam ut, libro nominato, c. 7, ait S. Augustinus, « illa prophetica temporibus sanctarum seminarum dispensatio fuit, quæ nubere obedientia, non concupiscentia compellebat, ut propagaretur populus Dei, in quo præmittenter prophetæ Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi; cunctipæ populus per ea quæ in figurâ contingebant in illis qui scirent, sive in illis qui nescirent, nihil aliud esset quàm propheta Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi. Ut ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legis sententiam, qui non suscitaret semen in Israël. Unde et sanctæ mulieres accendebantur non cupiditate concumbendi, sed pietate parienti, ut rectissime credatur colum non fuisse questuræ, si proles posset aliter provenire. » Undecimum, diuturna fuit hæc ejus viduitatis custodia, dùm quotidianum et assiduum cum carnis cupiditatibus et voluptatibus omnibus totos penè undeseptuaginta, vel supra didicimus, annos bellum gessit. Ab hac enim vidui thori diuturnitate laudat S. Lucas Annam illam prophetidem c. 2, v. 37: Hæc, inquit, vidua usque ad annos octoginta quatuor. Licet enim Græci quidam libri habeant, non ut noster legit interpres, *ἄχρι τῶν ὀκτακοντα εὐσεβῶν*, sed *ἄχρι*, id est, non usque ad annos 84, sed quasi annorum 84, attamen ita legerunt et inde insignem laudis materiam duxerunt veteres, D. Ambr. in eum locum, et libro de Viduis, D. Augustinus Epist. 121, c. 16. Legit etiam isto modo Romana correctio, et verò quidam etiam Græci codices, prout alioqui novator non incuriosissimus agnoscit cum in locum Bezæ. Et cur absurdum adeò videatur, si vitæ illa sabbatistica vitam ad annum usque centesimum decimum propagarit, cum et hodie tales non omnino nusquam sint? Si necdum tamen assentiri velle, istud tamen confi-

tebere, longiore tunc viduali castimonii superatam à Judith Anti-millam, rursumque viduam etiam à sexagenaria junioribus exemplum, hoc loco præbitum, quo ad continentie observationem invitatur, quod Calvino lib. 4 Institut. c. 15, § 19, tantoperè displicet, divi verò Augustino et Ambrosio, locis antea indicatis etiam à D. Pauli mente, perplacet. Duodecimum, quod viduitas in Judith, absque virutem operumque bonorum comitatu solitaria nequaquam fuerit, prout supra, c. 8, et hactenus perspectum. Idemque sit textus verus: *Ἐστὶν καὶ ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως ἀσκήσεως.* Et Suidas eam habuisse dixit ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως, virtutem et exercitationem. Quæ verò hæc ἀσκήσεως seu exercitatio? Τὸ τῆς ἀσκήσεως καὶ τῆς ἀσκήσεως, id est, ἀσκήσεως exercitatio nomen, inquit cap. 30 Pollux, maximè tribus solet studiis et exercitationibus pietatis, castitatis, precationum, vigiliarum, jejuniorum aliarumque actionum similium. Hinc enim apud veteres monachi et religiosi vocantur ἀσκήται, moniales, ἀσκήται, quemadmodum docet in Ascetis D. Basilus, canon apostolicus 53, synodus Gangrensis, can. 12, 15, 16, 17, 18, Cyril. catech. 3, Justin. novel. 5, § 14, Hinc etiam Damasc. l. 4 Orthod. c. 16; et à recentioribus catholicis Billius l. 1 sacramentum Observationum, c. 40, Petrus Faber libro 2 Agnitionis, c. 26. Quia et Suidæ ipse ἀσκήσεως expositor ἀσκήσεως καὶ ἀσκήσεως, continentia et castitas, et apud Latinos ipsum exercere, ut dicit ad Demetriadem ait D. Hieronymus supra c. 8 citatus, nunquid semper est exercendum. Ex hæreticis verò, sic etiam lib. Academic. Franciscus Junius: « Ascetorium ἀσκήσεως Græci origine in primâ Ecclesiâ gymnasium sacrum vocabatur, in quo ascetæ, aut ἀσκήται, id est, viri aut femine se in meditatione rerum sacrarum, et officiorum exercitatione occupabant. Sic appellant Leo et Anthemius Cæsares in l. Omnia, 35, c. de Episcopis et Clericis. » Judith ergo, in suo isto viduato, dùm ascetis, seu exercitationem habuisse dicitur, multis magnisque sanctissimorum, quibus Deus coleretur, ipsaque plurimum exerceretur, operum studiis diligentissimè fuisse significatur, ita ut veteris Testamenti ascetia quædam fuerit. Videtur verò Suidas hæc ipsam à veterioribus nonnullis didicisse, in quibus etiam est dives Athanasius in Synopsi, dùm ait: « Ipsa Judith Hierosolymam profecta, omnia obtulit Domino; indeque domum reversa, pietatis exercitium retinuit. » Doct-

nam tertium, omni studio ea, quibus vidialis ab omni prolapsione defendi queat puritas, consecrata est, in cibo, potu, vestitu, publici fugâ, multo serieque precatu, prout c. 8 explanatum. Decimum quartum, unum est quod piis sanctisque studiis ipsique adeo viduitati decus gratiam et meritum maximum conciliare solet, votum scilicet. Nam, ut ait libro de Bona viduitatis D. Aug., c. 5, « ab illicitis valde longè est, quæ voti libertate se obtrinxit; et sibi etiam licita ne liceat, non imperio legis, sed consilio charitatis efficit. » Quæri ergo potest an et voto sese ad viduitatis perpetuitatem devinxerit Judith vidua? Et quod affirmem nihil habeo, nisi non liquere. Quamvis enim virginitalis tunc votum non fuerit, uti à nobilibus, de quibus tomo 2, disput. 6, de B. Virgine sect. 3, Suarez, auctoribus pronuntiatum; de viduitatis tamen voto plus esse queat controversia. Sed conclusio tam illustrem sanctæ Judith viduitatem esse, ut à Patribus parum infra citandis, tanquam egregium, in quod insuere oporteat, exemplar celebratum sit, ideoque et paucis, loco indicato, D. Athanasius: « Ad mortem usque in viduitate perduravit Judith. Nemo enim illi nuptias persuadere potuit. »

QUESTIUNCULA V.

An vidua Judith monogamia dignam damnet?

Damnare censuit Tertullianus qui libro de Monogamia, c. 17, dùm secundarum nuptiarum patrocinio carnis quidam imbecillitatem allegarent: « Hanc, ait, judicabant jam non Isaac monogamus pater noster, nec Joannes aliquis Christi spado, nec Judith illa Merari, nec tot alia exempla sanctorum, solent ethnici judices destinari. Exsurget regina Carthagini Dido, et decerneret in Christianas. » Videlicet in Montani errorem, qui secundas nuptias velut adulteria quondam damnabat, lapsus tandem est Tertullianus, eumque tunc librum scripsit. « Hæretici, ait S. Augustinus, l. 2 contra adversarium legis c. 9, docent adversus Apostolum, quibus etiam Tertullianus astipulator assensit, post uxoris mortem, crimen esse ducere uxorem. » Et libro de Hæresibus, hæc 86: « Ideo est Tertullianus factus hæreticus, quia transiens ad Cataphryges, quos ante destruxerat, coepit etiam secundas nuptias, contra apostolicam doctrinam, damnare. » Non enim quia viduitas bona est, ideò malum est iteratum concubium, neque ovis virginitalis

bona item est, ideò primum etiam concubium malum est. Sed illo illa, et isto ista melior est, quemadmodum pulcherrimè libro de Viduis, acceptis jam citato, docet S. Augustinus ubi religionem Dei servat, ut initio eam ipse vocat, Julianæ, quæ perpetuam sibi viduitatem indixerat, istas cap. 4 præceptiones dat: « Hoc primum oportet ut noveris, bono quod elegisti, non damnari nuptias secundas, sed inferius honorari; nam sicut bonum sanctæ virginitalis quod elegisti filia tua, non damnat unas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cujusquam secundas. Hinc enim maximè Cataphrygarum ac Novatianorum hæreses temptaverunt, quas boecis sonantibus, non sapientibus, etiam Tertullianus induxit, dùm secundas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanitate doctrinæ, nullius docti disputatione movearis, nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tanquam malum criminaliter alienum; sed tantò magis gaude tuo bono, quantò magis vides non tantum illo devitari mala, sed quondam etiam bona superari. »

QUESTIUNCULA VI.

Ubi et quo facta sepulta Judith?

Dicitur hic v. 28: Sepulta cum viro suo in Bethulâ. Sed, c. 8, q. 2, è textu Græco dictum est, illum in agro qui est inter Bethuin et Belasum, humatum fuisse. Unde per Bethuliam intelligendus hoc loco, Bethulienis ager, sive locus ipsi Bethulæ vicinus. Nam apud juris etiam consultos Romæ appellatio continentibus edificiis finitur, l. 2, ff. de verbor. Signific. Itaque edificiis Romæ fieri ac videri quæ in continentibus edificiis sunt, l. 139, ff. de verb. Signif., et qui in ad continentibus edificiis nascuntur, Romæ nasci intelliguntur, l. 147, ff. eod. tit., et penult., quæ Romæ ait legatus non est tantum quæ intra murus, sed et quæ intra continentis sit debentur, l. 4, § Si ita, ff. de Penult. leg. Sepulta verò est cum viro suo, propter morem, de quo Tobie, c. 4, præcepto f. Sic enim et vidua beati Chrysostomi mater ab hoc filio suo vivebat, ut sua cum mariti ossibus ossa conderet, ut refert ipsemet lib. 1 de Sacerdotio. Additur porro vers. 29: Luxitque illam omnia populus diebus septem; tam gratum, post tot ejus victorie annos, erat ejus nomen, tanque viridis adhuc summi illius beneficii memoria, ut omnis eam publico luctu populus prosequeretur. Ecclesiastici 22, v. 15: Luctus mortui

septem dies. Unde D. Ambrosius, Oratione de Fide resurrectionis: «Nunc die septimo ad sepulcrum redimus, qui dies symbolum futuræ quietis est.» D. Augustinus, l. 1. quest. super Genesim ad finem: «Septimus dies in Scripturis auctoritatem habet. Unde alio loco scriptum est: *Lacrimas mortui septem diebus.*» Et postea: «Septenarius numerus, propter sabloti sacramentum, præcipue quietis indicium est.» De aliis huiusmodi funebribus precationibus diebus, vide, Joan. Steph., Durandum l. 2 de Ritibus eccles., Cath. cap. 43.

QUESTIUNCULA VII.

Quæritur, post Judith mortem, in Israelitarum reipublicâ tranquillitas?

Post Judith victoriam, ait loco cit. Wila-herus, annos circiter centum pacem fuisse oportuisse. Nam et diu vixeret, et post mortem, pax multis annis durasse dicitur. At si nonaginta vel octoginta post eam victoriam tranquillitas interfuit, satis est; neque majorem fuisse ita intelligi potest. Post Babylonium Manassæ regem obijt nobilissima hæc victoria, ut e. 1. q. 2, dictum est. Captus verò videtur ille circiter ætatis annum decimum octavum, vel 6, cum filius esset, inquit Josephus lib. 10, c. 4. Duodecim verò annorum erat Manassæ cum regnare cepisset, et quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem, 2 Paralip. 33, v. 1. Manassæ verò in captivitate unum vel alterum annum (nam plurima in ejus historiâ nos, ut e. 4, q. 2, ostendi, fugiunt), supererunt post ejus reditum anni adhuc 47 vel 48. His adde duos filii ejus Amonis annos, 4 Reg. 21, v. 19, et hujus filii, Josie annos 31, quibus Israeliticam populi perturbavit nemo, existent, post victoriam illam, tranquillitatis anni 80 vel 81. At post eandem victoriam fuit sancta Judith annos superstes circiter 85, ut è superioribus questiunculis planum est. Hoc jam ex 30 subdecas, residui adhuc erunt anni 15, quibus, post Judith mortem, pacem Israelitica reipublica tenuerit. Hoc igitur textus vult, dñm v. 30, ait: In omni spatio vite ejus, non fuit qui perturbaret Israel, et post mortem ejus vixit multis. Difficiliter sane annorum tantum in illa simili phrasi Josie 2, vers. 7, exculpi poterit. Sciverunt Domini cunctis diebus ejus (Josue) et sciverunt qui longo, post eum, vixerunt tempore.

QUESTIUNCULA VIII.

Liberos aliquos reliquerit Judith?

An filios nullos habuerit Evangelica illa videtur, quæ apud S. Lucam e. 2, ut supra etiam dictum, Christum Dominum salutavit, de eoque vaticinanda testimonium perhibuit, dubitat S. Augustinus libro de Viduis cap. 7, quia id Scriptura relicto relicto incertum. Idem ergo et de Judith patitur quispiam respondendum, quia de ejus etiam filiis neque asseruit quidquam, neque negavit Scriptura. Ut enim tamen liberos superstitis nullos reliquisse statuas, bonum suggerit Græcorum textus argumentum: «Antequam moreretur, dixit bona sua omnibus propinquis Manassæ viri sui, et propinquis sui ipsius generis.» Quæ facultatum suarum portionem nullam filiis dedit, aliquem habuisse putanda? Neque enim ita malè se illos gessisse suspicandum, ut ab eâ, ex se se penitus exhereditati sint. Præclaram siquidem in degeneres liberos severitatis exemplum non reticisset Scriptura, quæ in eisdem filiis filiorum pravitatem, et illis in hoc indulgentiam, gravemque ideis illam divinitus penam, commemoravit, 1 Reg. 2, 3 et 4. Quocirca magna quidem in Judith virtus fuit, cum liberis careret, eo tamen seculo, illique moribus, iterato nolle habere.

QUESTIUNCULA IX.

Quæritur, post Judith mortem, Ecclesiæ pietas ac religio?

Ecclesiæ temporis illius pietas ac religio, quoad alia quidem spectat aliâ, quoad Juditham verò victoriam, hæc: Ad ejus ergo memoriam, Deique à quo donata illa, et Judith exaltata, directa et gubernata fuerat, honorem et recordationem perpetuam, dies tunc ab Israelitarum pontifice, totisque sacro senatu, magnâ populi voluntate, festus institutus est. Ex toto Judith vite tempore, quotannis studiosè observatus. Itemque post ejus mortem ad illud usque tempus quo vel hujus libri auctor, vel alius, de quo Proleg. 2, loca scribat: Dies autem victorie hujus festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, et collitur à Judæis ex illo tempore usque in presentem diem. Et verò verba ex his quæ in prælo licet Græcis hodie voluminibus exciderunt. Neque verò ejus ullum in eo quod jam Judæi utuntur, Calendario indicium. Meminit tamen D. Thomas l. 1, Machab. e. 10. Est enim intelligendum Judæorum festos dies posse consti-

tui duplices. Alii siquidem perpetui sunt, alii ad tempus tantum aliquod fixi, et rati. Ad illos spectant, quos olim Deus instituit, ut est Pascha, Pentecoste, alii de quibus c. 8. Hi verò sunt ex his quos Synagoga postmodum sanxit, scienti et sancire adhuc Judæi voluerunt anno Domini 1259, si seum ab ignibus Thammud liberare potuissent apud Cantipratenum l. 1, c. 5, n. 7. Quæ enim auctoritate Synagoga olim jubere illos et sancire poterat, eidem etiam eos relinquere et antiquare potuit, quemadmodum et apud nos Ecclesia dies festos indicit, qui olim non fuerunt, et è contrario quosdam qui fuerunt, exactorat. Nam olim paschalis hebdomada tota feriata erat, adeò ut ab ea cæterarum anni totius hebdomadam dies, *feriarum* nomen accepisse quibusdam videantur. Hodie verò paschalem festivitatem claudit feria tertia, cum non ante annos multos quarta etiam festa esset. Quam hoc tempore, *circumcisionis* Domini festum insigne? Ipsius tamen, apud veteres, ante S. Irenæum Carnotensem et S. Bernardum, nulla mentio. E contrario, dominicæ Transfigurationis festum celebrant in Ecclesiâ Latine S. Leo, in Græcâ S. Cyrillus, et Andreas Cretenensis, quod tamen hodie solus in templo Clerus, non in foro populus agit.

Æthiopica, ut libelli hujus initio tangebam, Ecclesiâ, suo in computo, diem Judith numerat, qui in eluf' Niekni, seu Dionysiani diem quartum incidit. Respondet verò ille nostro ferè augusto. Existimet ergo fortasse quispiam vel Judith mortis diem, vel cerè ipsiusmet victoriæ, quartum augusti fuisse; huncque ipsum esse festum diem de quo hic agitur, præsertim cum Judaica plura retineant *Æthiopes*, et in festis quidem non Dominicum tantum, sed et sabbatum habeant, uti notat Bellarminus l. 5 de Cultu sanctorum c. 10, et ego supra c. 8, quæst. 13. Quia tamen, eodem in computo, Moysen olim dici videmus ipsum quadragesimæ medium, quia tum de monte illo legitur in Ecclesiâ lectio, videtur etiam diem Judith ab hujus libri lectione nuncupari, prout etiam qui *Æthiopicum* illum computum edidit, arbitratur. Sed fumos vendit Scholasticæ historia, dum festivitatem hoc loco propositam, vocatam sit Cambysæ, quasi Cambysæ temporibus historia hæc eveniret. Et ab hostibus, tyrannisque infestissimis, num ullos unquam dies vel Ecclesiâ vel Synagoga indigitavit, an verò potius ve ab ipso Dei beneficio, vel ab ipsius martyribus? Num Pha-

raonia, Antiochea, Herodiana, Neroniana, et Diocletiana ulla legimus? Placuit tamen Dionysio Richelio fabula. « A Cambysæ, inquit, « ses Nabuchodonosor rege, ad Dei honorem, « et impii regis confusionem, Cambysa vocata « est. » Cambysæ saltem, ne et in grammaticam peccaretur, dixisse oportuit. At in istis errare præstat, quam eloquentissimè, cum hæreticis nostris, negare ullam festis diebus sanctitatem inesse. Videmus enim hoc loco perspicuè sanctos dies nominari, sicuti et Germanicâ phrasi, *sanctum tempus* appellamus. Quo etiam modo D. Augustinus, initio suorum ip. S. Joannis epistolam tractatum, de supra nominatâ paschali hebdomadæ cum ageret: « Nunc, ait, interposita est sollemnitas sancto- « rum dierum. » Vide Bellarminum loco citato, propositione secundâ. Est verò non improbabile, ad renovandam beneficii tanti memoriam, prompta è templi thesauris tam fuisse quæ pretiosissima olim è spoliis Judith dederat, et illic asservabantur.

QUESTIUNCULA X.

Quæ apud Græcorum veterumque Latinorum nominibus de S. Judith elegia?

Sunt hætenus fusè fusimque citata nonnulla, ideòque illa hæc tantum, uno veluti aspectu, legenda, quæ pulchra et utilis valde, nondum tamen recitata sunt, proponam.

Ait ergo D. Hieronymus epistolâ ad Furiam: « Legimus in Judith, (si cui tamen placet voluminem recipere. Et cui, expensis, quæ Proleg. 4, dicta sunt, non placeat, cum et Ecclesiæ, et ipsi etiam Hieronymo, ut ibidem ostensum placuerit?) legimus, inquam, in Judith, viduam confectam jejuniis, et habitu lugubri sordidatam, quæ non lugeret mortuum viros, sed squalore corporis, sponsi querebat adventum. Vides armatam gladio manum, cruentam dextram. Recognosco caput Holofernis de mediis hostibus reportatum. Vincit vires femina, et castitas truncat libidinem: habituque repente mutato, ad victrices sordes redit, omnibus seculi cultibus mandisiores. »

Et rursum epistolâ ad Eustochium, de custodia Virginitatis: « Statim ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab angelis adorabatur in cælo, haberet angelos et in terris. Tunc Holofernis caput Judith continens amputavit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igni. »

Aurelius Prudentius in Psychomachia, pugna secunda :

*Aspiciam thalamum cervicis Oloferni
Cane cupidineo madefactus sanguine laeti;
Gemmamque thorum morti ducta aspera Judith
Nescit, et dicentes compescuit esse furas;
Favosam mulier referens ex hoste triumphum
Nec trepidante manu, viduas mea, castas audax.
Suum vindicem vocat ipsa, quæ ibi loquitur
indicta, vel quia, ne à marito suo libidinose
contaminaretur, seipsam castam et libidinem
vindicavit, et conservavit, vel quia pudicitia
victus, ex immanissimi hostis facibus totum
dei populum vindicavit et liberavit.*

S. Fulgentius, epist. 2, cap. 14: « Habes et in veteri, et in novo Testamento sanctarum viduarum quibus edificeris exempla. In veteri Testamento Judithi Anna consideretur in novo; quarum si, Domino adjuvante, imitatrix fueris, et delicias carnis, et jactantiam secularem, veræ cordis humilitate calcabis, ut illius in te sponsi semper vivas aspectus, qui semper est vivus, sicut eodem resurgente vocis angelicæ attestante firmatur, cum mulieribus dicitur. *Quid queritis viventem exiit mortuis?* De quo etiam apostolica sic auctoritas loquitur: *Vivus est enim sermo Dei et efficax.* Vivus est ergo ille qui est verbum Patris, et ideo ipse est fidelium vita. Hinc sanctæ viduæ cordis contritione et corporis castigatione quaerunt, quia cordis et corporis plena continentiam servierunt: de Judith enim scriptum est: *Et erat Judith in domo sua vidua annis tribus, et mensibus quatuor, et fecit sibi tabernaculum super solarium domus suæ, et imposuit super lumbos suos cinctum, et erat super eam testamentum viduitatis suæ, et jejunabat Judith omnibus diebus viduitatis suæ.* Ac ne quis illam sanctam viduam non devotione cordis, sed necessitate paupertatis extorset jejunasse, audi quid de eâ in sequentibus dicitur: *Ea erat Judith bona aspectu, et formosa facie valde, et prudens corde, et bona intellectu, et erat honesta valde.* Quia reliquerat ei Hannasas vir ejus, filius Achub, filii Melchis, filii Beliab, filii Natabel, filii Surisada, filii Simeon, filii Israel, aurum et argentum, servos et anellas, pecora et prædia. Ecce vidua præclara nobilibus, facultatibus dives, ætate juvenis, specie mirabilis, divitiis contempsit, delicias respuit, carnis incentiva calcavit, et induta virtute ex alio, non quesivit secundo famulari concubio. Propterea testimonio tam præclari operis apparuit, quantum Deo dilecta

sit continentia virginalis. Denique cum Holofernes innumerò Bethuliam obsideret exercitu, et omnis Israelitarum virtus perfuncta languesceret, egreditur castitas, oppugnatura lasciviam, et ad interitum superbæ humilitas sancta procedit. Ille pugnabat armis, ista juvenis; ille ebrietate, ista oratione. Igitur quod omnis Israelitarum populus facere non potuit, sancta vidus castitatis virtute perfecit. Obtruncavit una mulier tanti agminis ducem et insperatam dei populo reddidit libertatem.

Ibidem cap. 15: « Videamus et in novo Testamento qualiter nobis sanctæ Annæ conversatio demonstratur. De quo sanctus Lucas sic refert: *Et erat Anna prophetissa, filia Phanneel de tribu Aser: et hæc processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte et die. scædæ dum vidua, licet tempore fuerint diverso, unius tamen fidei servierunt ambæ mysterio; quia Christum, quem Anna cognovit in carne natum, ipsam Judith novit nasciturum. Quam verò multum Deus in utraq; viduâ continentiam sibi placitam demonstravit! Nam Judith, spiritualibus armis accincta, caput lascivi prædonis abscidit: Anna verò ipsum caput Ecclesiæ Spiritu sancto repleta cognovit. Datus est Judith Holofernis interitus: Annæ revelatus est Salvatoris adventus. Illi Deus dedit à populo repellere pestilentiam, huic tribuit humani generis agnoscere medicinam.

D. Ambrosius, libro de Viduis: « Habet vidua bonam commendationis suæ materiam, ut dum viro læget, fiat seculum, et in promptu sint lacrymæ redemptricæ, dum penduntur mortuis, viventibus profuturæ. Paratus mensuræ animi fletus oculorum, misericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem allevat, servat pudorem, nec jam miseria sibi videtur, quæ consolationem in lacrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia, officia pietatis. Sed nec fortitudo bonæ viduæ deesse consuevit. Hæc enim vera est fortitudo quæ naturæ usum, seculi infirmitatem, mentis devotione transgreditur; qualis in illa fuit, cui nomen Judith, quæ viros obsidione fractos, periculosos metu, rabidos famæ, sola potuit à colluvione revocare, ab hoste defendere. Etenim, ut legimus, cum Holofernes successu multorum terribilis præcliorum, intra muros iniqu-

mera virorum millia coegisset, armatis paventibus, et de extremâ jam sorte tractantibus, extra murum processit, et illo præstantior exercitu quem liberavit, et eo fortior quem fugavit. Sed ut discas maturæ viduitatis affectum, seriem ipsam persequere Scripturarum. A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, vestem jucunditatis deposuit, mororis assumpsit; per omnes dies intenta jejuniis, sabbato tantum, et Dominicâ sacramque temporibus feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. *Hoc est enim, sive manducatis, sive bibitis, in nomine Domini Jesu Christi agenda esse omnia:* ut etiam ipsa reffectio corporalis sacro religionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mororibus et quotidianis roborata jejuniis sancta Judith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculi negligens, mortisque contemptu fortior, ut commentitium strueret dolum, vestem illam jucunditatis, quam vivente viro vestiri solebat, se induit, quasi plectura viro, si patriam liberaret. Sed virum alium videbat cui placere quærebat, illum utique de quo dictum est: *Post me venit vir qui ante me factus est.* Et benè conjugales pognaturæ resumpsit ornatus, quia monumenta conjugii arma sunt castitatis. Neque enim vidua aliis aut placere posset, aut vincere. Quid cætera persequamur, quòd inter tot millia hostium casta permansit? Quid ejus sapientiam prædicemus, quòd hujusmodi est commenta consilium, ut dum potentem elicit intemperantia, à se inferiores arceret, occasionem pararet victoriæ, abstinentiæ meritum, pudicitie reservaret? Nec cibo enim, ut legimus, maculata, nec adultero, non minus servatæ castitatis ex hostibus revexit trophæum, quàm patriâ liberatæ. Quid sobrietatem loquar? Temperantia enim est virtus feminarum. Inebrietas vitiis viris, et somno sepultis abstulit vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abscedit caput, per medias hostium acies intemerata processit. Advertitis igitur quantum nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina sic solvant, ut vincantur à feminis. Esto igitur vidua temperans casta primum à vino, ut casta possit esse ab adultero. Nequaquam te ille tentabit, si vina non tentent. Nam si Judith bibisset, dormisset cum adultero. Sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus unius sobrietas et vincere potuit, et eludere. Nec dextere tantum hoc opus, sed majora trophæa sapientia. Nam manu so-

lùm Holofernem vicit, consilio autem omnem hostium virginitatem exercitum. Suspenso enim Holofernis capite, quod virorum non potuit excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit; suos pudore excitans, hostes quoque terrore præcellens, eoque cæsi sunt, et fugati. Ita unius viduæ temperantia atque sobrietas, non solum naturam suam vicit, sed, quod est amplius, fecit viros etiam fortiores. Nec his tamen elata successibus, cui nunquam gaudere, exultare licebat jure victoriæ, viduitatis reliquit officium, sed contemptis omnibus qui ejus nuptias ambiebant, vestem jucunditatis deposuit, vestem lætitiæ resumpsit; nec triumphorum suorum amavit ornatus, illos existimans esse meliores quibus vita corporis, quàm quibus hostium arma vincenter.

In S. Augustini sermonibus de tempore sermo 228, in appendice sermo 66: «Cùm Holofernes ille, filiorum Israël, imò sui capitis inimicus, exterarum sibi gentium jus vendicaret, atque obsidione, armis, ignibus quoque pugnaret, nec non et multarum gentium campis canis messibus ornatus in cinerem pascente flammâ converteretur, Judith sanctissima, cujus precibus patuit cælum, orationis arte arma victricia fabricavit, quibus adversa confingeret, et pavescentes viros femina vindicaret. Squalebat civitas obsidione barbaræ feritatis. Ita enim universa languebant, ut in manibus hostium jam tradi commodius indicarent, quàm perniciosâ famis populatione vexari. Ecce Judith post precem et saccam, post cinerem, ad cultus puellares redit, spes omnium populorum procedit sollicitos populos redditura securus, suâ sapientiâ consolatur, quæ promittens victoriâ, quàm omnis natio miraretur, portam sibi paululum remotis obicibus postulat aperiri. Prodiit secunda unius puellæ comitatu contenta, et hostium securis gressibus properavit in castra. Intrâ muros sollicita fuit, securâ fit dum ad timenda pervenit. In quâ feminâ insidiarum pulchritudinis novitatem hostilis exercitus vehementer expavit, ut in ejus obsequio vires amitterent, arma properarent, et colla curvarent. Deducitur ad prætorium subjectis ordinibus fraus Holofernis, et lugentis victoria civitatis. Quam cùm videret Holofernes, solutus est sensibus, animam eum capite perditurus. Facit enim dedecus juvenum, mulieris vultu captivus, licuit mulieri exarmare juvenes, et debellare victores, soliditatem defendere civitatem et barbarum subvertere bellatorem. Decepit sinistra corruptum

fecellit casta pollutam, pudica perimit adulterum, sobria jugulat ebriosum. Illa enim tam barbaros animos insidiosi sui vultus fraude confederat, ut cum ligaret multarum arte fabularem, ut redderet inter exercitus victum, et inter arma captivum. Paratur convivium regi, Judith interesse iubetur; illa consentit, ut vineat: accedit ad convivium nihil de cibis aut de poculis hostium gustatura, quæ suis utensilibus voluit esse contenta. Quamvis ille bellator armorum tam castissimæ feminae malecans attendere vultum, illa tamen, quare venerat, de ejus capite cogitabat, quo sublato, defectis civibus subveniret, et multa capita tueretur, defenderet, vindicaret. At ubi convivii sagina fines excessit, et gravis calicibus somnus successit, videns Judith inimici corporis inclinatas ebrietate cervices, surgens ipsius cruentum arripit collum, comam quoque barbari capitis manu occupavit. *Domine, inquit, confirma brachium meum. Et percussit terribi in collo ejus, et amputavit caput ejus. Exiens foras, tradidit puellæ caput Holofernis, et misit illud in peram. Et post paucissimam exiit foras quasi ad orationem secundam consuetudinem.* Ecce castitas. Orationis favore, castitas pudorem proprium servavit intactum et quietum, deceptique alienum. Jacet inclusum cadaver et jam foris est caput. Cum palmiferâ castitate Judith ad cives sollicitâ festinat; nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem anteire fuerat concessum. Jam recepti attonita civitas tantæ victoriæ reditus triumphales, jam lucus convertuntur in gaudium, jam portæ plenissimâ securitate panduntur, jam pendet muris victoribus caput. Opus erat in civitate victoria, et in hostilibus castris tremor erat, et fuga Judith in civitate cum securis secunda. Ubi enim assiduus pulsatur orationibus orbem, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminae castitatem servavit oratio, et hostem servare non potuit multitudo. Lugentem civitatem una femina valuit vindicare, et tantas exercitus regem non potuit custodire.

QUESTIUNCULA XI.

De sanctâ Judith quid vel Græcorum vel recentiorum aliqui.

Clementem Alexandrinum, Origenem, et D. Athanasium antea loquentes audivimus. Sancto jam Chrysostomo homilia 9, ex variis in Mattheum aures demus: « Sanctissima Judith, cum magno moerore pro populo esset afflictâ, post solemnitate triduanâ jejuniâ, capite

«uncto, et lotâ facie, ita internæ afflictionis tristitiam texit, ut simulato gaudio lætari hostibus videretur; ac sic dum lætitia vultus «jejunium texit, de hoste triumphans victorias «reportavit. » Sciendum verò eadem in Chrysostomo in c. 6 Matthei verba inveniri, nisi quod, ex illo menda in isto quidam emendanda, ut cum pro internæ afflictionis scriptum est, in æternæ afflictionis, et pro dñm, Deum. Zonaras verò ad historiam hujus narrationem hisce verbis aggreditur: « Nobis verò nequaquam prætereunda sunt, quæ à masculis animi femina, seu viragine Judith gesta sunt, quæ Holofernem ipsum perdidit, urbem verò suam populumque universum salvavit. » Et recentiorum verò libris, laudat lib. 5 de Continent. c. 18, insignis Parisiorum theologus hæc è cujusdam Commentario, qui Vidua inscribitur, verba, paulò ea quidem longiora, sed quæ non inutilem tamen multorum, quæ hactenus dicta quidam veluti anacephaleosim habeant. « Ut primæ laudis est si vidua puella et orbi studio pietatis erga Deum neglegit iterare conjugium, ita excusatiùs repetit, cui pignorum nihil amplius superest; si quidem gratis amor excludit captatæ voluptatis suspicionem. Habet tamen et quæ talis est præclara continentis exempla. De Judith liberis nulla in ejus historiâ mentio, quæ mirabilis in eâ viduâ pudicitia studium quod apud Judæos male audiebat viduitas, pejus sterilitas. Ad hæc an nobili diviti, formosæ, difficile fuit invenire maritum: imò non dubium quin à multis fuerit ambita. Cur igitur placuit viduitas? an quis maluit suo more vivere quam viro servire, nam et hæc de causâ nonnullis displicent conjugia? Nequaquam. Cur ergo? Nimirum quia matrimonii servitas licet à religione non aliena, frequenter tamen quæ mundi sunt, cogitare cogat, uxoris continentiam interpellente marito incontinentia, elemosynas astringente ad rem attentiore, preculas interrumpente, et alijs addicta studiis non possit Martha cum Mariâ perpetuò assidere ad pedes Domini, et absit felicissima illa Deo adherendi citra divulsionem libertas. Ab hæc ne distraheretur, Judith de nuptiis iterandis non cogitavit, cum major centenariâ vixisset, hanc amorem castumque affectum neque mors extinxit, scienti meliorem mariti partem superesse, et futurum ut pristino convictui restituerentur. Primum conjugium dederat necessitati, urgebat parentum auctoritas, invitabat publica gentis consuetudo, impellebat proli

amor, quædam etiam cogit ætatis fervor. Vidua facta confubernali carnalis immemor, virum tantò ardentius juxta spiritum deamat, fidem quam viro promiserat, etiam mortuo servat. Quantum absunt ab hæc imagine mulieres, quibus nec secundus, nec tertius maritus, prioris exequit memoriam? Cujus defuncti mores ad quamvis offensulunculam præsentem exprobrant, et quem viventem fortè contempserant, defunctum prædicant, non quòd gaudeant ejus commeminatione, sed uti præsentem urant. Quantum, autem, is fuit blandior, formosior, quantum eram sub eo cultior, liberior, nummatior? Nullæ melius conjugum meminerunt, quàm quæ eorum quæ carnis sunt, obliuiscuntur. Satis mariti meminisse quæ recusat alteri nubere, pactam præstans fidem ut absenti, non jam ut mortuo, feliciter oblita est; quæ in castitate perseverat, posteaquàm semel nupsit, parentibus, naturæ, proli simul atque suo arbitrio reddita est, pristinae voluptatis oblitæ, se totam ad delicias spiritûs confert, hæc est oblitio viduis christianis digna. Quædam maritorum prius oblitæ sunt, quàm extulerint: quædam lachrymis immorantur, ad quamlibet occasionem lamenta iterant, luctum renovant. Sic impotenter maritum lugere, quid aliud est quàm alium maritum ambire? Est inter utrumque medium, finendus tandem luctus, vix anquàm fides solvenda, non quòd hæc debeat uxor extincto, sed quòd hoc suadeat insignis pudicitia, hæc ministeria peperit nomen viri hejus Hebrææ, Manasses, necessitatem seu oblivioni datam sonans. Quæ igitur vel se parat novo marito, et sponsum magis ambire quàm ambire, vel juventutis fiduciam vivit, ut libet, et maxime conjugis usum vel solatium non respiciat, non est tamen Judith. Hæc enim isti doctores.

QUESTIUNCULA XII.

De mystico historię hujus sensu quid?

Rem totam paucis hæc verbis indicavit S. Hieronymus prologo in Sophoniam: « Judith et Esther in typò Ecclesiæ, et occiderunt adversarios et peritum Israel de periculo liberarunt. » Typum porò hunc totò suo Commentario explicavit et amplificavit

vit Rabanus, eumque secuta glossa. Presumit nimirum per Holofernem intelligere diabolum, per ejus duces et exercitus, totam impietatem, hæreson, vitiorumque omnium colluviem, adeò ut apud Victorem lib. 1, de Pers. ægerimè ferrent hæretici nudam etiam Holofernis nomen pronuntiare. Hæc enim omnia extremam Dei populo perniciem, et vastitatem machinantur. Hæc Bethuliam, id est, piam, religiosamque viri justi animam castris circumcirca immensis positis æretissimè obsident. Nam Bethulæ nomine, et virgo Dei vel certè domus domusque pariter significatur. Et huic suas potissimum aquas eripere illa conatur, dum sacratissimos divinarum litterarum, sacramentorum omniæque celestis gratiæ fontes occupare, impedire ac prohibere moliantur. Sed Holofernem istum Catholica contrucidat Ecclesia, omnes ejus copias profligat, spolia diripit, Deoque tandem lætabunda gratias agit, ei que sua omnia et se totam offert, dicat et consecrat. Per Judith etiam denotata est beatissima Virgo, ut indicat S. Fulbertus Carnotensis: « Contrivit, ait, Maria serpentis caput servando virginitatem et humilitatem, quia et hæc extinxit mentis superbiam, et illa carnis concupiscentiam. Contrivit potentiam Satanæ per filium quem genuit, spoliando illum dominio suo. Contrivit avaritiam ejus, namque sapientiam terrenam, per pauperatatem spiritus. Unde de illa dici potest: Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. » Ita ille. Mariani operis l. 1, c. 2, noster Canisius: « Hæc, ait, est sancta, et seculis omnibus celebranda Judith, elegantissimè aspectu prædita, et decora, quæ superbissimum caput amputat Holoferni. Mulier Hebræa, quæ populo Dei pro certâ desperatione, præsentem salutem ac triumphum affert; de quâ rectè proprièque dixeris, quod de illa mirandâ victrice gratus Dei populus prædicabat: *Benedicta tu, filiæ, à Domino Deo excelsis, pro consilio mulieribus super terram; tu gloria Hierusalem, tu salutis Israel, tu honorificentis populi nostri.* » Per quam gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

INDEX RERUM.

VATABLI vita	Columna
Augustini CALMET in librum primum	9-10
Esdræ PRIMUM.	<i>Ibid.</i>
IN LIBRUM PRIMUM ESDRÆ COMMENTARIUM.	15-16
Capit. primum. Cuius facultatem Judæis concedit revertendi Jerosolymam, templumque reedificandi, restituitis templi vasis.	17
Translatio ex Hebræo.	19-20
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. II. Numerus Israelitarum à Babylone Jerosolymam Zorobabele dux reversionum.	27
Translatio ex Hebræo.	35-34
Commentarium.	35-36
Capit. III. Instauratur altare holocaustorum. Festum Tabernaculorum celebratur. Fundatur templum Domini.	45
Translatio ex Hebræo.	47-48
Commentarium.	49-50
Capit. IV. Samaritanæ Judæos instigant apud Artaxerxem, qui ipsos ab urbe et templo struendis impedit.	55-56
Translatio ex Hebræo.	59-60
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. V. Aggeus et Zacharias Judæos cohortantur ad repetendam templi instauracionem, frustra obstantibus hoc impedire Israël hostibus.	71-72
Translatio ex Hebræo.	75-76
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. VI. Latum à Cyro in favorem Judæorum decretum confirmat Darius. Absoluta templi instauracione, sollemnis ipsius fit dedicatio, festumque Paschatis celebratur.	81
Translatio ex Hebræo.	87-88
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. VII. Ascendit Esdras Jerosolymam ex jussu regis Artaxerxis, cujus refertur edictum.	97-98
Translatio ex Hebræo.	101-102
Commentarium.	103-104
Capit. VIII. Enumerantur qui ex Babylone cum Esdrâ venerunt. Mittit Esdras ad congregandum Levitas, ipsoque Jerosolymam advenit.	113
Translatio ex Hebræo.	117-118

Commentarium.	119-120
Capit. IX. Esdras, audito quod Israelitæ mulieres alienigenas acceperint, supplicem Deum exorat.	131
Translatio ex Hebræo.	135-136
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. X. Conversos in penitentiam Judæos jubet Esdras ut mulieres alienigenas remittant. Recensentur qui hunc errorem admisserant.	145-146
Translatio ex Hebræo.	151-152
Commentarium.	155-154
Augustini CALMET in librum II Esdræ PROLEGOMENON.	163-164
IN LIBRUM NEHEMIE, qui et Esdræ secundus dicitur, COMMENTARIUM.	169-170
Capit. primum. Nehemias, audito Judæorum statu infelici, supplicem Dominum exorat.	171-172
Translatio ex Hebræo.	175-174
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. II. Nehemias, impetrat ab Artaxerxe facultate Jerosolymam eundi, ac eam reedificandi, urbem hanc contendit, Judæisque ad murorum instauracionem animum accendit.	179-180
Translatio ex Hebræo.	185-184
Commentarium.	185-186
Capit. III. Recensentur qui instaurandæ Jerusalem manum admovent.	197-198
Translatio ex Hebræo.	205-204
Commentarium.	205-206
Capit. IV. Hostes Judæorum ipsos ab instaurandis muribus impedire nitentur. Illorum vim insidiasque arcet Nehemias in Deum versa oratione.	217-218
Translatio ex Hebræo.	221-222
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Capit. V. Exorto adversus divites Judæos pauperum clamore, avaros Nehemias increpat, usuras prohibet, neglecti ipse re propria.	223-224
Translatio ex Hebræo.	225-226
Commentarium.	227-228
Capit. VI. Judæorum hostibus insidias adversus eos frustra molientibus, Nehemias non immutat propositum, perlicitur murorum instauracio.	249-250
Translatio ex Hebræo.	255-254
Commentarium.	<i>Ibid.</i>

Caput VII. Custodes in Jerusalem constituit Nehemias. Recensentur qui cum Zorobabele primum redierant. Templo munera offeruntur.	265-264	origo, pietas, conjugium, filii nativitas. Describitur ipsius status regnantibus Salmanasare, Sennacheribo et Assarhad-done.	469-470
Translatio ex Hebræo.	269-270	Translatio ex Græco.	471-472
Commentarium.	275-274	Commentarium.	473-474
Caput VIII. Liberum legis coram populo legit Esdras. Celebratur festum Tabernaculorum.	279-280	Caput II. Tobie zelus in mortuis sepeliendis. Visum casu amittit, uxorisque et amicorum conviciis lacessitus sortem suam patienter tolerat.	485-486
Translatio ex Hebræo.	285-284	Translatio ex Græco.	489-490
Commentarium.	285-286	Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Cap. IX. Populum in jejuniis et in sacris ponit. Orant Deum Levitæ, renovantque cum Domino fœdus.	295-296	Caput III. Oratio Tobie simul et Saræ filie Raguelis. Utrumque Dominus exaudivit, misso ad eos sanandos angelo Raphael.	505-506
Translatio ex Hebræo.	301-302	Translatio ex Græco.	509-510
Commentarium.	305-306	Commentarium.	511-512
Caput X. Nomina eorum qui fœdus cum Deo signaverunt. Varia de legibus servandis instituta præscribuntur.	317-318	Caput IV. Filio suo præcepta dat Tobias monens se Gabelo decem argenti talenta dedisse.	525-524
Translatio ex Hebræo.	321-322	Translatio ex Hebræo.	525-526
Commentarium.	325-324	Commentarium.	527-528
Caput XI. Nomina eorum qui habitaverunt Jerusalem; item recensentur urbes tribuum Juda et Benjamin.	329-330	Caput V. Tobias juniori comitem Iberiæ sese adjungit Raphael Angelus, lugente matre, patre verò Tobia benedicente Dominum.	539-540
Translatio ex Hebræo.	335-334	Translatio ex Hebræo.	543-544
Commentarium.	335-336	Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Caput XII. Nomina sacerdotum et Levitarum qui cum Zorobabele in Jerusalem ascenderunt. Magna cum solemnitate celebratur dedicatio muri Jerusalem.	343-344	Caput VI. Tobias in itinere piscem invadentem, angelo mandante, apprehendit. Ipsum hortatur Raphael ut Saram Raguelis filiam in uxorem sibi petat.	549-550
Translatio ex Hebræo.	349-350	Translatio ex Græco.	551-552
Commentarium.	351-352	Commentarium.	553-554
Caput XIII. Lectis Deuteronomio, ejiciuntur alienigenæ, sabbati violatores puniuntur, increpanturque Judæi qui mulieres alienigenas acceperant.	365-364	Caput VII. Tobias junior in uxorem ducit Saram filiam Raguelis.	565-564
Translatio ex Hebræo.	367-368	Translatio ex Hebræo.	567-568
Commentarium.	369-370	Commentarium.	<i>Ibid.</i>
DISSERTATIO IN LIBRUM TERTIUM		Caput VIII. Tobias et Sara simul orantes noctem transigunt incolumem, actique à Raguele Deo gratias, lætum apparatur convivium.	575-574
ESDRÆ.	385-384	Translatio ex Græco.	575-576
— IN QUANTUM LIBRUM ESDRÆ.	391-392	Commentarium.	577-578
— Utrum Esdras scripserit an restauraverit libros sacros.	399-400	Caput IX. Raphael ad Gabelum pergit, quem, acceptâ pecuniâ, ad Tobie nuptias adducit.	581-582
— An Esdras veteribus characteribus Hebræicis Chaldæis substituerit.	417-418	Translatio ex Græco.	585-584
— Utrum Esdras fuerit auctor evangelii.	429-430	Commentarium.	<i>Ibid.</i>
TIRINI VITA.	445-444	Caput X. Parentes Tobie longam ejus moram anxie querunt. Hic tandem à Raguele una cum uxore discedit.	587-588
AUGUSTINI CALMETI IN THOMAM PROLEPHEON.	<i>Ibid.</i>	Translatio ex Græco.	589-590
IN LIBRUM TOBIÆ COMMENTARIUM.	467-468		
Caput primum. Narratur Tobias:			

Commentarium.	580-590
Caput XI. Raphael et Tobias Niniven reversi, lætæ à parentibus Tobias excipiuntur. Tobias pater visum recuperat. Dehinc post Saræ adventum septem diebus læli omnes epulantur.	591-592
Translatio ex Græco.	595-596
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Caput XII. Tobias cum filio, oblata Raphaëli honorum mediocritate, hunc angelum Dei esse audiunt, quo ex oculis sublato illi in terram promi ruentes Deum benedicunt.	603-604
Translatio ex Græco.	605-606
Commentarium.	607-608
Caput XIII. Tobias canticum ac vaticinatio.	613-614
Translatio ex Græco.	615-616
Commentarium.	617-618
Caput XIV. Novissima Tobias verba, quibus evertendam Niniven, instaurandam verò Jerusalem fore prædicit. Tobias junior Niniæ egreditur, completæque longæ admodum ætate moritur.	621-622
Translatio ex Græco.	623-624
Commentarium.	625-626
IN DÆMONEM ASMODÆUM DISSERTATIO.	633-634
VARIE QUESTIONUM, QUÆ IN LIBRO TOBIÆ PASSIM OCCURRUNT.	640-650
Questiuncula prima. An Job sit Jobab de quo Genesis cap. 36, v. 35, et 1 Paral., cap. 1.	<i>Ibid.</i>
Quest. 2. Quæ Jobi regnum oppugnent, neque tamen expugnent.	<i>Ibid.</i>
Quest. 3. Jobo reges isti num insularint.	654
Quest. 4. Qui Tobiam irriserint, et quid ipse.	655
Quest. 5. De Raphaelis nomine et causâ.	658
Quest. 6. An hominum preces offerant Deo angeli.	660
Quest. 7. Cur Deo ipsi hominum preces offerant.	661
Quest. 8. Quonam modo nostras preces offerant angeli.	663
Quest. 9. De angelicæ oblationis modo quid hæretici.	666
Quest. 10. Angelica ista precum oblatio ethnica num censenda.	668
Quest. 11. Solenne hominum preces offerant Deo angeli.	669

Quest. 12. An eorum tantum qui pii sunt, preces et opera offerant angeli.	671
Quest. 13. An eadem angelorum oblatio conjunctionem semper habeat ipsorum pro hominibus precationem.	<i>Ibid.</i>
Quest. 14. An ex angelorum oblatione ipsorum invocatio colligi possit.	674
Quest. 15. Quomodo Saræ viri mortui.	678
Quest. 16. Ubi et quando idem à dæmonio suffocati.	680
Quest. 17. Saræ viros cur interfecerit Asmodæus.	681
Quest. 18. An certum sit dæmonem nonnullos feminis aut viris quibusdam incubare vel succubare.	685
Quest. 19. Quale hæc personæ gerendis corpus adhibeat dæmones.	688
Quest. 20. Extrinsecus ascito corpore, liberos gignere num possint.	<i>Ibid.</i>
Quest. 21. Qui dæmonum hominumque congressu oriuntur, num homines.	691
Quest. 22. Sintne dæmonum filii, quos incubando vel succubando illi edant.	<i>Ibid.</i>
Quest. 23. An in alieno istiusmodi corpore Saram adamavit dæmon.	692
Quest. 24. Quid de occisorum Saræ maritorum causâ, in Græco textu posita, tandem sentiendum.	693
Quest. 25. Si amasset ipsam, cur ejus viros interfecisset?	695
Quest. 26. Quomodo in quæ objecta, respondeatur.	<i>Ibid.</i>
Quest. 27. Quæ in latine textu eorundem Saræ maritorum causâ, ubi de matrimonii usu et fine.	696
Quest. 28. Cur oculos Saræ maritus equo et mulo confert S. Raphael? Ubi et de matrimonii usu iterum.	698
Quest. 29. Cur libidinosos omnes, ut septem istos non obtruncat Asmodæus?	700
Quest. 30. An absque potestate à Deo acceptâ possit contra homines dæmon aliquid.	701
Quest. 31. Sintne per hepatis fumum dæmon expulsus.	703
Quest. 32. An contra dæmonem fumus huic efficiencia ulla tribuenda.	705
Quest. 33. Sintne fumi hujus efficiencia naturalis.	707
Quest. 34. Jecoris hujus exemplo,	

possintne sensilia contra dæmones alia quædam remedia probari.	710
Quæst. 35. Antidæmoniorum sensilium isto cum exemplo cognatio inter-nosci quomodo possit.	713
Primò, de suffusionibus.	714
II. De radicibus et herbis.	716
III. De lapidibus.	718
IV. De arboribus.	Ibid.
V. De luce, igne, sanguine, januis-que clausis.	720
VI. De verborum contumeliis et con-viciis.	721
VIII. De characteribus et arte dæmo-nium expultrice.	722
Quæst. 36. Quomodo à S. Raphael apprehensus Asmodæus?	723
Quæst. 37. Quomodo Asmodæus li-gatus?	724
Quæst. 38. Quare ligatus fuit?	725
Quæst. 39. Ubi ligatus idem Asmo-dæus?	728
Quæst. 40. Quamdiu ligatus iste dæ-môn?	730
Quæst. 41. Spiritaliter Asmodæum expellendi modi quot hinc eruantur, et quis primus?	731
Quæst. 42. Quis modus alter?	733
Quæst. 43. Quis modus tertius?	734
Quæst. 44. Quis modus quartus?	735
Quæst. 45. Quintus modus quis?	736
Quæst. 46. Sextus modus quis?	738
Quæst. 47. Quis sextus dæmonis ex-pellendi modus septimus?	739
Quæst. 48. Expulsus Asmodæus, re-verti an possit.	740
Quæst. 49. Sinite septem angeli co-ram Domino astantes.	742
Quæst. 50. Possintne per septem an-gelos aliud quiddam intelligi.	Ibid.
Quæst. 51. Possintne per septenarium istum numerus alius intelligi.	743
Quæst. 52. Sinite angeli universi plures quàm septem.	745
Quæst. 53. Quid angeli plures quàm septem.	746
Quæst. 54. Ex innumerabili angelo-rum numero cur septem potissimum tradantur; quid veteres, quid recen-tiores?	747
Quæst. 55. De septenarii angelorum numeri causâ et quid videatur.	748
Quæst. 56. De eisdem septenarii angelo-rum numeri causâ quid adhuc pressius?	750

Quæst. 57. Eorundem angelorum se-ptem quodnam ex hoc libro munus col-liigi possit.	755
Quæst. 58. Quomodo septem hi an-geli à quibusdam vocentur.	760
Quæst. 59. An rectè hæc angelis istis imposita nomina.	761
Quæst. 60. Quomodo et aliunde istius-modi nomina improbeantur.	765
Quæst. 61. Possintne Urielis nomen aliquo modo retineri.	767
Quæst. 62. An comederit Raphael.	769
Quæst. 63. Quis angelorum cibus in-visibilis?	770
Quæst. 64. Cur angelus terrorem in-fert v. 16, et rursùm adimit v. 17?	773
Quæst. 65. Quomodo ab eorum aspe-ctu ablatus angelus?	774
Quæst. 66. Cur juvenili formâ, merce-nariique habitu apparuerat hæc tunc Ra-phael?	775
Quæst. 67. Quid abscedente angelo, qui eum jam cognoverant fecerunt?	Ibid.
Quæst. 68. Quæ de Raphaelè dicta quoniam modis ad proprium ejus-que angelum accommodantur, et quis primus?	776
Quæst. 69. Modus alter quis?	777
Quæst. 70. Modus ultimus quis?	780
Quæst. 71. De quâ Jerusalem poste-riora hæc intelligenda?	Ibid.
Quæst. 72. Quæ de Hierosolymis hic prædicantur?	781
Quæst. 73. Quæ istorum ad Hieroso-lymas tres accommodatio?	784
SERARII VITA.	785-786
IN LIBRUM JUDITH PROLEGOMENA.	787-788
Prolegomenon primum. Inscriptio.	Ibid.
II. — Auctor.	Ibid.
III. — Quâ lingua primò scriptus liber hic.	Ibid.
IV. — Quænam libri hujus auctoritas?	790
1 ^o Defenditur Nicæni de hoc libro concilii auctoritas.	792
2 ^o Sens adhuc argumentis eadem ca-nonica libri hujus auctoritas comproba-tur, simulque D. Hieronymi sententia explicatur.	794
3 ^o Hæreticorum contra Judith argu-menta ponuntur, et solvuntur.	797
V. — Quænam utilitas?	801
VI. — Quinam interpretes?	803
VII. — Quis libri hujus ad biblicæ harmoniæ, et quæ partitio?	Ibid.

IN LIBRUM JUDITH COMMENTARIUM.

Caput primum. Nabuchodonosor, devicto Arphaxad, præpotente Medorum rege, omnes sibi populos subicere aggreditur.	803-804
Translatio ex Græco.	807-808
Commentarium.	809-810
Quæst. 1. Cur in libri hujus principio statim dicitur, itaque?	<i>Ibid.</i>
Quæst. 2. Num ante vel post captivitatem Babyloniam, libri hujus historia contigit?	811
Quæst. 3. Quis Nabuchodonosor hic?	821
Quæst. 4. Quæ contra Nabuchodonosorem istum acies?	824
Quæst. 5. Quis Arphaxad?	827
Quæst. 6. Cur in Scripturâ Ninive vocatur, quæ ab aliis Ninus dicitur, et cur toties civitas magna?	829
Quæst. 7. Quæ Ecbatana, et eam num Arphaxad edificavit.	831
Quæst. 8. Cur ea urbs potentissima vocatur, et quomodo edificata?	832
Quæst. 9. Quæ inter hosce duos reges belli causa et modus?	833
Quæst. 10. Belli hujus exitus quis et ubi fuit?	834
Quæst. 11. Quoto Nabuchodonosoris hujus anno bellum hoc gestum?	836
Quæst. 12. Ex hisce regum istorum bellis emolumenti ad nos quid?	<i>Ibid.</i>
Caput II. Holofernes à Nabuchodonosore mittitur, omnia regna et populos vastaturus. Describitur potentia exercitus ipsius; multisque locis expugnatis Damascus usque progreditur.	843-844
Translatio ex Græco.	849-850
Commentarium.	851-852
1 ^o Quis Holofernes?	854
2 ^o Quomodo Holoferni bellum mandatum?	855
Quæstioncula. Holofernis equitum numerus quantus?	857
Quæst. Quinam montes Ange?	859
Caput III. Holoferni ultro se dedant multi populi, quos sibi auxiliares assumit, quorum tamen civitates locoque destruit, quò solus Nabuchodonosor Deus habeatur.	855-866
Translatio ex Græco.	871-872
Commentarium.	873-874
Caput IV. Adventante Holoferne Judæi omnes, hortatu Eliachim sacerdotis,	

auxilium Domini oratione et jejuniis implorant.	879-880
Translatio ex Græco.	887-888
Commentarium.	889-890
Quæst. 1. Quis Eliachim hic?	891
Quæst. 2. Cur pontificis tanta, regis nulla usquam mentio?	891
De divinorum præsidiorum adhibitione.	891
An prophetico spiritu, an plâ tantum fiduciâ, dixerit Eliachim: <i>Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras?</i>	904
Caput V. Rogatus ab Holoferne Achior de genere Israelitarum, enarrat Dei circa ipsos mirabilia, monens ne contra illos pugnet, quo audito indignantur ipsi Achior principes Holofernis.	907-908
Translatio ex Græco.	917-918
Quæstioncula. Officiat hujus historie vel tempori vel auctoritati Holofernis interrogatio.	919
Quæst. Quomodo adversariorum et prosperorum, in Latino et Græco textu, vers. 22, 23, exempla, libri hujus auctoritatem nihil omnino imminuant.	926
Caput VI. Iratus Holofernes jubet Achiolem duci in Bethuliam, ut eâ expugnata simul ipse puniatur. Cognitâ causâ, Israelitæ cum benignè consolantur.	931-932
Translatio ex Græco.	945-946
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Quæstioncula prima. Quæ et ubi Bethulia?	949
Quæst. 2. Quot et qui Bethulie principes?	
Quæst. 3. Quales hi Bethulie principes?	951-952
Quæst. 4. An Achior audiendo tractandoque parum cauti Bethulienenses?	953
Quæst. 5. Quæ Achior audito Bethulienensium comprecatio?	953
Quæst. 6. Quid post orationem et junium, secutâ nocte, ab Israelitis factum?	957
Caput VII. Holofernes Bethuliam obsidet, ac fontes, præcis aquæ ductibus, jubet custodiri; quapropter cives alti cruciatus deditionemque molientes suadet Othias ut ad quinque dies hoc differant.	959-960
Translatio ex Græco.	971-972
Commentarium.	973-974
Quæstioncula. Quæ ex hoc capite, vel	

historica refutentur, vel ethica discantur.

979

Altera libri pars.

984

Caput VIII. Describitur stirps et laus Judith, quæ, auditis Ozæ verbis, presbyteros objurgat, hortaturque simul et animum recipiant ac pro se Deum deprecantur, nec facium quod meditantur, introspectant.

983-984

Translatio ex Græco

989-1009

Commentarium.

1001-1002

Quæstioncula prima. Judith genus quid?

Ibid.

Quæst. 2. Judith status quis, ubi et de ejus viro.

1003

Quæst. 3. Quenam Judith religio, et primò quoad precandi studium.

1003

Quæst. 4. Quid ex istâ Judith religione, cum alienigenæ, tum viduæ puellæque potissimùm discedere habeant. Ubi et de domesticis oratoris, puellarumque institutione.

1009

Quæst. 5. Quæ Judith, quoad corporis cultum, religio?

1016

Quæst. 6. Quenam, quoad cibum, ejusdem religio?

1020

Quæst. 7. Quibus temporibus cilicium gestabat et jejunabat Judith, vel non, et primò de sabbatâ.

1022

Quæst. 8. De temporibus aliis, quæ in Latino et Græco textu.

1025

Quæst. 9. Quid prosabbata sint, et nam apud Judæos esurialis et festa fuerint.

1026

Quæst. 10. Sitne prosabbati tantùm particula Parasceve, et cur eo non jejunabat Judith?

1027

Quæst. 11. Pronomena quid, et Judæis num festa? Et cur in eâ jejunium relaxârit Judith?

1029

Quæst. 12. Quæ alie Israelitarum hilaritates? Et cur tam eâ quàm prosabbata et pronomena à Latino textu omisse?

1034

Quæst. 13. An sabbatâ, prosabbatâ, festisque diebus, Judith exemplo, nobis non jejunandum?

1032

Quæst. 14. Quæ sanctæ Judith formæ et opes, curque memorentur.

1036

Quæst. 15. Quæ Judith ejusdem famæ et famæ causa, curque memorata

1037

Prima Judith ad Bethuliensem liberationem aggressio.

1038

Prior quæstio, quæ in hoc capite est 16, cur Bethulæ principes ad se vocatis

Judith, et quot et quomodo?

1039

Posterior quæstio, quæ 17. Quomodo ad eam vocati principes venerunt?

1040

Prior ipsius Judith ad principes oratio.

1041

Posterior Judith ipsius ad eadem oratio.

1044

Quæst. 18. An rectè principes istos reprehenderit Judith.

Ibid.

Quæst. 19. Quid è priore Judith oratione dici possit.

1047

Quæst. 20. Quæ ex eadem priore oratione ad amicos dici possint.

1048

Quæst. 21. Quid è principum ad Judith accessu, et orationis approbatione, documentorum?

1051

Quæst. 22. Quid è posteriore Judith oratione documentorum?

1052

Caput IX. Judith pro populi liberatione supplicat Dominum deprecatur, virtutemque postulat Holofernem deprecandi.

1053-1056

Translatio ex Græco.

1063-1064

Commentarium.

Ibid.

Quæstioncula prima. Quomodo in defensionem alienigenarum dedit Simeoni patriarchæ gladium Domitius?

1065

Quæst. 2. Quæ labia charitatis v. 13, et quæ illustriora hujus capitis, vel sententiæ vel documenta?

1068

Caput X. Splendide ornata Judith cum Abrâ suâ egreditur, et ab exploratoribus comprehensa, ducitur ad Holofernem, qui statim ejus caput pulchritudine.

1069-1070

Translatio ex Græco.

1079-1080

Commentarium.

1081-1082

Quæstioncula prima. Quæ Abrâ, toties isto capite commemorata?

Ibid.

Quæst. 2. Quæ hic, in cultu et victu, Romana rectè correxit editio, et quid tam ea quàm alia similia sint.

1083

Quæst. 3. Quos secum cibos tulit. Cur et quomodo?

1085

Quæst. 4. Qui ex isto Judith apparatu ad nos fructus?

1087

Quæ apud Assyrios gessit Judith?

1090

Caput XI. Judith ab Holoferne de suæ fugæ causâ interrogata, ipsi imponit præclaram spondens victoriam.

1089-1090

Translatio ex Græco.

1099-1100

Commentarium.

Ibid.

Caput XII. Judith ab Holoferne facultatem obtinet propriis vescendi cibis nocteque ad orandum egrediendi. Mor

in convivium inducta coram Holoferne comedit et bibit, qui ipse concupiscentia ejus ardens inebriatur.	1105-1104
Translatio ex Græco.	1111-1112
Commentarium.	<i>Ibid.</i>
Quæst. Quæ in capite isto imitanda, quæ cavenda?	1116
Caput. XIII. Facta ad Deum oratione, Judith ebrui Holofernis caput abscidit, quod ad concives Bethuliam deferens, eos ad gratiarum actionem hortatur; Achior verò, viso Holofernis capite obstupescit.	1119
Translatio ex Græco.	1155-1154
Commentarium.	1155-1156
Quæstioncula prima. De iis quæ apud Assyrios peccasse Judith videtur, et primo an ab eâ transfugii simulatio probè facta?	1159
Quæst. 2. An ornando se peccarit Judith.	1140
Quæst. 3. Holofernem an rectè adoravit Judith.	1145
Quæst. 4. An vitæ castitatisque periculum rectè adiecit.	1144
Quæst. 5. An Holofernem ebrum interficiendo, ab eodem Judith peccatum aliquid.	1148
Quæst. 6. An cum Deo loquendo, deliquit Judith quidpiam.	1149
Quæst. 7. An per Nabuchodonosorem et Holofernis animam jurare potuerit.	1151
Quæst. 8. An se Judith, quidquid Holoferni placuisset facturam rectè sponderit, cap. 12, vers. 14.	1153
Quæst. 9. An in omnibus istis mendacium ei aliquid impingi possit.	1155
Quæst. 10. Quomodo quæ locuta Judith, absque mendacio intelligenda.	<i>Ibid.</i>
Quæst. 11. Quomodo ad suos Bethuliam, Assyriorum victrix, Israelitarum salvatrix redierit.	1162
Quæst. 12. Quis angelus, qui ad Assyrios euntem Judith, apud eos commorantem, ab his redeuntem, custodivit?	1165
Caput XIV. Holofernis capite de muro Bethulie suspensio, circumcisoque Achior Judith irrumpunt in Assyrios, qui Holofernem excitantes, mortuum deprehendunt ac maximo terrore percussunt.	1165-1164
Translatio ex Græco.	1169-1170
Commentarium.	1171-1172

Prior quæstioncula. An ad Judæorum populum aggregari poterit Achior.	1172
Posterior quæstioncula. An apud Judæos manserit Achior, et quid eos doceat.	1175
Caput XV. Belictis omnibus, fugiunt Assyrii, quos Judæi persequuntur et cadunt. Judith à pontifice et populo benedictur, et quæ Holoferni fuerant propria, ipsi traduntur.	1177
Translatio ex Græco.	1185-1186
Commentarium.	1187-1188
Quæstioncula prima. Quid abscissum Holofernis caput et tum efficit, et jam efficiat.	<i>Ibid.</i>
Quæst. 2. Quæ ab Holoferniarum nobilitate meritò abducant.	1189
Quæst. 3. Quæ in convivio nos cum sancta Judith sobrios teneant.	1195
Quæst. 4. Quænam illa ebrietatis admixtura.	1199
Quæst. 5. Quid de iis quæ apud Assyrios gessit Judith, Græcorum Latinorumque Patrum nonnulli.	1200
Tertia libri pars. De iis quæ Israeliticam liberationem secuta.	1207
Caput XVI. Canticum Judith gratulatorium. Holocausta offeruntur Domino. Moritur plena dierum Judith, cujus ob memoriam, victorie ipsius dies perpetuò celebratur.	1211
Translatio ex Græco.	1229-1230
Commentarium.	1231-1232
Quæstioncula prima. Verumne sit ignis qui altero in seculo impiorum carnes depopulatur.	1239
Quæst. 2. Verine vermes eorundem impiorum carnes depasturi?	<i>Ibid.</i>
Quæst. 3. An ad præsens vel futurum seculum potius, pœnæ hæc enumeratæ pertineant.	1244
Quæst. 4. Sintne ignes et vermes isti sola impiorum corpora cruciaturi.	<i>Ibid.</i>
De iis quæ post Judith mortem tradit textus.	1243
Quæstioncula prima. Quonam ætatis suæ anno, mortem Judith obierit.	<i>Ibid.</i>
Quæst. 2. Quâ ætate ad Holofernem ierit.	1249
Quæst. 3. Quot annos vidua Judith fuerit; et num ei hæc laudi viduitas?	1250
Quæst. 4. Quæ laudatorem Judith viduitatem efficiant.	1252
Quæst. 5. An viduæ Judith monogamia digamiam damnet.	1255

- Quæst. 6. Ubi et quo loca sepulta Judith. 1256
 Quæst. 7. Quanta, post Judith mortem, in Israelitarum republicâ tranquillitas? 1257
 Quæst. 8. Liberosne aliquos reliquerit Judith. 1258
 Quæst. 9. Quæ, post Judith mortem, Ecclesie pietas ac religio? *Ibid.*

- Quæst. 10. Quæ apud Græcorum veterumque Latinorum nonnullos de S. Judith eogia? 1260
 Quæst. 11. De sanctâ Judith quid vel Græcorum vel recentiorum aliqui. 1265
 Quæst. 12. De mystico historiz hujus sensu quid? 1267
 INDEX RERUM. 1269-1270

FINIS TOMI DUODECIMI SCRIPTURÆ SACRÆ.